γ *-s erga propinquos opponitur*: Ⓘ *amori patriae*: LIV. 28, 29, 1 *Coriolanum* revocavit ... a publico parricidio privata -s (VAL. MAX. 2, 2, 4 publica instituta p. -e potiora iudico [*antea*: patriae veneration]. IVST. 18, 7, 7 prius se publicae religionis officia executurum quam p. -is. *cf. p. 2096, 75*). *v. etiam p. 2093, 71. 2095, 57. 63. 72.* Ⓘⓘ *fidei christianae sim.* (*cf. p. 2090, 6 sqq.; laudatur* -s religiosa: CYPR. eleem. 19 l. 389 *nisi filiis* r. et vera -e prospicias [*antea*: paterna -e ... secundum fidem scripturae sanctae]. PASS. Mar. Iac. 13, 2): CYPR. epist. 27, 1, 1 domestica -e commotus matri et sorori suae, quae lapsae fuerant, *eqs.* AMBR. in Luc. 7, 136 prima causa religionis, secunda -is est. HIER. epist. 39, 6, 1 grandis in suos -s impietas in deum est; Abraham unicum filium *eqs.* (*item respicitur -s Abrahae e. g.* SEDVL. carm. pasch. 1, 116 sq. -e remota plus -is habens contempsit vulnera nati. *cf. p. 2094, 21*). PAVL. NOL. epist. 13, 9 salva ... fide -is officia pendamus *mortuis caris* et salva -e fidei gaudia praeferamus. HIL. AREL. vita Honorat. 6 terrenae -is. EVSEB. GALLIC. hom. 43, 3 l. 35 (*ad monachos*) ad *relinquenda* ... cara pignora fortissimi fuimus, ... bellum quodammodo -i ipsi indiximus. VICT. VIT. 2, 29 carnalis -s (POMER. 3, 24, 1). *al.*

δ *-s adiuvatur iure* (*adde l. 71. 73 [iocose], cf. p. 2099, 62 sqq.; saepius in locut.* -is intuitu, -is ratione, *v. p. 2104, 17 sqq. 32; nota p. 2100, 32*): SCAEV. dig. 32, 41, 2 ad patrem eos *filios liberti servos* naturalem -is intuitu pertinere *in hereditate* (*cf.* VLP. dig. 21, 1, 35 *si separantur servi propinqui* ad -is rationem offensam). COD. Iust. 5, 25, 4 (*a. 197*) si patrem tuum officio debito promerueris, paternam -em tibi non denegabit; quod si sponte non fecerit *eqs.* PAPIN. dig. 37, 12, 5 (*emancipatur filius,* quem pater male contra -em adficiebat) quo *filio* postea defuncto pater ut manumissor bonorum possessionem sibi competere dicebat; sed ... propter necessitatem solvendae -is (*sc. non praestitae?*) denegata est. VLP. dig. 37, 15, 1 pr. etiam militibus -is ratio in parentes constare debet: quare, si filius miles in patrem aliqua commisit, pro modo delicti puniendus est *eqs.* (*ibid.* 2 delictum ad publicam -em pertinens). 49, 5, 1, 1 -i dandum est, et hanc, *sc. matrem rei, appellantem* audiri debere. MARCIAN. dig. 48, 9, 5 patria potestas in -e debet, non in atrocitate consistere. INTERPR. Cod. Theod. 4, 4, 2 ('iudicii nostri humanitate') -is intuitu *imperator hereditates privatorum recusat.* *al.*

2 *inter liberos et parentes* (*nutricem p. 2093, 50. 2094, 6, novercam p. 2093, 67, vitricum p. 2094, 13; -s adiuvat incestum p. 2093, 15. 21 sqq. [impedit p. 2093, 36. 2094, 11 sq.], pervertitur alio modo p. 2093, 33 sqq.; cf. etiam* AMBR. epist. extra coll. 14, 109 [*spectat ad Ioh. 19, 26 sq.*] testabatur de cruce Christus et inter matrem atque discipulum dividebat -is officia): **a** *quolibet contextu*: **α** *a parte liberorum* (*nota etiam* CIC. Planc. 29 -s fundamentum est omnium virtutum [*seq.: patrem* veretur ut deum – neque enim multo secus est parens liberis –, amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem]; *exempla pauca selecta inde ab* OV.): Ⓘ *quorumlibet*: PLAVT. Asin. 831 (*loq. pater*) numquidnam tibi molestumst, gnate mi, si haec *amica tua* nunc mecum accubat? :: -s, pater, oculis dolorem prohibet (*sim. -s plus valet quam amor in coniugem, amicam e. g.* TER. Hec. 481. NEP. reg. 1, 4 *rex quidam* iustitiae fama floruit, nam cum matris suae scelere amisisset uxorem, tantum indulsit dolori, ut eum -s vinceret). Pseud. 122 (*facete*) *tuum decipiam* patrem. :: ... si potest, -is causa, vel etiam matrem quoque (*item spectat ad utrumque*: SEN. contr. 1, 4, 5 [*filius a patre occidere matrem iussus*] o misera -s, inter quae parentum vota constitisti! 7, 4, 6. SEN. Herc. O. 1027 o misera -s: si mori matrem vetas, patri es scelestus *eqs.* PS. QVINT. decl. 2, 2 -is aequalitas. VLP. dig. 27, 10, 4 -s ... parentibus, etsi inaequalis est eorum potestas, aequa debebitur. *cf. p. 2093, 73 sqq.*). *al.* TER. Hec. 584. VARRO Men. 238 lex Maenia est in -e, ne fili⟨i⟩ patribus luci claro suggilent oculos. CIC. S. Rosc. 37 voltu saepe laeditur -s. Sest. 146 *amisso patre puer* lacrimis, qua sit -e, declarat. p. red. in sen. 37 *Q. frater* in me -e filius, consiliis parens,

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amore – ut erat – frater inventus est (*cf. ad Q. fr. 1, 3, 3 desidero te* suavitate ... fratrem ..., obsequio filium, consilio parentem). Cael. 79 ut in alterius dolore vel -i vel indulgentiae vestrae serviatis (*antea*: recordatione parentum vestrorum vel liberorum iucunditate). Phil. 13, 46 Caesar, singulari -e adulescens, poteritne se tenere, quin D. Bruti sanguine poenas patrias persequatur? (*item de -e Octaviani erga Caesarem e. g. ibid. iterum.* Ov. fast. 3, 709 hoc opus, haec -s, haec prima elementa fuerunt Caesaris, ulcisci iusta per arma patrem. Tac. ann. 1, 9, 3. 1, 10, 1). ac. 2, 1 *L. Lucullus* cum fratre pari -e et industria praedito paternas inimicitias ... est persecutus. Tusc. 1, 113 (*respiciuntur Cleobis et Bito*). off. 2, 46 cum -e in parentes, in suos benevolentia. *al.* Nep. Att. 17, 1 *v. p. 2094, 75.* Verg. Aen. 9, 294 *Iuli* animum patriae strinxit -is imago (*nisi ad β*). 10, 812 *Lause,* fallit te ... -s tua ([Serv. pro patris salute]. *de eiusdem -e*: 10, 824 mentem patriae subiit -is imago. Stat. silv. 3, 3, 191). Ciris 263 falsa ... -is imago (*sc. Scyllae patrem inceste petentis*). Aetna 633 (*respicitur -s fratrum Catinensium ut e. g.* Sen. benef. 6, 36, 1 *Aetna dedit* occasionem exhibendae -is. Apvl. mund. 34 [*postea*: sensum ... clementiae misericordiaeque]). Hor. carm. 3, 27, 35 Prop. 3, 15, 35. Ov. met. 6, 503 (*Pandion ad Philomelam proficiscentem*) si -s ulla est, ad me ... redito (7, 336 [*Medea filiis Peliae*] s. -s u. e. ..., officium praestate patri. *cf. e. g. p. 2090, 15 sqq.*). 10, 324 (*loq. Myrrha*) damnare negatur hanc, *sc. filiae patrisque mutuam,* venerem -s, coeuntque animalia nullo cetera delicto *eqs.* (*cf.* 10, 333 in quibus *gentibus* et nato genetrix et nata parenti iungitur et -s geminato crescit amore. *v. et l. 15. 67*). fast. 5, 105 *Mercuri, dedisti matris nomen mensi Maio* nec -s haec prima tua est: *eqs.* S. C. de Pisone (Vestigia 48, 1996) 119 principis ... summa⟨e⟩ erga matrem suam -i. CE 976, 1 (*saec. I*[1]) debuit haec, *sc. sepulcrum,* gnatae -s praestare parenti, nunc pater hic gnatae fungitur officio. Sen. contr. 1, 1, 16 (*them.* liberi parentes alant) movit ... me natura, movit -s. Val. Max. 5, 4, 7 quo non penetrat ... -s (*respicitur mulier matrem in carcere alens pectore suo ut*: Plin. nat. 7, 121. *cf.* Val. Max. 5, 4 ext. 1 de -e Perus [*ad eandem spectat* CE 2048, 6 *Pompeiis*]). 5, 4 ext. 5 Scythis ... -is testimonium reddo (*postea*: caritatem parentium). Sen. Herc. O. 984 (*loq. Deianira*) si vera -s, Hylle, quaerenda est tibi, iam perime matrem. 986 haec erit -s scelus. Med. 905 (*acerbe*) ⌊quidquid admissum est adhuc⌋, -s vocetur (⌊ ⌋ *sc. frater et pater interfecti*). Oed. 19 pro misera -s ..., thalamos parentis Phoebus ... minatur *oraculo* (*22* hic me paternis expulit regnis timor). Stat. silv. 3 praef. merebatur ... Etrusci mei -s aliquod ... solacium, cum lugeret ... senem patrem ([*cf. 3, 3, 6 sq.* Etrusci ... pios fletus]. *spectat ad* 3, 3, 173 maesti -s ... Etrusci). Gell. 12, 1, 23 abolitis ⌊nativae -is⌋ elementis (⌊ ⌋ *sc. erga matrem, quae ipsa alat infantem; syn.* naturalis ille amor). CIL III 13382, 9 (*saec. IV*) dulcissimae fi⟨liae⟩ -is eius (causa). Ambr. epist. 5, 20, 1 hereditatis ... gratia facit, ut venerabiliora fiant iura -is, quia hoc quoque plus defertur parentibus, ne laesa -s patris ulciscatur se exheredatione *filiorum* (*cf.* Interpr. Cod. Theod. 2, 19, 2 si *filii testamento neglecti* probare potuerint, quod matris in nullo laeserint -em, sed se obsequium, ut decuit, praestitisse). *et saepe.* Ⓘⓘ *Aeneae* (*cf. p. 2088, 73 sqq. 2100, 73 sqq.*): Verg. Aen. 3, 480 *Anchisa,* o felix nati -e (Serv. qui poterit exsequiarum munus implere). 6, 405 si te, *Charon,* nulla movet tantae -is imago. 6, 688. Ov. met. 14, 443 (*in tit. ficto*) Caietam *nutricem* notae -is alumnus ... quo debuit igne cremavit. Sen. benef. 3, 37, 1. Qvint. decl. 388, 10 divisis inter patrem *Anchisem* et filium *Iulum* -is officiis. *al.* Ⓘⓘⓘ *filii (adoptivi) principis* (*cf. l. 6 sqq.*): Vell. 2, 105, 3 -s sua Caesarem *Tiberium* ... in urbem traxit, *sc. ad Augustum.* Sen. dial. 6, 4, 2 (*de -e Tiberii matrem consolantis*). Octavia 528 *Augustus* -e nati factus eximia deus. Qvint. inst. 3, 7, 9 -s principis nostri, *sc. Domitiani patrem et fratrem consecrantis.* Tac. ann. 14, 3, 3 *v. p. 2091, 37.* Plin. epist. 10, 1, 1. paneg. 10, 3 *cum nihil* aliud tibi ex illa adoptione quam filii -em, filii obsequium adsereres. Svet. Tib. 70, 3. *al.*

β *a parte parentum* (*exempla selecta inde ab* Ov.; *addasne* Plavt. *p. 2088, 35,* Cic. *p. 2095, 19?*): Catvll. 67, 29 egregium narras mira -e parentem, qui ipse sui gnati *sterilis* minxerit in gremium, *sc. cum nuru concumbens.* CE 970, 4 (*ca. a. 50 a. Chr.? sepultus ad parentes*) ⟨vivite⟩ ad superos, -s quos cogi⟨t adire huc⟩ (*si recte suppl. Buecheler*). Carm. CIL I[2] 3396, 3 *filius* heic situs est, quoi statuam statuit pro -e parens (*an ad α?*). 3449g *puer,* quem -s coluit, heic est situs. Ov. epist. 4, 131 (*Phaedra Hippolyto*) *ne,* quia privigno videar coitura noverca, *territus sis* ...; ista vetus -s *Saturno regente* ... fuit, *eqs.* met. 6, 629 (*Procne deliberat, an natum interficiat*) ex nimia mentem -e labare sensit (*cf.* 635 degeneras: scelus est -s in coniuge ⌊Terei⌋ [*Slater,* Tereo *trad.*]). 12, 29 (*Agamemno vult necare Iphigeniam*) -em publica causa rexque patrem vicit. S. C. de Pisone (Vestigia 48, 1996) 134 (*a parte matris et filii Germanici*). Epiced. Drusi 5 tua te -s *non* distendit amore duorum (*sc. altero filio mortuo. cf.* Sen. Phoen. 381 [*loq. Iocasta*] utrimque natum video; nil possum pie -e salva facere [*383* utrumque ... *diligo* affectu pari]. Stat. Theb. 10, 736 *Creontis* -s incerta vagatur. *cf. p. 2092, 67 sqq.*). Sen. contr. 9, 4, 14 nimiam eius *patris* -em (*antea*: indulgentissimum). Carm. epigr. Sard. Cugusi 1, 2 (*saec. I med.*) tumulum ... misera pie⟨tate co⟩actus exstruit *pater filio.* Sen. Med. 438 (*loq. Iason*) vicit fidem ... -s (*441* nati patrem vicere). dial. 12, 4, 2 (*matri*) *dicam,* quod -s tua audire gestit, nihil mihi mali esse. *al.* Octavia 52 fides -sque (*sc. nutricis ut e. g.* 737 Stat. silv. 2, 1, 96). Lvcan. 7, 320 -is imago. Stat. Theb. 11, 605 (*loq. Oedipus filio utroque caeso*) tarda meam, -s, ... mentem percutis? estne sub hoc hominis clementia corde? vincis ..., natura, parentem. silv. 5, 3, 239 nec solum larga memet -e fovebas, *pater,* talis et in thalamos. Ps. Qvint. decl. 18, 1 *mulier* vellet in eculeos ... hanc miseram praecipitare -em (*qua se abstinuit ab incestu; de eadem*: 18, 9 ⌊⟨s⟩acrae⌋ -is animum [⌊ ⌋ *v. app. crit. ed. Shackleton Bailey; seq.* amare liberos]). Plin. epist. 2, 13, 4 *vitricus patris* nomini -e successit. 5, 16, 8 *pater filia defuncta* expulsis ... virtutibus aliis -is est totus. Apvl. met. 10, 23, 4 *mulier* insita matribus -e praeventa descivit ab obsequio mariti *nec natam necavit.* Pass. Perp. 5, 5 haec dicebat ... pater pro sua -e (*gr. κατὰ τὴν τῶν γονέων εὔνοιαν*). Paneg. 8, 3, 3 (*de origine tetrarchiae q. d.*) imperium filio -e debebant (*cf. p. 2097, 63*). Clavd. Don. Aen. 1, 235 p. 54, 4 ut in sensibus eius *Iovis* nihil -is remansisset, quam integram filiae debebat et nepoti *Aeneae.* Ambr. tituli 12, 2 (*per paradoxon*) patris ei *Abrahae* est -s caro non parcere nato (*cf. p. 2092, 28*). CIL XI 6154, 6 patri piissimo ... ob singulare(m) erga se -em. *et saepe.*

b *in doctrina christiana de -e inter deum patrem filiumque*: Optat. 2, 1 p. 33, 21 (*spectat ad psalm. 2, 8* dabo tibi gentes *eqs.*) quid tantae -i obstare contenditis? (*postea*: permittite patri promissa conplere). Ambr. fid. 2, 12, 102 pater mavult id, *sc. filium sedere ad dexteram suam,* esse -is exemplum. Ps. Ambr. symb. p. 193 *Christus* homo factus voluntate misericordiae et obedientia -is, pro salute nostra consentiens patri. Prvd. apoth. 183 (*ad unionitam*) fortasse velis patriae -is honore despoliare deum. ham. 54 *patrem et filium iungit* -s ... certa. *al.*

3 *inter coniuges* (*inter alios amantes p. 2098, 2 sqq.; de incesto v. p. 2092, 53 sq.; huc spectant loci fort. ad concubinatum pertinentes, e. g. p. 2098, 22*): **a** *a parte uxoris* (*iuxta ponitur* fides *l. 36. 45. al.,* pudor, pudicus, castitas, castus *l. 38. 45. 47. 54. al.*): Plavt. Stich. 8a (*antea*: negotiis apsentum *maritorum* ... sollicitae) id *officium non* magis facimus, quam nos monet -s. Sisenna hist. 13 mulierem missa fide ac -e propter amoris nefarii lubidinem obstitisse. Ov. epist. 1, 85 (*loq. Penelope*) -e mea precibusque pudicis. 14, 49 timor et -s crudelibus obstitit ausis, *sc. mariti patruelis occidendi* (*de Hypermestrae -e ut e. g.* Porph. Hor. carm. 3, 11, 35). trist. 1, 3, 86 (*loq. uxor*) te iubet a patria discedere Caesaris ira, me -s; -s haec mihi Caesar erit. 5, 14, 28 (*iuxta* socialis amor). *al.* Lavd. Turiae 2, 2 -i tuae ... me debeo. Liv. 34, 3, 8 -s *matronarum* (*spectat simul ad alios propinquos, cf. enim 7* parentes, viri, liberi, fratres earum *matronarum*). Val. Max. 2, 6, 14 *apud Indos rogum* uxoria -s ... conscendit. Sen. Ag. 112 *uxorum* periere mores ius decus -s fides et ... pudor. 957. Octavia 286 (*287* virginitas castusque pudor). Lvcan. 8, 77. Stat. Theb. 12, 186 hortantur -s ignesque pudici *Argiam* (*cf. l. 73*). CE 1012, 3 (*saec. I*) coiugis ... *et* natae -e sepultus. Ps. Qvint. decl. 6, 23. Calp. decl. 22 dum nimium confido -i, *eqs.* Apvl. met. 10, 26, 2 religiosa uxor circa salutem mariti sollicita necessariam adfero -em. CE 448, 3 (*aet. Commodi*) quae commune torum servavit casta mariti et fidei plena -e nobili vixit. Cod. Iust. 3, 28, 18 (*a. 286*) -is religionem. Ambr. in Luc. 3, 31 (*spectat ad Ruth 1, 16 sq.*) hanc sanctitatem erga socrum, -em erga defunctum *maritum,* religionem erga deum cum cognovisset Boos. CE 765, 2 castitas, fides, caritas, -s, obsequium et quaecumque deus faeminis inesse praecepit. *al.*

b *a parte mariti* (*cf. l. 10 et hic illic p. 2100, 65 sqq.*): Stat. silv. 5 praef. -s, quam Priscillae tuae *mortuae* praestas (*postea: est uxorem amare* defunctam religio). 5, 1, 4. 238 hac ... visa -e mariti. Scaev. dig. 32, 41 pr. 'beneficio affectionis et -is, quam tibi debui'. CE 597, 1 (*saec. II*) ⌊hic -is honos⌋, haec sunt pia dona mariti ... pro meritis (⌊ ⌋ *v. p. 2101, 3*). 1551 E, 1 (*saec. II*) templa viri -s fecit. 1979, 6 (*saec. IV*[1]) nil mores iu⟨v⟩ere -sq(ue) fidesq(ue) nec quidquam lenem morituro profuit esse (*nisi ad D1*). Evgraph. Ter. Haut. 644 -e clementiae. CIL VI 8553, 4 marito incomparabili -e. VIII 4148, 8 coiugi amantissim⟨a⟩e fecit p(ro) p(ietate) (*sim.* 24807, 4. *vix utrumque locum ad a trahas*). X 181 Bruttius ... coiugi ... aetern(a)e domui memoriam -is feci. 7574, 2 templa viri -s fecit *uxori.*

4 *inter fratres vel sorores* (*respicitur incestus p. 2095, 5. 11; exempla pauca selecta inde ab* Ov.): Trag. inc. 248 nil fraterni nominis sollemne auxilium et ⌊nomen⌋ -is movet? (⌊ ⌋ numen *Haupt*). Cic. Sull. 64 -s et fraternus amor (Sest. 145 *Quintus* frater optumus, incredibili -e, a. inaudito. *al.* Epiced. Drusi 84. Sen. Thy. 475 iustus ... a. *distinguitur* amor: Stat. Theb. 12, 459 [*contendunt soror et uxor de cadavere Polynicis*] me *Antigonem* -s, me *Argiam* duxit a. [*cf. l. 47*]). off. 3, 41 *Romulus* fratrem interemit; omisit hic et -em et humanitatem (fam. 5, 2, 6). Att. 6, 3, 2 videaturne ... -is esse meae *eqs.*? *al.* Nep. Timol. 1, 5. Att. 17, 1 de

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e ... Attici quid plura commemorem? (*postea*: se numquam cum matre in gratiam redisse, numquam cum sorore fuisse in simultate). LAVD. Turiae 1, 26 ⟨officii in patrem⟩, -is in sororem, fide⟨i⟩ in nos patrocinium. 2, 39 sororis so⟨crusve⟩ officia -emque mihi ... ⟨praestituram⟩ *post divortium*. OV. met. 9, 460 *Byblis* mendaci ... diu -is fallitur umbra (*456* non soror ut fratrem nec qua debebat amabat). fast. 5, 181 -e sororum, *sc. Hyadum*. LIV. 45, 19, 4 salva -e (*sc. Attali erga regem Eumenem*). SEN. contr. 9, 6, 11 (*in fratrem ex noverca ut*: SEN. Phaedr. 631 -e ... debita fratres colam). VAL. MAX. 5, 5, 2 -em fraternae caritatis. SEN. Thy. 510 ex hoc sanguis ac -s die colantur. OCTAVIA 63 *Electrae* -s ... *et* fides. LVCAN. 10, 363 obscaenum titulo -is amorem (*de incestu Cleopatrae*). STAT. Theb. 1, 142 (*ironice*) haec inter fratres -s erat, haec mora pugnae sola. TAC. hist. 2, 60, 2 Othonis frater ... -e et ignavia excusatus, *sc. a Vitellio*. SCAEV. dig. 34, 4, 30 pr. (*in testamento*) ut ... sororem tuam pro tua -e ... tueri velis. CYPR. epist. 27, 1, 1 *v. p. 2092, 24*. CIL VIII 9437, 6 *sorori* frater ob insignem erga se -em. *et saepe*.

5 *inter varios consanguineos, affines* (*exempla pauca selecta post* LIV.): CIC. Cluent. 12 *mulierem quandam amore generi captam* non pudor, non pudicitia, non -s, non macula familiae, ... non filii dolor, non filiae maeror ... a cupiditate *revocavit* (*an ad 2aβ?*). Rab. perd. 14 an -s tua maior quam ⟨C.⟩ Gracchi? (*antea*: tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit quam C. Graccho fratris). p. red. in sen. 38 defensor *mei* ... summa virtute et -e C. Piso gener (*de eodem e. g.* Sest. 68 cui fructum -is suae neque ex me neque a populo Romano ferre licuit. *cf. p. 2100, 52*). Marcell. 10 (*erga patruelem*). fam. 6, 20, 3 tui omnes ... summa ... -e te desiderant. 15, 9, 1 te ... -is in tuos ... fructum cepisse. *al.* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 6 *Tulliae* in te amor ... -sque in omnis suos. NEP. Att. 5, 1 (*antea: avunculi* asperitatem veritus est) tulit -is fructum. LAVD. Turiae 1, 32 ⟨de cari⟩tate familiae, -e, ⟨c⟩um aeque matrem meam ac tuos parentes col⟨ueris⟩. 2, 39 *v. l. 3*. OV. epist. 14, 49 *v. p. 2094, 38*. met. 1, 204 tuorum. fast. 5, 105 (*erga materteras*). LIV. 3, 58, 5. 30, 30, 13 (*Hannibal Scipioni*) patris et patrui persecutus mortem ... decus ... virtutis -isque eximiae cepisti. VELL. 2, 99, 2 incredibili atque inenarrabili -e (*sc. Tiberii erga filios adoptivos Augusti*). SEN. Thy. 717 (*ironice*) primus locus – ne desse -em putes – avo dicatur: Tantalus (*sc. nepos eiusdem nominis atque avus*) prima hostia est. dial. 12, 18, 7 (*erga neptim*). LVCAN. 9, 1056 (*ad Caesarem*) quisquis *Pompeio genero mortuo* te flere coegit impetus, a vera longe -e recessit. SIL. 5, 317 si qua tibi -s, ictum ne desere foedus (*sc. inter generum et socerum*). TAC. Agr. 46, 2 *mortuum* similitudine colamus; is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque -s. PROB. vita Pers. l. 34 erga ... amitam. PAVL. dig. 3, 5, 33 aviam iure -is de suo praestitisse *nepoti alimenta. al.* *-s pertinet ad animalia sec. Pythagoream doctrinam nobis consanguinea*: OV. met. 15, 109 *animalia nobis perniciosa necari* salva -e fatemur. 15, 173.

B *de -e erga variis obligationibus coniunctos*: **1** *in publicis rebus* (*nota* -s publica *p. 2092, 47. 2096, 6. 11. 72. 2097, 47. 2102, 10,* civica *p. 2097, 7*): **a** *generatim; -s praestatur*: **α** *inter cives et patriam, rem publicam* (*fere a parte civium, sed a parte senatorum iis gratorum l. 61, sim. l. 62 sq. et fort. p. 2096, 11 sq.; exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): Ⓘ *exempla varia*: CIC. Flacc. 96 nimiae -is et summi amoris in patriam ... poenas ... sufferamus (*sc. qui Catilinam oppressimus*). p. red. ad Quir. 18 qua sanctissimi homines -e erga deos ... esse soleant, eadem ⟨me⟩ erga populum Romanum semper fore. Phil. 6, 19 -e vestra *Quiritium* et tanta concordia (*cf.* LVCAN. 5, 297 quando -sque fidesque destituunt ..., finem civili faciat discordia bello). 13, 46 *Octavianus nulla erga patrem* -e abductus ... est et intellegit maximam -em conservatione patriae contineri (*cf. iam* rep. 6, 16 iustitiam cole et -em, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est). 14, 6 si hostium fuit ille sanguis, summa militum -s, nefarium scelus, si civium (*item respiciuntur milites inter arma civilia pii*: LVCAN. 4, 565 -s ferientibus una non repetisse *ictum* fuit. 10, 407 fides -sque [*opp.* venales ... manus]. *al. apud eundem; v. etiam sub β*). 14, 29 est ... fidei -isque nostrae declarare ... militibus, quam memores simus quamque grati. 14, 35 populi Romani -em et senatus fidem. Brut. 126 utinam non tam fratri -em quam patriae praestare voluisset *C. Gracchus. al.* CAES. Gall. 5, 27, 7 quoniam *Ambiorix Gallis* pro p[r]ietate satisfecerit (*antea*: non facile Gallos Gallis negare potuisse *eqs.*). BRVT. Cic. ad Brut. 24, 9 ut relatam putem gratiam -i meae (*sc. qui Caesarem occidi*). NEP. Ages. 4, 2 (*iuxta pos.* virtus bellica; *postea*: audiens fuit iussis absentium magistratuum). CVLEX 369 *Fabii Deciique aliorumque beatorum* sedes, -is honores. LIV. 5, 7, 12 memorem -is eorum *peditum equitumque* erga patriam ... senatum fore. 7, 10, 4 (*ad T. Manlium*) macte virtute ... ac -e in patrem patriamque ... esto. 23, 9, 10 quam patriae, *sc. Capuae,* debeo -em, exsolvam patri. 27, 9, 11 quae liberi parentibus deberent, ea illos *colonos* Romanis debere, si ulla -s, si memoria antiquae patriae esset. SEN. contr. 7, 7, 3 si *imperator* salva -e potuisset *cedere patri.* VAL. MAX. 3, 8, 2 -is constantia ..., quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriae praestitit. *al.* (*sc. in* 5, 6). SEN. epist. 86, 1 ob ... moderationem -emque, quam magis in illo *Scipione Africano* admirabilem iudico, cum reliquit patriam, quam cum defendit. QVINT. decl. 254, 21 solam -em in causa habuit indicii *delator*. PLIN. epist. 2, 5, 3 (*postea*: amare patriam, *sc. Comum*). APVL. met. 2, 27, 4 per fidem vestram ..., Quirites, per -em publicam perempto civi subsistite! (*v. l. 11*). *al.* Ⓘⓘ *in titulis municipalibus*: DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532; *saec. II med.*) 1, 26 tanta -e tantaque adfectione rem p(ublicam) n(ostram) amplexus. CIL VIII 22729, 9 (*saec. II med.*) ⌊quam⌋ *-em* nationi suae praestat *eqs.* (⌊ ⌋ *v. vol. X 2, 914, 59*). DECRET. decur. Puteol. (CIL X 1783) 7 cum plus ex -e promissi eius res publica ... consecutura sit. CIL V 2117, 9 publicae -is affectum, *sc. civitatis mortuum lugentis*). VIII 14613, 5 b(ene) merito p(ro) ⌊p(ietate)⌋ curia (⌊ ⌋ *sc. bene meriti an curiae? sim. dubites*: 23209, 3 civi incomparabili ordo p(ro) p(ietate) sua *eqs.* 23261/2, 5 curiales pro -e). *al.*

β *inter inferiores, subditos et superiores, praepositos (saepius in re militari; laxius l. 25): a parte inferiorum*: OV. fast. 6, 607 (*Tullia ad aurigam ante cadaver regis Servii currum inhibentem*) vadis an exspectas pretium -is amarum? (*nisi -s praestatur corpori mortuo*). LIV. 4, 42, 9 -s quattuor tribunorum (*cf. 7* pro imperatore, qui sibi parentis esset loco). 25, 38, 2 erga imperatores nostros vivos mortuosque -s. 26, 41, 4 VAL. MAX. 9, 9, 2. CVRT. 7, 1, 29 sacramento -is obstricti *comites Alexandri.* 10, 3, 8 fortes viros erga reges suos -is invictae. *al.* LVCAN. 4, 499 fides servataque ferro militiae -s. 8, 718 ille *Cordus olim quaestor Pompei* ... victum -e timorem compulit, ut ... corpus *Pompei* ... duceret ad terram. *al.* SIL. 6, 100 (*-s erga ducem transit in filium eius*) *Reguli veteranus filio eius sauciato aquam* trepida -e ministrat. FLOR. epit. 4, 12, 38 *Vari* consulis corpus, quod militum -s humi abdiderat. *a parte superiorum*: VET. LAT. Esth. 8E, 6 (cod. 109) quos *reges* -s decet ([*gr. εὐγνωμοσύνην, cod. 151. al.* benignitatem, *Vulg. aliter*]. ISID. orig. 9, 3, 5 in regibus laudatur -s). VIR. ill. 2, 10 *Romulus* senatores a -e patres appellavit (*de -e senatorum*: HIST. AVG. Avid. 12, 3 [*loq. Ant. Pius*] quod ad defectionem Cassianam pertinet vos oro, ... *ut* meam -em clementiamque servetis, immo vestram [*sim.* 12, 7]. *cf. p. 2097, 15*).

γ *inter Romanos et eorum socios sim. vel inter varios populos*: CIC. or. frg. A XVI 10 (*a. 65 a. Chr.?*) ratio belli gerendi ... plena fidei, plena -is (*sc. erga regem Ptolomaeum, si recte intellegimus*). LIV. 23, 9, 5 sit nihil sancti, non fides, non religio, non -s (*in foedere inter Hannibalem et Campanos*). VELL. 2, 16, 3 *Aeculanensis quidam* bello Romanis fidem praestitit ...; cuius illi -is ... populus Romanus gratiam rettulit *civitate donanda.* VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 *Masinissa* infatigabili -is serie *gratus.* LVCAN. 8, 127 tali -e *Mytilenaeorum* ... laetus *Pompeius* (*112* devotos ... tibi foedere muros). 8, 573 fides si pura foret, si regia *Alexandriae* Magno sceptrorum auctori vera -e pateret. SERV. Aen. 12, 465 magna Aeneae ostenditur -s, qui nec vulneratus irascitur, ut velit contra legem foederis in bellum moveri. *de clementia sim. Romanorum* (*cf. e. g. p. 2097, 27. 2100, 48*): PROP. 3, 22, 21 quantum ferro, tantum -e potentes stamus; victrices temperat ira manus. CLAVD. 24, 110 *ut populus Romanus* pendat iustitia crimen, -e remittat errorem *eqs.* CORIPP. Ioh. 2, 361 dum gentes peccant, -s Romana remittit.

b *speciatim*: **α** *de -e erga Caesarem vel principem (qui idem est divus, v. e. g. l. 56. 58 sq.; -s erga domum Augustam vel homines ad eam pertinentes v. e. g. l. 61. p. 2097, 4; huc spectat -s animalis* MART. epigr. 16, 2; *exempla praebemus pauca post* PLIN. *min. selecta; cf. p. 2102, 8); -s praestatur a parte*: Ⓘ *variorum*: CIL I² 2970, 2 (*a. 44 a. Chr.?*) ⟨c(ives) R(omani), qui C⟩oi negotiantur ⌊civitatem Coam⌋ (⌊ ⌋ *sc. statuam*) -is in ⟨C. Iulium Caes⟩arem ... ⟨pa⟩trem ⟨patriae deum⟩que et benevol⟨entiae erga⟩ se caussa. OV. Pont. 2, 2, 21 quae ... tua, *Messaline,* est -s in totum nomen Iuli. 4, 9, 105 -s *non* ignota mea est; videt hospita terra in nostra sacrum Caesaris esse domo *eqs.* 4, 15, 24 tempta lenire precando numina, perpetua quae -e colis. *al.* S. C. de Germ. (Zeitschr. Pap. Epigr. 55, 1984, 76) II b 22 -s omnium ordinum erga domum Augustam *eqs.* S. C. de Pisone (Vestigia 48, 1996) 65 *templa* totius imperi R(omani) constantissuma -s clauserat. 124 omnium partium -em (*erga Germanicum mortuum*). 155 *plebis* -em ... erga principem nostrum memoriamq(ue) fili eius. *al.* INSCR. Suet. Vit. 3, 1 *pater Vitellii* -is immobilis erga principem. CE 1525 C 14 (*saec. I¹*). OCTAVIA 573 sancta ... -s (*erga Octaviam ut* 673). CALP. ecl. 4, 15 si *mea rusticitas* non valet arte ... carminis, at certe valeat -e probari. EPIST. imp. Dom. chart. lat. ant. X 417 ⟨virtutis caus⟩a et -is tuae. MART. 8 praef. omnes ... libelli mei, domine, ... tibi supplicant ...; hic *libellus* ... occasione -is frequentius fruitur. *al.* TAC. ann. 3, 16, 3 testor vixisse me *Pisonem,* Caesar, cum fide adversum te neque alia in matrem tuam -e. 4, 40, 1 Seiani. PLIN. paneg. 21, 3 publicae -is *non* intererat, quid vocarere. epist. 10, 8, 6 ⌊-is meae⌋ celeritatem (⌊ ⌋ *sc. qua templum statua principis exornavi*). 10, 13 ut iure sacerdotii precari deos pro te publice possim, quos nunc precor -e privata. 10, 52 eadem *atque commilitonibus* provincialibus

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

certatim -e iurantibus (*sim.* 10, 100). *al.* CIL V 4428, 1 (*post a. 161*) -i Hostiliae Hostilianae VIVIR(i) Aug(ustales) ... primae benemerenti (*sc. pecuniam aliquam largitae, v. comm. Mommsen*). DECRET. decur. Gab. (CIL XIV 2795; *a. 140*) 8 -is suae adfectu (*sc. libertorum erga Domitiam Augustam*). TERT. apol. 33, 1 de religione atque -e christiana in imperatorem. PANEG. 11, 11, 2 duplicato -is officio (*1* simplicis venerationis). SYMM. or. 1, 10 vellem ... tecum civica expostulare -e: cur in medium invitus existi (*sc. ut imperium acciperes*)? *et saepe.* Ⓘ *militum* (*cf. p. 2096, 75*): S. C. de Pisone (Vestigia 48, 1996) 161 quam fidem -emq(ue) domui Aug(ustae) ⌊praestarent⌋ *milites* (⌊ ⌋ parerent *aes*). 164 qui *militibus praepositi* fidelissuma -e ... nomen Caesarum coluissent. OCTAVIA 844 (*loq. Nero*) rara quem *praefectum* -s ... fidesque castris nota praeposuit meis. TAC. hist. 1, 83, 2 nimia -s vestra (*antea*: erga me *Othonem* modum caritatis). 2, 69, 1 militum (3, 36, 2. *v. et p. 2095, 58*). INSCR. Brit. I 1202, 10 (*a. 213*) pro -e ac devotione communi ... coh(ors). Ⓘ *senatorum* (*cf. p. 2096, 30*): TAC. ann. 3, 51, 1 Tiberius ... cum extolleret -em ... principis iniurias ... ulciscentium (*cf.* SVET. Aug. 66, 2 laudavit ... -em tantopere pro se indignantium). PLIN. paneg. 75, 3 -is nostrae. 79, 4 -i ... senatūs cum modestia principis felix ... certamen *erit* (INSCR. numm. imp. Comm. III p. 387 n. 194 [*in rev. imp. cum senatore manus iungens, ut*: p. 428 n. 538. p. 429 n. 549]. HIST. AVG. Comm. 18, 9 *Commodo mortuo senatus exclamat*: fidei praetorianorum feliciter; ... -i senatus feliciter). SVET. Dom. 11, 3 'permittite, patres conscripti, a -e vestra impetrari *eqs.*'.

β *de -e ipsius principis eiusque domus* (*saepius cum respectu clementiae, benignitatis sim. sublucente imagine divinae vel patriae -is [cf. p. 2087, 58sq.] nec raro iuxta res bello praeclare gestas vel severitatem inimicis adhibitam, cf. de Romanis p. 2096, 45sqq., de Aenea p. 2100, 73sqq.*): INSCR. (*a. 26 a. Chr.*) *v. p. 2089, 12.* numm. provinc. I p. 123 n. 344 (*a. 28/9*) -i Augustae (*sim. sine imagine -is deae* [*cf. p. 2101, 43*]: numm. imp. Galbae I^2 p. 255 n. 489 senatus -i Augusti [*sc. qui Augustus appellari noluit, antequam senatui placuit. fort. addas ibid.* p. 243 adn. -i Augusti, *nisi respic. adoptio Pisonis*]). PLIN. paneg. 2, 6 *Traiani* -em, abstinentiam, mansuetudinem (*cf. 2, 3* non de domino, sed de parente loquimur). CIL VI 1089, 5 (*a. 239*) *imperatori Gordiano* Cornelia Praetextata ⟨ob d⟩ivinam pieta⟨tem eius erga se et suos⟩. 1106 (*cf. p. 4344; a. 260/8*) Gallieno clementissimo principi, cuius invicta virtus sola -e superata est (XII 1852, 2 v. fortissimo et -e clementissimo *Constantino.* PANEG. 12, 26, 2. INSCR. Tun. Merlin 814, 1 [*a. 335/7*]. CIL VIII 12455, 2 [*a. 371/3*] v. inclyto, -e pacifico *Gratiano. al.*). 31378 b 5 (*cf. p. 4344; a. 295/303*) -e eorum, *sc. Maximiani et Constantii,* et clementia (PANEG. 8, 19, 3. HIST. AVG. Avid. 12, 3 *v. p. 2096, 31.* AMBR. epist. extra coll. 11, 12 [*ad Theod.*] qui -is inauditae eras, qui apicem clementiae tenebas. *al.*). PANEG. 4, 26, 3 quantum illo in bello vis tua perfecerit -e non retentă (*antea*: miserationem). 7, 5, 1 iustitiam ... patris atque -em ... imitaris (CIL III 445, 3 [*a. 350/361*] virtute, gloria, -e, i. cunctos retro principes supergresso ... Constantio. INSCR. Tripol. 472 i. ... ac -e caelestibus ... Valentiniano et Valenti. *al.*). 9, 17, 5 ⌊publicam⌋ eorum *Caesarum* in restituendo orbe -em (⌊ ⌋ *opp.* pro suo quisque captu). OPT. PORF. carm. 2, 20 *Constantinus* -e ⌊parens, ad Martia victor, mitior ad veniam. INSCR. numm. imp. VIII p. 143 n. 37 aeterna -s (*a. 337/340; ad imag. imp. globum pilumque tenentis, ut*: p. 178 n. 1sqq. p. 205 n. 17. p. 206 n. 32. 40sq.; *siquidem huc pertinent*). HIL. coll. antiar. app. p. 181, 9 (*antea*: benignifica natura tua) de fonte paternae -is tuae misericordia largiter profluit. SYMM. or. 1, 22 mira inter vos similitudo -is; tu *Valentinianus* nescis civile certamen adripere, ille *Valens* non potest vindicare. AMM. 15, 8, 14 una orbem pacatum ... pari moderatione -eque recturi, *sc. Constantius Augustus et Iulianus Caesar.* 27, 6, 9 quod -is summum ... munus est, rem publicam ut domum paternam diligere poterit *Gratianus.* PRVD. praef. 20 *me* militiae gradu evectum -s principis extulit adsumptum propius stare iubens ordine proximo. *et saepe.* *de -e principum inter se*: INSCR. numm. imp. IV 2 p. 170 n. 12 (*a. 238*) -s mutua Aug(ustorum). PANEG. 7, 1, 4 vestrae, *sc. Maximiani et Constantini,* concordiae perpetuaeque -i. 11, 6, 3 quanta vosmet invicem -e colitis! AVSON. 4 (317 S.), 29 (*respicitur tetrarchia q. d.*) trina -e vigentes, rectores terrae (*cf. p. 2094, 17*). *al.* (*praecipue* INSCR. numm.).

2 *in ceteris condicionibus; -s praestatur*: **a** *inter amicos, collegas sim.* (*gratia pro beneficio praestita respicitur e. g. l. 69. 72*): CIC. Sest. 3 -is potius quam defensionis ... partis *suscepi* (*item respiciuntur Ciceronis amici*: Mil. 100 nullum a me ... -is officium defuit. fam. 1, 9, 1 [*Lentulo*] cum illud ipsum gravissimum ... nomen -is levius mihi meritis erga me tuis esse videatur. 2, 6, 3 non offici solum fructum, sed etiam -is laudem. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 23, 7 praesenti -e meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora). BALB. Cic. Att. 9, 7^b, 2. HOR. epist. 1, 14, 6 me ... ⌊Lamiae⌋ *amici* -s et cura *Romae* moratur fratrem maerentis *mortuum* (⌊ ⌋ *gen. obi. [v. p. 2103, 28sqq.]? si gen. subi., pertinet ad A4 coll. p. 2093, 38 sqq.; ad rem cf. p. 2098, 8. 14sqq. et* PAVL. NOL. carm. 31, 7 *filio amicorum mortuo* dubia pendens -e laboro, gratuler an doleam [*cf.* 31, 10 gaudere fides, flere iubet -s]). OV. ars 2, 321 amor et -s tua sit manifesta puellae *aegrotae* (*sim. de -e erga puellam amatam*: MAXIM. eleg. 3, 64 -s talia velle fugit, *sc. formosa puella potiri* [*66sq.* castus amor]). trist. 1, 5, 14 *moriar prius,* quam subeant animo meritorum *tuorum* oblivia nostro et ... -s excidat ista. 4, 7, 5 cur tua cessavit -s, *sc. qua mihi scribere solebas*? Pont. 2, 6, 31 laudem -e mereris. 3, 2, 17 (*seq.* officiosa voluntas). *al.* VAL. MAX. 4, 7, 4 (*in cap.* de amicitia) nimia -e, *amicum interfectum lugendo* (*postea*: quid hac fidelius benivolentia?). 4, 7, 5. 5, 3, 3 scelus -i praetulerunt (*vel amicos vel patronos prodentes*). SCRIB. LARG. praef. 13 non es passus cessare tuae erga me -is officium. STAT. silv. 4 praef. inveni librum ..., quem -i tuae dedicarem. MART. 8, 38, 1 -e pertinaci. QVINT. inst. 12, 1, 40 (pro patre, fratre, amico periclitantibus *causam dicendo*). APVL. met. 8, 7, 3 *Thrasyllus* mentitae -is officiis *consolans Chariten lugentem maritum.* CIL V 4354, 8 (*aet. Sev.*) ob adfectionem et -em eius in se eximiam. VI 9384, 6 homini dulcissimo colleg(a)e sui pro sua -e bene merenti. INSCR. Gall. Narb. I 50 (*de collegio funeraticio*) conlig(ium) piet(atis) (*an est nomen deae?*). CIL XIII 11941, 11 *militi mortuo* fratres (*sc. populares?*) et contubernales o⟨b⟩ -e fecerunt. INSCR. Iugosl. Šašel 696, 8 Achillaeus conservae ... *et* sorori eius ob -em (*agiturne de concubinatu?*). *al.*

b *inter patronum, dominum et clientes, libertos, servos* (*cf. l. 10; fort. de concubinatu cogites l. 27. 29, cf. l. 20*): **α** *a parte patroni*: CE 12, 3 (*aet. Cic.*) *defuncti liberti* ⟨ing⟩enium declarat -is alumnus ⟨Gaius Queinc⟩tius Valgus patronus. 371, 2 (*a. 16*) impensae *a patrono collegii factae* causam ... audi et iustam ... -is percipe curam (*item erga collegium e. g.* CIL V 2176, 4 secutus -em collegio centonariorum hortos ... donavit). CIL III 3658, 7 patronus -is causa tit(ulum) me(um) *libertae* po(suit). VI 2225, 8 patronis suis fecit ... pro eorum -i et sibi et suis. XII 5130, 6 Apate ... fecit patrono et sibi ob -em eius. *al.* **β** *a parte libertorum, servorum, clientum* (*collegii l. 36; cf. p. 2097, 4*): VAL. MAX. 6, 8, 2 (*in cap.* de fide servorum) eorum -i ..., a quibus salus dominorum protecta est. *al.* INSCR. Plin. epist. 7, 29, 2 *Pallanti* ob fidem -emque erga patronos. STAT. Theb. 5, 627 -s ... magna fidesque (*sc. nutricis erga dominam*). CE 1009, 1 (*saec. I*) ⟨libe⟩rta hoc titulo patronum -is honorat. CIL III 6778, 2 (*saec. II¹*) patrono -is causa ([*gr. φιλοστοργίας*]. *sim.* VI 9187, 9). EPIST. Secundi (CIL XII 4393) 2, 11 (*loq. patronus collegii*) a -e vestra peto, ut *eqs.* (*6* amori vestro). IREN. 4, 13, 2 eam ... -em et obaudientiam, quae erga patremfamilias est, esse ... eandem et servis et liberis, maiorem autem fiduciam habere liberos *eqs.*

c *inter magistrum et discipulum* (*a parte discipuli praeter l. 45*): QVINT. inst. 2, 9, 2 discipulos ... moneo, ut praeceptores suos ... ament et parentes esse ... mentium credant; multum haec -s conferet studio. TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 565, 16 (*spectat ad Luc. 23, 50sqq.*) *Ioseph discipulus corpus Christi* tota -e tractavit. EPIST. Alex. p. 191, 20 (*ad Aristotelem*) a mea tuaque -e aberro, nisi tibi ... scribam. AVSON. 21 (419 S.), 39 -s, ... quam ... ornando in praeceptore multiplicas. HIST. AVG. Pius 10, 5 ab ostentatione -is *Marci, qui mortem educatoris lugebat.* *al.*

d *in ecclesia christiana* (*saepius subest imago -is inter parentes et filios; de humilitate, oboedientia Christianorum v. p. 2089, 61sqq. 2101, 8 sqq.*): **α** *a parte sacerdotis, ecclesiae, apostoli sim. clementer monentis, docentis, curantis* (*cf. p. 2087, 58sq.*): AMBR. epist. extra coll. 14, 59 *ut sacerdos* mansuetudinem teneat, -em diligat, iram repellat. AVG. conf. 1, 11, 17 *cum puer essem morbo correptus,* baptismum ... flagitavi a -e matris meae et matris omnium nostrum, ecclesiae tuae (*item de matre ecclesia*: QVODV. prom. 3, 38, 41 l. 41 quem *paganum* sancta mater -is gremio suum excepit inimicum). CASSIAN. inst. 10, 16 (*ad II Thess. 3, 14sqq.*) *Paulus* severitati ... paternam intermiscuit -em ([*postea*: clementi mansuetudine]. MAX. TAVR. 79 l. 2 *fratres* p. -e corripere. CAES. AREL. serm. 2 p. 20, 15 VITAE patr. Iurens. 81). HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 4 quantae ... -is dispensatione providerit, ne *eqs.* MAX. TAVR. 33, 1 (*antea*: pius pater; *opp.* durus magister) dummodo sive -e sive censura Christus adnuntietur. REGVLA mag. 2, 31 *abbas* matrem eis *monachis* suam praebens ... caritatem, patrem se eis mensurata -e ostendat. *al.*
β *a parte fidelium, venerantium sim.* (*in superiores sanctosve*): SVLP. SEV. dial. 2, 6, 6 *regina* tantae -is adfectu (*sc. erga Martinum*) ... comparanda *reginae Sabae.* LEO serm. 3, 4 si -em huius officii ... ei principaliter deferunt, quem ... episcoporum noverunt esse primatem. FAVST. REI. epist. 9 tit. domino ... tota -is virtute ... excolendo, fratri Ruricio Faustus (*sim.* 12 tit. debita -e suspiciendo). EVSEB. GALLIC. hom. 3, 6 *martyris* praeconia ... ferventibus -e studiis celebrantur. *al.*

C *de -e erga quoslibet miseros, afflictos sim.; vergit in notionem q. e. misericordia, clementia, venia, gratia* (*cf. e. g. p. 2101, 2 et definitiones p. 2087, 66sqq.*): **1** *contextu vario (pium est animal p. 2099, 4); -s praestatur*: **a** *quolibet modo* (*v. etiam p. 2103, 20*): LVCIL. 725 quae -s? monogrammi quinque *famelici ad cenam* adducti: -em vocant

[*M.H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*siquidem huc pertinet*). VERG. Aen. 9, 493 (*loq. mater Euryali a Rutulis occisi*) figite me, ⌊si qua est -s⌋, in me omnia tela conicite, o Rutuli ...; aut tu, magne pater divom, miserere *eqs.* (⌊ ⌋ *cf. p. 2090, 15 sqq.*). CVLEX 225 (*queritur culex ab eo, quem servavit, occisus*) praemia sunt -is ubi, -is honores? APVL. met. 4, 26, 1 (*puella anui*) parce ..., mi parens, et durissimo casui meo -is humanae memor subsiste (*postea*: miseratio). 6, 18, 8 senex ... orabit ... nec tu tamen inlicita adflectare -e (*sc. seni debita, item*: 6, 27, 2). INSCR. Iugosl. Šašel 2617 (*saec. III*) *gladiatori* retiario, qui -e populi rude liberatus est. AVSON. 5 (319 S.), 12 (*loq. medicus*) obtuli opem cunctis poscentibus artis inemptae officiumque meum cum -e fuit (*cf. l. 58*). PELAG. in I Tim. 5, 8 p. 494, 12 etiam illi *infideles* naturaliter habent circa proximos -em (*antea*: si quis viduas abicit aut pupillos). PHYSIOGN. 33 circumtumentes oculi immites, sine -e *eqs.* (*gr. p. 328, 11 ἀστεργεῖς, ὠμόφρονες*). EVGRAPH. Ter. Haut. 634 (*ad 637* 'misericordia, animus maternus') -e et materno ... animo. *al.* **b** *lugendo, sepeliendo mortuum non propinquum* (*cf. p. 2091, 31*): CE 496, 5 (*saec. I/II*) te precor, hoc qui releges, si -s habet ulla locum, ... dic: *'eqs.'*. 474, 12 (*saec. II*) tu opta, viator, cum -e tua ... *mortuo* terra(m) leve(m) (*sim.* 133, 2 [*non ante saec. II*] tactus -e). FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 13, 4 *Christum* velut exstinctum feminea -e plangebat *Maria Magdalena.*

2 *apud Iudaeos et Christianos* (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 45 -s ... iustorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffugium, indulgentia peccatorum. AVG. civ. 10, 1 p. 403, 18 sq. [*quae praecedunt, v. p. 2088, 22*] more ... vulgi hoc nomen, *sc. -is,* etiam in operibus misericordiae frequentatur, ... quia haec fieri praecipue mandat deus *eqs.*):
a *-em exhibent varii* (*saepe spectat ad largitatem erga pauperes, in instituta benefica, quae vituperatur a paganis l. 49; iuxta pos.* misericordia *l. 30. 34. al.*): TERT. apol. 39, 6 haec, *sc. stipes conlatae,* quasi deposita -is sunt, quippe non epulis ... dispensantur, sed egenis alendis humandisque *eqs.* VET. LAT. Zach. 7, 9 (Iren. 4, 17, 3. *al.*) -em et misericordiam facite (*gr. ἔλεος καὶ οἰκτιρμόν, Vulg.* misericordiam et miserationes). II Macc. 6, 8 (rec. B, *sim.* M) nullam -em in eos *Iudaeos* haberi (*rec. L* misereri [*sine negatione*], *aliter recc. cet.; gr. σπλαγχνίζειν*). CYPR. epist. 68, 4, 3 Marcianus ... adversarius misericordiae et -is *exstitit* (*sc. erga lapsos ut*: laps. 16 l. 321 quid impietatem vocabulo -is adpellant, *sc. lapsis ante tempus communicando?*). PONT. vita Cypr. 6, 4 quid ... circa pauperes ... faceret ... ? viderint -is antistites. 9, 6 *in pestilentia* docet ..., quantum ad promerendum deum prosint officia -is ([*antea*: de misericordiae bonis; *postea*: debito caritatis officio]. LACT. inst. 6, 12, 25. PS. AVG. serm. 312, 1 *peccator* misericordiam accipiet, qui proximo -is non denegat o. COD. Iust. 1, 3, 34 pr. [*a. 472*] huiuscemodi -is o. [*enumerantur antea*: orphanotrophio sive asceteriis *eqs.*]. CASSIOD. inst. 1, 31, 1. *al.*). LACT. inst. 6, 10, 3 *deus* dedit ei *homini* hunc -is adfectum, ut homo hominem tueatur, diligat *eqs.* (*antea*: misericordia vel humanitas). AMBR. in Luc. 7, 135 *dominus* simul divinitatis reverentiam et -is gratiam suadere complexus est dicens: 'diliges dominum deum tuum et diliges proximum tuum'. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 1 *Paulus* (*I Cor. 13, 3*) misericordiae largam -em ... *non* prodesse memoravit, si caritas fraterna ... defuerit. PRVD. perist. 2, 83 summa -s creditur nudare ... liberos, *sc. hereditatis pretio pauperibus dando* (*79 sq.* successor exheres gemit sanctis egens parentibus). tituli 180 *Stephanus* inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi hostibus; o primae -s miranda coronae! PAVL. NOL. carm. 15, 327 praeceptis -is opus mandantibus (epist. 23, 34 p. 191, 7 [*iuxta* misericordiae]. AVG. grat. 17, 33 ad bona -is o. CASSIAN. inst. 10, 2, 4 [*cf. ibid.* operam -is]. GREG. M. dial. 1, 10, 7 [*de hospitalitate*]. *al.*). AVG. serm. 206, 2 eleemosynis et ieiuniis pennas -is addamus *orationi.* PETR. CHRYS. serm. 8, 2 l. 25 esurit ieiunium ..., quod non -is cibo pascitur, quod potu misericordiae non rigatur. CE 1414, 5 (*saec. V*[1]) *levita idemque medicus* salutis opus -is munere iuvit *eqs.* (*4 noluit* pretii sordida lucra sequi. *cf. l. 9*). IVLIAN. epit. novell. 119, 12 omnia ... facta ad -em pertinentia episcoporum interesse oportet (*antea*: -is opus). REGVLA mag. 1, 38 *monachi gyrovagi* pro -e longi itineris cogunt pii hospitis *cibos sibi offerri. et saepe. -is ratio habetur in lege* (*cf. p. 2092, 35*): COD. Iust. 1, 2, 22 pr. lege ... suum vigorem -is intuitu mitigante (1, 3, 48 pr. talem institutionem -is i. valere. 8, 33, 3, 3b). 8, 39, 4, 1 nobis -e suggerente videtur esse humanum *eqs. al.* **b** *-em exhibent apostoli, sancti tuentes, mirabilia perficientes*: VET. LAT. act. 3, 12 (cod. 5. *al. et* VVLG.) quasi nos nostra virtute aut -e hoc fecerimus, ut ambulet hic *claudus* (*cod. 55* virtute aut potestate). PRVD. perist. 11, 175 (*de sepulcro martyris*) mira loci -s et prompta precantibus ara spes hominum placida prosperitate iuvat. SVLP. SEV. dial. 3, 2, 5 *non* differendo -em *puellam sanavit Martinus.* VICTRIC. 11 l. 16 *sancti medici ubique* parili -e cultores suos defendunt. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 104 quotiens -is opem medicina poposcit. GREG. TVR. Mart. 3, 19 pro tantae -is gaudia (*sc. visus redditi*). 3, 56 magna est ... -s confessoris *sepulti. al.*

D *exempla carentia certo respectu eius, cui -s praestatur*:

1 *praevalente notione virtutis, probitatis sim.* (*cf.* CIC. leg. 2, 25 *p. 2088, 56; iuxta ponitur* fides *e. g. l. 12. 26. 30, v. et l. 67 sq., saepe in enumeratione; quaedam ad I vergere non negamus* [*cf. p. 2088, 28*]): **a** *potius generaliter vel cum respectu -is plurium vel multorum hominum, populi sim.* (*exempla pauca selecta inde a* SEN. *philos.*): PLAVT. Rud. 11 qui *missi a Iove* facta hominum, mores, -em et fidem noscamus, ut quemque adiuvet opulentia *eqs.* (29 qui ... aetatem agitis cum -e et cum fide [*opp. 27* qui scelestust]). TRAG. inc. 148 (*apud* Cic. fin. 2, 71, *ubi praecedit*: nec vir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria) nemo pius est, qui -em (*cetera om. Cic., suppl. e. g. Bothe* colit infortuni metu). RHET. Her. 2, 24, 37 *sapientes* -em colere consuerunt. CIC. Catil. 2, 25 (*in serie oppositorum*) *pugnat* hinc fides, illinc fraudatio, hinc -s, illinc scelus. leg. 1, 43 ubi ... liberalitas, ubi patriae caritas, ubi -s, ubi aut bene merendi de altero aut referendae gratiae voluntas poterit existere? ... haec nascuntur ex eo, quod natura propensi sumus ad diligendos homines, quod fundamentum iuris est (*cf.* AVSON. 25, 3 [339 S.], 13 ius genitum -e hominum). fin. 5, 65 cui *iustitiae* sunt adiunctae -s, bonitas, liberalitas *eqs.*; ... atque haec ita iustitiae propria sunt, ut sint virtutum reliquarum communia. off. 3, 82 (vers.) regnandi gratia violandum est *ius*: aliis rebus -em colas (*vertitur Eur. Phoen. 525 εὐσεβεῖν*). *al.* CATVLL. 64, 386 domos invisere castas heroum ... caelicolae nondum spreta -e solebant (*an ad I? sim. respicitur aetas aurea*: LVCR. 2, 1170 antiquum genus ... -e repletum. SEN. clem. 2, 1, 4 -em integritatemque cum fide ac modestia resurgere. *cf. p. 2101, 29*). LVCR. 3, 84 vexare pudorem, ... vincula amicitiai rumpere et in summa -em evertere (-e *codd. praeter unum; seq.* patriam carosque parentes prodiderunt). SALL. Iug. 31, 12 quibus fides, decus, -s ... quaestui sunt. OV. ars 1, 641 innocue vivite, numen adest; reddite depositum; -s sua foedera servet; fraus absit *eqs.* SEN. Phaedr. 921 pudor impudentem celat, ... -s nefandum (*vergit ad A*). Thy. 216 sq. ubi non est pudor nec cura iuris, sanctitas, -s, fides, instabile regnum est. :: sanctitas, -s, fides privata bona sunt. dial. 4, 28, 2 quam multa -s, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt? epist. 90, 3 ab hac *philosophia* numquam recedit religio, -s, iustitia et omnis alius comitatus virtutum (*seq.* colere divina, humana diligere). MELA 3, 53 *Hiberni sunt* omnium virtutium ignari ..., -is admodum expertes (*de eisdem Sol. 22, 2* fas ac nefas eodem loco ducunt). PAPIN. dig. 28, 7, 15 quae facta laedunt -em, existimationem, verecundiam nostram et ... contra bonos mores fiunt. PANEG. 11, 19, 2 cum nascentibus pariter oriuntur -s atque ⌊felicitas⌋; naturalia sunt enim animorum bona et praemia fatorum (⌊ ⌋ *cf. p. 2089, 10*). CE 315, 2 (*saec. IV*[1]) iustitiae sedis, fidei domus, aula pudoris haec est *basilica,* quam cernis, -s quam possidet omnis *eqs. al. respicitur imperium Romanum* (*cf. l. 64. p. 2096, 45 sqq. 2102, 14*): VAL. MAX. 5, 3, 1 *saeculum illud Romuli* cruore foede maculatum ne summa quidem posteritatis dissimulare -s potest (*cf.* PRVD. c. Symm. 2, 597 illum *deum* ... consensus prosperat orbi, seditione fugat ..., retinet -e quieta). INSCR. numm. imp. V 1 p. 99 n. 393 (*a. 257*) piet(as) saeculi (*c. imag. Iovis caprae Amalthaeae insidentis, quae est in reverso* p. 119 n. 32). VIII p. 256 n. 103B (*a. 340/8*) -s R(omana) ([*ad imag. imp. armati*]. 104 p(ietas) R(omana) [*ad imag. Pacis*]. *cf. p. 2096, 49. 2102, 14*).

b *potius cum respectu -is singulorum*: **α** *variorum*: ENN. ann. 8 o -s animi. CIC. Vatin. 26 in summa copia optimorum adulescentium pari continentia, virtute, -e reliquit neminem (*de C. Pisone genero ut*: Brut. 272. *cf. p. 2095, 23*). Planc. 3 *Planci* modestissimos mores, summam fidem, continentiam, -em, innocentiam. Cato 84 *Catone* nemo vir melior natus est, nemo -e praestantior. fam. 5, 17, 4 *filii mortui* -em, virtutem, industriam. *al.* VERG. Aen. 1, 151 (*in seditione*) -e gravem ac meritis ... virum. 6, 769 Silvius Aeneas pariter -e vel armis egregius. 6, 878 heu -s, heu prisca fides, invictaque bello dextera, *sc. Marcelli.* HOR. carm. 4, 7, 24 cum semel occideris ..., non ... genus, non te facundia, non te restituet -s (*vix ad I*). VELL. 2, 125, 5 *dux militaris quidam exercitum* in summa pace ⟨et⟩ quiete continuit, cum ei ⌊-s⌋ rectissima sentiendi et auctoritas, quae sentiebat, obtinendi superesset (⌊ ⌋ *trad.,* facultas *Watt, alii aliud*). CE 2051 (*Pompeiis*) aedilem Proculam ... cunctorum turba probavit; hoc pudor ingenuus postulat et -s. SIL. 9, 437 *Scipio* melior -e fideque *quam Hannibal. al. in epitaphiis* (*plerumque mulierum*): CIL VI 10103, 3 (*aet. imp. Aug.? tit. actoris, ut vid.*) quoius -s laesit neminem (*item* 22675, 5 [*saec. I?*] *puellae cuiusdam*). CE 81, 1 (*saec. I*[1]) o quanta -s *feminae* ..., fides, amor, sensus, pudor et sanctitas. INSCR. christ. Diehl 365, 3 (*a. 376*) uxori bon(a)e ... fidis, pudor et -s. CE 1347 A 13 (*saec. IV*[2]) *consul* virtutis, fidei, -is, honoris amicus, parcus opum nulli, largus ... sui. CIL IX 5300, 1 (*a. 385; de vicario Africae*) mir(a)e -is *eqs.* INSCR. christ. Diehl 1743, 2 ⟨vi⟩duitatis et ve⟨r⟩ecundi(a)e preconium, casti⟨t⟩atis et -is exe⟨mplum⟩. *al.*
β *Aeneae* (*cf. p. 2088, 73 sqq. 2093, 47 sqq. et v. p. 2102, 55; iuxta laudatur virtus bellica p. 2101, 4. al.*): VERG. Aen. 1, 10 insignem -e virum ([SERV. quia patrem et deos penates *servavit*; ... si iustus est Aeneas.

[M.H.]

c *de nubibus, aëre sim.*: AETNA 335 *nubes* -a ... circum stupet (STAT. Theb. 2, 2 undique -ae ire vetant n. [*an ad l. 16 sqq.?*]). SEN. nat. 1, 2, 6 stabili aëre et -o vento (RVT. NAM. 1, 369). 3, 9, 1 *spiritus* -r et inmotus. 7, 21, 1 *circa septentrionem* plurimum est aëris -i (LVCAN. 6, 107 hostis a. non -o nec inertibus angitur undis. PLIN. epist. 2, 17, 19). AVIEN. ora 236 caligo. PRVD. ham. 516 -is densus nebulis ... aer.

d *de corpore humano vel eius partibus* (*cf. p. 2106, 23 sqq. et 55 sq.*): SEN. Thy. 436 placet ire, -is membra sed genibus labant (*vergit ad C1*). epist. 122, 4 sine ulla exercitatione iacentibus tumor -um corpus invadit (STAT. Theb. 10, 108. LACT. opif. 16, 10 gravis huius ac -i c., cum quo inligata est *mens* [*an ad A?*]. ORIBAS. syn. 5, 28, 4 Ab p. 67 c. tardum et gravem vel -um habet ad movendum [*La* non est facilis ad m.; *gr. δυσκίνητον*]). MART. 2, 11, 3 lugubre quiddam, quod tacet -r vultus. QVINT. inst. 11, 3, 119 *manus oratoris.* VET. LAT. sap. 15, 15 pedes *idolorum* ... -i ad ambulandum. IREN. 1, 30, 9 *Adam et Evam in paradiso* quidem habuisse levia et clara et velut spiritalia corpora ...; venientes autem huc, demutasse in obscurius et pinguius et -ius (*cf.* MAX. TAVR. serm. 95 ex vitiosa et -a mole *corporis* ad supernam illius puritatis substantiam transmeare). POTAM. tract. 1 l. 35 ne *homo* fieret divortio recedentis spiritus lutea moles et -a glebositas (*sc. cadaveris*). PRVD. cath. 10, 41 quae -a cadavera pridem tumulis putrefacta iacebant, *resurgent cum animis. al.*

e *de quibuslibet*: AETNA 130 -a ... tellus conferta in solidum segni sub pondere cesset (157). OV. met. 1, 551 *Daphnes* pes modo tam velox -is radicibus haeret. LVCAN. 10, 493 nec -r ignis erat per stuppea vincula. APVL. mund. 3 p. 294 quantum rapidis possunt -iora contingi (*item neutr. plur. pro subst.*: 21 p. 336 velocibus -a ... confu[n]dit *natura.* AVIEN. Arat. 1553 [*syn.* torpentia]). *al.* PS. PROSP. carm. de prov. 125 quae ... -a situ *sunt* (*postea*: torpore). *al. respicitur id, quod ita lente provenire videtur, ut sero praesto sit* (*cf. l. 37*): COLVM. 10, 412 *persica* tempestiva madent, quae ... Gallia donat, frigoribus -o veniunt Asiatica fetu.

2 *de incorporeis; respicitur: cursus temporis*: HOR. epist. 1, 1, 21 ut -r annus pupillis, quos dura premit custodia matrum. OV. fast. 2, 727 *Romanos* -o tenet Ardea bello (*722 Ardea* patitur longas obsidione moras). *motus localis*: SEN. Thy. 421 -o ... incessu stupet (LACT. Phoen. 148). COLVM. 1, 5, 3 *palustris aqua* -o lapsu repit. FIRM. math. 1, 4, 6 *Saturni* molitione (PAVL. PELL. euch. 276). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 66 in solitos usus -r motus (1, 4, 69. *al. apud eundem.* ORIBAS. syn. 5, 15, 3 Ab p. 57 membrorum m. fit -ior [La *v. p. 2107, 64; gr. ὀκνεῖν*]). *al. actio dicendi, scribendi*: QVINT. inst. 9, 4, 66 (*agit de numeris*) cura sit ..., ne -a, ne longa sint *media periodi.* ENNOD. opusc. 1, 22 p. 267, 17 cursim multa transcendo, ne -ioris stili vitio serus advenias. GREG. M. moral. 2, 75 l. 35 -a vel immoderata locutione (*antea*: torpenti vel praecipitata actione). *id, quod ita lente venit, ut sero adsit* (*cf. l. 22*): AVIEN. Arat. 869 -a salus nautis redeat (*868* sera ... miseratio *Iovis*). *quidlibet*: CAEL. AVR. acut. 2, 1, 3 magis debilis percussus invenitur atque -r ac inanis. chron. 5, 11, 141 qui segni ac -o ductu vitam trahunt. ORIBAS. syn. 1, 31, 1 Aa p. 85, 17 -is et stupentibus passionibus (*sim.* La, *gr. ἀργοτέρων*).

C *-a dicuntur, quaecumque vi carent, sine effectu (vehementiore) peraguntur sim.*: **1** *corporea vel sensibus percipienda*: HOR. carm. 1, 22, 17 pone me -is ubi nulla campis arbor aestiva recreatur aura (*cf.* APVL. flor. 15, 2 ager frumento -r, aratro inritus). COLVM. 2, 17, 3 remedia (*opp.* efficacissimum). PLIN. nat. 14, 124 ubi -a lenitas *musti* torpeat (*spectat ad saporem, v. vol. VII 2, 1148, 61 sqq.*). 37, 106 *lapides quidam sunt* -iores et crassius nitent ([*opp.* excitatius fulgent]. *sim. de eis, quae parum lucent, colore carent*: AVIEN. Arat. 390 *Cancri chela* laeva duas -o succendit fomite flammas. ALC. AVIT. carm. 6, 471 canescunt -a crescentes mole favillae). STAT. Ach. 1, 435 -is addunt mucronibus iras. MART. 3, 47, 9 -o ... ventri non inutiles betas. FIRM. math. 2, 17 de -is et deiectis locis (2, 19, 9. *et saepe apud eundem. cf.* 2, 23, 7 *signum* -um et ableptum. *v. etiam l. 64*). ORIBAS. syn. 6, 29, 9 Aa p. 21, 7 *diaeta* -ior ... contra consuetudinem (= La p. 115, *gr. ἀργοτέρα*). *al. acc. obi. int. neutr.* -um *de sono tenui, minus pleno* (*fere pro adv.*): POMP. gramm. V 126, 22 illae *syllabae* habere gravem accentum, quod et -um et minus sonent (pigre *var. l.*). **2** *actiones et varia incorporea*: VAL. MAX. 7, 3, 10 tardiorem -ioremque *amoris impetum* (CET. FAV. 6 p. 293 ut animata aqua non -o i. decurrat). PLIN. nat. 14, 136 -o luctandi studio. SIL. 13, 773 -a extulit astris haud umquam sese virtus. GELL. 2, 23, 19. 9, 9, 15 gaudia ... -a et levia et cunctantia. APVL. met. 2, 30, 3 -is conatibus (FIRM. math. 6, 32, 11). FIRM. math. 3, 7, 25 *ut stellae quaedam* in his locis positae -os habeant actus. AVG. bon. viduit. 18, 22 ut ad capessendam vitam bonam hominum voluntates -as excitant. EVSTATH. Basil. hex. 9, 6, 7 sermo ... obtunsior ... et -ior ad examinanda, quae sua sunt (*Migne gr. 29, 204[B] ὄχνου πλήρης*). *al.*

adhibetur adi. pro subst. masc. sub I e. g. p. 2106, 31. 50. p. 2108, 9, neutr. sub II e. g. l. 10. 19 sq. (pro adv. l. 57), fem., ut vid., p. 2128, 12.

adv. ⁑**pigrē.** *testatur formam* -e CHAR. gramm. p. 235, 11. 236, 4. 277, 6; *compar. inde a* LVCANO, *superl. deest.* [*confunditur in codd. c. adi.* OV. met. 2, 771 (*cf. l. 58*), *c.* prius CASSIAN. conl. 12, 11, 5.]

i. q. pigro modo: **1** *respicitur motus lentus, actio segnis* (*immobilitas p. 2111, 6. 12*): AETNA 414 *lapis* cunctanter ... et -e concepta

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

incendia remittit. SEN. epist. 114, 3 *animo languido* trahi membra et -e moveri pedes ([*opp.* concitari, ferri]. AVG. serm. 346B, 2 coll. Morin p. 286, 17 -ius movetur in via. ORIBAS. syn. 6, 3, 1 Aa p. 6, 32 *si aegritudo* -e movetur [*item* La p. 97; *gr.* ἀργῶς]). COLVM. 7, 5, 3 -e et segniter agere *pecus.* 11, 1, 14 refert colonos ... *non* lentos per otium -e procedere. LVCAN. 5, 435 *sine vento* -ius inmotis haesere paludibus undae (STAT. Theb. 10, 143 -ius). PLIN. nat. 10, 105 -ius intrante femina *columba* ad pullos (*nisi ad 2*). SOL. 37, 5 -e fluit *Tigris.* VEG. mil. 3, 6, 23 qui ... *milites* -ius incedentes accelerare compellant. AVG. in psalm. 31, enarr. 2, 4 *nonne esset melius, si* ille -ius etiam et imbecillius, tamen in via ambularet, quam praeter viam fortiter curreret (serm. 169, 18 GREG. M. moral. 1, 41). GREG. M. moral. 7, 61 *ne lingua,* cum loqui utiliter potest, semet ipsam -e restringat ([= past. 3, 14]. *antea: ne* restricta ... ab utilitate torpescat). *al.* **2** *respicitur animus cunctans, nolens, haud propensus sim.* (*sc. subaudias agentem in struct. pass. l. 20. 26*): SEN. benef. 7, 32, 1 *beneficio perdito non* -ius dabo, sed diligentius. dial. 5, 17, 1 *Alexander interfecit Clitum* -e ex Macedone ac libero in Persicam servitutem transeuntem. epist. 82, 17. CVRT. 5, 9, 7 *ad mortem* non -e ire. COLVM. 10 praef. 4 -e ... propter difficultatem operis ... adgressi sumus ... materiam. PLIN. epist. 1, 13, 1 ad audiendum *poetas* -e coitur. paneg. 71, 2 cunctanter et -e *manum promere.* APVL. met. 4, 21, 5 tandem -e ac timide quidam lanius *ursae uterum resecavit.* SYMM. epist. 9, 71, 2 -e et neglegenter. AMM. 21, 11, 2 *legiones* -ius motae ... hostes ... formidantes (AVG. conf. 7, 19, 25 ad ... christianam fidem. epist. 262, 5 ad ... elemosynas largius faciendas. *al.*). AVG. epist. 55, 21 animae motus ... -ius inflammatur. serm. 180, 14 *vitium quod deponere conamini,* non fiat hodie, -ius fit cras; ... triduo moritur pestis *ista.* ISID. sent. 3, 27, 6 -e ... delinquentibus veniam praestant. *al.* *respicitur tempus serum* (*cf. p. 2107, 52*): RVFIN. hist. mon. 1, 6, 5 ut tardior iam fieret ad hymnos, sed et ad orationem -ius surgeret (*gr. 1, 49* ἀργότερον). **3** *respicitur impetus parvus*: GREG. M. past. 3, 2 *accusator* -ius ... fortasse incideret (*opp.* exacuit increpationem).

adv. **pigriter.** *i. q. pigre*: OP. imperf. in Matth. 48 p. 900 in longa via etiam veloces homines -r ambulant. GLOSS. III 219, 55 (*suppl. sec.* 654, 12) -r ⟨fecistis⟩, quae necessaria sunt (*gr.* ὀκνηρῶς).

deriv.: pigredo, pigreo, pigresco, pigritas, pigritia, pigrities, pigritudo, pigro(r), pigror (-oris).

compos.: impiger. *cf. Onom.*

piget (pigeo), -uit (-uī), -itum est, -ēre. [*cum iuxta* mac-er, rub-er *occurrant verba* mac-eo, rub-eo, *fortasse primitus exstitit iuxta* pig-er (*q. v.*) *verbum personale* *pigeo, *quo significatum esse i. q. 'mihi non libet, aspernor' existimares, cf.* pudeo/pudet (*Delbrück, Vergl. Synt. III, 1900, 30; Watkins, Trans. Phil. Soc. 1971, 65*). *non est radicis eiusdem atque* pingere; *fortasse cf. germ.* *f(a)ik < *p(o)ig, *quamquam notione paulo differt, v. e. g. vet. sax.* fēkni *'dolosus, insidiosus'; v. Heidermanns, Etym. Wb. der germ. Primäradj., 1993, 184 s. v.* faikna-. *Fo.*] NOT. Tir. 89, 74. *de formis: stirps perf.* -uit *sim.* PROP. 4, 7, 29 LIV. 31, 7, 13 COLVM. 1 praef. 31 LVCAN. 2, 105. *al., pass.* -itum est *v. sub IB, depon. pers. v. p. 2114, 35, imperat.* -ito VIRG. gramm. epit. 4, 8, 2 (pugi- *codd.*). *de notione*: FEST. p. 213 -ere interdum pro tardari, interdum pro paenitere poni solet. NON. p. 423, 28 pudet ... verecundiae est, -ere paenitentiae (DON. Ter. Ad. 391, 1 p. in his, quae turpiter facit, -et in his, quae cum damno ac malo. 391, 2 pudere ad dedecus, -ere ad dolorem refertur [*sim.* 391, 3]. SERV. Aen. 4, 336 -et ad futurum spectat, p. ad praeteritum ..., unde interdum ... simul ponuntur [*sim.* SCHOL. Stat. Theb. 3, 22 licet una paene sit significatio]). AVG. gramm. V 515, 13 -et quasi pigritiam significat; nam cum dicimus '-et me fecisse', hoc est dicere 'non surgit meus animus probare, quod feci'. GLOSS.ʟ II Abav. PI 4 -et: pudet, ὀκνεῖ. Philox. PI 9 -et me: ὀκνῶ. III Abstr. PH, PI 6 -et: pudet, ⌊poenitet, taedet⌋ (⌊ ⌋ *deest in parte codd.*). *al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO (*17ies*), ENN., *frequentat* OV. (*28ies*), *aliquanto rarius in oratione soluta inde a* CATONE (*semel*), CIC. (*ter*), SALL. (*quater*), LIV. (*14ies*). [*confunditur in codd. maxime c.* pudet TER. Andr. 877 OV. am. 2, 7, 2 LVCAN. 8, 27. *al.* (*restit.* ACC. trag. 104; *in falsa var. l.* TER. Haut. 1043 LVCAN. 5, 750 STAT. Theb. 10, 901); *e coni. dub.* VARRO Men. 304, *trad. post lacunam* MANIL. 4, 434.]

significatur motus animi eius, qui gravatur aliqua re, aegre fert vel repudiat, non vult aliquid. *affectus plerumque pertinet ad actiones, condiciones sim. eius, qui movetur (ad alterius facta vel res e. g. p. 2112, 19. 2113, 30. 35 sqq., ad homines p. 2112, 32 sqq.), sc. saepe ad praesentia vel instantia, ut praevaleat notio pudoris, taedii, cunctationis sim. (cf. l. 49 sqq. 75 sqq.), paulo rarius ad praeterita, ut praevaleat color paenitentiae, doloris sim.* (*e. g. p. 2112, 16. 21. 25. 2113, 14 sqq. 21. 46. 50. 75. 2114, 14 sqq. al.; cf. l. 49 sq. 73.*). *syn. vel iuxta pos. notabiliora*: dolet *p. 2112, 35 (in serie ut p. 2114, 2). 2113, 16*; paenitet *p. 2112, 25. 2113, 17 et* OV. epist. 14, 14. PRVD. cath. 2, 26 (*in serie ut p. 2113, 11*). SVLP. SEV. chron. 1, 38, 6. *al.* (*distinguitur p. 2112, 26; cf. l. 49 sq.*); pudet *l. 34. 35. (in serie ut p. 2113, 11. 2114, 2). p. 2113, 45. al.* (*distinguitur l. 51. p. 2113, 35. 48. al.; cf. p. 2111, 50 sqq.*); taedet *l. 19. 36 et* VAL. MAX. 2, 8, 7 SIL. 8, 303. *al.* (*variat p. 2113, 9 et* APVL. met. 1, 3, 2). *opp.*: iuvat OV. ars 3, 717 fast. 3, 175; libet *v. vol. VII 2, 1323, 78 sq.* *haud raro in figura q. d. litotes, ut significetur aliquid animo prompto, libentissimo fieri.*

I *struct. impers., sc.* '-et (me)' *i. q.* '*taedium, odium sim. (me) afficit*' (*cf. exempla eiusdem notionis, sed c. subi. pron. vel subst. sub IIA. is, qui affectu movetur, indicatur saepe per acc. inde a* PLAVTO [*est animal p. 2113, 3, res per prosopop. p. 2113, 56*], *per dat. l. 47. 57 et* GREG. TVR. Franc. 4, 26 p. 159, 6. CAES. AREL. serm. 76, 3 [*bis*]. *vix l. 22*): **A** *act.* -et (*usum verbi defectivi testantur* QVINT. inst. 1, 4, 29 quaedam tertiae demum personae figura dicuntur, ut licet, -et. AVG. gramm. V 515, 8 nec pudeo pudes dicimus ... nec -o -es *eqs. al.*): **1** *affectum moventia certis structuris indicantur*: **a** *gen.* (*testantur* CHAR. gramm. p. 382, 2 PRISC. gramm. III 158, 31. *al.*): **α** *rei, facti sim.*: PLAVT. Trin. 127 *est* factum neque facti -et (TER. Andr. 877 [*seq.* pudoris signum]. OV. epist. 12, 209. IVST. 12, 6, 5 -ere eum f. coepit. *al.*). CIC. dom. 29 ut me non solum -at stultitiae meae, sed etiam pudeat. SALL. Iug. 4, 9 me civitatis morum -et taedetque (FRONTO p. 123, 9). VERG. Aen. 5, 678 -et incepti lucisque (OV. fast. 3, 175 [*opp.* iuvat]. LIV. 26, 37, 6 -bat inriti i. [*seq.* pudebat]. *cf.* APVL. met. 8, 5, 9 coepti nefarii). OV. met. 2, 386 -et ... actorum sine fine mihi ... laborum. LIV. 1, 13, 3 adfinitatis *et* ... conubii. 10, 31, 15 quinam sit ille, quem -at longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quae gerentes non fatigaverunt? VELL. 2, 18, 5 virtutum suarum. SEN. Oed. 836 ne te parentis -at inventi vide (*837* paenitendi sanguinis). benef. 6, 42, 2 paenitet accepti beneficii, quem nondum redditi -et. *al.* LVCAN. 4, 26 -uit sceleris, pudor arma ... continuit. 5, 311. 9, 218 castrorum bellique. SIL. 7, 226 lucis (*adde* VERG. *supra*). *al.* STAT. Theb. 3, 353 officii. PRIAP. 83, 38 lentitudinis. APVL. met. 7, 25, 8 huius iniuriae. ITIN. Alex. 40 vitae ... intemperantis. PANEG. 4, 34, 1 nullam matronarum ... boni sui -uit. CLAVD. 26, 477 petitae ... Italiae. AVG. virg. 34, 34 quas paenitet professionis et -et confessionis. *al.* **β** *hominis*: ENN. scaen. 60 (*loq. Cassandra*) mea mater, tui me miseret, mei -et. TER. Ad. 392 fratris me quidem pudet -etque. TVRPIL. com. 18 pudet -etque mei me. ACC. trag. 471 dolet pudetque Graium me et vero -et. SEN. dial. 9, 2, 11 illum taedet sui -etque. SIL. 15, 745 (*dux ad fugientes*) nostri ... -et? TAC. ann. 15, 25, 2 Paeti -uerat. APVL. apol. 9, 11 eorum. CLAVD. 5, 209 si -et humani generis, *sc. deos.*

b *inf.* (*fere act. vel depon., (medio)pass. l. 74 sq. p. 2113, 13; acc. c. inf. l. 69. p. 2113, 5. 16. 30* [*c. inf. pass.*]): **α** *praes.*: Ⓘ *verbi dicendi, commemorandi, scribendi sim.* (*pauca selecta inde a* LIV.; *cf. similia sub β; saepius auctorem vel -et referre turpia, mala sim.* [*v. e. g. l. 51 sq. 54 et* VAL. MAX. 2, 8, 7 TERT. nat. 1, 18, 2], *vel non -et afferre exempla, aliquid repetere, explicare sim.* [*e. g. l. 58. 61. 64 et* COLVM. 12, 2, 2 PLIN. nat. 15, 49 TERT. orat. 15 p. 189, 16 CASSIOD. hist. 6, 44, 2]): PLAVT. Aul. 210 quaeso, quod te percontabor, ne id te -at proloqui (LIV. 23, 5, 12). PACVV. trag. 144 (*loq. Orestes*) mihi -et paternum nomen, maternum pudet profari. SALL. Iug. 31, 2 illa ... -et dicere (COLVM. 6 praef. 5 APVL. apol. 34, 1. VET. LAT. Phil. 3, 1 [Ps. Aug. serm. 175, 2; *gr.* ὀκνηρόν, *cod. 61. al. et Vulg.* pigrum (est)]. HIER. epist. 22, 13, 1 quot cotidie virgines ruant. *al.*). 95, 4 postea quae fecerit *Sulla,* incertum habeo pudeat an -at magis disserere (SVLP. SEV. chron. 2, 28, 3). OV. ars 1, 621 nec faciem nec te *amatorem* -at laudare capillos. LIV. 8, 2, 12 fateri (STAT. Theb. 1, 678 -et inter sacra f.). 9, 18, 4 referre in tanto rege -et superbam mutationem vestis (42, 40, 8 PLIN. nat. 9, 25 QVINT. inst. 5, 13, 29. 8, 6, 74. TAC. ann. 1, 73, 1 crimina. FLOR. epit. 3, 21, 26 [longum *var. l.*]. VITAE patr. Iurens. 157 nobis r. non -at). 26, 49, 1 scribere (SYMM. epist. 5, 32. *al.*). VITR. 2, 8, 12 sed haec opinio quare per orbem terrae falso rumore sit pervagata, non -bit exponere (PLIN. nat. 6, 101). VAL. MAX. 9, 5, 2 -et adicere quod sequitur. CELS. 2, 2, 3 loqui (SEN. Phaedr. 637 STAT. Ach. 2, 94). MELA 1, 29 (*describit regionem ignobilem*) ex his tamen, quae commemorare non -et, montes sunt alti, qui *eqs.* (APVL. flor. 9, 22 non -bit me c., quod illum non puditum est ostentare. AVG. civ. 2, 17 p. 73, 31). PLIN. nat. 3, 139 civitates quattuordecim, ex quibus Lacinienses ... nominare non -at (4, 40. *al.*). *al.* Ⓘⓘ *cuiuslibet verbi* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Men. 1067 non ... ita promeruisti de me, ut -at, quae velis, ⟨obsequi⟩. Most. 415 ne quid potiatur, quam ob rem -at vivere. Trin. 661 me -et parum pudere te (*antea*: perpeti nequeo). *al.* ACC. trag. 104 hortari pudet, non prodesse id -et (pudet *codd.; sunt qui ad IIA1 trahant*). VARRO Men. 395 -et currere et una sequi. SALL. or. Phil. 14 nisi ... pudet aut -et recte facere. VERG. georg. 1, 177 ni refugis tenuisque -et cognoscere curas. HOR. epod. 16, 27. TIB. 1, 1, 31 *agnam* referre domum (*syn.* pudet). PROP. 4, 7, 29 (*33* hoc etiam grave erat). OV. Pont. 3, 9, 19. LIV. 5, 53, 7 aedificare. 44, 22, 14 si quem id facere -et. CELS. 2, 2, 3 moveri. SEN. Oed. 517 ubi turpis est medicina, sanari -et. Thy. 941 afflictos gaudere -et. LVCAN.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 215 remotas ... penetrare domos. PLIN. nat. 5, 12 *quosdam,* si indagare vera -at, ignorantiae pudore mentiri non -et. 10, 67 reverti incomitatam -et *glottidem.* MART. 2, 5, 7 te ... ut videam, duo milia non -et ire: ut te non videam, quattuor ire -et. FRONTO p. 110, 16 ut neque illum -ret neque me puderet ea illum oboedire mihi, quae *eqs.* TERT. spect. 1 p. 2, 1 -bat ... perseverantes tantis ⟨in⟩ voluptatibus propter dominum mori. VET. LAT. Sirach 7, 39 non te -at visitare infirmum (*gr. 7, 35 μὴ ὄκνει. cf. p. 2130, 44*). AVG. civ. 7, 24 p. 304, 10 animam ... deos sibi multiplicare ... sicut plurimum libuit, sic aliquando et -uit (*antea*: taedet paenitetque). COMM. instr. 2, 30, 7 si -ret ire ad pauperem (*edd. vet.,* pergeret *cod.,* pigreret *Martin*). SIDON. epist. 5, 7, 2 -et promittere, pudet negare, paenitet praestitisse. CASSIOD. var. 7, 39, 1 non -et dolentium querelis ad hanc partem pietatis adduci. *al.*

β *perf.*: PLAVT. Trin. 348 ne -at fecisse *bene amico,* ut potius pudeat, si non feceris. CATO agr. 1, 4 quos -at vendidisse *agrum.* PACVV. trag. 44 dolet -etque magis magisque me conatum hoc nequiquam itiner. PS. SALL. rep. 1, 8, 9 *hominibus reprehendentibus* me subiectum haud paenitet, magis reticuisse -ret. VERG. Aen. 4, 335 *non* me meminisse -bit Elissae (LVCAN. 8, 27 Pontica signa deiectum m. -et. VAL. FL. 2, 81 *non* meriti ... -et m. prioris. AVSON. 23, 69 [266 S.]. *al.*). 7, 233 Troiam Ausonios gremio excepisse *non* -bit. TIB. 1, 6, 52 ne -at magno post ⌊didicisse⌋ malo (tetigisse *Statius; v. e. g. Maltby, 2002, ad l.*). 3, 10, 3. OV. medic. 47 tempus erit, quo vos speculum vidisse -bit. ars 3, 717 nunc venisse -et ..., nunc iuvat, *sc. Procrin Cephalum secutam.* met. 5, 221 non cessisse -et (SIL. 12, 312). trist. 5, 1, 8 *iuvenalia* nunc me composuisse -et (TAC. Agr. 3, 3 non tamen -bit ... memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum c.). *al.* MANIL. 4, 399. LVCAN. 2, 105 non senis extremum -uit vergentibus annis praecepisse diem. SIL. 9, 431 mutasse. 12, 677. STAT. Theb. 3, 549 inrupisse volantum concilia. QVINT. inst. 3, 1, 22 posuisse sententiam. PS. AVR. VICT. epit. 40, 19 quod cum -ret factum *esse,* differri, quae praecepisset, ... statuit. CLAVD. rapt. Pros. 3, 61 genitum *esse.* MART. CAP. 5, 566 (vers.) -bit arma horruisse caelites. PAVL. PELL. euch. 439 amasse. *al.*

c *enunt. secund.*: PLAVT. Pseud. 282 *pecuniam* non dedisse istunc pudet, me quia non accepi -et. NEMES. cyn. 263 nec -at, quod turpe caput *equi.* EVSEB. EMES. serm. 26, 30 -at unumquemque, ut alius acceptus sit (FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 2, 3 *si quid praetermisi,* non te -at, ut te rescribente commemorer. CAES. AREL. serm. 77, 3 non ... -at ..., ut se unusquisque in terram prostratus humiliet). CASSIOD. Ios. antiq. 15, 126 p. 435 ausus est ... ad populum sermocinari; nam prius -bat eum, ne male ... susciperetur ab eis (*gr. ὀκνῶν αὐτό, μὴ κτλ.*).

d *locutione c. praepos.* (*cf. p. 2111, 51*): EVSEB. EMES. serm. 29, 34 non vos -at ad ostentationem, quae sit caritas vestra.

2 *affectum moventia non indicantur* (*plerumque facile e contextu subaudiuntur*): PLAVT. Capt. 203 nos pudet, quia cum catenis sumus. :: at -at postea nostrum erum, si vos eximat vinculis. Men. 1066 quaeso ... eloquere tuom mihi nomen, nisi -et ([*quae sequuntur, v. p. 2112, 66*]. Persa 691 Poen. 1211). Trin. 345 pudere quam -ere praestat. TER. Haut. 19 factum id esse hic non negat neque se -ere et deinde facturum autumat. CIC. Att. 5, 13, 3 in cupiditatem *Caesaris* te auctore incubui, nec me -et. OV. epist. 9, 138 (*Deianira Herculi*) ne -at, pugnae bis tibi causa fui. 16, 169. rem. 80 si -et (*sc. amoris novi*), in primo limine siste pedem. 415 dum -et (*sc. coire*), ut malles nullam tetigisse puellam ..., tunc *eqs.* met. 6, 386 'a! -et, a! non est' clamabat *Marsyas punitus,* 'tibia tanti!'. SEN. Herc. O. 1307 si -et manusque detrectat nefas. MART. 1, 96, 1 si non molestum est teque non -et, scazon, ... dicas *eqs.* AVSON. 13, 14 (13 S.), 5. HIER. epist. 7, 2, 3 ut aut vos -uerit (*sc. epistulas scribere*) aut ego non meruerim (*sc. accipere*). ANIAN. Chrysost. hom. 15, 10 p. 48, 4 *pecuniam* praestemus et, si verbis rem (*sc. litem*) terminare possumus, ne -at. PRVD. cath. 2, 26 -et, pudescit, paenitet, *sc. peccatorum.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 115, 1 non -at ... vestram beatitudinem neque deficiat pro nostris laboribus *eqs.* (*gr. I 1, 3 p. 45, 32 ἀποκνήσῃ*). *al.*

B *pass.* -tum est (*testantur* GELL. 15, 13, 9 veritum ... sicut puditum et -tum non personaliter per infinitum modum dictum esse. CHAR. gramm. p. 331, 21 libitum est, -tum est. MACR. exc. gramm. p. 47, 28 sq. 35. 48, 5 sq. 9): SIL. 7, 173 nec -tum *est* parvosque lares humilisque subire limina caelicolam tecti. GELL. 13, 22, 1 (*verba T. Castricii rhetoris*) maluissem vos togatos esse; ⟨si⟩ -tum est, cinctos saltem esse et paenulatos.

II *struct. pers.; pro subi. est vel intellegitur*: **A** *res, quae affectum movet, sc. 'aliquid* (me) -et' *i. q. 'aliquid (me) taedio, odio sim. afficit'*: **1** *neutr. pron. sing.* (*suppl. ex enunt. relat.* DON., AVG.; *structuram testatur* ARVS. gramm. 441; *cf. p. 2112, 69*): PLAVT. Pseud. 281 nimio id, quod pudet, facilius fertur quam illud, quod -et (Stich. 122 ut ... pridie caveat ne faciat, q. -at postridie. TER. Phorm. 554 ne quid plus minusve faxit, q. nos post -at. AVG. doctr. christ. 4, 72). TRAG. inc. 21 hoc dolet pudet -et. DON. Ter. Ad. 391, 3 -et quod dolet. AVG. civ. 4, 8 p. 156, 7 nec omnia commemoro, quia me -et, quod illos non pudet. **2** *subst.* (*iuxta inf.* TERT.): TERT. pall. 2, 5 -et tristitia non minus quam et regnorum vices recensere (tristia *edd. multi, sed cf. Bulhart in ed. p. XXXVII*). DRAC. Romul. 8, 62 iam grex horretur, fontes casa pascua silvae flumina rura -ent, *sc. Paridem pastorem.*

B *homo, qui affectu movetur, sc.* -ere *i. q. gravari, dolere, aspernari sim.*: **1** *formae infinitae* (*quid moveat, indicatur per inf. l. 21*): **a** *gerundium*: CIC. Brut. 188 *multitudo audiens* gaudet, dolet, ... ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad -endum. **b** *gerundivum* (*vergens in vim. adi. sec.* paenitendus, pudendus *sim., neutr. plur. pro subst.* AVSON.; *in coniugatione periphrast.* OV.): PROP. 4, 1, 74 poscis ab invitā verba -enda lyrā. OV. epist. 7, 110 nulla parte -endus erit *error.* AVSON. 21 (419 S.), 71 emendatissimi viri est -enda non facere. AVELL. 13, 3 -endus mansuetudinis nostrae pudor est instaurare praeceptum. **c** *part. praes.*: APVL. met. 4, 33, 3 rex ... ⌊-ens⌋ tristisque domum pergit (*Lipsius,* piger *cod. [post rasuram], quod defendit Kenney, 1990, ad l.*). PAVL. NOL. carm. 20, 229 salva salus homini redeat commissa -enti. EVSEB. EMES. serm. 24, 33 si ego in parva hora et hoc -ens loquor. **d** *inf.*: INSCR. Tripol. 918 (*saec. III*^{1}; vers.) noli -ere laudem voce reddere (THEOD. MOPS. in Col. 4, 18 pro veritate pati).

2 *formae finitae* (*gramm. veteres hunc usum antiquitati tribuere videntur, v. supra p. 63, 23 sqq., sed exempla non exstant ante saec. V* [*vix recte trad.* SYMM. epist. 9, 64]. *cf. etiam* GLOSS. II 381, 37 *ὀκνῶ*: -et me, -o *eqs.* [*v. p. 2130, 69*]): **a** *verbi act.*: **α** *pendet inf.*: ORIBAS. syn. 1, 12, 2 Aa p. 50, 26 alii ... incidere arterias -ent (*sim.* La; *gr. ὀκνοῦσι*). THEOD. MOPS. in Gal. 2, 9 Petrus ... hoc ipsud facere non -uit. 2, 11 in I Tim. 1, 19 in II Tim. 1, 8. 2, 15 non -as laborem ... subire. in Philem. 9 qui ... erga omnes sanctos sic liberalis est, numquam ob praesens negotium gratiam postulatam dare -bit (*siquidem ex enunt. relat. nom. supplendus est, item*: CAES. AREL. serm. 77, 1). **β** *pendet gen.* (*cf.* paeniteo *p. 63, 77 sqq.*): VEN. FORT. carm. 6, 5, 126 *non* -et obsequii mater ...; deducit ... natam *e patria abeuntem.*

b *verbi depon.* (*pendet inf.*): NOVELL. Iust. 72, 8 si quid et aliud adinvenerimus, neque hoc lege complecti -bimur (*gr. ὀκνήσομεν*). *addasne p. 2130, 69?*

compos.: impigens (CAEL. AVR. acut. 3, 11, 102).

pīgiciaca *v.* pyg-. **pigilla** *v.* pigella. *Ottink.*

pīgma *v.* pegma, *ubi addas* VET. LAT. II par. 3, 5 (cod. 109) *Salomon templo* insculpsit ... palmas et ⌊submissoria et pigmata⌋ (⌊ ⌋ *gr. χαλαστά solum [cf. 3, 16], Vulg.* quasi catenulas se invicem conplectentes).

pigmenta *v.* pigmentum. *M. H.*

pigmentālis, -e. *a* pigmentum. *i. q. ad pigmentum pertinens*: FACVND. defens. 4, 2, 61 (*vertit epist. Iuliani Apostatae*) Diodorus ... Nazaraei magus, eius -bus ⌊manganis⌋ acuens irrationabilitatem (⌊ ⌋ *Neumann,* manganes *cod., cf. etiam vol. VIII 300, 8 sqq.*).

pigmentārius, -a, -um (*pro subst. praeter p. 2115, 24 sq.*). *a* pigmentum. *scribitur hic illic* pim-, *e. g. l. 66, cf. et l. 55. abbreviatur l. 63. de notione* (*non nisi ad 1a pertinentia, ceterum v. p. 2115, 23*): FVLG. serm. ant. 43 myropolae dicuntur, qui unguenta vendunt, ut sunt -i. GLOSS. *μυροπώλης, φαρμακοπώλης, σμηγματοπώλης καὶ μυροψός* (*-εψός*). *χρωματοπώλης. ἀρωματοπώλης. παντοπώλης. al. legitur in oratione soluta singulis locis inde a* CIC., SCRIB. LARG., *in versu non nisi* ISID. *p. 2115, 22; abiit in sermonem gr. πιμεντάριος* (*v. Hofmann, Die lat. Wörter im Griech., diss. 1989, 329*). [*in falsa var. l. pro* pigmentum FIRM. math. 4, 14, 17; *fort. huc pertinet frg. contextu egens* CIL VIII 1344 pigmen⟨...⟩.]

i. q. ad pigmentum pertinens: **1** *subst.* (*gr. respondet fere μυρεψός*): **a** *masc.* -us *de eo, qui pigmenta vendit vel conficit* (*qui mortuum condit p. 2115, 14; nota iuncturam* artifex -us *p. 2115, 7*): **α** *postponitur nomini proprio*: CIC. fam. 15, 17, 2 Attius -us. CIL VI 9795 (*saec. I*^{1}) C. Atti Stephani pigment(arii) de sacra v(ia) (*sim. indicatur locus*: 9796 [*saec. I*] C. Lucretius C. Pamphilus fratres pigme⟨ntarii⟩ vici lorari. 9673 [*saec. II*] Q. Fabio Theogono -o negotianti Esquilis). PAP. Tjäder 30, 109 (*a. 539; scrib.* pim- *ut* ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 903). **β** *exempla varia*: SCRIB. LARG. 22 ut -i ⌊institores eius rei⌋ (*sc. opii*) ... lucri causa faciunt (⌊ ⌋ *glossa? v. vol. VII 1, 1986, 18 sqq.; item iuxta subst., sed vix pro adi.: l. 75. p. 2115, 7*). MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 3 ut -i, si cui temere cicutam ... dederit, poena teneantur *legis.* INSCR. Dessau 9517 (*Romae; saec. II/III?*) signum ... -īs et miniaris sua pec(unia) d(edit) d(edicavit). VET. LAT. Sirach 49, 1 in compositione odoris facti, opus -i (VVLG. exod. 37, 29 *vir sapiens* composuit ... thymiama de aromatibus ... opere -i [*cf. p. 2115, 4*]). FIRM. math. 4, 13, 2 -os aut colorum repertores aut farmacopolas. 8, 30, 5 negotiator -us dives felix. HIER. adv. Rufin. 3, 26 quasi si

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fullo et coriarius moneant -um, ut naribus obturatis tabernas suas praetereat. VVLG. II par. 16, 14 lectulum *mortui*... plenum ... unguentis meretriciis, quae erant -orum arte confecta (RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 98, 19 [*spectat ad exod. 30, 25 et 37, 29, v. p. 2114, 73*] arte -i. APON. 5, 26). cant. 3, 6 sicut virgula fumi ex aromatibus murrae et turis et universi pulveris -i (*cf. p. 2117, 14. huc spectat e. g.* APON. 5, 27 *virtutes* velut -s rationalis congregat sensus. 5, 28 quos *sensus sacrae scripturae* peritissimus artifex -us Paulus ... probat. GREG. M. in Ezech. 2, 10, 23 pulvis est -i virtus bene operantis). 5, 13 genae illius sicut areolae aromatum consitae a -is (*explicat e. g.* APON. 8, 44 *corda virtutum plena* sunt ... genae speciosae, quae areolis aromatum a -is apostolis consitis comparantur). PAVL. NOL. epist. 40, 9 (*spectat ad Sirach 49, 1, v. p. 2114, 72*) ipse *deus,* ut -us, ... *unguenta* miscet. DIOSC. 1, 20 p. 15, 26. GREG. M. dial. 4, 37, 5 *cum* medicus atque -us ad aperiendum eum *mortuum* atque condiendum esset quaesitus (*cf. l. 2*). IVL. HON. cosmogr. B 46 quos *crocodillos parvos* plerumque ad -os videmus (*v. vol. IV 1214, 28sqq. 73. 84sqq.*). ISID. orig. 10, 44 solent -i in pila diversa mixta contundere. *al. per plur. respiciuntur potius tabernae -orum* (*cf. sub b*): PELAGON. 211 *prodest,* si deambulent *equi* inter -os, quia odores ... latenter pulmonibus prosunt (*inde* VEG. mulom. 2, 90, 2. *cf. Hippiatr. gr. I p. 203, 2 περὶ τὰ μυρεψεῖα*).

b *neutr.* -um *de loco, ubi pigmenta conduntur vel venduntur* (*cf. l. 19sq.*): ISID. carm. 19, 5 magnorum -a regum et domus ... proflua divitiis. GLOSS. I 589, 43 -um: locus, ubi pigmenta venduntur.

2 *adi.* (*vix huc l. 7. 11. p. 2114, 75*): APON. 3, 7 quot speciebus arte -a mixtis oleo conficitur nardus (3, 22. *cf. l. 3*).

pigmentātus, -a, -um. *a* pigmentum. *fere i. q. affectus pigmento* (*ornatu l. 30; accedit abl. l. 32. 36, cf. adv. l. 29*): **1** *de corpore feminae* (*in imag. de libello l. 32*): TERT. cult. fem. 2, 13 l. 44 vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae; taliter -ae deum habebitis amatorem (*l. 36sq.* medicamentis et ornamentis exstructae prophetarum *eqs.*). HIER. Didym. spir. praef. l. 27 *Ambrosii de spiritu sancto librum* totum nitidum ... et exquisitis hinc inde ⌞coloribus⌟ -um ([odoribus *codd.*]. CHRYSOST. hom. V 761^{A} *meretricis vultus* fucis et c. -us). PRVD. ham. 315 quas *inlecebras narium* -o meretrix iacit ... crine. **2** *de cibo, potu condito*: PS. AMBR. paenit. 31 p. 1002^{D} protrahere ... peregrinis saporibus -a convivia. VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 3 (*in imagine*) *epistula* bibentem se potius quam legentem ... -o affamine inebriatura *eqs.*

pigmentum, -ī *n.* *a* pingere. *de origine*: ISID. orig. 4, 11, 4 hinc, *sc. a pila,* et -a, eo quod in pila et pilo aguntur, quasi piligmenta. *scribitur* pim- *l. 42 et e. g.* ORIBAS. eup. 1 praef. Aa p. 424; *litt. gr. p. 2117, 34 et Hesych. Π 2295 πιμέντα· φάρμακα. formae decl. I^{ae}*: GLOSS. III 553, 12 aganta (*i. acantha*): -a Aegyptiaca (= 586, 19. 607, 13). 587, 3 amomum id est -a (= 608, 24. 617, 23). *legitur in versibus apud* PLAVT., PRVD., PAVL. NOL., DRAC., *in oratione soluta apud* CIC., SCRIB. LARG., PLIN. nat., FRONTONEM, APVL. *al.; praevalet plur.* [*it. vet.* piumento; *francog. vet. et med.* piment; *prov. vet.* piment; *cat.* piment; *hisp.* pimienta; *port.* pimenta. *cf. M.-L. 6488. Battisti-Alessio IV 2959. Wartburg VIII 445sq. Corominas^{2} IV 549sq. Machado^{3} IV 365. St.*] [*confunditur in codd. plerumque c.* figmentum, *e. g.* PRVD. ham. 275 PAVL. NOL. carm. 27, 362 AVG. epist. 245, 1 (*vix recte trad.* CONC.^{S} I 5 p. 72, 37 ad fallendos sensus aliqua adsumitur simulatio vel -um [*sc.* fig-*?*]. SIDON. carm. 14 praef. 4 Venus et Amorum commenticia -a [fig- *scribendum putat Gualandri, Ann. della facoltà di lett. e filos. ... Milano 27, 1974, 297*]).]

1 *usu originario significatur ea materia, quae ad colorem efficiendum vel pingendum adhibetur* (*de qua materia agatur, intellegitur p. 2116, 5. 26. 29sqq. [in imag. l. 72]; variat c. subst.* color, *sc. adhibito ea notione qua significet rem colorantem, l. 75. p. 2116, 1. 23, disting.* color -*o effectus p. 2116, 3. 25. al. [in iunctura* color -i *p. 2116, 11. 14. 37,* -um coloris *p. 2116, 21. 30, cf.* -a fuci *p. 2116, 36,* -i fucus *p. 2116, 19], sed -um vergit in hanc vim maxime l. 69. 71.*): **a** *-o afficitur corpus hominis* (*in imagine l. 67. 71*): **α** *de fuco feminarum*: PLAVT. Most. 263 non istanc aetatem oportet -um ullum attingere, neque cerussam neque Melinum neque aliam ullam offuciam. PRVD. ham. 275 -is cutis inlita (*antea*: fuco; *postea*: falso colore). AVG. bon. viduit. 19, 24 candorem ac ruborem ... -is inlitum. PS. SVLP. SEV. epist. app. 2, 13 cerussae aut alterius -i. *al.* **β** *usu vario*: PLAVT. Epid. 626 (*in iocosa imagine*) *servi cutem* Apelles ac Zeuxis pingent -is ulmeis (*sc. virgis verberabunt, ut sit livida*). APVL. met. 8, 27, 1 facie caenoso -o delita. SOL. 22, 12 -i notae, *sc. acu in cute compunctae.* PS. AVG. serm. 62, 9 *histriones* distinguentes vultum caeruleo niveoque colore et ceteris -is. EVSEB. GALLIC. hom. 51, 10 (*in imag. ornatur anima*) -um candidissimum nitidae castitatis (*cf. p. 2116, 16*).

b *-o afficitur quidlibet*: **α** *proprie*: CIC. div. 1, 23 adspersa temere -a in tabula oris liniamenta efficere possunt (*huc spectat* 2, 48). PLIN. nat. 1, 35, 12–32 de -is praeter metallica (*12* de coloribus facticiis). 14, 130 addi *musto* scimus tinguendi gratia colores, ut -um aliquod vini. 16, 233 ut -is *illita testudo*... pluris ... veniret imitata lignum. 21, 85 *cera* varios ... in colores -is trahitur. 33, 1 parietum lignorumque -a *effodiuntur hominum deliciis.* 33, 111 *est* inter -a magnae auctoritatis *minium.* 33, 158 in argenti et auri metallis nascuntur ... -a, sil et caeruleum. 35, 150 *vela* in cortinam -i ferventis mersa ... extrahuntur picta (*inde restituit Mayhoff* 1, 22, 3 -o gallicae cortinae [*v. app. crit.*]). 35, 192 vis et ratio *terrae Eretriae* ... in medendo dicta est inter -a. 36, 157 mortariorum ... medicinalium ... aut ad -a pertinentium (*pendet* ISID. orig. 16, 4, 36. *sim. opp.* medicamenta PLIN. nat. 36, 200 [*inde* ISID. orig. 19, 6, 2]. *adde l. 24*). 37, 81 *lapidis cuiusdam fulgorem* ⌞Armenio colori -orum⌟ aequari (⌞ ⌟ *i. colori Armenii -i, sed locus vix ad 2 pertinet*). *al.* APVL. apol. 14, 7 quod luto fictum vel aere infusum ... vel -o illitum vel alio quopiam ... artificio adsimulatum est. mund. 20 p. 334 pictura ex discordibus -orum coloribus ... temperatis imagines ... facit (*gr. 396b13sq. χρωμάτων ... φύσεις*). CYPR. ad Donat. 15 (*de homine quasi templo dei*) pingamus hanc domum -is innocentiae ...; non haec umquam ... -o parietis ... exolescente foedabitur. PANEG. 2, 45, 4 clementia ... tua quo caelo, quo -o, quo aere aurove ducetur? 4, 12, 4 *vultus imperatoris non* commendatione cerae ac -orum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum. CONSTANT. epist. ad Opt. Porf. 11 qui *versus* ita *opus*... intermeant, ut oculorum sensus interstincta colorum -a delectent. FIRM. math. 3, 13, 5 actus habebunt de -is ac de aromatibus (4, 11, 2. 4, 14, 17 ⌞aromatum ⟨aut⟩ -orum⌟ ... aut colorum aut medicamentorum aut pretiosorum lapidum repertores [⌞ ⌟ aromatum pigmentores *codd.*]). 4, 14, 20 qui gemmis ex vario -orum genere aliam speciem coloris adpingant. OPTAT. 5, 7 p. 134, 14 pretiosa -a *purpurae.* SIDON. epist. 2, 2, 6 (*in pariete*) histriones -is multicoloribus *mimographi cuiusdam* ... supellectilem mentientes. ISID. orig. 13, 21, 32 Mineus fluvius Galliciae nomen a colore -i sumpsit (*sc. minii ut al. apud eundem*). 19, 17, 5 Syricum rubri coloris -um, quo et librorum capita scribuntur (19, 17, 6). *al. metonymice de pictura*: PRVD. c. Symm. 2, 47 somnia concipiunt et Homerus et ... Apelles et Numa cognatumque malum *sunt* -a, camenae, idola. **β** *in imagine de oratione, sermone* (*imagines alias v. sub α*): CIC. Att. 2, 1, 1 meus ... liber totum Isocrati myrothecium ... ac non nihil etiam Aristotelia -a consumpsit. de orat. 2, 188 *sententiae* sine -is fucoque puerili (*cf.* FRONTO p. 219, 2 de Favorini nostri -is fuci. AVG. *infra*). Brut. 298 nihil illius *Catonis* liniamentis, nisi eorum -orum, quae nondum inventa erant, ... colorem defuisse. SYMM. epist. 1, 14, 4 (*ad Ausonium*) piscium examina ..., quae tu -is istius carminis, *sc. Mosellae,* ... fucasti. 1, 89, 1 quos structurarum -a delectant (*antea*: loquendi phaleras). AVG. c. Petil. 2, 26, 61 sermonem ... -is puerilibus coloratum.

2 *usu deflexo (fortasse ex locis p. 2115, 57 allatis orto, notes supra l. 8. p. 2115, 42) significatur ea materia, quae adhibetur*: **a** *ad medicamentum conficiendum vel ad sanandum* (*ut vergat ad notionem q. e. medicamentum maxime l. 53. 72. 73. 75. p. 2117, 2 [est noxium p. 2117, 4, cf. p. 2117, 23]; qua de materia agatur, indicatur l. 58. 67sqq. al.; distingui vid.* herba *l. 61. 65*): **α** *proprie*: SCRIB. LARG. 21 quae *collyria* ex cadmia aut aere usto ⌞eiusdemque generis -orum⌟ componuntur (*inde* MARCELL. med. 8, 2 e. que g. -is. *ceterum cf.* VEG. mulom. 3, 13, 1 *pulvis* ex diverso -orum g. mixtus [*Hippiatr. gr. I p. 448, 23 ἐκ διαφόρων εἰδῶν*]. FVLG. myth. 3, 8 hoc g. -i, *sc. sucus murrae, quo libido concitatur. al., cf. p. 2117, 18sqq.*). 97 contundi ... -a. TERT. cult. fem. 2, 8 l. 9 totius corporis lanuginem -o ... muliebri *distringunt viri se depilantes.* idol. 11, 2 *si* tura ... ad -a medicinalia *usui sunt* (FIRM. math. 3, 12, 10 myropolas vel -orum m. inventores. BOETH. in categ. comm. 1 p. 166^{B} medicinale). GARG. MART. med. 45 aqua ipsa cum -is ... decoquitur. FIRM. math. 8, 17, 7 qui venenis et herbarum -is salutaria ... remedia *comparant.* PALLAD. vet. med. 2, 2 -orum ... omnium brevem redegi (*al., v. l. 69. 71*). 3, 3 in -is haec: tus, cassia, ... pix *eqs.* CHIRON 965 contundis bene -a, ex vino veteri dabis (*enumerantur res*) ..., misce simul et fiat medicamentum. VEG. mulom. 1, 56, 32 potiones ... ex -is et herbis ... per os *animali infunduntur.* PS. AVG. serm. 96, 2 damna membrorum non medicinae -is ... nec remediis, sed solo ... sermonis *Iesu* imperio restituta (*sim.* serm. Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 112, 8 [*antea*: medicamina] -orum ... confectione. MAX. TAVR. 43, 1 non ... herbarum sucis, non -orum medicaminibus [*opp.* spiritali medicina]). MARCELL. med. 24, 1 -is maceratis. ANTIDOT. Brux. 3 *mulier* encolpidiatur -is, quae inferius scripta sunt: diachylon ... basilicon ... cerae Ponticae *eqs.* ([*postea*: species; medicamentis]. *cf.* PLIN. phys. Bamb. 82, 52 infra script[i]orum pulverem -orum. DIOSC. 2, 57 p. 201, 27 omnium -orum suprascriptorum). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 46 ad eius -i in stomacho ... sensum. GREG. TVR. Mart. 2, 1 -orum omnium vim (GREG. M. past. 1, 1). 3, 60 (*de pulvere e sepulcro Martini sumpto*) o -um ineffabile, o antidotum laudabile. ISID. orig. 4, 2 qui -a et antidota ... biberint. *al.* **β** *in imagine vel translate*: TERT. scorp. 1 p. 146, 19 inde, *sc. ex eloquiis domini,* -a sunt (*cf.* GREG. M. moral. 29, 19 *verba* dei quasi -a

[Erwin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quaedam nostri sunt adiutorii). BACHIAR. repar. laps. 3 *medicus Christus* tot constituit ... genera -orum (*seq.* emplastris). PS. ORIG. tract. 16, 29 *animae* malagma de bonorum operum -o confectum. EPIST. Ibae Facund. defens. 6, 3, 6 Cyrillus aures omnium -o, quod excaecat oculos sapientium, praeoccupavit (*gr. Conc.^{s} II 1, 3 p. 33, 6 τῷ φαρμάκῳ, cf. Conc.^{s} II 3, 3 p. 40, 24* medicamine, *IV 1 p. 138, 31* veneno).

b *ad rem (bene) olentem conficiendam vel odorem efficiendum* (*sc. de materiis potius naturalibus terendis, incendendis e. g. l. 19. 38, sed de unguentis, oleis odoratis e. g. l. 14. 22. 32; vergit ad notionem q. e. odor maxime l. 30. 32 [v. etiam p. 2116, 22 sq.]; cf.* RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 98, 1 aromata species sunt -orum. GLOSS. III 429, 31 *ἄρωμα*: -um): **α** *proprie*: Ⓘ *exempla varia*: PS. APVL. Ascl. 41 ut ture addito et -is precem dicamus deo. VET. LAT. cant. 3, 6 (codd. 169. 170) *mulier* odorificata murra et thus ab omnibus -is unguentarii (*Vulg.* pulveris, *gr. χονιορτῶν μυρεψοῦ, cf. p. 2115, 5*). FIRM. math. 3, 6, 3 qui ⌞odorum⌟ -a faciant (⌞ ⌟ colorum *Sittl; cf. l. 28*). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 4, 12, 17 (*de nardo*). PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 12 *Athenis virgines* canistris Minervae ferunt -a. HIER. epist. 125, 3, 2 *Ganges* multa genera -orum de paradisi dicitur fonte evehere (GREG. TVR. stell. 12 *Phoenix* de diversis -orum g. construit sibi ... sepulcrum [*pendet e Lact. Phoen. 79* sucos et odores]. *al.; cf.* HIER. in Is. 12, 43, 22 diversi -a generis, quorum fumo inebriares me). VVLG. Esth. 2, 12 *ut puellae* sex *mensibus* ... -is et aromatibus uterentur. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 106, 10 ferunt esse quaedam -a, quorum et si odorem ceperint, nonnulla animalia continuo intereunt. AVIT. BRAC. ad Palc. 8 *beati Stephani* ossa solida atque manifesta sui sanctitate novis -is vel odoribus pinguiora (*cf. l. 32*). PS. SVLP. SEV. epist. 2, 10 croci aut alterius cuiuslibet -i suco vel pulvere. DIOSC. 2, 57 p. 201, 22 quamdiu -orum habeant odorem *res mixtae* (*postea*: si plus odorata velis facere, addes murrae *tantum. cf. gr. 2, 76, 12 τῶν στυμμάτων*). DRAC. laud. dei 1, 178 India mundus erat gemmans, -a per herbas producunt *eqs.* (*cf.* CASSIOD. anim. 13 l. 83 divitis Indiae -a. *v. et l. 18*). 2, 449 *ut homini* omnis ager -a daret vernantibus herbis. APON. 7, 44 quibus -is, *sc. myrrha et aloe,* ... aspersus ponitur in sepulcro *Iesus* (*cf. l. 50*). *al.* *respicitur munus aulae imperatoris*: LYD. mag. 3, 20 *σημαίνει ... ἀ πιγμέντις τοὺς ἐπὶ τῶν ἀρωμάτων.* Ⓘ *c. attrib., quod ad odorem spectat*: VET. LAT. Sirach 38, 7 unguentarius facit -um suavitatis. CHALC. transl. p. 50^{E} odora -a ([*gr. ἀλείμματα*]. *al., v. vol. IX 2, 476, 28 sq.*). HIER. in Ier. 2, 23, 2 in unguenta conficienda ... suavissimi odoris -a confertis (APON. 5, 24 l. 386. 8, 44 -is s. o. redactis in pulverem. *v. l. 54*). PRVD. ham. 296 *virum* -is redolentibus ... femineas spargentem ... auras. PETR. CHRYS. serm. 31, 5 sicut utres pellium ... -is liniuntur odoratis, ut saporem vini possint ... custodire, ita *eqs.* CASSIOD. in psalm. 140, 2 l. 46 incensum est odoriferi -i suavis adustio.

β *in imagine vel allegoria*: FIRM. err. 23, 1 (*de baptismatis unguento*) Christi unguentum ... spiritalibus -orum odoribus temperatur. HIER. epist. 66, 5 his -is atque odoribus, *sc. elemosynis datis,* fovet cineres *coniugis* (*antea*: elemosynae balsamis. *ad rem v. Courtney ad Iuv. 4, 109 et cf. e. g. Prud. cath. 10, 171 tumulum* liquido spargemus odore. *spectat ad corpus mortui unguendum*: BACHIAR. repar. laps. 11 [*comparatur peccator mortuo*] consolationis linteamina et caelestis spei -a tribuamus. *cf. l. 32*). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 100, 21 (*ad cant. 4, 10*) *erant doctrinae* velut aromata et odoramenta, quaedam animae -a. EVSEB. GALLIC. hom. 35, 5 (*pendet e l. 22*) *Maximus* quaesivit aromata et -a virtutum. APON. 8, 43 veritatis, bonitatis ... suavissimi odoris ... -a. *al.*

c *ad conservandum mortui corpus* (*ceteros ritus funerarios v. l. 25. 32. 46 sqq.*): IVL. VAL. 3, 57 unguinibus atque -is, quae servandis corporibus sunt. CASSIAN. conl. 15, 3, 4 *ut apud Aegyptios* corpora mortuorum -is condita redolentibus ... recondantur.

d *ad condiendum cibum vel potum*: NON. p. 77, 8 assum ... aestimandum est, ut in obsoniis, sine -o saporis alieni. PALLAD. 6, 9, 3 adiecto ... condimento, seu piperis seu cuiuscumque -i. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 3, 155 *e farina quaedam* cum oleo et -is tisanae fiunt. FVLG. RVSP. epist. 3, 21 *gulam* diversis oblectare -is. ISID. orig. 20, 3, 9 *vinum conditum* commixtione -orum conpositum. *in titulo scripti* (*cf. etiam p. 2116, 58*): APIC. exc. pim. p. 87, 2 brevis -orum, quae in domo esse debeant, ut condimentis nihil desit.

deriv.: pigmentalis, pigmentarius, pigmentatus.

compos.: auripigmentum. *Erwin.*

pignārium *v. p. 2118, 2.*

pignerārius, -a, -um. *a* pignus. *i. q. ad pignus pertinens, non nisi usu pro subst.*: *masc.* -us, *i. q. exactor, fort. ita appellatus, quia per pignoris capionem debita colligit*: VET. LAT. Luc. 12, 58 (cod. 2) ne ... *adversarius* tradat te apud iudicem et iudex tradat ⌞-o et -us⌟ mittit te in custodiam (*gr. πράκτορι ... πράκτωρ, Vulg. et codd. cet.* exactori ... exactor). *neutr.* -um, *i. q. carcer, quem pignerarius custodit* (GLOSS.^{L} II Philox. PI 10 -um: *πρακτόριον*): VET. LAT. act. 5, 23 (cod. 55) pign⟨er⟩arium in⟨venimus⟩ clausum (*gr. δεσμωτήριον, cod. 5. 50. al. et Vulg.* carcerem). LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2, 2 martyrum, quorum nomina subicio, Bassi in -o (petrario *coni.*), Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcerem.

pignerātīcius, -a, -um. *a* pignerare. *scribitur* -nor- *hic illic in codd. rec.; litteris graecis l. 9 sq.* NOT. Tir. 47, 82. *mensuram* -ĭcĭ- *falso testatur* PRISC. gramm. II 135, 24. *de notione*: THEOPHIL. Inst. Iust. 3, 14, 4 (actio -a) *ἀγωγῇ δὲ τῇ* pigneraticίᾳ (*πιγνερατιτίᾳ var. l.; inde* GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 54 *πιγνερατικία· ἀγωγὴ περὶ ἐνεχύρων*). *legitur inde a* IVLIANO, *non nisi in sermone iuris.* [*in falsa var. l.* LEX Burg. lib. const. 105 rubr.]

i. q. ad pignus pertinens (*fere constat vocem* -us *hic illic pro gen.* fiduciae *interpolatam esse, cf. l. 36. 40. p. 2121, 11*): **I** *de rebus*: **A** *de eo, quod pignori datur*: POMPON. dig. 13, 7, 6 pr. quamvis convenerit, ut fundum -um tibi vendere liceret, *eqs.* (46, 3, 26). GAIVS dig. 6, 2, 13, 1 -ae et precariae possessiones iustae sunt. COD. Iust. 4, 24, 7, **1** (*a. 241*) creditor ... necessarios sumptus, quos circa res -as fecit, exigere non prohibetur.

B *de actione (exceptione l. 54), quae de pignore datur, proponitur (v. etiam Kaser, Privatrecht I^{2} 536 sq.); actionem habet*: **1** *debitor adversus creditorem, sc. ut pignus sim. reddat*: **a** *iunctura* actio -a (*sing. praeter l. 26. 32; cf. 2a*): IVLIAN. dig. 13, 7, 28, 1 si servus pro peculiari nomine pignus acceperit, a. -a adversus dominum debitori competit. AFRIC. dig. 23, 3, 50, 1. VLP. dig. 13, 7, 9, 3 omnis pecunia exsoluta esse debet, ... ut nascatur -a a. 13, 7, 13 pr. est rescriptum ... -is a. teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem adversus emptorem. 20, 1, 21, 3 quod amplius debito consecutus creditor fuerit, restituere debet debitori -a a. MARCIAN. dig. 13, 7, 33 si pecuniam debitor solverit, potest -a a. uti ad reciperandam *ἀντίχρησιν.* INST. Iust. 4, 6, 28 *actiones* bonae fidei sunt hae: ... pro socio, tutelae, commodati, -a. NOVELL. Iust. app. 8 a. exercere -as. *al.* *fem. pro subst.* (*saepe in iunctura* -a agere *e. g. l. 34 sq.* [*cf. l. 50 sq.*]): AFRIC. dig. 23, 3, 50, 1 -a ad recipiendum Cornelianum *fundum* agere possim. SCAEV. dig. 13, 7, 43 pr. respondit ... posse debitorem pecunia soluta -a agere. 36, 1, 80, 15 ⌞-a⌟ iudicio a debitore conventus (⌞ ⌟ *fort.* -o, *cf. l. 40; sed* fiduciae *subesse suspicatur Bürge in plagulis, cf. l. 14*). VLP. dig. 10, 3, 7, 12 si possessor pignoris litis aestimationem -a[m] in rem agenti offerat. PAVL. dig. 9, 2, 18 si is, qui pignori servum accepit, occidit eum ..., -a conveniri potest. *al.* ?**b** *iunctura* -um iudicium (*pro* fiduciae i.*? v. l. 14*): VLP. dig. 13, 7, 24, 2 an -o i. conveniri possit *creditor* ad superfluum reddendum. 13, 7, 24, 3 in -o i. venit ..., si res pignori datas male tractavit creditor.

2 *creditor adversus debitorem sim.*: **a** *iunctura* actio -a (*cf. 1a*): POMPON. dig. 13, 7, 8 pr. si necessarias impensas fecerim in servum *pignori acceptum,* ... contrariam -am a. habebo (VLP. dig. 13, 7, 1, 2. PAVL. dig. 13, 7, 16, 1 c. -am creditori a. competere certum est. COD. Iust. 6, 43, 3, 4. *al., cf. l. 50*). AFRIC. dig. 13, 7, 31 si *debitor* sciens furem pignori mihi dederit, ... habiturum me -am a., ut indemnem me praestet. PAVL. dig. 13, 7, 41 datur utilis a. -a creditori. *fem. pro subst.*: POMPON. dig. 13, 7, 3 si agente te contraria -a excipiat debitor de pignore sibi reddito, *eqs.* (AFRIC. dig. 47, 2, 62, 1 agendo c. -a consequar, uti ... damnum decidas. VLP. dig. 13, 7, 24 pr.). MOD. dig. 20, 1, 22 utilis -a dabitur creditori. *al.* **b** *cetera exempla*: VLP. dig. 10, 3, 6, 9 Iulianus scribit ... -a exceptione eum *debitorem* summoveri debere. 13, 7, 36 pr. (*antea*: si quis in pignore pro auro aes subiecisset creditori) hic puto -um iudicium locum habere (COD. Iust. 8, 15, 6 [*a. 293*] *debitrix* se ... contrario -o obligavit i.).

II *de homine, qui sub pignoribus credit*: VLP. dig. 39, 2, 11 an creditori -o damni infecti caveri debeat (39, 2, 15, 25).

pignerātio, -ōnis *f.* *a* pignerare. -nor- *saepe in codd. rec.* GLOSS. -o: *ἐνεχυρασία. ἐνεχυρίασις. ἐνεχυριασμός.* GLOSS. V 278, 7 clarigatio: -o rerum. [*suppl.* VLP. disp. frg. II^{A} p. 310.] *i. q. actio pignerandi:* *sollemnis, sc. pignore sec. pactionem dato*: GAIVS dig. 20, 1, 9, 1 quod emptionem venditionemque recipit, etiam -em recipere potest. COD. Iust. 1, 2, 21, 2 si necessitas fuerit in redemptione captivorum, tunc ... -em fieri concedimus. *vi a creditore facta* (*gr. respondet ἐνεχυρ(ι)ασμός*): NOVELL. Iust. 52 rubr. ut non fiant -es pro aliis personis. 52 praef. 52, 1 sancimus nullam omnino -em in nostra republica praevalere. *ibid.* praesumentem alium pro alio secundum -is formam aurum ... exigere. *ibid. si* in provincia cui praesunt -es praesumantur. 134, 4 neque -es facere propter peccantem.

pignerātor, -ōris *m.* *a* pignerare. *abbreviatur* pig *p. 2119, 4 sq.* GLOSS. -r: *ἐνεχυριαστής.* *i. qui pigneratur*: **1** *pignus ad reciperationem debiti capiendo*: CIC. Verr. II 3, 27 cum in his ... rebus omnibus publicanus petitor ac -r, non ereptor neque possessor soleat esse.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. quaest. hept. 5, 41 ut non intret -r in domum, ne fiat perturbatio debitori (*cf. p. 2120, 23*). ?**2** *pecuniam sub pignore praestando* (*anne pignus praestando, ut pecunia mutua detur?*): INSCR. suppl. Ital. n. s. 15 n. 34 (*aet. Aug.*) pig(neratore) C. Antestio. n. 35 (*aet. Aug.*) pig(neratore) T. Arrio.

pigneror, -ātus sum, -ārī *et* **pignero,** -āvī, -ātum, -āre. *a* pignus (*item* PRISC. *p. 2120, 62*). *scribitur* -nor- *hic illic in codd. rec. de genere*: GELL. 18, 12, 10 verba ... patiendi pro agentibus in omnibus ferme veterum scriptis reperiuntur; ex quibus sunt ... '-or' pro '-o'. NON. p. 477, 32 -retur pro -ret (*affert* CIC. rep. 1, 8). PRISC. gramm. II 396, 15 multa similiter ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut ... -o et -or. DIFF. ed. Uhlfelder 172 inter -o et -or hoc interest, quod -o animum tuum; -or, cum pignus tuum capio. *sim. al.; leguntur formae depon. inde a* CIC., *sc. l. 26 sq. 30. 54 sqq. 65. p. 2120, 2; ceterum formae act. et pass. inde a* LIV. *de notione* (*cf. l. 13*): GLOSS. -o: *ἐνεχυριάζω*. GLOSS.^{L} V Aa s 1011 subarr(a)vit: -vit. *legitur in prosa oratione apud* CIC., LIV., SEN. *rhet. al. (frequentant iuris consulti inde a saec. II), in versibus non nisi* OV. met. 7, 621 IVV. 7, 73 ANTH. 684, 6.
[*it.* pegnorare; *raet.* pandrer, pendrar; *prov. vet.* penhorar *et var. vasc.; cat.* penyorar; *hisp.* prendar; *port.* prendar. *cf. M.-L. 6489. Battisti-Alessio IV 2822. Wartburg VIII 446 sq. Corominas*^{2} *IV 638 sq. Machado*^{3} *IV 423. St.*]

respicitur actio pignoris dandi vel sumendi: **I** *pignus capitur in satisfactionem debiti vel in poenam* (*quae actio saepius condemnatur in legibus saec. VI*): **A** *pro obi. est (subauditur l. 37) pignus*: **1** *translate*: CIC. Phil. 14, 32 *mors* in victoria gloriosa *est*; etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque -ari solet. rep. 1, 8 *patria hac nos lege genuit,* ut plurimas ... nostri animi ... partis ipsa sibi ad utilitatem suam -retur. ANTH. 684, 6 -at haec tellus terrae felicis alumnam (*cf. p. 2122, 42 sq.*). PANEG. 4, 35, 2 sensisti, Roma, ... te ... terrarum esse reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros curiae tuae -reris. MART. BRAC. iact. 2 quis ... modus potest esse talibus *gloriosis,* a quibus et caelum est -tum, ad cuius altitudinem nisi quis fuerit humilis non attingit?
2 *proprie* (*addas p. 2120, 25 et fort. alia sub IIB1b allata*): LIV. 29, 36, 12 *fugientes* corporibus subtractis bona tantum, quae publicari poterant, -anda poenae praebebant. LEX Burg. lib. const. 105 quod quicumque boves -are praesumpserit, capite puniatur (*ibid. saepius, cf. p. 2120, 27*). LEX Visig. app. 13 si prius, quam interpellet *creditor ad iudicem,* -verit et tulerit. *ibid.* quod -verit restituat; si autem mancipium -verit, cum tres solidis eum restituat domino suo.

B *pro obi. est is, a quo pignus aufertur* (*alius vice debitoris e. g.* CASSIOD.): CASSIOD. var. 4, 10, 3 si ... alterum pro altero ... -are maluerit. LEX Burg. lib. const. 19, 3 si quicumque pro eo, cum quo causam habere se putat, alium -vit, cum quo causam nullam habet. 19, 5 qui sub fideiussore discesserit, ter admonitus coram testibus vel post admonitionem -tus. 19, 10 fideiussorem suum, *i. debitoris,* -are (19, 11. extr. 21, 8 si quis f. acceperit et ante eum -are praesumpserit, quam auctorem suum ... ter admonuerit). LEX Sal. Merov. 103 si quis debitorem suum ... sine iudice -verit. *ibid.* si male -verit (depigneraverit *cod. unus*).

C *sine obi.* (*cf. l. 37*): CASSIOD. var. 4, 10, 2 nonnullos ... ad -andi se studia transtulisse. 4, 10, 3 ut quisquis quod repetere debuisset -andi studio fortassis invaserit, voce iuris amittat.

II *pignus praestatur ad fidem firmandam sim.*: **A** *quolibet modo; pro obi. est*: **1** *pignus* (*pro subi. est, qui dat, praeter* OV.): OV. met. 7, 621 quod das mihi, *Iuppiter,* -or omen. QVINT. decl. 388, 29 *avia* nullum testamentum captat, etiam suum -atur (*trad.,* -at *edd. rec.*). PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 4, 4 Pyramus et Thisbe ... rima parietis et conloquii et amoris initia inter se -ti sunt. PAVL. NOL. epist. 44, 4 p. 373, 20 conservam tuam in labores corporeos ... -vit *pietas,* ut pretium libertatis tuae faceret servitutem suam. ACT. Pauli frg. 5 p. 411, 2 *Christus* -vit nobis proprium corpus ... ad confirmandam spem, quam in ipso habemus regni caelestis.

2 *is, qui (id, quod) pignore obligatur*: **a** *varia exempla*: LIV. 24, 1, 7 cum ..., quorum propinqui extra urbem interclusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis -tos haberent animos. SVET. Claud. 10, 4 primus Caesarum fidem militis etiam praemio -tus. VET. LAT. Iudith 8, 16 (cod. 109) nolite -are cogitatum domini *exspectantes auxilium intra certum tempus* (*gr. ἐνεχυράζετε, cod. 7* praepignerare, *cod. 132* oppignerare, *Vulg. aliter; an ad IA1?*). **b** *indicatur, cui vel in quam actionem aliquis -etur: per praepos.*: SEN. contr. 2, 7, 3 *mulier casta* sic se in verecundiam -et, ⟨ut neget⟩ longe ante impudicitiam suam ore quam verbo (pignori *codd.*). MIN. FEL. 9, 5 hac foederantur hostia, *i. infante,* hac conscientia sceleris ad silentium mutuum -antur. *per dat.*: APVL. met. 3, 12, 4 hospes ... effecit, ut eius hodiernae cenae -rer. 3, 22, 5 tuum ... mancipium inremunerabili beneficio sic tibi perpetuo -a (*cf.* 11, 24, 5 *Isidi* inremunerabili ... beneficio -tus). 4, 26, 4 *sponsus* caritatis adfectione mutua mihi -tus. ITIN. Alex. 7 *Alexander* sibi Peloponnensis vires viritim oppidatimque multa benevolentia -tus est. PETR. CHRYS. serm. 140, 2 *ut angelus* reddat *virginem Mariam* Christo, cui est in utero -ta cum fieret.

3 *id, quod pignore firmatur*: APVL. met. 11, 21, 1 spe futurā beneficiis praesentibus -tā. TERT. bapt. 6, 2 cum ... sub tribus, *sc. trinitate,* et testatio fidei et sponsio salutis -etur. NOVATIAN. trin. 21, 8 -ta in illo (*sc. Christo*) divinitatis et humanitatis videtur esse concordia.

?**4** *is, qui pignore donatur*: TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 616, 25 arrabonem nos spiritus dicit *Paulus* (*II Cor. 5, 5*) a deo habere, quasi -tos in eandem spem superindumenti (*nisi deponens ad 1*).

B *pactione legitima; pro obi. est pignus*: **1** *formae variae*: **a** *-at, qui pignus dat*: IVV. 7, 73 *poeta tragicus,* cuius ... laenam -at Atreus. SVET. Vit. 7, 2 tanta egestate ..., ut ... ex aure matris detractum unionem -verit ad itineris impensas. GAIVS dig. 6, 1, 18 ne eum vel -verit vel manumiserit. SCAEV. dig. 32, 38, 4 cavit, ne ... domum maiorem heres eius -ret. TERT. nat. 1, 10, 20 *simulacra deorum* inculcatis venditando, -ando pro necessitate ac voluntate (*fere eadem verba*: apol. 13, 4). VET. LAT. deut. 24, 6 (*v. l. 20; gr. ἐνεχυράζει*). COD. Theod. 3, 30, 3, 1 mancipium vendere vel -are. *al.* **b** *-at, qui pignus recipit, sumit sim.* (*gr. respondet ἐνεχυράζειν*): VET. LAT. deut. 24, 6 (cod. 100. *al.*) non -bis molam ..., quia anima(m) hic -at (*Vulg.* accipies loco pignoris ..., q. a. suam adposuit tibi; *inde* AMBR. Tob. 17, 57). 24, 10 (*ibid.*) non intrabis in domum ipsius *debitoris* -are pignus ([*gr. ἐνεχυράσαι τὸ ἐνέχυρον, Vulg.* ut p. auferas; *inde* AMBR. Tob. 20, 69 pignus ..., quod lex prohibet -ari et violenter auferri]. Ezech. 18, 16 [Didasc. apost. 14, 34] p. non -vit [*gr. ἐνεχυρασμὸν οὐκ ἐνεχύρασε, Vulg.* p. non retinuerit]). Iob 24, 3 (Lucif. reg. apost. 11. *al.* = HIER. interpr. Iob) *impii* bovem viduae -verunt (*Vulg.* abstulerunt pro pignore; *inde* AMBR. Iob 2, 5, 20). *al.*

2 *p. p. p.; -antur*: **a** *res*: CELS. dig. 43, 26, 11 si debitor rem -tam precario rogaverit (IVLIAN. dig. 18, 1, 39 pr. POMPON. dig. 13, 7, 6 pr. *al.*). POMPON. dig. 13, 7, 6, 1 si creditor pluris fundum -tum vendiderit (VLP. dig. 2, 14, 52, 1. *al.*). AFRIC. dig. 39, 2, 44, 1 si ... quis insulam -tam emerit. PAPIN. dig. 2, 14, 42 onus tributi praedii -ti (VLP. dig. 13, 7, 15). VVLG. Am. 2, 8 super vestimentis -tis accubuerunt (*inde* IVLIAN. in Am. 2, 8 -tis eos v. incubuisse). *al.* **b** *animantes*: POMPON. dig. 46, 3, 26 si servus -tus a creditore venierit (VLP. dig. 4, 3, 9, 4. 9, 4, 36. *al.*). VLP. dig. 10, 4, 3, 12 si homo primi sit, ... *alius* -tum sibi eum adfirmet. 40, 5, 45 pr. ancillam (MOD. dig. 20, 1, 26, 2 ex -tis a. nata). MOD. dig. 20, 1, 26, 2 mancipia.

deriv.: pigneraticius, pigneratio, pignerator.
compos.: op-, prae-, repignero (depignero *non nisi var. l. p. 2119, 48*).
pignor- *v.* pigner-. **pignoriscap(t)io** *v. p. 2127, 56.*
pignōticus *v.* pycnoticus.

pignus, -oris *vel* -eris *n.* [*suffixum priscum* *-nes-/-nos- *invenitur etiam in vocabulis notionis affinis, e. g.* fē-nus, mū-nus; *v. Leumann, Gramm. 1977, 378. ad* pig- *variae radices pertinere possunt, praecipue ea quae subest verbo* pingere, *sc. si mos erat notam pignori inscribere; sic Meillet, Mém. Soc. Ling. 15, 1908/09, 257. Fo.*] *de origine*: GAIVS dig. 50, 16, 238, 2 -s appellatum a pugno, quia res, quae -i dantur, manu traduntur.
de scriptura: 1) -ner - / -nor -: *in inscr. et pap.* -nor- *passim, e. g.* S. C. de pago Mont. (CIL I^{2} 591) II 2. R. GEST. div. Aug. 32. CE 972, 1 (*saec. I*), *sed* -ner- *iam* LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 33 *et* PAP. Zeitschr. Pap. Epigr. 36, 1979, 110 l. 8 (*a. 27*); *in codd. vet. auctorum usque ad* GAIVM *scribitur* -nor- (*e. g.* PLAVT. Most. 978 [*A, ut* Pseud. 87 Rud. 581]. VERG. ecl. 3, 31 [*PRV*]. 8, 92 sq. [*MP, ut* Aen. 3, 611]) *excepto tantum* LIV., *ubi* -ner- 21, 21, 11 (*P, ut* 28, 34, 9, *sed* -nor- 24, 31, 13). 43, 16, 5 (*V, sed* -nor- 43, 16, 10), *postea adhuc praevalente* -nor- *paulo frequentius occurrit* -ner- *e. g.* VET. LAT. deut. 24, 12 (cod. 100). SCHOL. Cic. Bob. p. 106, 9. *testimonia*: AGROEC. gramm. VII 118, 16 -era rerum sunt, -ora filiorum et adfectionum (*eadem differentia* GRAMM. suppl. 118, 4 sqq. GLOSS.^{L} IV Plac. P 33. *al.*). PRISC. gramm. II 274, 1 et -s -oris et -eris *antiqui dicebant,* unde pignero, pigneras (*verbum confert etiam* III 493, 28). *2) ceterae scripturae*: -nosa FEST. p. 213 pignosa, pignora, eo modo quo Valesii, Auselii; pic- CE 662, 5 (*a. 363*); -nys INSCR. christ. Diehl 3364, 1.

NOT. Tir. 47, 79. *de formis: dat. sing.* -e *fort. p. 2126, 70, nom. sing. heteroclit. non nisi in* GLOSS., *sc.* II 415, 3 pignum (-s *cod. rec.*). IV 554, 7 pignor (-e *var. l.*). *de notione* (*cf. l. 59 et de differentia v. s. v.* arra *vol. II 632, 14 sqq.,* arrabo *vol. II 633, 22 sqq.,* hypotheca *vol. VI 3160, 33 sqq.*): GAIVS dig. 50, 16, 238, 2 (*antea l. 49*) unde ... videri potest verum esse ... -s proprie rei mobilis constitui. GLOSS.^{L} II Abav. PI 5 -a: res ⌊depositas⌋ (rep- *trad.*). Philox. PI 12 -s: *ἐνέχυρον, ὑπάλλαγμα. al. legitur fort. in foedere latino (v. p. 2122, 2) et* LEGE XII tab. (*v. p. 2128, 4*), *postea inde a* PLAVTO; *frequentant iuris consulti* (*plus 900*^{ies} *in* dig.).
[*it.* pegno; *sard. vet.* pinnus; *raet.* peñ; *prov. vet.* penh; *hisp. vet.* peños, *hisp.*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prenda. *cf. M.-L. 6490. Battisti-Alessio IV 2822. Wagner II 270. Wartburg VIII 447. Corominas*^{2} *IV 638. St.*]. [*confunditur c.* munus OV. epist. 15, 104 MART. 10, 73, 1; *var. l. dub.* AETNA 190. *in versione inepta* AVELL. 71, 5 nostrorum sermonum -bus increpatus (*gr. ὑπὸ τῶν ἐμῶν ὑποθηκῶν καὶ λόγων*).]

significatur id quod ab aliquo transfertur, quo ad oboedientiam, fidem compellatur vel securitatem pactioni sim. praestet (*hic illic respicitur etiam status -e effectus vel ius ad -s pertinens, v. l. 66. p. 2123, 41. 2125, 36; gr. respondet fere ἐνέχυρον*): **I** *strictius in iure vel in pactionibus sollemnibus* (*fere constat vocem* -s *hic illic interpolatam esse pro* fiducia, *quia hanc vocem compilatores Iustiniani plerumque vitabant, quod infra negleximus; ad rem cf. Noordraven, Die Fiduzia, 1999, 17–41*): **A** *-s ab invitis aufertur* (*fere in iunctura* -s capere *sim.; v. etiam p. 2127, 56 sqq.*): **1** *ad oboedientiam efficiendam, contumaciam reprimendam, sc. respicitur potestas coercendi magistratibus propria* (*v. Kunkel-Wittmann, Die Magistratur, 1995, 164 sqq.; de coercitione senatorum ad senatum venire nolentium e. g. l. 23. 33*): PLAVT. Amph. 68 (*in lege iocosa de ambitione theatrali*) si cui favitores delegatos viderint *conquistores,* ut is in cavea -s capiantur togae. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 3, 4 (*praemittit* CIC. -bus ... ablatis Crassum instituit coercere *consul*) an tu, cum omnem auctoritatem universi ordinis pro -e putaris eamque in conspectu populi Romani concideris, me his existimas -bus posse terreri? CIC. Phil. 1, 12 *senatores* coguntur ... non -bus, sed gratia. *ibid.* quid est ultra -s aut multam? LEX Vrson. (CIL I^2 594) 91, 3 domicilium ..., unde -s eius quot satis sit capi possit. LIV. 43, 16, 5 censores ad -a capienda miserunt. 43, 16, 10 *censor* in multa -busque eius *civis* ... intercessioni *tribuni non paruit. al.* LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 5) multa, -bus cogito. *ibid. curatori* multae dicendae -is capiendi ius potestasque esto. LEX Irnit. 3 A 9 *aediles* -s capiendi a municipibus incolisque ... ius potestatemqu⟨e⟩ habento. *al.* TAC. ann. 13, 28, 2 *statutum est,* quantum curules, quantum plebei *aediles* -is caperent vel poenae inrogarent. SVET. Iul. 17, 2 Vettium -bus captis ... coiecit in carcerem. GELL. 14, 7, 10 *Varro* de -e ... capiendo disserit deque multa dicenda senatori, qui, cum in senatum venire deberet, non adesset. *al.*

2 *ad pecuniam sim. debitam reciperandam*: **a** *actione privati, sc. respicitur legisactio per -is capionem* (*v. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht*^{2}*, 1996, 146 sqq.*): PLAVT. Poen. 1285 (*iocose*) pro maiore parte prandi -s cepi ([*postea*: aere militari tetigero lenunculum]. *cf.* GAIVS inst. 4, 27 propter stipendium licebat militi ab eo, qui ⌞aes tribuebat⌟, nisi daret, -s capere [⌞ ⌟ destruebat *cod., alii alia*]). LEX met. Vipasc. I 2, 8 conductori ... -s cape⟨re⟩ liceto (*v. infra p. 2128, 7*). *al.* GAIVS inst. 4, 27 propter eam pecuniam licebat -s capere, ex qua equus emendus erat; quae pecunia dicebatur aes equestre. 4, 29 nefasto quoque die, id est, quo non licebat lege agere, -s capi poterat. *al. apud eundem.* **b** *iussu iudicis vel praetoris*: POMPON. dig. 15, 1, 23 aedium ... peculiarium nomine in solidum damni infecti promitti debet, ... quia pro -e ea, si non defendantur, actor ... possidet (*respicitur cautio damni infecti, ut fort.* GAIVS inst. 4, 31 *loco lacunoso*). COD. Iust. 4, 15, 2 (*a. 205*) si in ⌞causa iudicati⌟ Valentis ... nihil est, quod sine quaestione -is loco capi et distrahi possit, *eqs.* (⌞ ⌟ *fere eadem*: PAPIN. dig. 42, 1, 40 eam pecuniam iure -is in causam iudicati capi. VLP. dig. 4, 4, 9 pr. ex causa iudicati. 20, 4, 10 si et iure iudicatum et -s in causa iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum est. COD. Iust. 8, 22, 2 pr. [*a. 223*]. *al.; v. Kaser-Hackl, loco cit., 512 sqq.*). PAPIN. dig. 41, 4, 12 praetorii -is ([*interpol. sec. Kaser-Hackl, loco cit., 392 adn. 45*]. COD. Iust. 8, 21 rubr. *et* 1. 8, 21, 2, 1 [*opp.* in conventionalibus -bus]). PAVL. sent. 5, 5^a, 4 eorum, qui de debito confessi sunt, -a capi et distrahi possunt. EDICT. Theodor. 131 qui de debito in iudicio convicti ... fuerint, ... solutionem procurare debent; quod si non fecerint, per auctoritatem iudicis ... capi eorum -a debent et distrahi.

B *-s praestatur a volentibus*: **1** *ad fidem, securitatem pacto efficiendam, confirmandam*: **a** *-i est res pretiosa, sc. in negotiatione, rebus iudiciariis sim.* (*de ratione, quae inter pretium debiti et -is constat, v. p. 2122, 18 sq.* [*cf.* FAVST. REI. spir. 1, 12 -is ... ratio meritum rei, pro qua deponi videtur, excedit]; *huc traximus imagines paucas e. g. p. 2122, 28. 42. 66 sq., minus definitas sub II afferimus [v. p. 2123, 44]; metonymice i. q. contractus, quo res creditori obligatur, maxime p. 2122, 25 sqq. et e. g.* VLP. dig. 13, 7, 1 pr. 20, 6, 3): **α** *-s datur creditori a debitore, ut securitas resolvendi, reddendi efficiatur*: Ⓘ *in vario negotio; pro -e accipiuntur*: Ⓐ *res variae* (*exempla selecta damus inde a* MART.): PLAVT. Rud. 581 tibi ego numquam quicquam credam, nisi si accepto -e. CAECIL. com. 105 ut aurum et vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ... opposivit -i. TER. Phorm. 661 ager oppositust -i ob decem minas (*cf.* TAC. hist. 3, 65, 1 domo agroque -i acceptis. *item de praediis sim.*: VARRO ling. 5, 40 praedia dicta, item ut praedes, a praestando, quod ea -e data publice mancupis fidem praestent. IVLIAN. dig. 8, 1, 16 qui -i fundum accepit. *al.* POMPON. dig. 13, 7, 8 pr. *al.*). FEST. p. 166 (*verba foederis latini a. 493 a. Chr.*) si quid -is nanciscitur, sibi habeto. PAP. Zeitschr. Pap. Epigr. 36, 1979, 110 l. 8 (*a. 27*) *debeo* dr(achmas) *tot* ... ob -a cassidem inargentatam. TAB. cer. Pomp. Camodeca 45 pag. 3, 6 saccos legumenum ducentos, quos -i accepit (*in eisdem tabulis*: 51 pag. 5, 11 dedi ei -is arrabonisve nomine tritici Alexandrini modium septem millia. 55 pag. 1, 6 sc⟨ripsi me⟩ dedisse Sex(to) Granio Num⟨enio⟩ -i argentum p(ondo) X. 83, 10 purpuras ..., quas ... -i dedisse dicitur [*fere eadem* 84, 10]. *al.*). CVRT. 10, 2, 26 arma ... -i sunt. PETRON. 119 vers. 53 nulla est certa domus, nullum sine -e corpus. MART. 12, 25, 1 cum rogo te nummos sine -e, 'non habeo', inquis. QVINT. inst. 7, 8, 4 aratrum accipere -i non licet. IVV. 9, 141 viginti milia fenus -bus positis *sint mihi.* IAVOL. dig. 22, 1, 49 (*e Labeone*) fructus rei est vel -i dare licere. 47, 2, 74 si is, qui -i rem accepit, cum de vendendo -e nihil convenisset, vendidit. POMPON. dig. 13, 7, 3 si quasi recepturus a debitore tuo comminus pecuniam reddidisti ei -s. 20, 4, 4 si debitor, antequam a priore creditore -s liberaret, idem illud ob pecuniam creditam alii -i dedisset. AFRIC. dig. 30, 108, 13 quod pretium -is summam debiti excedat. GAIVS dig. 12, 1, 28 creditor, qui non idoneum -s accepit, non amittit exactionem eius debiti quantitatis in quam -s non sufficit. inst. 2, 64 ut liceret creditori -s vendere, si pecunia non solvatur. APVL. met. 1, 22, 2 ignoras praeter aurum argentumque nullum nos -s admittere? VET. LAT. deut. 24, 12 (cod. 100, *sim.* VVLG.) non dormies in -e ipsius (*gr. ἐνεχύρῳ*). 24, 17 (*ibid.*) *non* ⌞-s capies⌟ vestimentum viduae (⌞ ⌟ *gr. ἐνεχυράσεις,* VVLG. auferes -is loco). SCHOL. Iuv. 1, 92 nummos sub -e portat (*versumne sapit?*). COD. Iust. 8, 16, 2 (*a. 207*) cum constet -s consensu contrahi (*sim.* VLP. disp. frg. II^A p. 309 si -s in Itali⟨a con⟩tractum ⟨est⟩, hoc est conven⟨tio⟩ de -e; *cf.* COD. Iust. 8, 40, 7 [*a. 215*] si -bus contraheretur obligatio). VITAE patr. 5, 10, 68 da eis *passionibus* -s suum et discedent (*Cot. p. 664^B ἀρραβῶνα*). *et passim.* Ⓑ *animantes* (*servi praeter l. 36 sqq.; exempla selecta inde a* POMPON.): PLAVT. Pseud. 87 vix ... *pecuniam inveniam,* si me opponam -i. IAVOL. dig. 41, 3, 16 servi ..., qui -i datus est. CELS. dig. 46, 3, 69 *homo* qui erat -i Titio obligatus. IVLIAN. dig. 40, 9, 5, 2 qui ob aureos quinque Stichum et Pamphilum -i dedit. *al.* POMPON. dig. 13, 7, 8, 1 si -i plura mancipia data sint. AFRIC. dig. 13, 7, 31 si servus -i datus creditori furtum faciat (*ibid.* si sciens furem -i mihi dederit). PAVL. sent. 2, 5, 2 fetus vel partus eius rei, quae -i[s] data est, -is iure non tenetur (INTERPR. si quis gregem equarum ... -i creditori dederit, foetus earum rerum ad debitorem, non ad creditorem pertinet). COD. Iust. 8, 16, 6 (*a. 293*) qui filios vestros vel liberos homines pro pecunia, quam vobis credebat, -is titulo accepit (*cf.* EDICT. Theodor. 95 nec pro -e filii a parentibus alicui dari possunt). *al.* *in imag.*: AMBR. exc. Sat. 1, 3 (*de fratre mortuo*) *deus,* qui deposuit -s, recepit. CARM. Inscr. christ. urb. Rom. VII 18469, 3 (*sec. gen. 3, 19*) humus -s ... recepit (*sim. ibid.* 13).

Ⓘⓘ *in locatione praedii vel habitationis vel in venditione fructuum nondum lectorum, sc. -i sunt res a conductore, emptore inlatae sim. vel ibi positae*: CATO agr. 146, 2 donicum solutum erit aut ita satis datum erit, quae in fundo inlata erunt, -i sunto (LABEO dig. 20, 6, 14 convenit, ut invecta importata -i essent, donec merces tibi soluta aut satisfactum esset; ... satisfactum tibi videri existimo et ideo i. -i esse desisse. NERAT. dig. 20, 2, 4 pr. POMPON. dig. 20, 2, 7, 1 GAIVS dig. 20, 4, 11, 2. PAVL. dig. 2, 14, 4 pr. placet in urbanis habitationibus locandis invecta i. -i esse locatori. *al.*). 146, 3 emptor domino debeto et id satis dato, proque ea re ita uti s(upra) s(criptum) e(st) item -i sunto. 149, 2 pecus et familia, quae illic erit, -i sunto. 150, 2 -i esto *pastor.* PLIN. epist. 3, 19, 6 possessor prior saepius vendidit -a. NERAT. dig. 20, 2, 4, 1 quod ad causam tamen talis taciti -is pertinet, non multum ab urbanis praediis differunt *stabula.* IVLIAN. dig. 43, 33, 1 pr. si colonus ancillam in fundo -is nomine duxerit. *al.* POMPON. dig. 20, 2, 7 pr. in praediis rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacite intelleguntur -i esse domino fundi locati (AFRIC. dig. 47, 2, 62, 8 locavi tibi fundum, et ... convenit, uti f. ob mercedem -i mihi essent). AFRIC. dig. 20, 4, 9 pr. qui balneum ... conduxerat, pactus erat, ut homo Eros -i locatori esset (*ibid.* h. -i datus). *al.*

β *-s datur venditori ab emptore, sc. -s est arra, prima pars pretii, quod postea debet impleri* (*cf. p. 2126, 12 sqq.*): PLAVT. Most. 978 *aedium emptor* quadraginta ... dedit huic *venditori,* quae essent -i. ARGVM. Plaut. Most. 8 -s emptis aedibus. HIL. ad Const. 2, 11, 1 praemitto ... -s futuri apud te sermonis mei. Ps. HIL. libell. 19 p. 91, 8 *osculum,* quod est -s et arra serpentis.

b *-i est obses sim., fere in foederibus inter civitates* (*in negotio privato* PLAVT.): PLAVT. Capt. 433 cogitato ... meam esse vitam hic pro te positam -i. *al. ibid.* R. GEST. div. Aug. 32 *rex Parthorum* amicitiam nostram per ⟨libe⟩ror⟨um⟩ suorum -a petens (*gr. ἐνεχύροις*). LIV. 2, 13, 9 Romani *Cloeliam* -s pacis ex foedere restituerunt (9, 15, 7. 36, 40, 3 obsides ..., p. futurae -s. 40, 15, 8 p. -s fui, ad pacem retinendam legatus missus sum. SIL. 10, 494. *al.*). 21, 21, 11 ut Afri in Hispania, in Africa Hispani ..., velut

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mutuis -bus obligati, stipendia facerent. 40, 47, 10 equites *exacti sunt,* nec obsidum nomine – nam militare iussi sunt –, et tamen re ipsa, ut -s fidei essent (42, 39, 7 nec tam in -s f. obsides desiderati erant; *cf. p. 2124, 6 sqq.*). 43, 10, 3 obsides *dux poscere neglexit* -s futuros afore fraudem agendae rei. *al.* CVRT. 7, 10, 9 interroganti ..., quo -e fidem obligaturi essent, vitam ... -i futuram esse dixerunt. LVCAN. 7, 662 coniunx est mihi, sunt nati; dedimus tot -a fatis. FRONTIN. strat. 1, 8, 6 *legatos* velut contraria -a retinuerunt. TAC. hist. 4, 79, 1 Agrippinenses offerebant ... sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi -a societatis (*cf. p. 2124, 39. 2125, 30*). SVET. Aug. 21, 2 *ut* a quibusdam *barbaris* ... novum genus obsidum, feminas, exigere temptaverit, quod neglegere marum -a sentiebat. AMM. 16, 12, 25 pater ... obsidatūs -e tentus in Galliis (*al., v. vol. IX 2, 220, 36 sq.*). *al.*

2 *in contentione sim., sc. ad fidem praedicationis sim. monstrandam (cf. sacramentum p. 2125, 13); -s est res ab utraque parte posita, quam victus debeat victori* (*-s datur* in *pretium contentionis l. 18 sq. 29; fort. huc pertinet etiam p. 2125, 74*): PLAVT. Bacch. 1056 qui me esse dicat cruciatu malo dignum, ne ego cum illo -s haud ausim dare. Cas. 75 id ni fit, mecum -s si quis volt dato in urnam mulsi. Epid. 701 ni ... matris filia est, in meum nummum, in tuom talentum -s da. *al.* CATVLL. 44, 4 *maligni fundum meum* quovis Sabinum -e esse contendunt (PHAEDR. 4, 22, 5 *livor meliora* Aesopi dicet, si quid minus adriserit, a me contendet fictum quovis -e). VERG. ecl. 3, 31 tu dic, mecum quo -e certes (*sc. cantando ut*: CALP. ecl. 2, 7 dulci ... contendere cantu -busque parant. *al.* BVC. Eins. 1, 6. *al.*). OV. ars 1, 168 quaerit *spectator* posito -e, vincat uter. VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 scortum iuxta eum *philosophum* ... accubuit -e cum quibusdam iuvenibus posito, an temperantiam eius corrumpere posset. *ibid.* de homine se cum iis, non de statua -s posuisse respondit. COLVM. 8, 2, 5 totum patrimonium, -s aleae, victor gallinaceus pyctes abstulit. GELL. 5, 4, 2 librarius in quodvis -s vocabat, si *eqs.* *ipso -e victoria in contentione quaeritur*: OV. met. 6, 77 e vulnere saxi exsiluisse fretum, quo -e vindicet urbem *Athenarum Neptunus* (*cf. 6, 71* litem).

3 *ad testimonium dandum accepti libelli, quo instauratur iuris actio (si recte intelleximus); non nisi in* GLOSS. *in explicatione vocis* antibiblium (*de re cf. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht, 1996, 573 n. 26*): GLOSS. antibiblium: -s librorum. codex datus -s pro codice. *al. ibid.*

II *laxius vel translate: imprimis significatur id, quod fiduciam alicuius rei confirmat, vel rem quandam tutam facit, obligat (gratam nimirum praeter p. 2124, 17); notione firmandi minus vigente vergit in notionem q. e. signum, indicium e. g. l. 74 sqq. p. 2124, 20. 61 sq. 2125, 3; notionibus fiduciae vel obligationis minus vigentibus vergit in notionem q. e. praesidium, munimentum e. g. l. 50 sqq. p. 2124, 37; metonymice de foederibus, vinculis caritatis sim. e. g. p. 2124, 40. 68. 2125, 7; pro -e sunt res incorporeae et corporeae (saepe dona, e. g. l. 59. p. 2124, 32. 65); imagines minus definitae ad aes alienum pertinentes v. e. g. p. 2124, 59. 2125, 64 sq.*:
A *usu vario*: **1** *de rebus*: **a** *indicatur, quid tutum reddatur vel sit, ad quem finem -s detur vel quaeratur*: **α** *per gen.* (*distingue gen. ident. p. 2127, 47*): Ⓘ *spectat ad statum rei publicae, salutem imperii sim.*: CIC. Sest. 19 *Pisonis supercilium* hominibus non supercilium, sed -s rei publicae videbatur. Scaur. 47 Palladium illud, quod quasi -s nostrae salutis atque imperii Vestae custodiis continetur **([***item de Palladio*: OV. fast. 3, 422 LIV. 5, 52, 7. 26, 27, 14 conditum in penetrali fatale -s i. Romani. *al., cf. p. 2124, 71*]. OV. fast. 3, 346 i. -a certa [*de ancilibus ut*: 3, 354 FLOR. epit. 1, 2, 3]. TAC. hist. 3, 72, 1 sedem Iovis Optimi Maximi**)**. RVT. NAM. 2, 55 (*de libris Sibyllinis*) aeterni fatalia -a regni. Ⓘⓘ *spectat ad statum animi, mentis sim.* (*cf.* GLOSS.[L] III Abstr. AM 24 amoris -s: affectionis vinculum): CIC. Cael. 78 habet a M. Caelio res publica ... duas accusationes vel obsides periculi vel -a voluntatis. VERG. ecl. 8, 91 has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, -a cara sui. Aen. 5, 538 *cratera* Cisseus ferre sui dederat monumentum et -s amoris **(**5, 572. OV. epist. 4, 100 ferae spolium. *al.* LIV. 39, 10, 1 SEN. Herc. O. 490 LVCAN. 4, 502. *al.; cf.* -s amantis: OV. epist. 15, 104 -s a. habes [munus *codd. vett.*]. CIL XIII 10024, 65 [*in gemma*]. *nec non* OV. Pont. 2, 7, 36 *tuus* amor nobis -a mille dedit**)**. OV. ars 2, 378 ardet et in vultu -a mentis habet (Pont. 3, 4, 27 regum vultus, certissima -a m.). trist. 2, 66 inspice maius opus *metamorphoseon* ...; invenies animi -a ... mei **(**Pont. 4, 13, 32 qui *iuvenes* dederint a. -a certa sui. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 pectus grati a. -bus ... refertum. SEN. epist. 26, 5 levia sunt ista et fallacia -a a. CVRT. 6, 7, 4 per mutuam caritatem et -a utriusque a. STAT. Theb. 1, 470 pariter coeant a. in -a dextrae. *al.***)**. LIV. 32, 38, 3 ad -s futurae regi cum tyranno amicitiae, filias suas regem Nabidis filiis matrimonio coniungere velle **(**VAL. MAX. 4, 7, 3. 7, 6, 2. CARM. Inscr. Année Épigr. 1995 n. 1232b [*ante a. 42*]. SEN. amic. p. 28 momento amicitiae vestrae exolescunt, quarum mensa maximum -s est. MART. 9, 99, 6 liber, absentis -s a. *al.***)**. S. C. de Pisone (Vestigia 48, 1996) 96 qui complura modestiae suae posuisset -a. SEN. contr. exc. 8, 6, 3 lacrimae -a sunt nolentium et repugnantis animi vultus index. suas. 5, 1 prior ... metus futuri -s est. CVRT. 6, 5, 2 hospitii (IVST. 7, 3, 3). 6, 7, 9 benevolentiae (9, 6, 17 nullum erga me b. -s atque indicium omisistis). 6, 7, 35 dexteram reconciliatae gratiae -s obtulit (HEGES. 1, 24, 3. 1, 30, 1). MART. 7, 17, 11 -s pectoris. QVINT. inst. 1 prooem. 6 *te* dignissimum hoc mutuae inter nos caritatis -e iudicabamus (PORPH. Hor. carm. 2, 17, 1 HEGES. 1, 22, 1. *al.*). *al.* -s fide(i): OV. met. 6, 506 f. -s dextras utriusque poposcit (LIV. 25, 16, 13 contingere d. ⟨et⟩ id -s f. secum ferre. SEN. Herc. f. 370 CVRT. 8, 12, 10. *al.*). LIV. 2, 4, 4 datae litterae, ut -s f. essent, manifestum facinus fecerunt. 22, 58, 6 nec -s aliud f., quam ut iurarent se redituros, acceptum. CVRT. 6, 5, 8 rex omissis sponsionum f. que -bus venire eos iussit. 8, 2, 31. MELA 2, 12 id, *i. sanguinem degustare,* putant mansurae f. -s certissimum (*cf. l. 36*). AMBR. paenit. 2, 3, 18 *anulus* f. -s et sancti spiritus signaculum. PHOEBAD. c. Arian. 1, 5 dans f. meae -s, catholicum me probabo. *al.* ⓘⓘⓘ *exempla cetera* (*selecta inde a* CVRT.): CIC. Phil. 13, 6 ita vitam corpusque servato ..., ut haec libertate posteriora ducas ... nec pro his libertatem, sed pro libertate haec proicias tamquam -a ⌊iniuriae⌋ (⌊ ⌋ i. ⟨oblata⟩ *Shackleton Bailey*). VERG. Aen. 11, 363 (*de Laviniae matrimonio*) pacis solum inviolabile -s (SIL. 13, 68 -a p. praetendens dextra ramum canentis olivae). AETNA 460 certa ... venturae ... -a flammae. OV. met. 6, 603 Procne sacrorum -a demit (*i. insignia Bacchi*). 7, 497 spectabilis heros et veteris retinens etiamnunc -a formae. fast. 2, 633 libate dapes, ut grati -s honoris nutriat incinctos missa patella Lares (5, 77). 4, 323 si crimen abest, tu nostrae -a vitae (*sc. honestae*) re dabis, et castas casta sequere manus. *al.* LIV. 9, 18, 17 eadem fortunae -a in discrimen detulisset *Alexander.* GRATT. 232 levem praedam aut propioris -a lucri amplexus *canis.* SEN. contr. 2 praef. 4 est et hoc ipsum melioris ingenii -s non corrumpi bonitate eius. suas. 4, 2 *mathematici* in media se ... fatorum misere -a (signa *Håkanson*). VAL. MAX. 6, 6 praef. *Fides* dexteram suam, certissimum salutis humanae -s, ostentat (*cf. l. 7 sq. p. 2123, 69*). SEN. Ag. 271 id esse regni maximum -s putant, si quidquid aliis non licet solis licet. Med. 571 palla, ... -s Aeetae datum a Sole generis (*cf. l. 70 et* LVCAN. 9, 906 gentis). Phaedr. 730 ensem ... liquit *Hippolytus* ...; -s tenemus sceleris (TAC. hist. 4, 57, 3 *ut* Romanus exercitus in externa verba iurarent -sque tanti s. nece ... legatorum daretur. *aliter p. 2125, 9*). CVRT. 6, 10, 15 *puer* non testem, non -s indicii exhibere poterat. FLOR. epit. 4, 1, 4 -s coniurationis sanguis humanus (*cf. l. 12*). 4, 2, 22 Siciliam et Sardiniam, annonae -a. IVL. VAL. 1, 9 p. 17, 12 cum *homo* crastini ratum -s nullum facile possederit (*gr. l, 16, 4 ἐνέχυρον*). IVST. 22, 3, 4 Syracusae in -s societatis *sunt* ... traditae (AMM. 17, 5, 1 -e icto s.). IVLIAN. in psalm. 7, 6[c] mori sine ... herede, id est sine eo, in quo -s nominis sui vel seminis resideret. REGVLA mag. 87, 15 ut nullum saeculo -s tuum remaneat ad eum ... revertendi (87, 20). *al.*

β *per praepos.* ad *c. gerund.*: CIC. Cluent. 190 illa sibi ad confirmandas inimicitias adfinitatis coniunctionem -i fore putavit. prov. 2 *Gabinius et Piso Ciceronis* salutem pro -e tradiderunt ad explendas suas cupiditates. LIV. 5, 42, 2 ut quodcumque superesset urbis, id -s ad flectendos hostium animos haberent.

γ *per acc. c. inf.*: CIC. Phil. 1, 4 magnum ... -s ab eo (*sc. Antonio*) rei publicae datum, se liberam civitatem esse velle, cum dictatoris nomen ... ex re publica sustulisset.

b *exempla cetera* (*selecta inde a* GRATT.): CIC. Att. 8, 9[a], 1 (*a. 49 a. Chr.*) minus multa dederant illi rei publicae -a. Phil. 13, 8 magnis et multis -bus M. Lepidum res publica illigatum tenet: summa nobilitas est, omnes honores **(***sim. c. verbis obstringendi*: CAES. civ. 1, 39, 4 [*antea: Caesar a* centurionibus ... mutuas pecunias sumpsit] -e animos centurionum devinxit et largitione militum voluntates redemit. SEN. Med. 145 arto -e astrictam fidem. PLIN. epist. 7, 1, 7 *ut* ad eandem temperantiam adstringerer, cum me hac epistula quasi -e obligavissem. *cf. l. 68***)**. VERG. ecl. 8, 92 (*antea p. 2123, 58*) quae nunc ..., terra, tibi mando; debent haec -a Daphnin. Aen. 3, 611 dextram Anchises ... dat iuveni atque animum praesenti -e firmat. AETNA 40 (*de fabula Cyclopum*) turpe et sine -e carmen. 135 certis tibi -a rebus atque oculis haesura tuis dabit ordine tellus. 519 certo ... -e constat. HOR. carm. 1, 9, 23 -s ... dereptum ... digito male pertinaci **(***item de anulo*: IVV. 6, 27 digito -s fortasse dedisti. *cf.* PASS. Perp. 21, 5 *martyr ansulam digiti* vulneri suo mersam reddidit ei hereditatem, -s relinquens illi et memoriam sanguinis [*cf. B2*]**)**. TIB. 3, 19, 17 heu heu mea -a cedo *amorem iurando* (*postea*: nunc tu me audacius ures). PROP. 3, 20, 17 haec Amor ipse suo constringit -a signo. OV. ars 3, 486 (*de epistula amantis*) -a nec puero credite vestra novo (*cf.* 489 perfidus ille ..., qui talia -a servat). met. 2, 38 -a da, genitor, per quae tua vera propago credar. fast. 6, 365 Iliacae ... -a Vestae (*item de sacris in templo Vestae custoditis*: 6, 445. LVCAN. 9, 994 Pallas, in abstruso -s memorabile templo. *al., cf. p. 2123, 50 sqq.*). *al.* LIV. 37, 10, 8 *Polyxenidas* signo ... suo impressas tabellas misit; eo vero -e velut auctoratum sibi proditorem ratus est *Pausistratus.* GRATT. 255 sive in lora voces seu nudi ⌊ad -a Martis⌋ *canes* (⌊ ⌋

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. ad pugnas, quae eorum fortitudinem demonstrant). 263 iunge pares ... et maiorum -e signa feturam. MANIL. 2, 780 ferri ... rigor per -a nota quaeritur (tempora *codd.*). PHAEDR. 5, 5, 37 aperto -e errorem probans. CVRT. 8, 4, 27 panem – hoc erat apud Macedonas sanctissimum coeuntium -s –, quem divisum gladio uterque libabat. LVCAN. 6, 456 (*de hippomane*) *Haemonides* turgentia suco frontis amaturae subducunt -a fetae. 8, 481 sacra ... defuncti iactavit -a patris *Ptolemaei* (*i. amicitiam cum Pompeio*). 9, 1020 (*loq. interfectores Pompeii*) tanto te -e, Caesar, emimus, hoc tecum percussum est sanguine foedus. 10, 10 *Alexandriam* -e tam saevi sceleris (*sc. Pompeii occisi*) ... *Caesaris* signa secutam. TAC. ann. 3, 43, 1 Augustodunum ... Sacrovir occupaverat ⟨et⟩ nobilissimam Galliarum subolem ..., ut eo -e parentes ... eorum adiungeret. HIL. in Matth. 4, 24 ('neque per caelum iurabis, *eqs.*') haec sacramentorum -a plena apud eos piaculi fuisse demonstrat. PHILO vita contempl. 29 *viri antiqui* quam plurima -a diluendarum (*i. explicandarum*) lectionum dimisere (*gr. μνημεῖα*). *al.*

2 *de animantibus* (*fere hominibus, sed animalibus e. g. l. 53. 56. p. 2126, 4sq.; transfertur ad plantas p. 2126, 7sqq.*): **a** *quibus praesentibus vel adiuvantibus aliquid salvum est sim.*: CIC. Att. 1, 19, 3 (*a. 60 a. Chr.*) ut nos duo quasi -a rei publicae retineri videremur. Phil. 12, 22 ut ... illud -s libertatis populi Romani, D. Brutum, aspicere possim. PROP. 4, 11, 12 quid currus avorum profuit aut famae -a tanta meae? (*i. liberos ut vid., cf. l. 24 et* SIL. 3, 80 [*Hannibal de filio*] hoc -s belli, coniunx, servare labora). OV. met. 8, 48 me comitem, me pacis -s haberet (12, 365 Aeacidae dederat p. -sque fidemque *armigerum.* OCTAVIA 279 edat partu -a p. [*item de partu* 938]). 14, 679 *Vertumnus,* pro quo me quoque -s habes. SEN. contr. 1, 1, 3 me foederi medium -s addite *inimicorum odio mei communi reconciliatorum.* VELL. 2, 47, 2 medium ... concordiae -s Iulia, uxor Magni, decessit. VAL. MAX. 6, 9 ext. 2 *Themistocles* medium ... Europae et Asiae vel spei vel desperationis -s *fuit.* TAC. hist. 4, 61, 3 pauci centurionum *captorum* ... in Gallia geniti reservantur -s societatis (*cf. p. 2123, 9*). PANEG. 7, 7, 2 -s imperii. ALC. AVIT. hom. 24 p. 145, 18 *rex* ecclesiarum -s. CE 1413, 4 tanti -s obisse viri. *al.*

b *qui cari sunt, imprimis de liberis, sed haud raro de aliis, e. g. de coniuge l. 44. 64. al.; fort. ita nominantur, quia homines eis amandis constringuntur, maxime parentes, qui communi -e nexum confirmant (v. e. g. l. 51; aliter l. 21. 24); metonymice de ipsis necessitudinibus, foederibus e. g. l. 63. 70*: **α** *explicatur genus affinitatis per appositionem vel gen. identitatis*: PROP. 4, 11, 73 nunc tibi commendo communia -a natos (OV. epist. 11, 113 n., parum fausti miserabile -s amoris [*cf. p. 2123, 59*]. 12, 192 oro ... per ... natos, -a nostra, duos. *al.* EPICED. Drusi 324 PETRON. 89 vers. 42. *al.*). OV. epist. 6, 122 prolem ... gemellam, -a Lucina bina favente dedi (CE 1345, 4 [*a. 392*] p. -a cara tori. *cf.* STAT. Theb. 6, 50 aliam p. mansuraque ... -a). met. 3, 134 -a cara, nepotes. LIV. 2, 1, 5 priusquam -a coniugum ac liberorum caritasque ... soli ... animos eorum *colonorum* sociasset (*item c. gen. ident.*: SIL. 5, 84 natorum -a. STAT. Theb. 1, 394 SVET. Tib. 7, 3. *al.*). CVRT. 4, 14, 22 restituite mihi -a, pro quibus ipsi mori non recusatis, parentem, liberos (QVINT. inst. 6, 1, 24 *adiuvant reum* -a, liberi, dico, et parentes et propinqui). *al.*

β *varia exempla* (*selecta inde a* PETRON.): OV. epist. 4, 120 Theseus latus *Antiopae* ense peregit, nec tanto mater -e (*i. Hippolyto*) tuta fuit. met. 5, 523 commune est -s onusque nata mihi tecum. 8, 490 accipite inferias, uteri mala -a nostri (fast. 2, 430 SIL. 6, 501. *cf.* ventris: MART. epigr. 14, 1 sus fera iam gravior maturi -e v. emisit fetum. AMBR. hex. 5, 18, 58 VAL. CEM. hom. 18, 5). trist. 3, 11, 16 patria careo -busque meis. *al.* VAL. MAX. 7, 1, 1 Metellum ... inter oscula ... carissimorum -um extinctum. 7, 6 ext. 3 quae illis *bestiis* dulcia vitae -a proprio spiritu cariora sunt, ea Calagurritanis prandia ... extiterunt. S. C. de Pisone (Vestigia 48, 1996) 139. SEN. Med. 1012 (*loq. Medea*) in matre si quod -s etiamnunc latet, scrutabor ense viscera et ferro extraham. Oed. 1022 sanguinis -s mei (PETRON. 80, 6 vetustissimam consuetudinem putabam in s. -s transisse). Tro. 766. OCTAVIA 591 cum portet utero -s et partem mei. CVRT. 5, 12, 2 sine -e, sine lare, terrarum orbis exulem. *al.* LVCAN. 3, 33 (*Iulia ad Pompeium generum Caesaris*) abscidis frustra ferro tua -a. 7, 347 subolem ac thalamos desertaque -a quaerit. 8, 190 comitem -sque recepi depositum, *i. uxorem* (*cf.* STAT. Ach. 1, 384 tellus, magnae cui -a curae depositumque ingens ... commisimus). *al.* PETRON. 108, 14 vers. 3 non Troius heros hac in classe vehit decepti -s Atridae. STAT. silv. 3, 5, 59 *Philomela* animam ... in -a transfert. PS. QVINT. decl. 15, 6 ut a sacris avocarer adfectibus, ut -a sancta despicerem. FRONTIN. strat. 4, 5, 22 supplicia -um suorum. TAC. ann. 15, 36, 3 in privatis necessitudinibus proxima -a *praevalent.* 16, 26, 3 timendum, ne in coniugem, in filiam, in cetera -a eius saeviret *Nero.* PS. CYPR. adv. Iud. 5, 1 (*de Christo filio dei*) talia profudisti libamina sanguine -is acceptissimo deo. ANTH. 93, 2 *in iudicio Salomonis* prolem ... negando conservat mater, contempto -e victrix (*fort. luditur c. notione sub IB2 illustrata*). ZENO 1, 38, 1 (*ad neophytos*) aetheriae gentes, exsultate, novella -a in Christo. AMBR. in Luc. 2, 23 femina mulieris et -s -is *adventum sensit* (*respicitur occursus Mariae et Elisabeth praegnantium, Luc. 1, 41*). AVIAN. fab. 35, 2 fama est, quod geminum profundens simia partum dividat in varias -a nata vices. SEDVL. carm. pasch. 2, 113 trepidae ... vocant sua -a fetae *oves.* MEROB. poet. 141 *rex obsidem* natum nuncupat et mavult naturae dicere -s quam pacis (*v. supra p. 2122, 69*). *al.* *transfertur ad plantas*: COLVM. 10, 164 date nunc sua matri, *sc. terrae,* -a. PALLAD. ins. 110 (*de surculis insitis*) citrei patiuntur mutua rami -a, quae gravido cortice morus alit.

B *usu christiano* (*cf. et l. 1. p. 2124, 13sq.*): **1** *de rebus variis, quibus aliquid praefiguratur vel promittitur*: **a** *vita aeterna, redemptio sim.* (*resurrectio corporis l. 28; cf.* GLOSS. V 548, 46 -s arra vitae aeternae. *subesse videtur versio lat. vocis ἀρραβών l. 19sqq. [ad rem cf. vol. II 632, 66sqq. 633, 52sqq.], quam damnat* HIER. in Eph. 1, 14 p. 457[B] non idipsum ... 'arrabo', quod '-s' sonat: arrabo enim futurae emptioni quasi quoddam testimonium ... datur; -s vero, hoc est *ἐνέχυρον,* pro mutua pecunia opponitur. *al.* [*cf. vol. II 632, 14sqq.*]): **α** *respicitur spiritus sanctus* (*cf. l. 30*): VET. LAT. II Cor. 1, 22 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *deus* dedit -s spiritus in cordibus nostris (*gr. ἀρραβῶνα*). Eph. 1, 14 (Mar. Victorin. in Eph. *al.* = VVLG.) *spiritus sanctus,* qui est -s hereditatis nostrae ([*gr. ἀρραβών*]. AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 306[r], 6 -s h. in quo signati sumus in diem redemtionis. NICET. symb. 8 p. 46, 13. *al.; huc spectat* HIER. *l. 15*). IREN. 5, 8, 1 -s hoc habitans in nobis. HIL. trin. 1, 36 spiritum dei ..., quem ad immortalitatis -s et ad divinae ... naturae consortium sumeremus. AVG. c. Pelag. 3, 3, 4 filii dei facti -e spiritus sancti. *al.* **β** *exempla cetera*: TERT. resurr. 51, 2 quemadmodum ... *Christus* nobis arrabonem spiritus reliquit, ita et a nobis arrabonem carnis, *i. corpus humanum,* accepit et vexit in caelum, -s totius summae illuc quandoque redigendae. OPTAT. 6, 1 p. 142, 9 altaria dei, ... quo postulatus descenderit spiritus sanctus, unde a multis et -s salutis aeternae ... et spes resurrectionis accepta est (*item respic. eucharistia, communio*: SACR. Leon. 23 sumentes -s caelestis arcani et ... superno pane satiati. 741 sumpsimus ... -s redemptionis aeternae. Greg. 40, 3 [177 D.] ut illius salutaris capiamus effectum, cuius per haec mysteria -s accepimus. *al.*). FILASTR. 141, 3 (*de diebus festis*) plena salutis aeternae -a. PELAG. in Rom. 8, 34 p. 70, 13 *Iesus* patri hominem, quem suscepit, quasi nostrum -s ostendit et offert. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 156, 26 Christus ecclesiae, quam ex multorum dogmatum prostitutione collegerat, futurae perfectionis haec dedit -a. AVG. serm. 130, 2 desideremus vitam Christi, quia tenemus -s mortem Christi (*cf.* 334, 2 promittens nobis victurum se esse nobiscum, *non* potuit maius -s dare nobis, quam mori pro nobis). EVSEB. GALLIC. hom. 34, 2 (*de baptismate*) donum salutis et -s immortalitatis. *al.*

b *deus, sc. quem homo, creatura repraesentat*: TERT. resurr. 6, 5 limus ille ... imaginem induens Christi futuri in carne non tantum dei opus erat, sed et -s (*sim.* CANON. Turner I 2, 2 p. 341, 54 homo non solum ipsius opus erat, sed et -s. *cf. Tert. spect. 2 p. 3, 21* homo ... non tantum opus dei, verum etiam imago est). ISAAC fid. l. 108. l. 111 cum homo filius dei dicitur et aliquando non fuit, non ipse verus filius est, sed -s eius est, qui verus semper filius erat, est et erit. l. 113.

2 *de reliquiis (fere martyrum sim., sed crucis l. 59sq.); ita appellari videtur, quia praesidium sim. hominum est (nota l. 61 et cf. p. 2123, 41), fort. etiam monumentum sim.* (*cf. iam p. 2124, 65*): PS. AMBR. epist. 3, 2 *deus revelavit locum sepulturae, ubi* invenimus tandem -a martyrum. 3, 4 plura ... mirabilia ..., dum sacra veherentur -a, operatus est dominus (PAVL. NOL. carm. 19, 365 carnis apostolicae s. -a. SIGISM. Alc. Avit. epist. 29 s. reliquiarum -a [*cf. l. 60*]). PRVD. perist. 6, 135 referre sanctorum cinerum dicata dona aut gestare sinu fidele -s. PAVL. NOL. epist. 31, 1 in segmento paene atomo hastulae brevis sumite munimentum praesentis et -s aeternae salutis (*de reliquiis crucis, ut*: 32, 11 [vers.]. ALC. AVIT. epist. 20 -s reliquiarum sacrae crucis). GREG. TVR. glor. mart. 43 gestatores ... -um non attingens *pluvia.* CE 777, 6 sanctorum -a condens praesidio magno patriam ... munivit. *al.*

appendix structurarum et iuncturarum selectarum: **1** *iuncturae verbales notabiliores*: **a** *acc. praedic.*: PLAVT. Amph. 68 ut ... -s capiantur togae (OV. met. 8, 92 -s amoris purpureum crinem. VET. LAT. deut. 24, 17 [cod. 100]). Capt. 939 *servus,* quem hic reliqueram -s pro me. OV. epist. 4, 100 ferae spolium -s amoris habet (met. 8, 48 me pacis -s. 14, 679 LIV. 5, 42, 2. *al.*). met. 6, 506 fide -s dextras ... poposcit. 12, 365 Aeacidae dederat pacis -s *armigerum* (LIV. 9, 15, 7 LVCAN. 4, 502). *al.*

b *dat. finalis* (*formam* -e [*nisi est abl. instr. vel merus error*] *v. l. 74. p. 2127, 4*): **α** *ponere, dare sim.*: PLAVT. Capt. 433 vitam ... pro te positam -i (SCAEV. dig. 32, 33, 2. 32, 38 pr. VLP. dig. 13, 7, 27). Pseud. 87 si me opponam -i (CAECIL. com. 105 TER. Phorm. 661). VARRO ling. 5, 40 *praedia* -e data (*item forma* -e TEST. Dasum. [CIL VI 10229] 94; *forma* -i: TAB. cer. Pomp. Camodeca 55 pag. 1, 6. *al. ibid.* IAVOL. dig. 22, 1,

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

49 [*e Labeone*]. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 1. *al.*). **β** *accipere, habere sim.*: PLAVT. Capt. 655 nuculeum amisi, retinui -i putamina. TAB. cer. Pomp. Camodeca 45 pag. 3, 6 *saccos* -i accepit (45 pag. 5, 13. *al.* QVINT. inst. 7, 8, 4 aratrum accipere -i [-e *trad.*]. IAVOL. dig. 47, 2, 74 TAC. hist. 3, 65, 1. *al.*). MARCIAN. dig. 20, 1, 13 pr. *grex* -i tenebitur (COD. Iust. 9, 34, 1 [*a. 231*]). **γ** esse: PLAVT. Most. 978 quadraginta ..., quae essent -i. CATO agr. 146, 2 quae ... inlata erunt, -i sunto. *al.* CIC. Cluent. 190. *al.* **δ** *obligare sim.*: CELS. dig. 46, 3, 69 *homo* erat -i Titio obligatus (AFRIC. dig. 39, 2, 44, 1 SCAEV. dig. 20, 1, 34 pr. CIL VI 13203, 10. *al.*). COD. Iust. 4, 24, 3 (*a. 222*) creditor, qui praedium -i sibi nexum detinuit (VLP. dig. 2, 14, 52, 2 MARCIAN. dig. 49, 14, 22, 1. *al.*). **ε** capere: COD. Iust. 4, 15, 1 (*a. 197*) res ... -i capi. 9, 12, 1 (*a. 205*) res uxoris qui -i capiunt. VLP. dig. 9, 2, 29, 7. 27, 9, 3, 1. *al.*

c *exempla cetera* (*selecta*): IAVOL. dig. 47, 2, 74 cum de vendendo -e nihil convenisset (POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 sq. *al.*). IVLIAN. dig. 30, 86 pr. ut -s luatur (*al., v. vol. VII 2, 1845, 14 sqq.*). 41, 3, 33, 5 si nuda conventione -s contractum fuerit (*ibid. iterum.* COD. Iust. 8, 16, 2 [*a. 207*]. *al.*). POMPON. dig. 4, 4, 50 -s ... manet obligatum (AFRIC. dig. 46, 3, 38, 5). 13, 7, 2 quod tua pecunia -s sit liberatum (20, 4, 4. COD. Iust. 2, 18, 3 [*a. 199*]. GAIVS dig. 9, 4, 27 pr. *al.; cf. vol. VII 2, 1306, 26*). 13, 7, 6 pr. pluris venire (13, 7, 8, 3 *et* 5. VLP. dig. 10, 2, 18, 7 PAVL. dig. 20, 5, 9, 1. *al.*). COD. Iust. 7, 53, 1 (*a. 206*) iudex -a Marcellae capi et distrahi iussit (4, 10, 7 pr. [*a. 293*]. SCAEV. dig. 44, 3, 14, 5. *al.*). *al.*

2 -s *pendet e praepos. vel subst.; locutiones selectae*: **a** *quae fere vice acc. praedicativi funguntur*: LIV. 32, 38, 3 ad -s ... amicitiae. 42, 39, 7 in -s fidei obsides desiderati (PS. SIL. 8, 149 STAT. Theb. 1, 470. *al.*). PAP. Zeitschr. Pap. Epigr. 36, 1979, 110 l. 8 (*a. 27*) ob -a (*aliter l. 37*). TAB. cer. Pomp. Camodeca 51 pag. 2, 13 -is ... nomine (51, 5, 11. IVLIAN. dig. 43, 33, 1 pr. ancillam ... -is n. *ducere.* 43, 33, 1, 1 sq. *al.*). TAC. dial. 13, 6 pro -e (POMPON. dig. 15, 1, 23 VVLG. Iob 24, 3. *al.*). IVLIAN. dig. 41, 2, 36 qui -is causa fundum creditori tradit (44, 7, 16. *al.* POMPON. 13, 7, 8 pr. AFRIC. dig. 23, 3, 50, 1. *al.*). GELL. 16, 10, 11 res ... familiaris obsidis vicem -isque esse apud rempublicam videbatur (*cf.* VLP. dig. 10, 2, 18, 6 vice -is). COD. Iust. 4, 15, 2 (*a. 205*) -is loco (AMM. 31, 12, 15 SCHOL. Cic. Bob. p. 106, 9 VVLG. deut. 24, 6. *al.*). PAPIN. dig. 20, 5, 1 bona titulo -is vendidit (COD. Iust. 8, 14, 2 [*a. 214*]. 8, 16, 6 [*a. 293*]. *al.*). **b** *aliae*: TAB. cer. Pomp. Camodeca 52 marg. ob -s tritici. GAIVS dig. 9, 4, 27, 1 de servo qui alicui -is iure obligatus est (inst. 2, 60. *al.* COD. Iust. 7, 8, 3 [*a. 209*]. 5, 71, 1 pr. [*a. 212*]). 13, 7, 12 sub -bus ... mutuas pecunias accipere (37, 9, 5, 1 SCAEV. dig. 13, 7, 43, 1 TERT. idol. 23, 1. COD. Iust. 10, 8, 2 [*a. 224*] sub -e creditum fuit. *al., e. g. p. 2122, 24*).

3 *indicatur per additamentum*: **a** *quem ad finem -s acquiratur, quid securum sit: per praepos. non nisi in locutionibus verbalibus, v. e. g. p. 2124, 43 sqq. nec non vol. IX 2, 15, 20 sqq. X 2, 1422, 54 sqq. per gen. passim inde a* CIC., *v. e. g. p. 2122, 73. 2123, 46 sqq. per acc. c. inf. p. 2123, 4. 2124, 48. per dat.*: ZENO 1, 13, 2 illa promisso expetit -s. **b** *quid sit -s, sc. per gen.* (*selecta inde a* CVRT.): LIV. 2, 1, 5 -a coniugum ac liberorum. OV. epist. 20, 64 -s vocis *iurantis.* fast. 6, 365 -a Vestae. R. GEST. div. Aug. 32 ⟨libe⟩ror⟨um⟩ suorum -a. GRATT. 255 (*v. p. 2124, 75*). TAB. cer. Pomp. Camodeca 52 marg. (*v. l. 37*). CVRT. 6, 5, 2 hospitii -a. SVET. Aug. 21, 2 marum -a. IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 5 suae rei -s contrahere. SCAEV. dig. 13, 7, 43, 1 sub -e culleorum. 20, 4, 21, 1 lapidum. VLP. dig. 13, 7, 24, 3 ancillae. PRVD. perist. 4, 52 *urbes* hostiarum, *i. martyrum,* -e functae. *al.* **c** *cuius sit proprietas -is, sc. per gen. vel pron. poss. e. g. p. 2121, 24. 26. 2122, 28.*

iunctura **pignoris capio** (*vel* captio) *et compos.* **pignoriscapio,** -ōnis *f.* *a* pignus *et* capere. *unam vocem testantur*: VARRO frg. Gell. 6, 10, 2 -iscapio ob aes militare – quod aes a tribuno aerario miles accipere debebat – vocabulum seorsum fit. GELL. 6, 10, 1 ut haec 'ususcapio' dicitur copulato vocabulo 'a' littera in eo tractim pronuntiata, ita '-iscapio' iuncte et producte dicebatur (*sim. de vocabulo copulato* tit.). *iunctura duarum vocum intellegitur intercedente* -que *l. 70, ordine inverso* (*et plur.* -um) *p. 2128, 9.* captio *occurrit l. 72. p. 2128, 1. 5 sqq.; cf.* GELL. 6, 10, 3 (*antea l. 58*) per quod satis dilucet hanc 'capionem' posse dici quasi hanc 'captionem' et in usu et in -e. *de prosodia*: -cāp- *dicendum credit* GELL. *l. 60.*

i. q. actio vel ius pignus auferendi: **1** *-s aufertur ad oboedientiam efficiendam, contumaciam reprimendam, sc. respicitur ius, potestas coercendi magistratuum* (*cf. p. 2121, 14 sqq.*): S. C. de pago Mont. (CIL I² 591) II 2 ⟨ma⟩nus inectio -isq(ue) capi⟨o siet⟩. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 9) -is capio, multae dictio, coercitio ... esto. LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 33 -is captio exactioq(ue) esto.
2 *-s aufertur ad debitam pecuniam sim. reciperandam, sc. respicitur privatorum legisactio, quae tamen pertinet ad vitam publicam vel sacram* (*cf. p. 2121, 35*): VARRO frg. Gell. 6, 10, 2 (*v. l. 58*). GAIVS inst. 4, 12

lege ... agebatur modis quinque: ... per manus iniectionem, per -is cap[t]ionem. 4, 26 per -is capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, ⟨de quibusdam⟩ lege. 4, 28 lege ... introducta est -is capio veluti lege XII tabularum adversus eum, qui hostiam emisset nec pretium redderet. *ibid.* lege censoria data est -is cap[t]io publicanis ... adversus eos, qui ... vectigalia deberent (*item de vectigalibus*: 4, 29 -is cap[t]io extra ius peragebatur. LEX met. Vipasc. I 5, 5 conductori ... -is captio esto). COD. Theod. 11, 7, 7 satis ... sit debitorem ad solvendi necessitatem capione -um conveniri.

deriv.: pignerarius, pignero, pigneror.

pigr- *v. etiam* picr-.

pigra: *κρυψιτυρίς* GLOSS.ᴸ II Philox. PI 13. *coll. subst.* pigella *de genere vasis agi videtur ratione parum perspicua* (*de vase gravi, parum habili cogitat Forssman in litteris*).

deriv.: pigella.

pigrē *v.* piger.

pigrēdo, -inis *f.* *a* piger. GLOSS.ᴸ I Ansil. PI 86 pigritia. 87 torpor, stupor. *i. q. pigritia*: VVLG. prov. 19, 15 -o inmittit soporem (*inde* GREG. M. past. 3, 15). GREG. M. in Ezech. 2, 5, 5 timor, tenacia et -o angustia est (*postea explicat: qui* tepore animi pigrescit, ipse ei suus torpor angustia est). moral. 9, 88 -em torporis (pigritudinem *var. l.; opp.* vigilantiam). past. 3, 4 (*ad prov. 6, 4*) palpebrae ... dormitant, cum cogitationes nostrae ... -e deprimente dissimulant *vitia subditorum.*

pigrēfacio, -factum, -facere. *a* pigrere *et* facere. *i. q. pigrum, immobilem facere*: CLAVD. DON. Aen. 8, 240 p. 150, 1 *ut* flumen -tis cursibus steterit.

pigreo, -ēre. *a* piger. *syllaba prima est brevis apud* ENN. (*cf. l. 37*). GLOSS. II 244, 3 *ἀργεύω*: -o, pigresco, cesso, ferio. [*e coni. p. 2113, 10.*] *i. q. pigrum esse* (*pendet inf.; locos utrosque affert* NON. p. 219, 14 sqq. *aliunde fort. insertos capiti* de indiscretis generibus): ENN. ann. 425 post aetate -et sufferre laborem (*impers.? cf. p. 2129, 21*). ACC. trag. 31 omnes gaudent facere recte, ⌊mali⌋ -ent (⌊ ⌋ male *Bothe*).

cf. pigresco. *compos.*: pigrefacio.

***pigrēsco,** -ere. *a* piger (*cf.* pigrere). *scribitur in codd. vet.* -grisc- PRISCILL. tract. 3, 66 SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 297; *ceterum v. l. 53. formae stirpis perf. desunt.* GLOSS. II 244, 3 *v. l. 28. syllaba prima est brevis p. 2129, 9* (*cf. l. 27. p. 2131, 5*). *legitur singulis locis apud* SEN. *philos.,* PLIN. nat., PS. QVINT. *et inde a saec. IV; in versibus l. 46 sqq. 69. p. 2129, 9.*

i. q. pigrum fieri vel esse (*valente vi ingressiva q. d. e. g. l. 45. 49. p. 2129, 5, potius evanida e. g. l. 52 sq. [sc. part. praes. pro adi.]. l. 71. p. 2129, 9*): **1** *est verbum pers.*: **a** *de rebus* (*quae tarde vel omnino non se movent l. 45. 51. al., quae vigore, effectu sim. carent l. 48. 56. al., de ipso statu pigro l. 53 sq.*): **α** *corporeis*: SEN. nat. 5, 18, 1 ut aëra non sinerent -ere *venti.* PLIN. nat. 18, 167 *Nilus* -it in Virginem transgresso *sole* atque in Libra residit (*cf.* SIDON. carm. 22, 104 iam -entes sensim confunditis amnes, *sc. Garumna et Duranius*). PRVD. apoth. 480 (*cultu pagano pereunte*) nonne vides, ut turibulis frigentibus ignis marceat et canis -at pruna favillis? ALC. AVIT. carm. 4, 44 *agricola non laborante* -it primum ... tellus (*postea*: mox ... dissuescit promere fructus). CASSIOD. var. 10, 29, 2 *umor in artibus podagrici* palustri statione -ens. **β** *incorporeis*: PRISCILL. tract. 3, 66 *quiddam* studio -entis otii non requiro (PS. AMBR. tract. Gratian. l. 2 omnes ⌊-entis⌋ o. ... moras [⌊ ⌋ *Holmes in plagulis,* pegris centis *cod.*]). AMBR. in Luc. 10, 23 (*in allegoria*) quibus *feminis praegnatibus* intimorum gressus -at animorum. AVG. civ. 21, 27 p. 551, 10 ne studium proficiendi ad omnia cavenda peccata -at. epist. 167, 2 -ere misericordiae *non* debet officium (*cf.* in psalm. 102, 13 l. 15 ne -ant ... viscera misericordiae). gen. ad litt. 3, 4 p. 67, 7 *sine calore* motus -it *corporis.* QVODV. catacl. 1, 1 fervor ... amoris non -at in cordibus vestris.

b *de animantibus (sc. hominibus praeter l. 66 sq. 72 sq. p. 2129, 8) vel corpore, animo sim. eorum* (*de affectibus, actionibus v. sub aβ; de eis qui varia ratione tarde vel omnino non se movent l. 65. p. 2129, 8. al., quos piget operari, agere l. 72. p. 2129, 1. al., qui vigore carent 74. p. 2129, 5. al.*): **α** *usu vario*: PS. QVINT. decl. 4, 16 (*respic. languido sidere nati*) hebescentibus tardior membris similis senectae iuventa -et. COD. Theod. 8, 5, 2 *equorum* -entes artus ... admonere *virga.* AMM. 22, 15, 23 *hippopotamus* cum aviditate nimia extuberato ventre -it. VEG. mil. 1, 4, 2 ante ... quam corpus *tironis* aetate -at. FVLG. myth. 1 praef. p. 13, 12 (vers.) nox ... mundum ... -ere iusserat. AMBR. exc. Sat. 2, 128 *anima* se humani *dolet* ... corporis gravitate -ere (*cf.* PS. AVG. serm. ed. Mai 139, 2 pressa vis animae, quae ... ad supera festinat, pondere corporis illigata -it). hex. 5, 18, 59 *accipitres* cavent, ne in tenera aetate -ant *pulli,* ne solvantur deliciis *eqs.* (*pendet* ISID. orig. 12, 7, 56 ne forte adulti -ant). in psalm. 43, 61, 4 ne aliquo torpore -ant *mentis sensus.* AVG. epist. 89, 6 resistunt *homines veritati* duobus modis: aut saeviendo aut -endo (*postea*: inter phreneticos et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lethargicos). op. monach. 15, 16 p. 557, 3 ne ... -rent, *sc. beneficia dare.* QVODV. virtut. carit. 14, 3 via tibi facta est ipse salvator: surge, ambula; habes quo, noli -ere. MART. CAP. 1, 38 abest, ut sub hac (*sc. Philologia*) possit -ere intricarique Cyllenius. SIDON. epist. 9, 12, 2 *novimus sine usu* ingenia -ere in artibus. BOETH. in top. Cic. 5 p. 373, 5 neque -ere ac dilassari animos aequum est, quos intentiores ac vegetos ... cogitatio ... deberet efficere (GREG. M. moral. 2, 78 *animus* hebetudine -it). CASSIOD. var. 5, 5, 3 avis ipsa onere gravata -it. VEN. FORT. Mart. 1, 27 *Venantius* sermone levis, ratione -ens, mente hebes, arte carens *eqs. al.*

β *pendet locutio indicans, quid quis facere, pati nolit, possit sim. (struct. separativa l. 20): inf.* (*act. praeter l. 14*): AVG. c. Emer. 4 *ut quidam* sic ... facere non -at. in psalm. 85, 1 cogitatio nostra ... -it descendere ad eius humilitatem. serm. 87, 15 (*antea*: languescunt). 99, 4 ab eis *concupiscentiis carnalibus* in libertatem educi -unt. BOETH. elench. soph. 175b34 accidit ... saepe videntes amphiboliam -ere dividere (*gr. ὀκνεῖν*). top. Arist. 156b21 (*gr. ὀκνοῦσι*). *praepos.* (*cf. p. 2128, 56*): AVG. epist. 186, 37 ad *quosdam* docendos ... -ere non debemus (THEOD. PRISC. log. 26 *hydrophobici* -unt ad omnia [*cf. Cael. Aur. acut. 3, 11, 102* corporis difficultas in solitos motus]). GREG. M. moral. 15, 5 qui deum sequi noluerit, ab amore aeternae vitae -it.

2 *est verbum impers.*: SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 297 ⟨taedet⟩: -it.

pigritās, -ātis *f. a* piger. GLOSS. II 244, 1 *ἀργία*: socordia, vacantia, -s, *eqs. i. q. pigritia*: ACT. Pauli frg. 3 p. 408, 11 fugiamus peccata, quae ducunt ad poenam; id est ... inpudicitiam, -em, otiositatem *eqs.*

pigriter *v.* piger.

pigritia, -ae *et* **pigritiēs,** (-ēī) *f. a* piger. NOT. Tir. 89, 75[a]. *decl. V[ae] occurrit solus acc.* -em LIV. *p. 2130, 9 et* PS. AVG. sent. 19. *inter nomina* singularia semper ... -a *ὄκνος* CHAR. gramm. p. 39, 22 (*sed v. l. 33*). *de notione*: ISID. diff. 1, 426 torpor dormitantis est, -a vigilantis. GLOSS. *ὄκνος. ἀργία. ὀκνηρία. cf. l. 29. 40sq. legitur inde a* PLAVTO (*semel; postea in versibus apud* MART. *solum*), CIC., LIV.; *plur. non nisi* VVLG. eccles. 10, 18. [*sard.* preittia; *francog.* paresse; *prov. vet.* pareza *et var. francoprov., prov.; cat.* pere(s)a; *hisp.* pereza. *cf. M.-L. 6493. Wagner II 306. Wartburg VIII 447sqq. Corominas[2] IV 490. St.*]

significatur pigrorum habitus, modus se gerendi, se movendi (vergit fere ad malam vel neutram partem, sed ad bonam maxime l. 55. 57. p. 2130, 15): **1** *animantium (sc. hominum praeter l. 61. p. 2130, 27. 28) rerumve ad eos pertinentium (plerumque sub bα)*: **a** *qui potius agere nolunt, laborem declinant sim.* (*cf.* CIC. Tusc. 4, 18 definiunt -am metum consequentis laboris. AVG. civ. 22, 22 p. 605, 10 desidia segnitia -a neglegentia vitia sunt, utique quibus labor fugitur): **α** *exempla varia*: PLAVT. Merc. 113 abige abs te lassitudinem, cave -ae praeverteris. CIC. off. 1, 28 neglegentiā, -ā, inertiā ... impediuntur (*cf.* SEN. benef. 7, 26, 3 deterret ... alium ignorantia officii, alium -a, alium occupatio). 1, 102 ut appetitus rationi oboediant eamque ... *non* propter -am aut ignaviam deserant (1, 136). *al.* LIV. 7, 34, 13 quaenam illa inscitia belli ac -a est? 21, 35, 7 (*in Alpium transitu*) *cum* -a ... et desperatio in omnium vultu eminneret. 28, 40, 7 quam *cunctationem Q. Fabio Maximo insitam* metum -amque homines adulescentes sane appellent (31, 34, 3 quod promptiores ad subeundam ... dimicationem videbatur facturum, id m. -amque incussit. SEN. epist. 66, 16 -am, querelam, tergiversationem, metum. *v. etiam l. 41*). VITR. 9, 7, 7. SEN. dial. 7, 8, 6 -a et haesitatio ... inconstantiam ostendit *animi.* epist. 77, 3 in ... omnium discursu properantium ad litus magnam ex -a mea sensi voluptatem. *al.* COLVM. 12, 3, 7 utrum adversa valetudine inhibitus restiterit an -a delituerit *servus.* MART. 12, 3, 6 *ut Maecenas Vergilio, ita* tu das ingenuae ius mihi -ae. QVINT. inst. 12, 3, 12 *homines* -ae adrogantioris. AVR. Fronto p. 2, 3 sum claudus quom ista mea verecundiā, immo -ā (*p. 1, 12* animo anxio ... *et* sollicitudine praepedito). APVL. met. 7, 4, 5 ut *iuvenis* manus hebetatas diutina -a tandem referret ad frugem meliorem (*sc. ad latrocinium*). 8, 23, 6 *asinum* in hebeti -a ferocem (*cf.* GREG. M. moral. 1, 23 stultorum -a asinorum appellatione figuratur). flor. 17, 8 desuetudo omnibus -am, -a veternum parit (*an ad b?*). HIER. in Matth. 25, 24 l. 861 ad -am et neglegentiam (AVG. fid. et op. 27, 49. *adde l. 42. 44*). VVLG. eccles. 10, 18 in -iis humiliabitur contignatio et in infirmitate manuum perstillabit domus. RVFIN. hist. mon. 1, 2, 14 -a desidiaque (*opp.* intentionem ... laboris ac studii; *gr. ὑπὸ ὀκνηρίας*). PAVL. NOL. epist. 28, 3 qui *pedes* non -ae vitio, sed oboedientiae studio apud nos diutius restiterunt. AVG. c. Cresc. 1, 6, 8 ne dei servus prohibitionem petulantiae occasionem putaret esse -ae. in psalm. 109, 17 l. 58 catechumeni auferant -am, festinent ad notitiam *evangelii.* serm. 345, 3 coll. Morin. p. 204, 20 -am excute, consilium accipe: thesauriza in caelo. SIDON. epist. 8, 12, 6 quid delicatae -ae tuae plus poterit impendi, quam ut te pervenisse invenias, cum venire vix sentias? EVSEB. GALLIC. hom. 41, 5 discusso omni torpore, omni -a, cuius mater est infelicitas (*opp.* alacritate). *al. in locutione* -a (est) *c. inf. vel enunt. secund.*: CIC. ad Q. fr. 1, 3, 2 quod ad te pueri sine litteris venerunt ..., certe -a fuit. MART. 7, 32, 14 per varias artes ... ludere, cum liceat currere, -a est. PLIN. epist. 6, 17, 3 quae *est* ... -a, adrogantia, sinisteritas ... in hoc totum diem impendere, ut *eqs.* β *quam actionem quis declinet quidve nolit agere, indicat gen. gerund. (gen. subst. fort. p. 2129, 47) vel* ad *c. gerund.*: LIV. 1, 31, 5 cum -a militandi oreretur, *sc. e pestilentia.* 5, 48, 3 -a singulos sepeliendi. 6, 4, 5 aedificandi ... -a. 44, 42, 9 imminens nox et fugientes texit et Romanis -em ad sequendum locis ignotis fecit. PETRON. 85, 4 recedendi, *sc. e triclinio.* QVINT. inst. 10, 3, 32 emendandi. VLP. dig. 21, 1, 14, 4 *si quis in lecto* -a surgendi urinam faciat. PAVL. NOL. epist. 22, 1. AVG. c. Parm. 3, 1, 2 corrigendi.

b *qui potius agunt sim. tarde, sunt immobiles, non habent facultatem, artem sim.*: **α** *spectat ad corpus animantium eiusve partes*: SEN. dial. 1, 3, 6 -am stomachi nausiantis. CVRT. 8, 4, 8 grata erat -a corporum fatigatis ([*antea*: immobilīs vitalis calor *linquebat*]. AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 2 infirmitatem -amque corporis. ORIBAS. eup. 1, 9, 14 Ab p. 414 [*gr. νωθρότης*]). PLIN. nat. 37, 111 scandere ad *lapides pretiosos quaerendos* ... -ā pedum equestres populos taedet. APVL. met. 11, 10, 5 *manus sinistra* genuina -a, nulla calliditate, nulla sollertia praedita. LACT. opif. 5, 8 ne in gradiendo -a et gravitas *ossium* retardaret *animantia se moventia.* ISID. diff. 2, 110 *concupiscentia carnis* torpore somni atque -a corpus relaxat, ... *concupiscentia spiritus* vigiliis et ... orationibus elaborat. β *exempla cetera*: SEN. epist. 82, 2 animus ... in similitudinem otii sui et -ae, in qua iacet, solvitur (*nisi ad a*). MART. 11, 79, 2 ad primum decuma lapidem quod venimus hora, arguimur lentae crimine -ae. MAX. TAVR. 95 habitus -a, *sc. cameli.* REGVLA mag. 69, 7 diabolum per excusationem tedii somni -am ministrare. ISID. orig. 12, 7, 39 *bubo est* avis ... gravi semper detenta -a.

2 *rerum* (*quae lente vel omnino non moventur*): SEN. nat. 6, 27, 2 aer *sub terra inclusus* ... -a et aeterna nocte torpescens (torpescit *codd.*). ARNOB. nat. 1, 29 *sine igne solis* fixa -ae stupore torpescerent elementa vitalia. CHALC. comm. 77 est ... aequalis ... motus, qui aequalia spatia aequalibus curriculis temporum conficit sine -a vel incitatione.

pigritor, -ātus sum, -ārī *et* **pigrito,** -āvī, -āre. *a* pigrare (pigrari). GLOSS. -or: *ὀκνῶ*. -tus sum: *ὤκνησα.* [*val.* pregeta; *it.* peritarsi. *cf. M.-L. 6492. Battisti-Alessio IV 2857. St.*]

i. q. pigrum esse (*vi intensiva vel frequentativa plerumque parum manifesta; gr. respondet ὀκνῶ, (ἀπ)οκνητέον, quae infra negleximus; ad quid faciendum sim. quis piger sit, indicatur passim per inf. [e contextu suppl. l. 59], cf. praepos. l. 56; plerumque accedit negatio*): **1** *formae finitae*: **a** *verbi depon.* (*v. l. 36*): VET. LAT. Tob. 12, 13 (cod. 109) non es -tus exurgere et relinquere prandium (*cod. 62* cunctatus, *Vulg. brevius*). Sirach 7, 39 (Cypr. testim. 3, 109. *sim.* Ps. Aug. spec. 108) ne -eris visitare infirmum (*Vulg. v. p. 2113, 7*). IREN. 1, 4, 5 qui *Christus* regressus in Pleroma ... -tus est secundo descendere. 1, 16, 2 non -bor ... tibi ... adnuntiare. VITA Anton. 28 p. 41, 28 eadem dicere non -bor. VVLG. act. 9, 38 (*Petrus vocatur ad nuper mortuam*) ne -eris venire usque ad nos ([*Vet. Lat. cod. 50* ne pigeret]. PS. AVG. serm. ed. Mai 107, 4 tibi dico ..., rustice piger: -aris ad domum dei v. et non -aris terram tuam excolere? EVAGR. PONT. sent. mon. 15 rec. A [*rec. H p. 1181[c]* ne pigeat]). **b** *verbi act.*: ORIG. in Matth. 16, 14 p. 520, 8 qui *Iesus* frequenter non -vit maiorem viam pedibus ambulare (*cf.* RVSTIC. Conc.[s] I 4 p. 176, 30 ut minime -res usque ad nos iter assumere). ALEX. TRALL. 2, 68 (codd. Andecav. *et* Oxon.) non -ant ... *medicamentum quoddam* dare. ISID. sent. 3, 7, 16 qui adhuc in praeceptis dei -at, et peccati recordatione delectatur.

2 *formae infinitae* (*sc part. praes. act., gerund.*): HYMN. Walpole 65, 8 expelle somnolentiam, ne -antes obruat. BOETH. elench. soph. 175b38 quoniam datum est dividere, non -andum, quemadmodum dictum est prius (*sc. 175b34, v. p. 2129, 14*). top. Arist. 160a21 non -andum *est* dicere non intelligere. ORIG. in Matth. ser. 53 p. 121, 4 -antes orare.

pigritūdo, -inis *f. a* piger. [*in var. l. p. 2128, 21.*] *i. q. pigritia*: PALLAD. hist. mon. I proem. p. 246 cum universa -e morum bonorum et deformi animae defectione (*gr. p. 10, 12 ὄκνου καὶ μικροψυχίαν*).

pigro, -āvī, -āre *et* **pigror,** -ārī. *a* piger. *depon. l. 68. 74sq., pass. impers. p. 2131, 1. de notione*: NON. p. 153, 33 -are, retinere (*affert* ACC. *infra*). GLOSS. II 381, 37 *ὀκνῶ*: piget me, ⌊-o, -or⌋ (⌊ ⌋ *ed. Stephani,* pigeo, pigor *codd., an* pigeo, pigeor *legendum?*). [*vix var. it. mer. cf. M.-L. 6491 et Faré, Postille. St.*]

i. q. pigre agere vel facere: ACC. trag. 267 melius -asse quam propera⟨vi⟩sse est nefas. 294 fateor, sed cur ⌊proferre haec⌋ -em aut huius dubitem parcere capiti? (⌊ ⌋ *v. app. crit.; item pendet inf.*: CIC. Att. 14, 1, 2 tu quaeso, quicquid novi ... scribere ne -ere). LVCR. 1, 410 quod si -aris paulumve recesseris ab re, *eqs.* PROP. 4, 4, 47 (*Tarpeia cogitat, quo tempore*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fugiat ad hostem) cras, ut rumor ait, tota -bitur urbe (*pass. impers., restit. Housman,* pugnabitur, purgabitur *codd.; ad rem cf. 79* excubias ... in otia solvi).

deriv.: pigrito(r). *compos.*: repigro.

1. pigror, -ōris *m.* *a* piger. *syllaba prima est brevis apud* LVCIL. (*cf. p. 2128, 27. 37*). *i. q. pigritia*: LVCIL. 391 languor obrepsitque -r torporque quietis (*affertur apud* NON. p. 219, 12 -r generis masculini).

2. pigror, -ārī, *v. sub* pigro. *Ottink.*

[piguus, -a, -um *adi. a* pigere *derivatum olim afferebatur e* PRISC. gramm. II 136, 7, *sed om. edd. rec. cum parte codd.*] *Bl.*

pii(e)ntissimus *v.* pius. **[piira** *v. p. 2214, 37.*]

piisma *v.* piesma. **piius** *v.* pius. **pil-** *v. etiam* pill-.

1.*pila, -ae *f.* [*si* pila *primitus globum e crinibus confectum indicavit, e* 1. pilus *derivatur; suffixum* -a *vim collectivam habere potest* (*Leumann, Gramm. 1977, 279*). *dubitant Ernout-Meillet, Dict. ⁴1959, 506b. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 18, 69, 1 -a proprie dicitur quod sit pilis plena (*cf. Symph. 59, 2* intus ... crines mihi sunt). *de scriptura*: pil-, *non* peil-, *testatur* LVCIL. 359 '-am' in qua ⌊lusimus⌋ *eqs.* (⌊ ⌋ pinsimus *Kent; cetera v. p. 2144, 34*); pel- *in cod. vet.* ORIBAS. syn. 7, 1, 6 Aa p. 132 *et hic illic in codd. rec.* *de mensura*: GLOSS.ᴸ IV Plac. P 23 -a: si brevis 'pi' syllaba, omnis rotunditas, vel de ligno facta, qua pueri in triviis ludunt (*opp.* pilum). *al., v. p. 2134, 15.* *de notione*: GLOSS. -a: *σφαῖρα.* GLOSS.ᴸ Corp. P 410 -a: thothr (*anglosax.*). *al.* (*v. e. g. l. 21*). *legitur in versibus inde a* NAEV. (*si recte trad., v. p. 2132, 22*), PLAVTO, *in oratione soluta in inscr. vet. p. 2132, 49 et inde a* VARRONE, CIC. [*var. it. sept. cf. M.-L. 6498. Wartburg VIII 480sqq. St.*] [*e coni. dub.* ENN. scaen. 150 Areopagitae ... dedere †quam pudam† (⟨ae⟩quam -am *Ribbeck*). FRONTO p. 9, 5 (*v. supra s. v.* peta).]

fere i. q. σφαῖρα: **I** *de singulis generibus sphaerarum*:

A *arte factis* (*sc. ab hominibus praeter p. 2133, 13*): **1** *lusoriis* (*iunctura* lusoria -a SEN. nat. 4, 11, 3 *et p. 2132, 13* [*cf.* lusus -ae: SEN. benef. 2, 17, 3 SERV. auct. Aen. 1, 67. *al.*; certamen -ae: AVG. conf. 1, 9, 15], *ceterum genera [sive ipsius -ae sive lusus] nominantur* duplex *p. 2132, 4,* paganica MART. 14, 45 tit. [*sed disting.* 14, 45, 2 *paganica* est minus arta -ā], trigonalis MART. 14, 46 tit. [*cf.* ISID. orig. 18, 69, 2 inter species -arum sunt trigonaria et arenata], *aspectus vel materies indicatur l. 21. 46. 56. 67. 71; saepe lusus -ae pro spectaculo est, de pilario sim. e. g. l. 59sq.*).

a *usu communi*: **α** *proprie*: Ⓘ *respicitur lusus -ae accipiendae, mittendae*: Ⓐ *iunctura* -a ludere (*exempla selecta inde a* VAL. MAX.; *cf. l. 19. 32sq.*): NOVIVS Atell. 23 non ludunt raptim, -a datatim †morso (*cf. p. 2132, 22*). VARRO Men. 456 videbis in foro ante lanienas pueros -a expulsim ludere. CIC. de orat. 1, 73. *al.* ALF. dig. 9, 2, 52, 4. HOR. sat. 1, 5, 49 -a lippis inimicum et ludere crudis. VITR. 7, 5, 6. PAVL. FEST. p. 243 pollit *significat* -a ludit. VAL. MAX. 8, 8, 2 QVINT. inst. 6, 3, 71. CE 29, 1 (*a. 126*) Vrsus togatus vitrea qui primus -a lusi decenter ... ego sum (*imaginem vitae publicae invenire sibi visus est Champlin, Zeitschr. Pap. Epigr. 60, 1985, 159sqq.; cf. p. 2138, 12*). FIRM. math. 8, 8, 1 praestigiatores et -is ludentes. *al.* Ⓑ *cetera exempla* (*selecta inde a* STAT.): ALF. dig. 9, 2, 52, 4 servulum *lusor,* cum -am percipere conaretur, impulit (*cf.* excipere: SEN. benef. 2, 32, 1 [*illustratur modus beneficii accipiendi, ut e. g. l. 65sq.*] -am scite ac diligenter excipere. *al.*). CIRIS 149 lapsa e manibus *Scyllae* fugit -a (*cf. l. 59. 62*). PROP. 3, 14, 5 -a ⌊veloces fallit per bracchia iactus⌋ (veloci ... iactu *Scaliger*). OV. ars 3, 383 sunt illis *viris* celeresque -ae iaculumque trochique. met. 10, 262 *Pygmalion* grata puellis munera fert illi *statuae* conchas ... liliaque pictasque -as (*anne de -a quadam naturali cogitandum? v. p. 2133, 29*). trist. 2, 485 canit formas alius iactusque -arum. 3, 12, 20 nunc -a, nunc celeri vertitur orbe trochus. MANIL. 5, 165 ille -am celeri fugientem reddere planta *potest* ([*de praestigiatore ut*: 5, 168 *ille potest* turba perfundere membra -arum per totumque vagas corpus disponere palmas. *inde l. 49*]. LAVS Pis. 186 volantem aut geminare -am iuvat aut revocare cadentem et non sperato fugientem r. gestu. *aliter, sc. respicitur finis ludendi*: MART. 14, 46, 2 redde -am. 14, 163, 1). SEN. benef. 2, 17, 4 si cum exercitato et docto negotium est, audacius -am mittemus (*cf. e. g.* 7, 18, 1 quid, si me remittere manco -am iubeas? stultum est dare alicui, quod accipere non possit). PETRON. 27, 2 *Trimalchio* soleatus -a prasina exercebatur (*cf. p. 2132, 3. 11sq.*). STAT. silv. 1, 5, 58 strata *thermarum* ... crepantis auditura -as. QVINT. inst. 6, 3, 62 -am neglegenter petenti. VLP. dig. 9, 2, 11 pr. si ... vehementius quis -a percussa in tonsoris manus eam deiecerit. CLAVD. carm. min. 30, 144 auratam iaculata -am *Nausicaa.* MVTIAN. Chrysost. hom. 16 p. 345 quid ... difficilius, quam cum gladiis -arum more ludere? *al.*

Ⓘⓘ *respicitur lusus, quo singulae -ae ex acervo sim. demuntur*: OV. ars 3, 361 sq. reticulo ... -ae leves fundantur aperto; nec, nisi quam tolles, ulla movenda -a est.

β *ponitur fere metonymice ad indicandum -ae*: Ⓘ *ludum* (*notione instrumenti hic illic perlucente*): PLAVT. Bacch. 428 cursu luctando hasta disco pugilatu -a saliendo sese *discipulus et magister* exercebant (*sim.* Most. 152). LVCIL. 641 cum ... in gymnasio, in duplici corpus siccassem -a[s]. CIC. Arch. 13 si ... quantum -ae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero. Cato 58 sibi *habeant iuvenes* clavam et -am, sibi ... cursus, nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras (*cf.* SIDON. epist. 1, 8, 2 rerum omnium lege perversa ... student -ae senes, aleae iuvenes). *al.* HOR. sat. 2, 2, 11 seu -a velox ... seu te discus agit, pete cedentem aera disco. ars 380. CELS. 1, 2, 6 exercent clara lectio, arma, -a, cursus, ambulatio. 1, 6, 1 opus est -a ... superiores partes exercere. *al.* SEN. dial. 10, 13, 1 aut -a aut excoquendi in sole corporis cura consumpsere vitam. PLIN. nat. 7, 205 -am lusoriam *instituit* Gyges Lydus. MART. 2, 7, 6 bellus es arte -ae. 7, 32, 7 non -a, non follis, non te paganica thermis praeparat. *al.* Ⓘⓘ *iactum*: SEN. epist. 56, 1 pilicrepus ... numerare coepit -as (PETRON. 27, 3 *spado* numerabat -as, non quidem eas, quae inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas, quae in terram decidebant). MART. 12, 82, 4 *parasitus* captabit ... trigonem, inputet ⌊acceptas⌋ ut tibi saepe -as (⌊ ⌋ exceptas *var. l.*).

γ *comparationes et locutiones proverbiales* (*meras illustrationes supra attulimus, e. g. p. 2131, 51*): NAEV. com. 75 *meretrix* quasi in choro ⌊-a ludens datatim dat se⌋ et communem facit (⌊ ⌋ *corruptum, sunt qui -a deleant; alii alia, v. Barchiesi, La Tarentilla rivisitata, 1978, 71sqq.; item de re per manus variorum missa*: CIC. rep. 1, 68 tanquam -am rapiunt inter se rei publicae statum tyranni ab regibus, ab iis autem principes aut populi). PLAVT. Capt. 22 di nos quasi -as homines habent (*sim.* PS. AVR. VICT. epit. 18, 3 vir ad humanae conversationis exemplum per laboris genera universa ad summos provectus, usque eo, ut *ille* fortunae vocaretur -a [*cf. l. 70*]. VVLG. Is. 22, 18 quasi -am mittet *deus* te in terram latam [HIER. *ad l.* 5, 22, 15 l. 57 -a, si mittatur in proclive, stare non potest *eqs.*]). Truc. 706 mea -a est: si repudiatur miles, mulier mecum erit (*i. potestas mihi est*). CIC. Pis. 69 iste, 'claudus' quem ad modum aiunt '-am', retinere quod acceperat (*i. prave retinuit rem non recte intellectam; aliter p. 2131, 65*). SEN. nat. 6, 10, 2 cum *partes terrae* deciderunt, solido exceptae resiliunt -ae more. *al.* *?locutio* venire ad -am, *sc. ad rem de qua agitur* (*v. Reeve, Proc. Cambr. Phil. Soc. 44, 1998, 190, qui etiam de* 2. pila *cogitat*): VEG. mil. 1, 20, 23 cum ad -am, ut appellant, venitur et manu ad manum gladiis pugnatur (-a *codd. pauci et edd., ut loco simili* 3, 14, 13 cum ad spathas et ad -am, ut dicitur, ventum fuerit).

b *transfertur ad hominis simulacrum, quod tauri tamquam -am iactant* (*cf.* GLOSS. -ae: *ταυρόριοι, ταυροκατάπται*): MART. epigr. 9, 4 *rhinoceros,* cui -a taurus erat (*eadem verba*: 14, 53, 2). 19, 2 sustulerat raptas taurus in astra -as (*cf.* 22, 6 iactat ... taurus in astra -as). 2, 43, 6 *toga lacera,* quae passa est ... cornua tauri, noluerit dici quam -a prima suam (10, 86, 4 [*in imag.*] qui primus erat lusor, dum floruit aetas, nunc ... p. -a est).

2 *adhibitis in sortitione, sc. in iudiciis aut comitiis sim.* (*saepe in iunctura* -as aequare [*sc. numero*]): LEX inc. (CIL I² 596) 2 (*ca. a. 130/90 a. Chr.*) eas ... -as om⟨nes ...⟩ (*postea*: aequentur). 4. 14 in quibus -eis li⟨terae⟩. 15. PROP. 4, 11, 20 *Aeacus* in mea sortita ⌊vindicet⌋ ossa -a (⌊ ⌋ iudicet *var. l.*). LEX de Germ. tab. Heb. 23 trium et XXX trib(uum) ... -as quam maxime aequatas in urnam versatilem coici (*cf.* LEX de Druso [Année Épigr. 1952 n. 80] 6 ⟨-a⟩s quam maxime a⟨equatas⟩). ASCON. Mil. p. 36, 5 *lex* iubebat, ut ... coram accusatore ac reo -ae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur. SORAN. p. 19, 2 *infantes in vasculo* volvuntur sicut -ae in urna.

3 *pertinentibus ad artes magicas vel religionem*: VARRO Men. 463 suspendit Laribus †marinas† mollis -as reticula ac strophia (*-as lusorias virginis nupturae intellegit e. g. Samter, Arch. f. Religionsw. 10, 1907, 379sq., alii conferunt* PAVL. FEST. p. 239 -ae et effigies ... ex lana compitalibus suspendebantur in compitis. *ibid. Laribus* tot -ae, quot capita servorum, tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut ... essent his -is et simulacris contenti). PLIN. nat. 28, 104 *vi magica inhibita* non elici deos ..., sive aqua sive -a sive quo alio genere temptetur (*item de instrumento magico*: ARNOB. nat. 5, 19 p. 273, 18 prodidit in carminibus *Orpheus* ... volubiles rotulas et teretis -as).

4 *referentibus imaginem mundi vel terrae*: PROP. 4, 1, 76 vates nescius aerata signa movere -a. APVL. met. 2, 4, 2 *dea Victoria* sine gressu -ae volubilis instabile vestigium plantis roscidis *detinet* (*cf.* AVIEN. Arat. 288 *Fortuna,* quae ... *non* certa gradum ... fluxa -ae vertis vestigia). ISID. orig. 18, 3, 4 -am in signo *militari* constituisse fertur Augustus, propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut maius (malus *var. l.,* magis *recc.*) figuram orbis ostenderet.

5 *variis parumque definitis*: PROP. 2, 24, 12 *Cynthia cupit* manibus dura frigus habere -a (*de re v. Watson, Liv. Class. Monthly 17, 1992, 23sqq.*).

[Ebbeler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VITR. 5, 10, 2 solum *caldarii* sternatur inclinatum ad hypocausim, uti -a, cum mittatur ... rursus redeat ad praefurnium (*inde* CET. FAV. 16, 2 PALLAD. 1, 39, 2). 7, 11, 1 *ad colores caeruleos faciendos aes et harena miscetur,* deinde -ae manibus versando efficiuntur. 9, 8, 3 in eos *tubulos* -am plumbeam per lineam demittendam curavit (*item pro pondere*: AMM. 16, 5, 4 *Alexander* -am tenebat argenteam, ut, cum nervorum vigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi *in aenam concham* tinnitus abrumperet somnum). CELS. 7, 20, 1 *fasciae* -a adsuta est ex panniculis facta, quae ad repellendum intestinum ... subicitur. SEN. nat. 1, 6, 5 litterae quamvis minutae et obscurae per vitream -am aqua plenam maiores clarioresque cernuntur (*cf.* PLIN. nat. 36, 199 cum addita aqua vitreae -ae sole adverso in tantum candescant, ut vestes exurant. 37, 28 *medici urunt* crystallina -a adversis opposita solis radiis). PLIN. nat. 11, 98 e fimo ingentes -as aversi pedibus *scarabaei* volutant (*cf.* 30, 99 scarabaeum, qui -as volvit). 31, 70 demissae reticulis in mare concavae e cera -ae ... dulcem intra se colligunt umorem. 36, 72 *mathematicus* apici *obelisci* auratam -am *ad umbram solis amplificandam* addidit. MART. 14, 27, 2 si mutare paras ... capillos, accipe mattiacas ... -as *saponis* (*item de medicaminibus*: SER. med. 343 proderit et veteris sevi [*i.* sebi] -a sumpta suilli. PELAGON. 457 saponis campani -as. *al.*).

B *naturalibus*: **1** *de sphaera caelesti* (*cf. A4, IIA1*): VARRO Men. 516 *Menippus* ille nobilis quondam canis hic liquit homines omnes in terra⟨e⟩ -a (*item de terra*: ling. 7, 17 si quod medium, id est umbilicus, in [ut *trad.*] -a terrae, non Delphi medium. PLIN. nat. 2, 179. *al.*). CHALC. comm. 64 p. 111, 14 mechanici horologia instituentes ... sumunt sibi ... gnomonum mucrones pro puncto et medietate solstitialis -ae (*idem* p. 111, 15). 93 (*antea l. 71*) sed de vivente ... -a vere dici haec nihil impedit (*de mundo ut*: ISID. nat. 12, 3 axis linea recta, quae per mediam -am sphaerae tendit). **2** *de arborum fructu sim. vel galla*: PLIN. nat. 12, 38 ferunt mali cotonei amplitudine cucurbitas, quae maturitate ruptae ostendunt lanuginis -as, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. SER. med. 109 roboreas ... -as ursino iungito sevo. 1042 platani -a (ORIBAS. syn. 2, 13 La p. 100, 17 p. cortex e⟨t⟩ -as [*gr.* σφαιρία, *Aa* sferas]. 7, 20, 14 La p. 154 [*gr.* σφαιρία, *Aa* sferas]). PALLAD. vet. med. 3, 2 cupressi -as (PHILVM. med. 1 p. 106, 11. *al., cf. l. 61*). **3** *cetera exempla*: COLVM. 5, 9, 8 caespes in eximendo ne solvatur, modicos surculos virgarum inter se conexos facere oportet eosque -a⟨e⟩, quae eximitur, adplicare et viminibus ita innectere (*item de radicibus arboris*: 5, 9, 9. PLIN. nat. 17, 62 -as ... laurus et myrti ... transferre). PLIN. nat. 8, 134 (*antea l. 62*) aquae adspersu resolvitur -a. MART. 13, 20, 2 Nursinas poteris parcius esse -as (*genus napi indicatur*). SER. med. 250 sume -am, quae caudis haeret ovinis. CHIRON 109 alii -as marinas concarptas ... et fleminibus impositas dixerunt flemen ... adsiccari posse ([*cf. Hippiatr. gr. I p. 227, 21* σφαίρας τὰς ὑπὸ τῆς θαλάσσης]. VEG. mulom. 3, 12, 3).

II *de ipsa forma rotunda*: **A** *adhibetur in comparatione ad illustrandam rotunditatem* (*addidimus iuncturam* 'aliquid est -a'): **1** *sphaerae caelestis* (*cf. IB1*): LVCR. 5, 713 lunam qui fingunt esse -ai consimilem (*cf.* 5, 720 *luna* versari ... potest, globus ut, si forte, -ai dimidia ex parti candenti lumine tinctus. 5, 726 retro contorquet et aufert luciferam partem glomeraminis atque -ai. VITR. 9, 2, 1 ISID. nat. 18, 2). FEST. p. 262 rutundam aedem Vestae Numa ... consecrasse videtur, quod eandem *deam* esse terram ... crediderit eamque *terram* -ae forma[m] esse (*item explicatur forma templi Vestae*: OV. fast. 6, 269 terra -ae similis. *item de terra*: SEN. nat. 2, 1, 4 utrum lata sit et inaequalis ..., an tota in formam -ae spectet. 3, 28, 5 in parte ... eius *terrae* et maria sunt, quae in unius aequalitatem -ae coeunt. 4, 11, 2 *dicimus* totum orbem terrarum -am esse. *al.*). SEN. nat. 1, 1, 3 vidimus ... flammam ingentis -ae specie (*de quodam igne sublimi*). LACT. inst. 3, 24, 5 existimaverunt rotundum esse mundum sicut -am (*item de mundo*: CHALC. comm. 13 p. 65, 15 in effigie -ae. *al.*). **2** *rerum variarum*: VARRO rust. 1, 40, 1 non ... galbuli qui nascuntur *in cupresso,* id est tamquam -ae parvae corticiae, id semen, sed in iis intus (*cf. l. 34*). PLIN. nat. 8, 133 *ubi* sensere venantem ... *irenacei* convolvuntur in formam -ae (*de eisdem l. 40. cf.* 9, 153 conglobato corpore *hominis* in -ae modum). 10, 73 *sturnos* catervatim volare et quodam -ae orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. 10, 91 nidi earum *halcyonum* habent admirationem -ae figura (*item de nidis*: 10, 96). 11, 203 in iuvencarum secundo ventre -ae rotunditate nigricans trophus *reperitur.*

B *agitur de proprietatibus vel partibus sphaerae*: SEN. benef. 5, 8, 4 ut in orbe ac -a nihil imum est, nihil summum, nihil extremum est, nihil primum (*cf.* CHALC. comm. 93 *non* summum quid aut imum erit in effigie -ae). nat. 1, 4, 3 si speculum ... concavum feceris, quod sit sectae -ae pars, ... quicumque iuxta te steterint inversi tibi videbuntur (*cf.* 1, 5, 13 nube formata in modum concavi speculi et rotundi, cui forma sit partis e -a secta. *al.*). 4, 11, 3 -ae proprietas est cum aequalitate quadam rotunditas. AVG. quant. anim. 11, 18. soliloq. 1, 4, 9 nosti ... -am, quam sphaeram nominant? 1, 4, 10 -am illam geometricam. *al.*

*deriv.: ?*3. pilaris, 1. pilarius, 1. pilator, pilula; *cf.* pilastrum.

compos.: pilicrepus, pililudius, praepilatus.

cf. Onom. *Ebbeler.*

2.[*]pīla, -ae *f.* [*prima pars vocis est radix* *pis *in* pīnsere, pis-tus, pis-tor *reperta; suffixum idem est atque in* sella < *sed-lā (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 311*): pīla < *pis-lā (*peis-lā?*). *coniungitur c. verbo* pīnsere, *v. l. 32. accedente suffixo* *-ta *formatur lituan., lett.* piesta *fem. notionis eiusdem; cf. Ernout-Meillet, Dict. [4]1959, 509a. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 4, 11, 4 -a a pisendis seminibus, id est terendis. 4, 11, 5 Varro autem refert Pilumn[i]um quendam ... fuisse, qui pinsendis praefuit arvis ...; ab hoc igitur pilum et -am inventam, quibus far pinsitur, et ex eius nomine ita appellata. NOT. Tir. 79, 73 (*si huc pertinet*). *de scriptura v. p. 2144, 37.* *de mensura*: VEL. gramm. VII 53, 1 aliud est, si producas pīla et si corripias pĭla. SCAVR. gramm. VII 33, 5 (*corruptum*). HIER. in Soph. 1, 11 l. 446 sqq. -a, quae hebraice dicitur machtes, ... non per brevem syllabam prima legenda est, ne σφαῖραν putemus, sed (l. 449) productam, ut de -a sciamus dici, in qua frumenta tunduntur, ⌊vas concavum, et medicorum aptum usui, in quo proprie ptisanae feriri solent⌋ (⌊ ⌋ *sim.* ISID. orig. 4, 11, 4). *de notione* (*cf. l. 19*): SERV. auct. georg. 1, 267 vulgo cavatum saxum -am dicimus (pilum *codd.*). GLOSS. -a: ὅλμος. *al.* *legitur inde a* CATONE, VARRONE, *in prosa orat. praeter* OV. Ib. 571 *et* SER. med. 306; *abiit in sermonem gr.* πίλα. [*dalm.* paila; *it.* pila; *raet. or.* pile, *centr.* pila; *prov. vet.* pila *et var. prov.; cat.* pila; *hisp.* pila; *port.* pia. *cf. M.-L. 6496. Battisti-Alessio IV 2919. Wartburg VIII 474. Corominas[2] IV 542. Machado[3] IV 358. St.*] [*confunditur in codd. c.* pilum PLIN. nat. 18, 98 GREG. M. moral. 1, 55 (*restit. l. 22; falso trad.* MARCELL. med. 14, 7).]

i. q. vas, in quo res pinsantur sim. (*accedit adi.* lignea *e. g. l. 38. 44. 49; distinguitur* mortarium *l. 42. 44; saepe in iunctura* in -a (con)tundere *sim., e. g. l. 35 sqq. 42 sq.* [pisare *l. 45. 57 sq.*; in -am *l. 41. 43. 45. al.*], *ceterum abl. instr. l. 36. 61, nom. l. 44*): **1** *proprie*: **a** *in medicina* (*cf. l. 20*): CATO agr. 114, 1 (*antea*: ut *vinum* alvum bonum faciat) radices contundito in -a (122. COLVM. 12, 53, 3 aromata in -a quam mundissime c. SCRIB. LARG. 74 tragacanthum ... -a et pilo mundo contundere [*item abl. nudus* VEG. mulom. 2, 20, 1]. CHIRON 957 fabam c. ⟨in⟩ -[e]am ligneam [pileam *tuetur Oder*]). SCRIB. LARG. 75 *myrrham* in -am coicere (264 cera ... subacta manibus in -am conicitur. CHIRON 561. *cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 4, 43 mittimus medicamentum in -am). 255 cera ... subacta manibus miscetur ceteris in -am (*vix* pĭlam). PLIN. nat. 13, 126 *aliqui* radicem tundunt in -a (24, 109 [*postea*: densatur in sole mortariis]. *al.* CHIRON 964 in -am. MARCELL. med. 25, 14 haec *radix* tunditur in -a vel teritur in mortario. *al.*). SER. med. 306 quod *semen* ligneă -ă triverit (*cf. l. 61*). CHIRON 954 centauream ... in -am pisato (VEG. mulom. 1, 32 *rosas* in -a lignea pisabis. PHILVM. med. 2 p. 123, 13. *al.*). 966 has res tundis et cribellabis, subigis in -am. *al.*

b *usu vario; in -a contunduntur*: **α** *res*: CATO agr. 10, 5 -am ligneam I, fullonicam I, ... -as II, pilum fabarium I, farrearium I *vilicum oportet habere.* 14, 2 paullulam -am ubi triticum pinsat (*item tunditur frumentum*: PLIN. nat. 18, 73 hordeum recens ... in -a tundunt. 18, 98 triticum ... evalli, dein sole siccatum ⟨in⟩ -a repeti [pilo *cod. unus, cf. l. 61*]. 18, 112 tunditur granum ... in -a lignea. SERV. Aen. 1, 179 *maiores nostri* frumenta torrebant et ea in -as missa pinsebant. *al., cf. l. 13. 19. 49*). 105, 2 schoenum et calamum in -a contundito. VARRO rust. 3, 16, 14 quidam thymum contundunt in -a (*pabulum apium*). FEST. p. 158 *muries* fit ex sali sordido in -a pisato. COLVM. 11, 3, 33 semen ... inditum -ae et saligneo palo pinsitum. PLIN. nat. 19, 158 semine ... in -a[to] pulsato. 33, 69 molitur *aurum effossum*; farinam ⌊a -a scudem⌋ vocant (apitascudem *cod. vet.*). 33, 87 *chrysocolla* tunditur in -a. *ibid.* quidquid non transmeat *per cribrum,* repetitur in -a, dein molitur. 36, 194 harena alba ... -a molave teritur. ISID. orig. 4, 11, 4 *pigmenta* in -a et pilo aguntur.

β *homines*: OV. Ib. 571 ut Anaxarchus -a minuaris in alta (*de eodem, ut vid.*: PS. AVG. quaest. test. 115, 67 Anaxagoras in -am coniectus iussu regis contusus expiravit). VVLG. prov. 27, 22 (*in concessione hyperbolica*) si contuderis stultum in -a quasi tisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.

2 *translate, nomen loci mortario similis*: VVLG. Soph. 1, 11 ululate, habitatores -ae ([HIER. in Soph. 1, 11 l. 458 pulchre scriptura *dixit* ... 'qui habitatis in -a', quod scilicet quomodo frumenta feriente desuper vecte contunditur, ita *eqs.; cf. l. 66*]. HIER. epist. 53, 8, 12).

cf. 5. pilo.

3.[*]pīla, -ae *f.* [*vocem* pīla *e* *peilā *ortam esse (cf.* peil- *p. 2135, 4), demonstrat part. osc.* eh-peilatas (*nom. plur. fem. 'exstructae'*), *quod ex eodem subst.* *peilā *ortum videtur: Untermann, Wörterb. des Osk.-Umbr., 2000,*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

201. origo vocis q. e. *peilā *incerta est* (*ad suffixum fort. conferas* sella < *sed-lā); *sed v. von Planta, Indogerm. Forsch. 4, 1894, 260 adn. 1. Fo.*]
de origine: PAVL. FEST. p. 204 -a, quae parietem sustentat, ab obponendo est dicta. *de mensura cf. supra p. 2134, 15.* *scribitur* pei- *l. 23 sq.* (*cf.* i *longa e. g.* CIL I² 673, 7 [*a. 112/111 a. Chr.*]); *litteris gr. πίλα l. 57* (*cf. l. 8*). *de notione*: GLOSS.L II Philox. PI 29 *κρηπίδωμα, παράστασις.* 30 *κρηπὶς ... καὶ παραστάς.* *legitur inde a* CATONE *titulisque liberae rei publicae,* CATVLLO, LVCR., CAES.; *abiit in sermonem gr. πίλα* (*etiam πείλα, v.* INSCR. Année Épigr. 1967 n. 480 [*Ephesi, fere a. 148*]). [*it.* pila; *raet. or.* pile; *francog.* pile; *prov. vet.* pila *et var. francoprov., prov.; cat.* pila; *hisp.* pila. *cf. M.-L. 6497. Battisti-Alessio IV 2919. Wartburg VIII 475 sqq. Corominas² IV 542. St.*] [*var. l. dub.* SERV. Aen. 9, 170 (168) *pro* pinnas; *e coni. dub.* AVSON. 27, 3 (398 S.), 30.]

i. q. structura erecta in modum columnae vel vario modo in fulturam posita: **1** *in terra* (*fere pars structurae maioris, sed singulas -as v. e. g. l. 21. 42 et saepius sub b; -a fodiendo relinquitur l. 43; accedit adi. ad materiam pertinens e. g.* lapidea *l. 30. 67* [*cf. l. 20*], saxea *p. 2136, 1,* abiegna *l. 45, ceterum e. g.* mascula *l. 47; iuxta ponitur vel distinguitur* columna *e. g. l. 32. 38. 59*): **a** *exempla varia* (*in imag. l. 33*): CATO agr. 14, 1 *in villa aedificanda faber faciat* parietes omnes, uti iussitur ..., -as ex lapide angulari. 127, 2 supra -am inscendat et saliat decies *aeger.* CIL I² 673, 7 (*a. 112/111 a. Chr.*) ⟨muru⟩m et -as IIII (*sc. muri fulturam? cf.* 2944 [*a. 108*] *magistri* murum coniungendum et peilam faciendam ... locavere). 1759, 4 praef(ecti) pontem, peila⟨s⟩ faciundum coirave⟨re⟩ (*cf.* -a pontis: LIV. 40, 51, 4 *censor* locavit ... -as p. in Tiberi, quibus -is fornices ... censores *alii* locaverunt imponendos. GREG. TVR. vit. patr. 17, 3. *ceterum item in ponte l. 38 et e. g.* AVSON. Mos. 92 qua bis terna fremunt scopulosis ostia -is). 2271, 12. LVCR. 4, 297 siquis ... *creteam personam* adlidat -aeve trabive. CAES. civ. 2, 15, 2 ubi aut spatium inter muros aut imbecillitas materiae postulare videretur, -ae interponuntur. VITR. 2, 8, 17 -is lapideis ... altitudines extructae. 5, 10, 2 ⌊laterculis besalibus⌋ -ae struantur (⌊ ⌋ *item* 7, 4, 2). 6, 8, 1 parietes, -ae, columnae. *al.* SEN. nat. 6, 20, 6 fortasse aliqua pars terrae velut columnis quibusdam ac -is sustinetur, quibus vitiatis ... tremit pondus impositum. 6, 30, 5 *terrae motus* -as operibus subditas dissipat. CVRT. 5, 1, 33 saxo -ae, quae totum onus *hortorum pensilium* sustinent, instructae sunt, super -as lapide quadrato solum stratum est patiens terrae. COLVM. 2, 2, 11 *in fossa* more ponticulorum binis saxis tantum modo -arum vice constitutis, et singulis superpositis. PETRON. 79, 4 -as columnasque. PLIN. nat. 11, 23 *apes* ruentes ceras fulciunt -arum intergerivis a solo fornicatis. FRONTIN. aq. 122, 2 -ae ... tofo exstructae sub tam magno onere labuntur (*de aquaeductu ut*: PALLAD. 9, 11, 2). CIL X 7494, 7 (*vix post Hadr.*) columnas ... templi ... restituit, simul et -am inauravit (*an ad bβ?*). LEX met. Vipasc. II 12 (*in metallis*) -as aut fulturas firmamenti causa relictas (*ibid.* -ae fulturaeve). APVL. met. 3, 27, 2. CIL XIII 11781 (*a. 214*) ⟨ad abie⟩gnas pi⟨las sec(andas)⟩. AVSON. 21 (419 S.), 50 litteras tuas si in omnibus -is atque porticibus ... instar edicti pendere mandavero. CASSIOD. var. 4, 51, 12 *theatrum* masculis -is contineri. *al.* *in tabernis* (SYNON. Cic. p. 442, 26 statio ... officina, -a, taberna. *cf. l. 56*): HOR. sat. 1, 4, 71 nulla taberna meos habeat neque -a libellos (PORPH. negat se libellos suos edere bibliopolis, qui vel tabernas habeant vel armaria apud -as. SCHOL. bibliopolae stationes ... circa -as vel columnas habebant. *aliter ibid.* in -is ... epigrammata scribebant poetae. *cf. Hor. ars 373* columnae). MART. 7, 61, 5 nulla catenatis -a est praecincta lagonis.

b *peculiaria quaedam*: **α** *-a memoratur vel nominatur ad describendum situm loci cuiusdam*: CATVLL. 37, 2 taberna ... a pilleatis nona fratribus -a (*cf. l. 47 sqq.*). DIONYS. ant. 3, 22, 9 *ἡ στυλὶς ... Ὁρατία καλουμένη πίλα* (SCHOL. Cic. Bob. p. 113, 16 spolia Curiatiorum ... fixit loco celebri, cui -ae Horatio nomen est. *aliter explicatur nomen p. 2145, 52*). CIL VI 919 (*a. 47*) ⟨ce⟩nsores ⟨l⟩oca a -is et colum⟨nis⟩, quae a privatis possidebantur, ... in publicum restituerunt. MART. 5, 22, 3 Tiburtinae sum proximus accola -ae (*cf. Van Buren, RE XX 1320, 29 sqq.*). CIL XV 111 (*fere a. 123*) ex figlinis C. C(uriati) C(osani) ab -a alta. 1230 (*a. 124*) a pil(a) Her(culis) (1228c [*a. 126*]. INSCR. Harv. Stud. Class. Phil. 56, 1947, 71 n. 328). INSCR. christ. urb. Rom. 25230 (*in coemeterio*) undecima crupta, secunda -a Glegori (*cf. l. 71*). **β** *-a adhibetur ad celebrandam memoriam sim.* (*huc pertinent simul quaedam sub α allata*): NEP. Alc. 4, 5 *devotionis* exemplum in -a lapidea incisum (*de eisdem*: 6, 5). R. GEST. div. Aug. tit. rerum gestarum divi Augusti ... incisarum in duabus aheneis -is ... exemplar (*gr. στήλαις. cf.* EPIST. Alex. p. 220, 14 ut poneret ... -as solidas aureas duas ... et in his omnia facta scriberet). HYG. fab. 80, 3 cum *Idas fratris* ossa ... collocaret in -a, ... Castor ... prohibere coepit monumentum fieri (*sim. in monumento: ibid. iterum.* CIL III 1198, 5 -a extructa sarcofagum ... superposuit. XIV 3857, 12 [*in descriptione sepulcri*] -as structiles II [*nisi ad a*]. *cf. l. 65*).

2 *in mari; -a est pars molis*: VERG. Aen. 9, 711 in ... litore quondam saxea -a cadit, magnis quam molibus ante constructam ponto iaciunt (*cf.* VITR. 5, 12, 4 insuper eam exaequationem -a, quam magna constituta fuerit, ibi struatur. *ibid.* harena fluctibus subruta efficiet in mare -ae praecipitationem. *v. Wistrand, Eranos 40, 1942, 174 sqq.*). SEN. epist. 77, 1 omnis in -is Puteolorum turba consistit (*item Puteolis*: CIL X 1640, 6 [*a. 139*] opus -arum vi maris conlapsum [*sim.* 1641]. *v. etiam l. 12*). PLIN. epist. 6, 31, 17 saxis ... -ae adicientur quae procedente tempore enatam insulam imitentur. CELS. dig. 43, 8, 3, 1 *arbitror* iactas ... in id *mare* -as eius esse, qui iecerit. SVET. Claud. 20, 3 congestis ... -is superposuit altissimam turrem. POMPON. dig. 41, 1, 30, 4 si -as in mare iactaverim et supra eas inaedificaverim. CIL II 6251, 1 solariu(m), ... -as (*in vasculo ornato imaginibus orae Puteolanae; sim. de Bais*: XI 6710, 18 INSCR. Année Épigr. 1956 n. 21). *al.*

*deriv.: ?*2. pilaris (*vel* -ius), 3. pilo (*cf.* pilatus). *Ottink.*

4. pīla *v.* pilum. **pīlagmentum** *v.* piligmentum.

pilam- *v.* pelam-.

pīlānus, -ī *m.* [*potius a* pīlum (*cf. l. 20*) *quam a* 2. pīlus, *quod praetulit Leumann, Gramm. 1977, 325. Fo.*] *i. q. ad pilum pertinens, sc. masc. pro subst. de militibus pili*: VARRO ling. 5, 89 hastati dicti qui primi hastis pugnabant, -i qui pilis, principes quia principio gladiis (*cf.* PAVL. FEST. p. 204 -i: pilis pugnantes). *ibid.* -i triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremi subsidio deponebantur. OV. fast. 3, 129 Romulus *orbes* hastatos instituit ... decem et totidem princeps, totidem -us habebat corpora, legitimo quique merebat equo.

compos.: antepilanus.

*?***pilargis** POL. SILV. chron. I p. 543, 13. *animal ignotum. M. H.*

1. pīlāris, -e. *a* pīlum, *nisi retrograde a* primipilaris. GLOSS.L V Abba PI 14 -is: qui pilo pugnat (*item* GLOSS. V 510, 25). Corp. P 392 qui cum hasta pugnat (*inde restit.* GLOSS. V 378, 50). *huc spectare vid.* LYD. mag. 1, 46 p. 72, 20 *πιλάριοι, ἀκοντισταί* (*more gr. sollemni, cf. ὀφφικιάλιος pro* officialis *et cetera*).

*?***2. pīlāris,** -e (*nisi est* pilarius, -a, -um). *a* 3. pīla. *i. q. ad pilam pertinens*: CIL VI 17565 ollaria -a ... n(umero) IIII et pariens (*i. paries*) medius. INSCR. Brit. 2491, 2 pi⟨lares⟩ (*sc. lateres*) XX, cuniati III.

*?***3. pīlāris** (*sc. a* 1. pila) *v. l. 46 et supra p. 109, 35.*

1. pīlārius, -a, -um. *a* 1. pila. NOT. Tir. 107, 6 (*siquidem huc pertinet*). **1** *pro subst. masc.: i. qui pila ludit*: QVINT. inst. 10, 7, 11 miracula illa in scaenis -orum ac ventilatorum, ut ea, quae emiserint, ultro venire in manus credas. CIL VI 8997 (*saec. II¹*) *liberto familiae Augustae* -o omnium eminentissimo. XII 4501 P. ⟨G⟩allonio P. l(iberto) Capitoni -o (*in lapide pilae sculptae vid.*). GLOSS. II 449, 13 *σφαιριστής*: -us. 449, 15 *σφαιροπαίκτης*: ⟨-us⟩ ([*suppl. e gloss. antecedente, v. l. 48*]. III 172, 45. 240, 14). *adde p. 2138, 6.* *i. qui pilam facit* (*cf. e. g.* pigmentarius): GLOSS.L II Philox. PI 16 -us: ⌊...⌋ *σφεροποιός* (*σφαι-*; ⌊ ⌋ *v. l. 47*). **2** *pro adi., i. q. formam pilae praebens, rotundus* (*notione suffixi insolita; coniciasne* pilaris, *adi. a* 1. pila *derivandum?*): GLOSS.L II Philox. PI 16 -us: *σφεροειδής,* ⌊...⌋ (*σφαι-*; ⌊ ⌋ *v. l. 44*). GLOSS. II 449, 14 *σφαιροϊδής*: globusus, -us (*-ειδής*: globo- *ed. Stephani*).

*?***2. pīlārius,** -a, -um *v. l. 32.* *?***3. pīlārius** *v. l. 30.* *Ottink.*

pilasca *v. vol. VI 1, 876, 64.*

dictum plaustrum, quia volvitur, quasi diceret **pilastrum** ISID. orig. 20, 12, 3. *vox veriloquio ficta a* 1. pila.

pilātēs (pīl-*?*) *v. p. 994, 72 sqq.* [*fortasse e gr. φελλ(ε)-άτης* (*nomen lapidis*), *sed gr.* -ātēs *non bene congruit cum vocis initio lat.* (*sc.* p *pro φ, cf.* Poeni *sim.*). *Fo.*]

[pilatica *v. p. 2193, 73.*] *M. H.*

pīlātim *adv.* [*potissimum a* pīlātus; *saepe* -tim (-sim) *occurrit iuxta* -tus (-sus); *cf. Leumann, Gramm. 1977, 501. Fo.*] *i. q. agmine denso*: ASELL. hist. 14 sive -m sive passim iter facere. SCAVR. hist. 6 in agrum hostium veni, -m exercitum duxi (SERV. auct. Aen. 12, 121 p. 590, 3 strictim et dense). *i. q. ita ut pilae, columnae adhibeantur*: VITR. 6, 8, 4 quae -m aguntur aedificia ..., extremae pilae in his latiores spatio sunt faciundae.

1. pīlātor, -ōris *m.* *a* 1. pila. *i. qui pila ludit*: GLOSS.L V Aa s 802 sph⟨a⟩eristerium: -um lusus.

2. pīlātor *v. l. 70.*

pīlātrīx, -īcis *f.* [*a* 4. pīlo, -āre (*q. v.*). *Fo.*] *i. quae furtum facit*: TITIN. com. 77 extorrem hanc domo faciam -em palli (*coni. Lipsius; ceterum v. p. 119, 76*).

inde fort. restituas m. **pīlātor,** -ōris GLOSS. V 542, 51 ⌊-r⌋, qui pecunia publica pr(a)erogat (⌊ ⌋ pilatus *trad.*; peculator *Goetz*). *Ottink.*

*?***pīlātum** (*Goetz,* pal- *cod.*) est instrumentum pistorum, quo tunduntur frumenta in pila GLOSS. V 622, 52. *siquidem recte coni., subst. neutr. ratione parum certa ad* 5. pīlo *pertinere vid.* (*conferasne* salivatum*?*); pilatrum *restit. Fischer in plagulis conferens* aratrum *sim.*

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pīlatūra, -ae *f.* *a* 5. pīlo? *cf.* fractura, pictura. *i. quod pilando efficitur, farina*: GLOSS. III 568, 50 mannis (*i.* -es): id est -a turis albi (*vix recte vol. VIII 318, 68* pila[tura]). *M. H.*

pīlātus, -a, -um. [*vid. esse participium a* 3. pīlo *formatum (q. v.); idem est atque osc.* eh-peilatas *expīlātae; *v. Walde-Hofmann II 302. 304; sed cum sit similis formatio generis adiectivorum, qualis est e. g.* togātus, cuneātus, *etiam* 3. pīla *conferre possis. iuncturae* pīlātum agmen *subesse* pīlum *putatum est temporibus recentioribus, v. l. 29 sqq. Fo.*]

β *arcetur hostis a muris sim. (a litore l. 12), ut respici videatur -um murale* (*quod quomodo a telo sollemni differat nescimus [vix idem est atque instrumentum praeditum forma -i pistoris, quod in castris saepius inventum est, cf. e. g. Bennett, Archaeologia Aeliana 10, 1982, 200 sq., Städele, Gymnasium 109, 2002, 113 sqq.]*): BELL. Afr. 85, 2 *hostes* a servitiis puerisque, qui in castris erant, lapidibus -isque prohibiti terram attingere. SALL. Iug. 57, 5 oppidani *Zamae* in proxumos saxa volvere, sudis, -a, praeterea picem ... ardentia mittere. hist. frg. 2, 87A superstantes ... saxa, -a, sudes iacere. LIV. 27, 28, 12 *Salpitani e* muris ... saxis, sudibus, -is absterrent hostem. SEN. dial. 6, 9, 3 velut murum ... adeas, expecta volnus et illa superne volantia cum sagittis -isque saxa *eqs.* TAC. hist. 2, 22, 1 ingerunt desuper Othoniani -a librato ... ictu adversus temere subeuntes cohortes Germanorum. 3, 82, 3 superstantes maceriis hortorum Vitelliani ... saxis -isque subeuntes arcebant. 4, 23, 2 sudibus et -is. 4, 29, 3 *hostem ascendentem* propellere umbone, -o sequi. *iunctura* -um murale (*aliter p. 2145, 61*): CAES. Gall. 5, 40, 6 quaecumque ad ... oppugnationem *arcendam* opus sunt, noctu comparantur: multae praeustae sudes, magnus m. -orum numerus instituitur. 7, 82, 1 *Galli* ex vallo ac turribus traiecti -is m. interibant. TAC. ann. 4, 51, 1 miles contra deturbare telis, ... m. -a, congestas lapidum moles provolvere.

b *respiciuntur usus peculiares*: **α** *infigitur -o caput*: CIC. Phil. 11, 5 *Antonius consulari* caput abscidit idque adfixum gestari iussit in -o (*cf.* VAL. MAX. 9, 4, 3 caput ... per urbem -o fixum ferre. LVCAN. 9, 138 *ora Pompei* transfixo sublimia -o). LVCAN. 2, 160 colla ducum -o ... gestata (HIER. epist. 60, 16, 1. *cf. etiam l. 28*). EVTR. 10, 11, 2 caput ... -o ... circumlatum (HIST. AVG. Sept. Sev. 9, 1 Pesc. 6, 1 Alb. 9, 6 Diad. 9, 4). **β** *nituntur -is fessi sim.* (*spectantes* SIL.): LIV. 44, 33, 9 *vigiles* innixos -o, capite super marginem scuti posito, sopitos stare (SIL. 13, 308 stabant innixi -is exercitus omnis spectabantque viros. *cf.* LIV. 44, 36, 5 quidam incumbentes scutis nixique -is stabant). SEN. epist. 36, 9 *ut homo* stans ... saucius pro vallo pervigilet et ne -o quidem incumbat (TERT. coron. 11, 3 *miles christianus* incumbens ... super -um, quo perfossum est latus Christi). **γ** *reliqua quaedam*: PLIN. nat. 15, 133 *laurus* victoriarum ... nuntia additur ... militum lanceis -isque (*cf.* STAT. silv. 5, 1, 92 laetas -a attollentia frondes. MART. 7, 6, 6 Martia laurigera cuspide -a virent). STAT. Theb. 1, 148 *nondum erant* impacatis regum advigilantia somnis -a (*item de telis custodum*: FLOR. epit. 2, 17, 14 iuxta tentorium ipsum *consulis* -o vigilis exceptus est *hostis.* CLAVD. 8, 281 non sic excubiae, non circumstantia -a, quam tutatur amor). PLIN. paneg. 56, 6 consulis tribunal ... *non* fascium tantum, sed -orum signorumque honore circumdatum. PAVL. dig. 11, 5, 2, 1 (*de ludendo in pecuniam*) si quis certet hasta vel -o iaciendo. PRVD. c. Symm. 1, 485 quali radiarint stemmate -a, *sc. ad pontem Milvium* (*cf.* ADNOT. Lucan. 6, 129 quae *aquilae* feruntur in -is). *al. poetice de thyrso*: STAT. Theb. 7, 654 candida pampineo subnectitur instita -o.

2 *cum acumine -um est vel dicitur Romanum telum* (*fort. addas l. 30; cf. e. g.* SERV. Aen. 7, 664 -um proprie est hasta Romana, ut gaesa Gallorum, sarissae Macedonum. GLOSS.[L] I Ansil. PI 93 -a: arma Romana): PROP. 4, 6, 22 -a ... feminea turpiter acta manu, *sc. Cleopatrae* (*si recte huc traximus*). LIV. 9, 19, 7 arma clupeus sarisaeque illis *Macedonibus,* Romano scutum ... et -um, haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum. 10, 39, 12 per picta ... scuta *Samnitium* transire Romanum -um (STAT. silv. 3, 3, 100 *Claudius Etruscus a rationibus* evolvit, quantum R. sub omni -a die ... poscant, *sc. exercitus. cf.* CLAVD. 21, 353 Latiis). LVCAN. 1, 7 cognatas ... acies ... infestisque obvia signis signa, pares aquilas et ⌊-a minantia -is⌋ (*cf. p. 2145, 35. item in bello civili*: 7, 519. VAL. FL. 6, 403 agmina -is, ... aquilis utrimque micant. OPT. PORF. carm. 9, 8 quid pietas donet post -a minacia clemens). 8, 300 nec -a timentur nostra nimis Parthis. 8, 598. 10, 48 eoi propius timuere sarisas, quam nunc -a timent, populi. SIL. 4, 550 hinc -a, hinc Libycae certant subtexere cornus densa nube polum. 8, 374 (*opp.* sagittae *ut*: RVF. FEST. 15 HIER. epist. 60, 17, 3). 8, 547 (*opp.* leviora ... tela). TAC. ann. 1, 64, 2 neque librare -a inter undas poterant; contra Cheruscis ... hastae ingentes (*eodem opp.* 2, 14, 2. 12, 35, 3). FLOR. epit. 2, 7, 9 nec ullo Graeculo ferro, sed ingentibus -is. ANTH. 440, 9 (*inter adynata*) Medus -a geret, pharetras Romana iuventus. CLAVD. 5, 232 iam mihi barbaricos sitientia -a cruores sponte volant. carm. min. 30, 235.

B *quod catapulta mittit*: PLAVT. Curc. 689 (*loq. miles*) ego ex te hodie faciam -um catapultarium atque ita te nervo torquebo *eqs.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: pilanus, 1. pilaris, *?*3. pilarius, *?*6. pilo, pistillus; *cf.* pilatus, 5. pilo, pilumnus.

compos.: 2. com-, praepilo; primipilum. *Spoth.*

[pīlumen *v. p. 2144, 51.***]**

pīlumnus, -a, -um (*subst. masc.* ISID.). [*de nom. plur. vet. in* -oe *desinente (ut λύκοι etc.) v. Leumann, Gramm. 1977, 426. appellativum a nomine proprio dei vel hominis vix alienum esse putaveris, sed notio utrique communis nondum est inventa; plerumque a* pīlum *deducitur suffixo haud perspicuo. v. Leumann, l. cit. 322; Breyer, Etrusk. Sprachgut, 1993, 63 sqq. Fo.*] *nom. plur.* -oe CARM. *i. q. pilo armatus, sc. ad pugnandum*: CARM. Sal. Fest. p. 205 -oe poploe (*explicat* FEST. *ibid.* Romani, velut pilis uti assueti, vel quia praecipue pellant hostes). *i. qui pilo utitur, sc. pinsendo*: ISID. orig. 4, 11, 5 Varro ... refert Pilumn[i]um quendam in Italia fuisse, qui pinsendis praefuit arvis, unde [et] -i et pistores; ab hoc igitur pilum et pilam inventam *eqs.*

cf. Onom.

hi *pili* sunt, qui videntur creare pispisam, qui **pilupia** appellantur; eos pilos *extrahes* CHIRON 717 (*coll. Hippiatr. gr. II p. 291, 6 πιπίγγια, ἅπερ καὶ ὑστριχίδαι καλοῦνται ipsos pilos, sc. in caudae equinae radice demersos, significari putaverimus; de nomine morbi cogitat Adams, Pelagonius, 1995, 314*). [*de mensura vocalium nihil constat, vox fortasse conferenda cum* 1. pilus, *ratione quidem obscura. Fo.*] *M. H.*

1.[pilus] **pilus,** -ī *m.* [*aliae linguae indogerm. exhibent* *pŭl- *in vocabulis similis notionis: gr. πύλ-ιγγες; vet. ind.* pul-aka- (*demin.*); *vet. hibern.* ul < *pul-u- *'barba'; v. Frisk, Gr. etym. Wb. II 623. fort. etiam lat.* pīl- *ad idem* *pŭl- *referendum est; cf. Adams, Münch. Stud. z. Sprachwiss. 46, 1985, 5 sqq. cf. etiam* pilleum. *Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 11, 1, 28 -os ... dictos a pelle, qua prodeunt. *de notione*: EXC. Bob. gramm. I 552, 19 -us: *θρίξ*. GLOSS. *θρὶξ σώματος*. GLOSS.^{L} Corp. P 437 -us: her (*anglosax.*). *al.* *legitur in prosa oratione inde a* VARRONE, CIC., *in versibus (saepe generis humilioris) inde a* CATVLLO, LVCR., HOR. epist., DORCAT., OV., PHAEDRO; *saepe plur., sing. collect. inde a* VARRONE, *sed raro ante* PLIN. nat. (*vitat maxime* CELS. *praeter l. 67, ut vid.*); *abiit in sermonem gr. p. 2148, 21.* [*val.* păr; *dalm.* pail; *it.* pelo; *sard.* pilu; *raet. or.* pel, *occ.* pail; *francog.* poil; *prov. vet.* pel *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pel; *hisp.* pelo; *port.* pelo. *cf. M.-L. 6508. Battisti-Alessio IV 2828. Wagner II 266. Wartburg VIII 509 sqq. Corominas*^{2} *IV 465. Machado*^{3} *IV 333. St.*]

i. q. θρίξ **(***quod gr. respondet, nisi aliud adnotavimus; abl. qual. l. 54. 63. al., gen. qual. l. 69; iuxtaponitur vel distinguitur* saeta *l. 46. p. 2148, 5. 2149, 3. al.,* lana *p. 2148, 9. 18. 22. al., cf.* PORPH. Hor. epist. 1, 18, 15 ['rixatur de lana ... caprina'] de nihilo, aut, ut quidam dicunt, caprorum -os non saetam dicens esse, sed lanam**)**: **I** *usu sollemni*: **A** *generaliter*: **1** *de -is animalium* (*vermiculi l. 55, apis l. 69 sq., avis l. 60, erinacei l. 53. 71. p. 2149, 17*): **a** *intellegitur pars corporis*: **α** *plur. vel sing. genuinus*: LVCR. 5, 788 ut pluma atque -i primum saetaeque creantur quadripedum membris et corpore pennipotentum **(***cf.* PLIN. nat. 7, 2 [*enumerantur tegimenta animantium*] villos, saetas, -os, plumam *eqs.***)**. VARRO rust. 2, 5, 8 *armentorum* inferiorem partem frequentibus -is subcrispum. COLVM. 6, 37, 7 si discolores -os asinus in palpebris aut auribus gerit (*cf.* PLIN. nat. 11, 155 nulli *animali* sunt *palpebrae,* nisi quibus et in reliquo corpore -i). 7, 5, 11 canino similis ... -us. 12, 55, 4 *subus* -i detrahuntur. PLIN. nat. 7, 44 *homo* in lactis haustu uno -o strangulatus (*nisi ad 2*). 8, 221 alii *mures* irenaceorum genere pungentibus -is. 11, 115 -os habentium (11, 228. VEG. mulom. 1, 27, 2 ab ano, ubi -os non habet [*e sing. p. 2148, 3*]). 11, 118 *vermiculi* hirti -is. *al.* FRONTIN. strat. 1, 10, 1 *equum* per singulos ⟨-os⟩ vellere (4, 7, 6. *cf. p. 2149, 64*). APVL. met. 8, 4, 4 aper ... -is inhorrentibus corio squalidus, setis insurgentibus spinae hispidus. CHIRON 790 de collo -i si ... defluent. VEG. mulom. 2, 82, 1 contra -os *perfricare* (*cf.* adversum 2, 89, 3 *et l. 72*). *al. in arte veterinaria.* *peculiariter de plumis avium*: HIER. in Mich. 1, 16 l. 526 ('dilata calvitium tuum sicut aquila') aquila ... amittit -os et remanet implumis. **β** *sing. collect. vel genus indicans* (*cf.* SVET. *p. 2149, 66*): VARRO rust. 2, 3, 2 *caprae* crebro -o **(***abl. qual. ut: ibid.* hircus molliore et ... -o albo. COLVM. 6, 1, 3. PLIN. nat. 8, 72 [*bis*]. 8, 74 -o in contrarium verso. CHIRON 169 -o horribili. 173 -o horridiori et recto [*inde* VEG. mulom. 1, 6, 2 -us erectus et horridus]. VEG. mulom. 1, 1, 2 erecto visitur -o**)**. CELS. 6, 4, 3 frequentem -um nasci. COLVM. 6, 1, 1 -i colorem. 6, 32, 3 ut *vulnera equorum* celerius cicatricem et -um ducant. 9, 3, 1 *apes* fusci coloris horridique -i. 9, 10, 1 *apes* leves ... ac sine -o, sine spiculo (PLIN. nat. 8, 126). PLIN. nat. 8, 214 *oryges* dicti contrario -o vestiri et ad caput verso. 10, 186 Aegyptiis muribus durus -us sicut irenaceis. 18, 364 *boves* se ... lambentes contra -um (PELAGON. 362 pice ... c. -um fricato. VEG. mulom. 1, 10, 7 ANTIDOT. Brux. app. 204. *al., cf.* adversus *vel* adversum CHIRON 43. 401, post CHIRON 7 spongiola ... deducis post -um. *v. etiam l. 59. p. 2149, 39. 49*). *et saepius.* APVL. met. 10, 15, 3 -um *meum* liberali nitore nutriveram. 11, 13, 3 squalens -us defluit. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3 (CIL VI 32328) 79 -um de fron⟨te⟩ hos⟨tiae⟩ secavit. PELAGON. 175 si velis album -um nigrescere. CHIRON 25 ab ano ..., ubi -us non est. *et saepius.* VEG. mulom. 2, 8, 5 horridus -us (*e* CHIRONE 274 -os horridiores). SIDON. epist. 7, 14, 3 *praebet* bovi -us, apro saeta, volucri pluma vestitum. *al.*

b *intellegitur materia sim.*: **α** *qualibet in re*: Ⓘ *plur.*: *-i caprini*: VARRO rust. 2, 11, 11 fructum, ut ovis e lana ad vestimentum, sic capra e -is ministrat ad usum nauticum et ad bellica tormenta et fabrilia vasa. VET. LAT. exod. 25, 4 (Aug. c. Adim. 10, *sim.* VVLG.) *offerunt deo* -os caprarum, pelles rubeas agnorum *eqs.* (VVLG. exod. 36, 14 saga ... de -is c. ad operiendum tectum tabernaculi. num. 31, 20 aliquid in utensilia praeparatum de c. pellibus et -is. *al.*). 35, 26 (Aug. loc. hept. 2, 152) -os caprinos (VVLG. caprarum). *al.* *quilibet -i*: DORCAT. carm. frg. 1 neu tu parce -os vivacis condere cervi, *sc. ut pilam efficias.* VET. LAT. Matth. 3, 4 (cod. 15. *al. et* VVLG.) *Iohannes* habebat vestimentum de -is camelorum **(***eiusdem*: Marc. 1, 6 [cod. 4. *al. et* VVLG.]. *cf.* OP. imperf. in Matth. 3 p. 648 non de lana camelina, sed 'de -is cameli'**)**. EDICT. imp. Diocl. 11, 1a sqq. L. de saet⟨i⟩s caprinis sive camellinis: -orum infectorum p⟨ondo⟩ unum ...; -i neti ad zabernas vel sacc⟨o⟩s p⟨ondo⟩ unum ...; -orum ad funem confect⟨o⟩rum p⟨ondo⟩ unum (*gr. ubique πίλων*). Ⓘⓘ *sing. collect.*: PLIN. nat. 8, 191 *lana* Histriae ... -o propior quam lanae. *ibid.* est et hirtae *lanae* -o crasso in tapetis antiquissima gratia. 8, 219 et vestes leporino -o facere temptatum est, tactu non perinde molli ut in cute. *ibid.* brevitatem -i. 17, 51 in coriariorum officinis -o *urina* madefacto (*cf.* 23, 140 folia mori in urina madefacta -um coriis detrahunt. SERM. Mediol. frg. 8 artifex, qui operatur pelles animalium, quae dicuntur pergamena, nisi primo auferat ab eis -um *eqs.*). GAIVS dig. 22, 1, 28 pr. in pecudum fructu etiam fetus est sicut lac et -us et lana. HIST. AVG. Heliog. 19, 9 quae *accubita* -um leporinum haberent.

β *in re medica, magica sim.* (*sing. collect. e. g. l. 40*): CELS. 3, 20, 2 *iuxta phreneticos* incendunt aut -os aut cornu cervinum ...; haec enim cum conburuntur, odorem foedum movent (*item ad suffiendum sim. uruntur*: PLIN. nat. 28, 152 caprarum ... -is accensis fugari serpentes. 28, 246. *al.* PLAC. med. 5, 4 rec. α -i caprae usti letargos excitant. *al.*). PLIN. nat. 28, 98 -i septem et genitale cervi, si inligentur dorcadis pelle collo suspensa, continere partus promittuntur **(***item alligantur*: 29, 114 -os caninos panno adalligant, *sc. capiti.* 37, 124. PELAGON. 134 setam verrinam et -um [pinum *cod.*] lupinum ... in licio suspendes. MARCELL. med. 29, 35 de illis -is ... filum ... facies *eqs. al.***)**. 28, 106 -orum cinerem **(**28, 213 -i ... caprini c. [*sing. collect. ut* 28, 221 *et inde* PLIN. med. 3, 13, 2]. *al.; simili modo adhibentur -i*: 29, 98 -os combustos inseruere vulneri [MARCELL. med. 10, 44. 26, 74]**)**. *al.* VVLG. Dan. 14, 26 tulit ... Danihel picem et adipem et -os et coxit pariter fecitque massas et dedit in os draconi et disruptus est draco. *al.*

2 *de -is hominum*: **a** *de -is extra caput natis*: **α** *evelluntur, foedi videntur sim.* (*sing. collect. l. 51 sqq. 56*): VARRO Men. 432 amiculam ... sine osse et nervis, sine pelle, sine -is, puram, putam. OV. ars 3, 194 neve forent duris aspera crura -is **(***item de -is crurum*: fast. 2, 348 horrebant densis aspera crura -is. MART. 2, 36, 5 sunt crura -is ... horrida; sed mens est ... volsa tibi. 5, 61, 6 crura gerit nullo qui violata -o. 9, 27, 4. IVV. 9, 15 fruticante -o. SVET. Aug. 68 crura suburere nuce ardenti, quo mollior -us surgeret**)**. SEN. epist. 47, 7 vini minister ... glaber retritis -is aut penitus evulsis **(**PLIN. nat. 14, 123 in evellendis virorum corpori -is. 32, 136. *et saepius.* PLAC. med. 9, 14 rec. α. *al.; cf.* vellere: MART. 2, 29, 6 splendent vulso bracchia trita -o. HIER. in Soph. 1, 11 l. 507 qui ... comam nutrit, vellit -os, cutem polit. MARCELL. med. 8, 177 -os vulsos non solum in oculis, sed etiam in locis verecundioribus. *v. et l. 51. p. 2149, 66***)**. PLIN. nat. 29, 26 -orum eviratio. *al.* MART. 2, 62, 2 cincta est brevibus mentula tonsa -is. 4, 7, 3 iam causaris barbamque annosque -osque (*cf.* 11, 22, 7 tragus celeresque -i mirandaque matri barba, *sc. pueri*). 6, 56, 3. EPITAPH. All. Potest. (CE 1988) 23 levia membra tulit: -us illi quaesitus ubique. APVL. flor. 3, 6 *Marsyas* hispidus, inlutibarbus, spinis et -is obsitus. SER. med. 657 lascivia ... gaudet rapto nudari flore -orum. FIRM. math. 8, 7, 2 hi *lascivi* demptis -is corpus suum in feminei corporis imaginem transferent. VVLG. lev. 14, 8 *leprosus mundandus* radet omnes -os corporis **(**14, 9 totius corporis -os. num. 8, 7 omnes -os carnis suae. Is. 7, 20 caput et -os pedum [HIER. in Is. -os totius corporis a capite usque ad pedes]**)**. *al.*

β *cetera exempla*: Ⓘ *plur. vel sing. genuinus*: LVCR. 6, 945 crescit barba -ique per omnia membra. VARRO ling. 6, 45 *timentibus* etiam in corpore -i ... horrent (*sim.* SEN. dial. 4, 2, 1 ad peiores nuntios subriguntur -i. PETRON. 63, 1 VVLG. Iob 4, 15). VAL. MAX. 1, 8 ext. 15. CELS. 5, 28, 19^{B} in ea *vitiligine leuce* ... albi -i sunt et lanugini similes (*cf.* PLIN. nat. 30, 132 aut in totum tolluntur -i aut non excedunt lanuginem. ARNOB. nat. 3, 15 p. 173, 9 -os et lanugines). 7, 6, 2 *in tuberculis sunt*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concreti confersique -i (*sim. in re*: 7, 13, 1). *al.* PLIN. nat. 11, 230 *v. l. 32 sqq.* 26, 163 -os mammarum partu nascentes (*cf.* 32, 129 -os in mamma). *al.* APVL. met. 3, 24, 4 -i mei crassantur in saetas et cutis tenella duratur in corium *asini.* VVLG. lev. 13, 3 cum *sacerdos* viderit lepram in cute et -os in album mutatos colorem (*in eadem re*: 13, 4 -i coloris pristini. *al.*). ORIBAS. syn. 5, 44, 4 Ab p. 78 *quidam* nudi -is ... sunt ([*gr.* ἄτριχον, La sine -os]. 5, 50, 8 Ab *et* La p. 88 [*gr.* ψιλόν]). 5, 44, 15 Ab *et* La p. 79 totum corpus sine -is ([*gr.* ψιλόν]. 5, 49, 4 Ab *et* La p. 85 [*gr.* ψιλόν]. *al. in eodem opere*). 8, 25, 2 Aa p. 243 capillos et -os (*gr. non resp.*). *al.* Ⓘⓘ *sing. collect. vel genus indicans*: PLIN. nat. 29, 75 cum ... omnis in toto corpore defluat -us. VET. LAT. lev. 13, 3 (Aug. loc. hept. 3, 28, *sim.* Hesych. in lev. 13, 1 p. 934[A]) -us ... convertatur albus ([*cod. 100. al.* capillos, VVLG. -os]. *de -is lepra fortasse affectis ut al. in sacr. script.*). Ezech. 16, 7 (Hier. in Ezech.) ubera tua erecta sunt et -us tuus ortus est (*sc. de pube adulescentis puellae; cod. 176* capillus, VVLG. -us tuus germinavit). *al. in sacr. script.*

b *de -is in capite natis*: **α** *plur. vel sing. genuinus; sc. de -is*: Ⓘ *variis*: VARRO Men. 490 *quendam* esse factum *senescendo* ericium cum (e *trad.*) -is albis. OV. ars 1, 520 in ... cava nullus stet tibi nare -us. CELS. 6, 4, 3 -orum radiculae. PLIN. nat. 21, 126 *lilii radices* -os ... adustis reddunt. *al.* Ⓘⓘ *palpebrarum* (*fere de -is, qui oculis infesti sunt*): CIC. nat. deor. 2, 143 munitae ... sunt palpebrae tamquam vallo -orum. CELS. 6, 6, 15[A] inter -os palpebrarum (7, 7, 8[A]. 7, 7, 8[B] eius *p.* perniciosi -i. PLIN. nat. 22, 91 p. -os inordinatissimos. *al.*). *al.* SCRIB. LARG. 230. PLIN. nat. 28, 139 -is oculorum (35, 180. PLIN. phys. Bamb. 20 tit. ad -os o. adulteros *eqs.* 20, 6. *al.*). 32, 70 *medicamentum* evolso -o palpebris inlinatur (*nisi ad β*). *al.* MART. 10, 56, 4 infestos oculis uris ... -os. SER. med. 660 oculos infesta -orum tela lacessunt. LACT. opif. 10, 2 palpebrae ... -is in ordinem stantibus vallatae saeptum oculis ... praebent. *al.* Ⓘⓘⓘ *comae* (*cf. sub β et l. 56. 66; sed disting. e. g. l. 9*): CELS. 6, 2, 1 inter -os ... squamulae surgunt (*sc.* in capillo, ... in barba, ... in supercilio). 6, 3, 2 in iis partibus, quae -is conteguntur. 6, 4, 1. PHAEDR. 5, 6, 2 defectus -is. PETRON. 109, 9 (vers.). PLIN. nat. 11, 230 -i in homine partim simul, partim postea gignuntur; hi castratis non nascuntur, congeniti autem non desinunt, sicut nec feminis magno opere ...; (*231*) viris crescunt maxime in capillo, mox in barba ...; libidinosis congeniti maturius defluunt, agnati celerius crescunt. MART. 5, 49, 7 *nullus* in longa -us area notatur. VVLG. lev. 13, 41 si a fronte ceciderint -i. AVG. serm. 31, 2 perit manus, ubi non perit -us? perit caput, ubi non perit capillus? (*sec. Luc. 12, 7*). MARCELL. med. 1, 108 adversus -os caput ... perunges (*cf. p. 2147, 72*). *al.* Ⓘⓥ *barbae* (*v. etiam l. 35; disting. e. g. p. 2148, 60*): CELS. *v. l. 30 sq.* PERS. 4, 5 scilicet ... *tibi adulescenti* rerum prudentia velox ante -os venit (SCHOL. -os ... pro barba posuit). MART. 8, 52, 6 AMM. 31, 2, 2. SIDON. epist. 1, 2, 2 -is infra narium antra fruticantibus cotidiana succisio. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 365[A] -i barbae. *al.* Ⓥ *superciliorum* (*cf. l. 30. 55*): LACT. opif. 10, 4 superciliorum fastigia -is brevibus adornata. PLAC. med. 21, 1 rec. *β* evulsos a supercilio -os.

β *sing. collect. vel genus indicans* (*addasne l. 25?*): PLIN. nat. 11, 130 in capite animalium cunctorum homini plurimus -us. 27, 17 capite contra -um peruncto (MARCELL. med. 4, 30. 32). MART. 4, 78, 2 cum tibi ... facies multo splendeat alba -o. LACT. opif. 7, 9 *deus* texit ... illud *caput hominis* -o. AVG. dialect. 6 p. 11, 8 (*e Varrone?*) a toto pars, ut 'capillus' quasi capitis -us (*inde sim., sed plur.* ISID. orig. 11, 1, 28). *al.*

B *specialiter*: **1** *in proverbiis, comparationibus, facete dictis sim.* (*cf. l. 41*): **a** *respicitur exiguitas -i*: **α** ne -um quidem *sim.*: CIC. Q. Rosc. 20 *Chaerea* idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum -um viri boni habere dicatur. Att. 5, 20, 6 interea e Cappadocia ne -um quidem (*sc. recepi sim.*; pil(l)eum *fere trad.*). ad Q. fr. 2, 16, 5 ego ... ne -o quidem minus me amabo. CATVLL. 10, 13 *cum* praetor ... *non* faceret -i cohortem (17, 17 nec -i facit uni. PETRON. 44, 17 nemo Iovem -i facit). **β** *cetera exempla*: SEN. nat. 4, 11, 5 sic *tantum,* quomodo est -us -o crassior.

b *respicitur quidlibet*: CIC. ac. 2, 85 *non est* credibile nullum esse -um omnibus rebus talem, qualis sit -us alius, nullum granum. HOR. epist. 2, 1, 45 caudae ... -os ut equinae paullatim vello *annos* (*cf. p. 2147, 56*). SEN. dial. 9, 8, 3 Bion eleganter ait, non minus molestum esse calvis quam comatis -os velli. SVET. Vesp. 16, 3 vulpem -um mutare, non mores.

2 *in explicanda sacra scriptura*: RVFIN. Orig. in exod. 13, 5 p. 276, 30 offeruntur et -i caprarum; hoc genus pecudis in lege pro peccato iubetur offerri; -us vero species est emortua, exsanguis, exanimis; hanc qui offert, ostendit in se sensum peccati iam mortuum (*cf.* Orig. in lev. 8, 11 p. 412, 20 quod ...'radi' iubetur 'omnem -um', puto, quod omne quidquid emortui operis animae positae in peccatis exortum est – hoc enim nunc -i nominantur – iubeatur abicere). AVG. serm. 4, 14 -i *Esau* peccata significant (*cf.* 361, 16 p. 1608 Esau malus -os proprios habebat, Iacob autem bonus alienos portabat, *sc. ut Christus peccata*). HESYCH. in lev. 13, 1 p. 934[A] (*spectat ad p. 2149, 12*) per -os ... significat cogitationes, quibus ornatur anima. *al.*

II *-o comparatur herba*: **A** *equisaetum*: PLIN. nat. 26, 132 equisaetum, hippuris Graecis dicta ... – est autem -us terrae equinae saetae similis (*133 dependet ex arboribus* comis iunceis). **B** *meum vel sister, sc. in nomine* -us cervinus: GLOSS. III 574, 40 -o c. (-o cerumo *trad.*), i(d est) sister. 584, 36 meu, i(d est) sister vel -us c. 592, 36 me⟨o⟩, sistere, quae simulat -o c. vel radicis panace (*item fere* 626, 12).

deriv.: 1. pila, 1. pilo, pilosus; *cf.* pilupia.

compos.: depilis, depilo, 1. expilo, hirtipilus, piligero, raripilus; *cf.* horripilo(r).

2. pīlus, -ī *m.* [pīlus *separatum videtur e compos.* primipilus, *sc. a* primum *et* pilum, *v. vol. X 2, 1360, 57 sqq. Fo.*] *abbreviatur* pil *passim sub 2,* p *l. 58* (pi *fort. l. 18 sq.*), *v. etiam vol. X 2, 1361, 13 sqq.; de signis -um priorem posterioremque notantibus v. Speidel, Roman Army Studies II, 1992, 43 sqq. abiit in sermonem gr. l. 55.* [*ex abbrev. dub.*: INSCR. Germania 13, 1929, 137 (*Coloniae, in cuspide hastae inventa in castris classis Germanicae; ante a. 69, ut vid.*) (centuria) Apulei pi; (*ex altera parte*) (centuria) Apu⟨??⟩ pi. i; Robinpii (*de voce* pitulus *cogitat Ritterling, ibid. adn. 3*).]

appellatio centurionis certae cuiusdam dignitatis (*notio ipsius centuriae manipulive nusquam certe agnoscitur praeter vol. X 2, 1361, 43 sqq., sed v. l. 35. 45*): **1** *c. respectu primipili*: **a** primus -us: *v. vol. X 2, 1360, 57.* **b** *cetera exempla: ?in poesi de munere primipili* (*nisi intellegas neutr.* pilum): LVCAN. 1, 356 summi ... munera -i Laelius emeritique gerens insignia doni. MART. 1, 31, 3 grata Pudens meriti tulerit cum praemia -i (*eiusdem* 6, 58, 10 referes -i p. clarus eques). *in inscr.* ex -o *de primipilari, ut vid.*: CIL XIII 7869 (*saec. I*[2]) L. Vitellius ... ex -o leg(ionis) *cuiusdam* (*cf. vol. X 2, 1362, 57 sqq.*).

2 *c. respectu variorum centurionum* (*indicatur cohors per numerum voci* -us *appositum certe l. 37 sq. 41. 51, voci* cohors *l. 39 sq., voci* centuria *l. 55 et fort. saepius sub b, v. Speidel, Arctos 24, 1990, 135 sqq.*): **a** *in quibuslibet legionibus*: **α** *non determinatur, utrum* prior *an* posterior *sit* (*Lambaesi; respic. legio III Augusta*): INSCR. Dessau 9133 (*respic. a. 128*) Hadrianus *legionem* ... adlocutus est ...; at -os (*i. ad centuriones an ad centurias? seq. lacuna*). CIL VIII 2968, 16 *quidam* (centurio) leg(ionis) (tertiae) Aug(ustae) patri carissimo decimus -us. 18239 curante Memmio Donato decimo -o. **β** -us prior: CIL III 6611 (*post a. 119*) mil(es) leg(ionis) *cuiusdam* ... chor(tis) (tertiae) pil(i) prioris. XIII 6728, 25 (*a. 192*) ordinibu⟨s adscriptus⟩ in decima, *sc. cohorte,* pil(us) p⟨r(ior)⟩. V 7004 (*litt. saec. III*) centurio ⟨legi⟩onis eiusdem (oct)aus -us prior. **γ** -us posterior: PAP. mil. Fink 21, 3 (*a. 235/242*) (centuriae) II pil(i) pos(terioris) (*cf. in eodem indice* 21, 7).

b *in legione II Parthica* (-us *adhibetur passim ad indicandam centuriam militis, ita ut incertum sit, utrum vox centurionem significet, an centuriam, id quod vult Speidel l. 32; -us posterior contra morem in cohorte prima commemoratur l. 56*): **α** -us prior: CIL XIV 2291 (*a. 220/231*) Siricianus ⟨l⟩eg(ionis) II ... ⟨(centuria)⟩ VIII pil(i) pri(oris). INSCR. Année Épigr. 1993 n. 1582 (*a. 231/233*) mil(iti) leg(ionis) II ... (centuria) III pil(i) prio(ris) (*Apameae, ut*: n. 1585 [*a. 231/233*]. n. 1575 [*saec. III*[1]]). INSCR. Dessau 2361 (*prope Aquileiam, saec. III med.*) ⟨sub⟩ sexto -o priore leg(ionis). CIL XIV 2273. **β** -us posterior: INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 91, 1992, 231 (*a. 231/235*) b(ene)f(iciario) ... (centuria) VIIII pil(i) post(erioris) (*Apameae, ut*: INSCR. Année Épigr. 1993 n. 1584 [*a. 231/233*] (centuria) V pil(i) post(erioris) [*gr.* (ἑκατονταρχίας) πέμπτης πίλου ὑστέρου]. n. 1588 [*a. 242/244*] tesserarius ... (centuria) I pil(i) post(erioris)). CIL VI 3404 (*Alex. Sev. imp.*) (centuria) IIII pil(i) post(erioris). INSCR. Année Épigr. 1919 n. 73 (centuria) IIII p(ili) ⟨p⟩o⟨s⟩(terioris) (*in coemeterio Albano ut* n. 74 [ril *lapis*]). CIL XIII 6231 (centuria) IIII ⌞p⟨il(i)⟩⌟ post(erioris) (⌞ ⌟ *an* p⟨r(incipis)⟩*?*).

cf. pilanus.

3. pīlus *v.* pilum. **piment-** *v.* pigment-. *Spoth.*

pimpedonum. *v. sub voce* penpidulum *p. 1099, 37 sqq., ubi addas* GLOSS.[L] I Ansil. PE 387 (med. p. 54) -um. *huc pertinere vid.* GLOSS. III 573, 56 pinphedon: v folia.

pimpinella, -ae *f., siquidem recte restituitur haec forma.* [*cum multae variae formae tradantur, vox difficulter explicatur ut similia saepe; nonnulla nomina plantarum videntur esse formata quasi per reduplicationem, e. g.* cucumis; *sed cf. etiam André, Les noms de plantes, 1985, 199. Fo.*] [*it.* pimpinella; *var. francog.; var. prov. cf. M.-L. 6508a. Battisti-Alessio IV 2934. Wartburg VIII 555 sq. St.*] *nomen herbae* (*v. e. g. André, l. cit.*): MISC. Tir. p. 66, 21 (*enumerantur substantiae*) satureia, pepenilla, agaone (*eadem forma*: 68, 25). GLOSS. III 576, 67 siderites (*i.* σιδηρῖτις): pipenella. *huc pertinere videtur etiam* MISC. Tir. p. 64, 10 pipineo (*cf. infra p. 2188, 51*).

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pīna, -ae *f., πίνη, πῖνα. scribitur* pinn- *apud* ORIBAS., EVSTATH. *infra, ceterum edd. vet.* PLIN. nat., *v. et Liddell-Scott-Jones s. v. πίνη.* [*falso trad.* APVL. apol. 59, 6 (*restit.* ⟨po⟩pinam).]

i. genus conchae (*de re v. e. g. Steier, RE XVI 1, 787, 15 sqq., ceterum cf. p. 1581, 15 sqq.*): **1** *respicitur quaedam cum pinotere societas*: CIC. fin. 3, 63 illa, quae in concha patula -a dicitur isque, qui enat e concha, qui ... pinoteres vocatur. nat. deor. 2, 123 -a ..., sic enim graece dicitur, duabus grandibus patula conchis; ... -a ... comprimit conchas. PLIN. nat. 9, 142 concharum generis et -a est; ... pandit se -a luminibus orbum corpus intus ... piscibus praebens (*inde* 1, 9, 66 de -a et pinotere). **2** *vario respectu*: PLIN. nat. 9, 115 in Acarnania, quae vocatur -a, gignit *margaritam.* 32, 150 (*inter animalia maris*) pectunculi, purpurae, pegrides, -a, pinoteres *eqs.* (*in serie simili*: ORIBAS. syn. 4, 2, 4 Aa p. 6 lopades, pectines, -ae et omnia ostracoderma [La penne, *gr. πίνναι*]). EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 5 aurosam lanam maritimae nutriunt -ae (*gr. αἱ πίνναι, de lana v. Steier, loco cit., 788, 5 sqq.*).

deriv.: 1. pinarius. *M. H.*

pinacothēca, -ae *f., πινακοθήκη. dat. gr.* -e *fere pro abl. l. 24.*

i. q. πινακοθήκη, aedificium, in quo tabulae pictae collocantur (*privatum fere passim, sed publicum* PETRON., LEX; *comparantur opera privata et publica l. 26*): **1** *varia exempla*: VARRO rust. 1, 2, 10 cum huius *Stolonis* spectatum veniant villas, non, ut apud Lucullum, ut videant -as, sed oporothecas (*cf.* 1, 59, 2 [*antea*: quidam triclinium sternere *in oporotheca* solent] *concessit* luxuria ..., ut *id* in -e faciant, quod spectaculum datur ab arte). VITR. 6, 5, 2 faciunda sunt *nobilium* vestibula regalia ...; praeterea ⌊bibliothecas -as basilicas⌋ non dissimili modo quam publicorum operum magnificentia ⌊comparatas⌋ (⌊ ⌋ *nom. edd. plerique*; -as *om. pars codd.*). PETRON. 83, 1 in -am perveni vario genere tabularum mirabilem (*de eadem*: 83, 7. 93, 3). PLIN. nat. 35, 4 *divites* -as veteribus tabulis consuunt. 35, 148 pictores ..., quorum tabulae -as inplent. **2** *agitur de mensura vel dispositione*: VITR. 1, 2, 7 lumina capiuntur ... -is ... a septentrione (*cf.* 6, 4, 2. 6, 7, 3 in porticibus, quae ad septentrionem spectant, triclinia cyzicena et -as). 6, 3, 8 -ae ... amplis magnitudinibus sunt constituendae. **3** *agitur de officio tabularum curandarum*: LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234; *a. 153*) 2 ob memoriam Fl(avi) Apolloni, proc(uratoris) Aug(usti), qui fuit a -is. *Ebbeler.*

?**pinacterion:** megan GLOSS.⌊ I Ansil. PI 130. *obscurum.*

pīnālis, -e. *a* pinus (*cf.* abietalis). *ad pinum pertinens*: CASS. FEL. 48 p. 118, 8 admixto papavere trito et resina -i et pice (76 p. 186, 16 r. -is, quam pituinam dicunt. ISID. orig. 17, 7, 71 tertia *est r.* -is, quarum alia *πιτυΐνη*, alia *πευκίνη*).

1. pīnārius, -a, -um. *a* pina. *i. q. ad pinam pertinens* (*sive ad materiam conchae sive ad margaritam* [*cf. l. 12*]): EPIPHAN. Avell. 244, 13 (*de lapide smaragdo*) quendam ... antiquum artis -ae scientissimum et in huiusmodi lapidum peritia valde callentem (*Migne gr. 43, 296^{C} τεχνίτην ... πιναροποιόν*).

2. pinārius *pro* penarius *v. p. 1121, 69.*

[pinasin *obscurum.* ISID. orig. 16, 7, 8 iaspis de Graeco in Latinum viridis gemma interpretatur: ias ... viride, -in gemma dicitur (pinnarin GLOSS.⌊ I Ansil. PI 132).**]**

pīnastellus (-um), -ī *m.* (*n.*). *a* pinaster *deminutive, cf.* apiastellum, oleastellus (oleastellum). *nomen plantae* (*v. e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 199*): PS. APVL. herb. 95 l. 10 a Graecis dicitur peucedanon, Itali -um, alii satanaria *dicunt* (sanataria *cod. unus, unde Wellmann restit.* DIOSC. gr. Vind. 3, 78 *Ῥωμαῖοι πιναστέλλουμ, οἱ δὲ σα⟨να⟩τάριαμ*).

pīnaster, -trī *m.* (*sed fem. l. 62 et fort. l. 59*). *a* pinus. *significatur genus pinūs* (*v. e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 199*): PLIN. nat. 14, 127 *pix* fit e piceae resina, in Hispania ... e -is minime laudata; est enim resina earum (*sc. arborum?*) amara *eqs.* 15, 36 quartum *genus nucis* pitydia vocant e -is (-eis *codd. rec.; antea*: e picea sativa). 16, 38 pinus atque -r folium habent *tale eqs.* 16, 39 -r nihil est aliud quam pinus silvestris minor altitudine et a medio ramosa, sicut pinus in vertice *eqs.* (*inde* 1, 16, 17 *de* -o). 16, 80 folia non decidunt ... -o.

deriv.: pinastellus. *M. H.*

pinax, -acis *m., πίναξ. scribitur* pen- *in cod. vet.* ANTH. 3, 5 *et hic illic in codd. medii aevi, e. g.* CASSIOD. inst. 1, 25, 2 *et in* GLOSS. *genus fem. trad. p. 2152, 30. formae decl. primae traduntur p. 2152, 22 et in* GLOSS. (*v. p. 2152, 27*); *acc. gr.* -a *e coni. p. 2152, 21, gen. plur.* -*ων p. 2152, 8. de prosodia*: -āc- *testatur* SERV. Aen. 11, 487, *sed* -ăc- *sec. gr.* ANTH. 3, 5. *legitur in oratione soluta singulis locis apud* VITR., PLIN. nat., SVET. *et saepius inde a saec. III; in versibus non nisi* ANTH. 3, 5. [*corruptum vel obscurum est* GLOSS. -x: dignitas.]

i. q. πίναξ: **1** *significatur tabula*: **a** *quae pars operis fabrilis est* (*non nisi de parte organi hydraulici*): VITR. 10, 8, 3 quae *nares* sunt in tabula summa, quae tabula graece -ξ dicitur (-ξ *edd., litt. lat. codd.*).

b *quae continet scripturam vel picturam* (*metonymice de argumentis librorum sub α et β*): **α** *indices sim.* (*passim est descriptio libri, titulus praeter l. 13 [cf. l. 28]; notio picturae sim. subest* CASSIOD. inst. *et fort.* PLIN.): PLIN. nat. praef. 24 inscriptionis apud Graecos mira felicitas: ... *λειμών, -ξ, σχεδίων* (*postea*: at cum intraveris, ... quam nihil ... invenies!). SVET. gramm. 6, 4 *Aurelii Opilli libellus,* qui inscribitur -x. CHAR. gramm. p. 170, 26 (*e Romano*) 'iugeris' Ateius Philologus -*ων libro* III. CASSIOD. inst. 1, 25, 2 -em, *i. alterum titulum periegeseos,* Dionisii discite ..., ut quod auribus in supradicto libro *Iulii Oratoris* percipitis, paene oculis intuentibus videre possitis (*nota lusum nominum 'Oratoris' et -is, ne depictionem orbis periegesi subiectam intellegas, ut e. g. Kubitschek, RE X 2124, 7 sqq.*). in psalm. praef. l. 44 *psalterium,* favus interioris hominis, -x spiritalium personarum. **β** *tabulas computationum sim.: de computatione paschali*: PS. CYPR. pasch. 4 in ipso -e a nobis composito nullus annus fallere invenietur. 7 tertius ... annus in -e. 18 a primo -is versu diligenter dinumeremus, et ad diem nativitatis eius perveniemus. PS. NICET. pasch. 5 p. 106, 12 hanc conclusionem in -e constituto a maioribus invenimus (*sim.* MART. BRAC. pasch. 9 l. 132, *qui pergit* l. 134 cuius -is constituendi quae fuerit ratio, ... ediximus). *al. de figura astrologica sim.*: IVL. VAL. 1, 3 tabulas promit *mathematicus,* quas peritiae huiusce docti ⌊-a⌋ nominaverunt (⌊ ⌋ *Rosellini,* -am *trad.; gr. l, 4, 5 πίνακα*). *ibid. miratur* Olympias -is illius opulentiam. FRG. Bob. gramm. VII 544, 20 formidatam tabellam: -em (*spectat ad Iuv. 6, 558; cf. Schol. Iuv. recc. ad l., e. g. L* -em mathematici dicunt vel orbiculum, ubi astra componunt). **γ** *varias picturas* (GLOSS. -es: dicuntur imagines mire depictae, id est tabulae marmoreae aequales [*seq. l. 33*]. GLOSS. IV 350, 50 imago: igonisma, -ae. 375, 14 [*sim.* 270, 42] -cae: imago pulcherrima. *cf. l. 4. 20*): *titulus libri, in quo pictura quaedam describitur*: TERT. praescr. 39 l. 12 -em Cebetis. *exempla cetera*: MART. CAP. 2, 174 *Themis* caelatum (-tam *codd. plerique*) ... ex hebeno -em ... afferebat. ANTH. 3, 5 (*saec. V ex.*) -es circo subiuncximus atque scenam euripo extulimus (*sunt qui ad a trahant*).

2 *significatur catinus*: GLOSS. (*antea l. 26*) item -es genera vasorum sunt. GLOSS. III 324, 66 -ξ: catinus, ⌊-x⌋ (*add. man. sec.*).

cf. Onom. *Ebbeler.*

[pinca *v. Veg. mil. 4, 37, 3 app. crit. Önnerfors et supra p. 2074, 41 sqq.***]**

pincerna, -ae *m.* [*e gr. sumptum*: *πιγκέρνης compositum e π(ι)εῖν et * -κιρνης 'potionem miscens' in pap. traditum est.* -cern- *potest explicari et e gr., sc. per* e *litteram in κερ-άννυμι obviam, et e lat., sc. coll. vocibus q. s.* verna *sim., cum* -irn- *in lat. vid. rarum esse. v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 201; Georgacas, Glotta 31, 1951, 232. Fo.*] GLOSS.⌊ V Aa P 750 pocillator: -a. GLOSS. V 423, 24 vini fusor: -a. 615, 20 a caliculis est -a (*item* GLOSS. Vatic. Reg. 203, 33). *al. legitur in oratione soluta inde a saec. IV.* [*var. it. dial.; cf. Faré, Postille 6508b. St.*]

i. q. minister vini, servus a cyatho (*gr. respondet οἰνοχόος; iuxta ponitur* minister vini *l. 63; pendet gen.* vini *l. 65,* convivii *l. 59*): **1** *de eis, qui ministrant in aula, convivio sim. regis, imperatoris sim.* (*Romani non nisi l. 60. 66* [*cf. l. 50*]): **a** *Pharaonis: sing., sc. de magistro vinariorum gen. 40, 1 sqq.* (*cf.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 59, 20 principem vinariorum ..., quem nos possumus more vulgi vocare -am; ... aput reges barbaros usque hodie maximae dignitatis *est* ... regi poculum porrexisse): AMBROSIAST. in Rom. 3, 20, 3 -a et pistor Pharaonis (5, 13, 1). VVLG. gen. 40, 1 duo eunuchi, -a regis Aegypti et pistor (VEREC. in cant. 2, 33 l. 5 GREG. M. moral. 35, 48 l. 33. *cf. l. 62. 66*). *plur., sc. de eis, quibus ille praeerat*: VVLG. gen. 40, 2 -is praeerat. 40, 9 praepositus -arum (40, 23). 40, 20 magistri -arum (41, 9. CAES. AREL. serm. 91, 5 *bis*). HESYCH. in lev. 19, 12 p. 1024^{D} ad principem -arum (*cf. infra l. 75 sq.*). **b** *variorum*: PASS. Thom. 8 -a increpans apostolum (*de eodem in nuptiis filiae regis ministro: ibid.* 9. PS. GREG. TVR. Thom. 8 -a convivii. *ibid. iterum.* 9). HIST. AVG. Alex. 41, 3 fullones ... et pistores et -ae ⟨et⟩ omnes castrenses ministri. HIER. in Dan. 9, 24 l. 162 (*de Nehemia Artaxerxis -a ut*: VVLG. II Esdr. 1, 11 -a regis [CHRON. Alex. chron. I p. 129, 313]). in Is. 1, 1, 22 l. 25 -as ... et ministros vini (*sc. Salomonis ut*: VVLG. III reg. 10, 5 ordinem ministrantium ... et -as. II par. 9, 4. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 95, 28 -as vini in ministerio regis). RVFIN. hist. 10, 9 p. 972, 16. PASS. Paul. 2 quidam Patroclus, deliciosus et -a regis (*sc. Neronis ut*: frg. 1 -a Caesaris).

2 *cetera exempla*: SCHOL. Hor. carm. 3, 19, 9 ('da ..., da, puer') puerum -am adloquitur. epod. 13, 6. SCHOL. Iuv. 5, 59 ('Gaetulum Ganymedem') Maurum -am. PS. ASCON. Verr. p. 241, 6. AMBR. Hel. 13, 48 -arum ... vina fundentium. EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 188 artificum -arum. GREG. TVR. Franc. 2, 23 p. 69, 2 -a poculum oblaturus (*in epulo cuiusdam presbyteri ut* 5, 46). Iul. 16 vit. patr. 7, 2. REGVLA Paul. Steph. 21 nulli liceat -arum calicem sic implere, ut transfundat. INSCR. christ. urb. Rom. 18426 Antiloco -ae. CIL XI 5436 ser(vus) ⟨pin⟩cerna

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

princ(eps). *de militibus crucifixo acetum offerentibus (sec. e. g. Matth. 27, 48)*: Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 68 acetum et fel Christi degustaverunt labia non tali digna potatione a -is impiis.

deriv.: pincernarium, pincerno.

pincernārium, -ī *n.* *a* pincerna. *i. q. vas quoddam, quo pincerna utitur*: Gloss. II 597, 10 vinoforum: -um.

pincerno, -āre (*an* -or, -ārī? *cf. Flobert, Verbes dépon., 1975, 173, qui confert* novercor *Sidon. epist. 7, 14, 3*). *a* pincerna. *i. q. poculum ministrare, ad bibendum invitare, pellicere*: Ven. Fort. epist. (carm. 5, 1) 3 *epistula,* ut ita dixerim, quasi Falerni nobilis ipso me prius odore -ante supplevit. *Reineke.*

pinct- *v.* pict-.

pindae pinnae dictae sunt ⌞a pendendo⌟ (*cf. p. 1083, 40sq.*), sed usus obtinuit ut pinna⟨e⟩ dicantur Gloss. V 608, 32. *vox veriloquio ficta.*

pindo, -ere *v.* 1. pinso. *N. H.*

pīnea, -ae *f. v.* pineus (*v. l. 57. 71. p. 2154, 30*).

pīnētum, -ī *n.* *a* pinus, *cf. e. g.* ficetum, olivetum (*item* Porph. Hor. carm. 1, 22, 14. 2, 9, 6 sq. Schol. Hor. carm. 2, 9, 7). *de notione*: Diff. Suet. p. 282, 12 oliva arbor, multitudo vero dicitur olivetum, ut querquetum, -um. Gloss. *στροβιλεών.* [*it.* pineta; *raet. or.* pinede; *francog. vet.* pinoie; *prov. vet.* pineda *et var. prov.; cat.* pineda. *cf. M.-L. 6510. Battisti-Alessio IV 2927. St.*]

i. q. silva pinuum (fere naturalis praeter fort. l. 28sq.): plur.: Prop. 2, 34, 67 umbrosi subter -a Galaesi. Ov. epist. 16, 107 Troica caeduntur Phrygia -a securi (fast. 4, 273). met. 1, 217 gelidi -a Lycaei. 15, 604 murmura -is fiunt *vento.* fast. 2, 275 cincta ... -is nemoris iuga Nonacrini. Pallad. 3, 25, 33 frigidis vel umectis locis *Februario* ... poterunt -a seminari. Ps. Avg. serm. 170, 1 (*in allegoria*) depictus est ille resurrectionis hortus ... sanctorum cedris, botris prophetarum, -is cum palmatis. *sing.*: Plin. nat. 27, 66 *planta quaedam* in -o ... nascitur.

cf. Onom. *M. H.*

⁂**pīneus,** -a, -um. *a* pinus. *scribitur* pinae Edict. imp. Diocl. 12, 9 L. (*sed* pineae *lapis alter, v.* suppl. p. 300 L.). Gloss. II 438, 62 *στροβιλεινόν*: pine[t]um. *legitur inde a* Catone, Varrone, Catvllo, Lvcr., Verg., *frequentant poetae et artium scriptores* (*e. g.* Cels. *24ies*, Colvm. *13ies*, Plin. *31ies*). [*var. it. dial.; prov. vet.* pinhe, pinha *et var. prov., vasc.; cat.* pinya; *hisp.* piña; *port.* pinha, pinho. *cf. M.-L. 6511. Wartburg VIII 520sqq. Corominas*[2] *IV 556. Machado*[3] *IV 367sq. St.*]

I *usu sollemni i. q. ad pinum pertinens*: **A** *de rebus e pinu confectis vel materia ad aedificandum apta*: Cato agr. 18, 8 arbores *torcularii* stipites robustas facito aut -as. 31, 2 ulmeam, -am, nuceam ... materiem ... cum effodies, luna decrescente eximito **(**[*inde* Plin. nat. 16, 193]. Edict. imp. Diocl. 12, 9 L. eadem praetia ... materiae -ae sun⟨t pr⟩aestituta**)**. Varro Men. 191 quae noctu fieri initia ... -a faxs indicat (Clavd. Don. Aen. 9, 520 p. 257, 28). Catvll. 61, 15 -am quate taedam (Ov. epist. 12, 34 fast. 2, 558. *cf.* Colvm. 5, 10, 17 [= arb. 24] cuneum -um taedae). 64, 10 -a coniungens ... texta carinae (*item in nave*: Ov. met. 14, 530 fast. 1, 506 trist. 1, 4, 9). Lvcr. 4, 587 Pan -a ... capitis velamina quassans. Verg. Aen. 2, 258 -a ... laxat claustra *equi* Sinon. Prop. 4, 6, 20 stetit aequore moles -a *classis.* Ov. fast. 2, 28 februa poscenti *flaminicae* -a virga data est. Plin. nat. 15, 36 -a corona victores apud Isthmum coronantur. 33, 94 -is optume lignis aes ferrumque funditur **(**Vet. Lat. II par. 2, 8 [cod. 91. *al., sim.* Vvlg.; *gr. πεύκινα*]. Clavd. Don. Aen. 10, 230 p. 324, 1. *al.***)**. Stat. Theb. 2, 619 -a nodosae quassabat *miles* robora clavae. 4, 155 -us armat *Tirynthios* stipes. 4, 458 superat ... agger in auras -us. Mart. 9, 75, 4 non silice ... Tucca balneum fecit, sed ... -a ... compage. *?fem. pro subst.* -a, *i. q. vas quoddam e pinu confectum*: Rvf. podagr. 8 *vaporationem facimus* cum -a intrabuttea, ut exitu circumdato et cum sarmentis -a calefacta sublato igne intus desudent (tinea [*'i. tina'*] *utroque loco Hiltbrunner, vol. VII 2, 44, 63sq.*).

B *de arbore eiusve partibus*: **1** *de fructu*: **a** nux -a: *adi.*: Cato agr. 48, 3 n. -as ... serito. Colvm. 5, 10, 14 (= arb. 22, 3; *antea*: nucem ... avellanam abscondito) eodem tempore iuglandem et -am et castaneam serere oportet. 7, 8, 6 nonnulli ... virides -as n. in mulctram demittunt. *al.* Plin. nat. 2, 161 intervenit sententia ... inaequali globo, ut si sit figura -ae n., nihilominus terram undique incoli **(***item in comparatione formae* [*cf. C3*]: Avien. orb. terr. 405 quali nux -a forma est, ... talis succedet imago Europae et Libyae [*gr. 277 κώνου*]**)**. 6, 205. 15, 86 n. iuglandes ... multum -is minores. *al.* Mart. 13, 25 tit. Fronto p. 153, 12 (*in imag.*) eloquentiam ... partim -is n. Catonis, partim Senecae ... prunuleis insitam. *al.* *fem. pro subst.* (*vix addas locos, ubi* nux *facile e contextu suppletur, e. g. l. 63. 69; cf. p. 2154, 28. 30*): Garg. Mart. med. 58 -ae cum resina ... tunsae. Hist. Avg. Comm. 9, 6 Isiacos ... -is usque ad perniciem pectus tundere cogebat. Heliog. 19, 5. Pelagon. 98 -am unam comburito. Ps. Apvl. herb. app. 36 l. 3 cum -ae nucleis (Plin. phys. Bamb. 44, 2. 62, 4). *al.* **b** *aliae iuncturae*: Varro Men. 581 in cena ponantur *bulbi,* sed et cum nucleis -is (Cels. 2, 22, 1. 2, 24, 3. *al.* Colvm. 12, 57, 2 n. -os quam recentissimos ... *iuri* adicito. *al.* Scrib. Larg. 142 fiunt collyria magnitudinis n. -orum. 143. *al.; cf.* nuclipineus). Pallad. 12, 7, 11 aliqui dicunt fructum -um translatione mitescere.

2 *varia exempla*: Corn. Sev. carm. frg. 10 -a frondosi coma murmurat Appennini (Avson. 27, 21 [418 S.], 14). Cels. 5, 4 resina terebinthina et -a (5, 18, 22. *et saepius.* Plin. nat. 24, 33. 36. Gloss. r. -a: larice. *al.*). 6, 9, 3 *portio* -i corticis (Colvm. 6, 16, 2 axungia ... cum ... c. -o ... *cornibus* imponitur. Plin. nat. 24, 38 *pix* cum -o c. *purgat ulcera.* 29, 50. *al.*). Colvm. 2, 2, 11 *ut* -is ... frondibus terra contegatur. Plin. nat. 3, 76 insulae ... Pityussae Graecis dictae a frutice -o. 34, 121 misy ... fieri ... flore eius luteo miscente se ligni -ae favillae. 37, 42 nascitur *sucinum* ... defluente medulla -i generis arboribus (*sim.* 37, 43). Sept. Ser. carm. frg. 11 -a brachia cum trepidant, audio canticulum zephyri. Firm. err. 27, 1 in sacris frygiis ... arbor -a caeditur (*ibid.* de -a a. caeditur truncus. Clavd. Don. Aen. 4, 250 p. 387, 7. *al.*). Evstath. Basil. hex. 9, 3, 9 vulpis ... deprehensa est suco -o sibimet remedium contulisse (*gr. πίτυος*).

C *de rebus variis*: **1** *quae pinibus plenae sunt, constant*: Verg. Aen. 9, 85 -a silva mihi *Cybelae* multos dilecta per annos (Calp. ecl. 1, 9 graciles ubi -a denset s. comas. Sil. 1, 206. *al.*). 11, 320 celsi plaga -a montis (*cf.* Val. Fl. 2, 633 iuga -a montis. 3, 521). Avson. 24, 102 (296, 5 S.) confinia ... ninguida Pyrenes et -a Cebennarum. Prvd. perist. 10, 196 an ad Cybebes ibo lucum -um? **2** *quae pinu efficiuntur*: Verg. Aen. 11, 786 -us ardor acervo pascitur. Plin. nat. 37, 43 -us in adtritu odor *sucini.* Rvt. Nam. 1, 284 -a ... extremis fluctuat umbra fretis. **3** *quae nuci -ae similes sunt*: Colvm. 10, 239 nunc adaperta manet *cinara,* nunc -a vertice pungit.

II *usu deflexo adhibetur in appellatione turbinis, non nisi in interpretatione prava vocis στρόβιλος*: *fem. pro subst.* (*cf. p. 2153, 71*): Apvl. mund. 12 p. 317 vertex ille est, vel, uti dicitur, -a[s], cum torquetur humus arida et ab infimo erigitur ad summum (*gr. 395a7*). *adi.*: Evstath. Basil. hex. 5, 10, 2 turbo -us ictu prioris verberis incitatus curvatis spatiis gyros explicat.

compos.: nuclipineus. *Rzepiela.*

⁂**pingo,** pīnxī, pictum, -ere. [*aliae linguae indogerm. exhibent radicem* *piḱ *in verbis ornandi, pingendi, scribendi: vet. ind.* piś; *vet. pers.* piϑ; *slav.* pьsati; *lit.* piešti; *quibus fort. addi potest tochar.* pik; *cf. etiam gr. ποικίλος. cum vet. ind.* (piṃśáti) *et tochar.* (piṅkeṃ) *litteram nasalem exhibeant ita ut lat.* pi-n-g- *in tempore praesenti, eam priscam esse videmus; latine quidem exspectes* *pink-, *sed cum talia praesentia qualia* vincere *rara sint, pro* *pink- *postea substitutum est* ping- *sec.* fing-o, *quocum saepe coniunctum est, cf. l. 66, v. W. Schulze, Kl. Schr. 1933, 260sq.; aliter explicant, sc. duobus radicibus indogerm.* *pig *et* *piḱ, *Walde-Hofmann II 305sq., Ernout-Meillet, Dict.* [4]*1959, 508a. al. Fo.*] *scribitur perf.* -nxs- CIL I[2] 776, -ncs- CIL VIII 724 (*saec. III*), *ceterum* -ncx- *hic illic in codd. medii aevi, ita ut praes.* -ngu-. *notatur* ping CIL I[2] 765 (*a. 55 a. Chr.*). Not. Tir. 66, 10 -it. 11 -xit. 12 -tum. *de genere et formis*: *deponens testari videtur* Char. gramm. p. 467, 16 (*inter* verba activa, quae passiva voce ... efferuntur), *apud auctores nusquam invenimus, sed mediopassive p. 2156, 39. 53; potius de usu praes. pro perf., quam de perf.* -git *cogites p. 2158, 48sq.; p. p. p. gen. fem. sing.* pictai Verg. Aen. 9, 26. *de notione*: Schol. Iuv. 3, 66 -ta: speciosa. Gloss. -o: *ζωγραφῶ.* -it: faethit (*anglosax.*). -tis: ornatis. *al.* *legitur (maxime p. p. p.) in versibus inde a* Naev., Plavto, Enn., *in oratione soluta in inscriptionibus liberae rei publicae et inde a* Varrone, Cic., Sall., *deest e. g.* Catvllo, Caes. [*dalm.* piandro; *it.* pingere; *raet. or.* pénzi; *francog.* peindre; *port. vet.* penher *et var. francoprov., prov. cf. M.-L. 6512. Battisti-Alessio IV 2927. Wartburg VIII 522sqq. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* fingere Plin. nat. 22, 12. 36, 189 Prvd. cath. 12, 184. *al.* (*restit.* Plin. nat. 35, 30, *in falsa var. l.* Manil. 1, 455 Opt. Porf. carm. 10, 9 Cypr. Gall. gen. 16, *dub. trad.* Plin. nat. 34, 83 Apvl. Socr. 7 p. 136), cingere Colvm. 10, 257 Mart. 2, 29, 8. 9, 76, 4. *al.* (*e coni. dub.* Calp. ecl. 2, 32), pangere Schol. Opt. Porf. carm. 5, 7 (*dub. trad. p. 2158, 28. 53; in falsa var. l. e. g.* Colvm. arb. 3, 3); *loco corrupto*: Plavt. Stich. 354.]

i. q. ζωγραφεῖν **(***saepe iuxtaponitur vel distinguitur* fingere, *e. g.* Varro ling. 10, 31 *et p. 2155, 11. 37. 41. 2158, 37* [*accedunt etiam alia verba e. g. p. 2156, 38 et* Cic. nat. deor. 2, 145 -tis, fictis caelatisque]; *modus -endi indicatur per abl. instr. e. g. p. 2155, l. 2156, 7. 2158, 44sqq., adi. p. 2155, 56***)**. **I** *-untur quae oculis percipiuntur*: **A** *c. obi., quod significat*: **1** *id quod -endo efficitur*: **a** *strictius, -itur signum corporeum arte humana per lineas vel colores*: **α** *obi. indicat id quod pictura redditur, repraesentatur*: Ⓘ *pro obi. est subst. vel pron. acc. solum*: Ⓐ *modo sollemni, sc. coloribus, pigmentis in tabula, pariete sim.* (*in capite hominis p. 2155, 19; exempla inde ab* Ov. *selecta*):

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Naev. com. 102 lares ludentis peni -xit bubulo. Plavt. Merc. 313 si umquam vidistis -tum amatorem, em illic est. Most. 839 avem. Varro Men. 280 astrologi non sunt, qui conscribillarunt -entes caelum? (*nisi ad 2aβ*). 534 in medio ⟨p⟩inges orbem terrae (*cf.* Prop. 4, 3, 37 -tos ... mundos). ling. 7, 17. 7, 57 equites -tos. rust. 1, 2, 1 in pariete -tam Italiam. Cic. inv. 2, 2 -o id, quod pollicitus sum vobis. Verr. II 4, 122 pugna erat ... in tabulis -ta (Plin. nat. 1, 35, 33 gladiatorum p. *cf. e. g.* Hor. sat. 2, 7, 98 proelia [Plin. nat. 35, 57. *al.*]. Sen. contr. 10, 5, 8 bellum [10, 5, 23]). 4, 135 Venerem marmoream *Cnidiorum,* ... -tam *Coorum* (Plin. nat. 35, 87 Mart. 5, 40, 1). fam. 5, 12, 7 Alexander ... ab Apelle potissimum -i et a Lysippo fingi volebat (*sim. de Alexandro*: Hor. epist. 2, 1, 240 edicto vetuit ne quis se praeter Apellen -ret. Val. Max. 8, 11 ext. 2 Plin. nat. 7, 125. *al.*). *al.* Hor. ars 21 fractis enatat exspes navibus, aere dato qui -itur. Prop. 3, 8, 16 in tabula -ta puella. *al.* Val. Max. 8, 11 ext. 4 canis (Petron. 29, 1 c. ingens, catena vinctus, in pariete erat -tus superque ... scriptum 'cave canem'. 72, 7 -tum timueram c.). Pers. 1, 113 duos anguis. Plin. nat. 35, 65 linteum -tum ita veritate repraesentata, ut Zeuxis *falleretur.* Mart. 4, 47, 1 encaustus Phaethon tabula tibi -tus in hac est. 6, 57, 2 tegitur -tis sordida calva comis. Tert. adv. Val. 19, 2 mulum de asino -ere. Avg. civ. 4, 23 p. 176, 9 carere non potest fame, qui panem -tum lingit. *al.* Ⓑ *alio modo*: Ciris 31 *in peplo* horrida sanguineo -untur proelia cocco (*item de picturis intextis*: Ov. met. 6, 71 Pallas scopulum Mavortis ... -it. Petron. 40, 1 *toralia,* in quibus retia erant -ta. Clavd. rapt. Pros. 1, 266 *Proserpina* patrui -it sacraria Ditis). Tib. 1, 10, 32 *potest miles* in mensa -ere castra mero (Ov. epist. 1, 32 -it ... exiguo Pergama tota m.). Lact. inst. 2, 5, 19 astrorum figuras in ... aere -tas effictasque. Opt. Porf. carm. 4, 7 *Constantini* vicennia -ta (*de figura versibus intexta, ut* 5, 8). Hist. Avg. Pesc. 6, 8 *quendam* -tum de musi(v)o ... videmus (*cf.* Avg. civ. 16, 8 p. 135, 24 hominum genera, quae in maritima platea Carthaginis musivo -ta sunt).

Ⓘⓘ *obi. illustratur additamentis, quae indicant, qua condicione vel quo loco vel quid faciens aliquis -atur*: Ⓐ *enunt. relat.* (*cf. p. 2156, 75*): Plavt. Capt. 998 vidi ego multa saepe -ta, quae Acherunti fierent cruciamenta. Sen. contr. 10, 5, 28 -e Triptolemum, qui iunctis draconibus sulcavit auras. Lvx. anth. 325 tit. de Romulo -to, ubi in muris fratrem occidit. *obi. subintellegatur ex enunt. relat.*: Plavt. Asin. 174 neque fictum usquamst neque -tum ..., ubi lena bene agat cum ... amante (Most. 832 viden -tum, ubi ludificat cornix una volturios duos?). Ⓑ *nomine praedicativo (accedit* ut *l. 57): part. praes.* (*fut. l. 46*): Cic. nat. deor. 1, 78 qualis ille maritimus Triton -itur, natantibus invehens beluis. Pavl. Fest. p. 123 quod *Minerva* fingatur -aturque minitans armis. Sen. contr. 10, 5, 7 -e Promethea, sed homines facientem. 10, 5, 27 traditur ... Zeuxin ... -xisse puerum uvam tenentem (*sim.* Plin. nat. 35, 66). Plin. nat. 25, 42 *Achilles* -itur ex cuspide decutiens eam *aeruginem* gladio in vulnus Telephi (*sim.* 34, 152). 35, 136 palliati, quos dicturos -xit, alterum stantem, alterum sedentem. *al.* Cypr. idol. 2 *Saturnus* ferens falcem -itur. *al.* *cetera exempla* (*addas l. 59*): Prop. 2, 12, 1 ille ..., puerum qui -xit Amorem. Ov. am. 3, 2, 31 talia -untur succinctae crura Dianae, cum sequitur ... feras. met. 6, 93 *Pallas* -xit ... Antigonen ausam contendere quondam cum *Iunone.* 10, 516 qualia ... corpora nudorum tabula -untur Amorum, talis erat *Adonis.* Priap. 39, 3 formosus ... -itur Lyaeus. Sen. contr. 10, 5, 25 volui -ere iratum proditori suo Iovem. Sen. apocol. 9, 3. Plin. nat. 35, 17 Atalante et Helena ... -tae sunt nudae (35, 86. *al.*). 35, 73 cum maestos -xisset omnes (*sim.* Qvint. inst. 2, 13, 13 cum ... -xisset tristem Calchantem, *eqs.*). 35, 126 cum longitudinem bovis ostendi vellet *Pausias,* adversum eum -xit, non traversum. Hist. Avg. Heliog. 30, 1 -xit se ut coppedinarium. Ⓒ *aliis additamentis*: Fest. p. 209 *duces* triumphantes ita (*sc. in toga purpurea*) -ti sunt. Sen. contr. 10, 5, 6 -e Philippum crure debili, oculo effosso, iugulo fracto, per tot damna a dis immortalibus tortum. 10, 5, 7 (*antea l. 42*) -e, sed inter munera potius quam inter tormenta. Sen. nat. 1, 16, 5 *hominem impurum* in ipso habitu *stuprum patiendi* -i. Pers. 1, 89 *nautam* fracta ... in trabe -tum. Plin. nat. 35, 114 *quendam* nomine Gryllum deridiculi habitus -xit. 35, 119 deas -ens, sed dilectarum imagine. *al.*

ⓘⓘⓘ *pro obi. sunt struct. verbales* (*cf. part. praes. l. 39*): Ⓐ *nom. c. inf.*: Ov. am. 1, 14, 34 *comae,* quas ... Dione -itur umenti sustinuisse manu. Fvlg. myth. 1, 4 *Neptunus* tridentem ... ferre -itur. 2, 1 (*de Venere*) conca ... marina portari -itur. Ⓑ *acc. c. inf.*: Plin. nat. 35, 142 *quidam* asellum ... bibentem ... -xit ..., (*144*) *alius* ab Oreste matrem ... interfici. Lvx. anth. 304 tit. se Fridamal aprum -xit occidere. Ⓒ *enunt. interrog.* (*vix addas l. 38*): Romvl. fab. 91, 6 rec. gall. si leo -ere nosset, saepe -tum videres, quomodo leo suffocasset hominem.

β *obi. indicat ipsum opus effectum* (*addere possis e. g. p. 2156, 75. 2157, 75*): Plavt. Epid. 624 estne *femina* consimilis quasi cum signum -tum pulchre aspexeris? (Merc. 315 Plin. nat. 35, 134. *aliter*: Veg. mil. 2, 18, 1 *milites* in scutis s. -bant [*cf. p. 2157, 19*]. Hier. vita Hilar. 29, 3 cum tria crucis signa -xisset in sabulo [*cf. l. 25*]). Cic. inv. 2, 1 Helenae -ere simulacrum velle dixit (Liv. 24, 16, 19 s. celebrati eius diei. 41, 28, 10). fam. 5, 12, 7 imaginem (Val. Max. 5, 4, ext. 1 Scrib. Larg. praef. 9 Petron. 30, 4. Plin. nat. 35, 147 *mulier quaedam* et penicillo -xit et cestro in ebore i. mulierum. *al.*). Ov. ars 2, 132 *Vlixes* virga ... quod rogat *Calypso,* in spisso litore -it opus. Vitr. 1, 2, 2 orthographia *aedificii* ... est erecta frontis imago modiceque -ta rationibus operis futuri figura. Plin. nat. 25, 8 effigies herbarum (CIL XIV 2410, 7 [*a. 158*]). 33, 117 cinnabari veteres ... monochromata -bant (35, 64). *al.* Mart. 9, 12, 3 *Earini* nomen, Acidalia meruit quod harundine -i. Fronto p. 133, 8 quid si *quis* Parrhasium versicolora -ere iuberet aut Apellen unicolora? *al.* *neutr. pro subst.* (*cf. l. 21*): Hil. trin. 7, 37 *num* exaequari possunt ... -ta vel sculpta vel fusa nativis?

b *laxius*: **α** *-itur figura quaelibet rebus naturalibus vel sine arte factis*: Plin. nat. 18, 268 *Canicula,* ut in astris -itur (*cf.* Avien. Arat. 477 tris latus atque armos aliae *stellae* pecori -xere). Hier. epist. 79, 6, 2 *filia* matrem mixta -it similitudine. Clavd. carm. min. 37, 5 ut ... -atur radiis obstantibus Iris *in crystallo.* Diosc. 4, 85 p. 47, 16 folia, quae circa radicem sunt, velut oculi ⌊-to⌋ habet in medio (⌊ ⌋ *pro* -tum? *gr. 4, 92 ὀφθαλμὸν ... περιγράφοντα*). Petr. Chrys. serm. 141, 2 quemadmodum *deus* sacri corporis in ... utero *Mariae* ... liniamenta -xerit. Serm. de innoc. rec. A (Anal. Bolland. 99, 1981, 137) l. 40 distillabat cruor in Bethleem, qui caelestem -ret Ierusalem. **β** *crux -itur motu vel habitu* (*cf. l. 3*): Hier. epist. 22, 37, 2 ad omnem actum, ad omnem incessum manus -at crucem (in Ezech. 9, 4 l. 527 *c.* Christianorum frontibus -itur. Max. Tavr. 38, 3 incessus hominis, cum manus levaverit, c. -it. Greg. Tvr. vit. patr. 11, 1 -it ... c. Christi adversus eum). 108, 28, 2 crucis signum -bat in labiis.

2 *id quod -endo ornatur, coloratur* (*cf. IIB; respectu coloris minus perspicuo e. g. p. 2157, 33. 68; plerumque animans pro subi., res ipsa colore ornans l. 59 sqq. et saepe sub b; quae pars ornetur, indicatur per acc. relat. e. g. l. 49. 68 sqq. p. 2158, 17; quid repraesentetur, indicatur per abl. l. 49. p. 2157, 7. 55. al., per acc. relat. l. 71*): **a** *arte vel actione humana* (*divina l. 58. 67. al.*): **α** *coloratur, ornatur homo* (*animal l. 56*): Ⓘ *pigmenti sim. usu* (*vel extrinsecus adhibiti vel sub cute, sc. acu, e. g. l. 43. 51*): Plavt. Poen. 221 numquam concessamus ... poliri expoliri, -i fingi. Lvcil. 265 ornor, expolior (expilor *trad.*), -or (expingor *Marx*). Verg. ecl. 6, 22 *Nais Sileno* sanguineis frontem moris et tempora -it (Serv. auct. bene '-it', non 'inquinat'). georg. 2, 115 -tos ... Gelonos ([Serv. stigmata habentes]. *cf.* Clavd. 3, 313 membra ... ferro gaudet -xisse Gelonus). Aen. 4, 146 -ti ... Agathyrsi ([Serv. non stigmata habentes, ... sed pulchri, hoc est cyanea coma placentes. Schol. Veron. -tos: stigmosos. Gloss.L I Ansil. pi 43 stemmatibus, *i. stigmatibus,* notati et inscripti]. Prisc. periheg. 302. *cf.* Mela 2, 10 Agathyrsi ora artusque -unt). Sen. epist. 79, 18 (*in imag.*) si se non exornavit et -xit, sed idem fuit, sive ex denuntiato videbatur, sive imparatus. Petron. 22, 1 ancilla ... non sentientis ... umeros ... sopi[ti]onibus -xit. Val. Fl. 2, 150 *Threissa* -ta manūs. Mart. 10, 22, 2 -tus sana labra cerussā. 14, 99, 1 -tis ... Britannis (*sim.* Clavd. 22, 248 *Britannia* ferro -ta genas). Ivv. 2, 94 -it ... oculos (Vvlg. Ier. 4, 30 cum ... -xeris stibio o. tuos). Hier. virg. Mar. 20 haec *mulier* ad speculum -itur. *al.* Ⓘⓘ *aliis modis* (*imprimis vestibus sim.*): Plavt. Epid. 626 (*pertinet ad poenam servo datam*) *me* Apella atque Zeuxis duo -ent pigmentis ulmeis. Ov. met. 2, 533 (*antea p. 2159, 48*) nuper -tis caeso pavonibus Argo. Sen. apocol. 12, 3 vers. 12 -ta ... Medi terga fugacis. Herc. f. 467 *Herculis* fulsit ... -tum veste Sidonia latus. Calp. ecl. 2, 32 mihi Flora comas pallenti gramine -it (cingit *Haupt*). Val. Fl. 5, 609 *gens* -ta pharetris. Mart. 2, 29, 8 coccina ... -it aluta pedem (cingit *var. l.; item de re ipsa colorante*: Cassiod. var. 8, 9, 3 -xit suras eius calceus iste Romanus. Ven. Fort. carm. 2, 2, 15 *infantis* crura stricta -it fascia [cingit *cod. unus*]. *adde l. 65*). 10, 6, 7 -ti tunica Nilotide Mauri. 10, 72, 7 -torum sola basiate regum. Tac. ann. 6, 34, 3 -ta auro Medorum agmina. Prvd. ham. 268 *os* yacinthis -ere sutilibus. perist. 3, 144 membra ... -ta cruore novo (Coripp. Ioh. 5, 325 c. madidus vestigia -it). Aster. ad Renat. l. 504 pedes -i potius quam muniri. Ps. Avg. serm. ed. Mai 1, 1 *Adam a deo* roboratur corpore, -itur specie, spiritu adimpletur. *accedit acc. relat.* (*quaedam pro mediopass. intellegere possis*): Verg. Aen. 7, 796 -ti scuta Labici. 9, 582 stabat ... -tus acu chlamydem (*inde* Avson. 18 [354 S.], 48). 11, 777 -tus acu tunicas. Sen. Ag. 217 *Amazon* -ta pharetras. Stat. Theb. 4, 267 inbelli parma -tus Calydonia matris proelia *Parthenopaeus.* 7, 657 -tae vincula plantae.

β *ornantur res* (*fere occurrit p. p. p.*): Ⓘ *probabiliter pigmenti usu* (*pigmentum ipsum pro subi. p. 2157, 27. 34*): Plavt. Men. 143 vidisti tabulam -tam in pariete, ubi aquila Catameitum raperet? ([*nisi ad 1aβ*].

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. Eun. 584. CIC. inv. 2, 1 *Zeuxis* complures t. -xit. S. Rosc. 133 -tarum t., ... signorum, ... marmoris [*item iuxta* signa: Verr. II 1, 45. *al.* VARRO rust. 3, 2, 5. *al.*]. *al.* HOR. epist. 1, 2, 52 PROP. 3, 21, 29 LIV. 38, 9, 13. *al.* SEN. dial. 9, 9, 6. PLIN. nat. 35, 118 qui t. -xere. *et persaepe; cf.* tabella: VERG. catal. 14, 5 HOR. sat. 1, 1, 72 epist. 2, 1, 97 TIB. 1, 3, 28. *al.*). ENN. ann. 86 quam mox emittat *carcer* -tis e faucibus currus (-tos *coni.*). AFRAN. com. 14 paries -tus putidus (PROP. 2, 6, 34 p. nullo crimine -tus erat. VAL. MAX. 8, 14, 6. PLIN. nat. 35, 123 -xit ... penicillo p. Thespiis. *al.*). LEX par. fac. Puteol. (CIL I² 698) 1, 17 insuper simas -tas ferro offigito. CIL I² 765 (*a. 55 a. Chr.*) aed(em) Herc(ulis) ... ping(endam) c(oeraverunt) (PLIN. nat. 35, 19 *Fabius* a. Salutis -xit. 35, 59. *al.*). CIC. Att. 4, 5, 3 bibliothecam mihi tui -xerunt cum structione et sittybis. INSCR. Année Épigr. 1975 n. 339 (*saec. I a. Chr.*) scaenam (VITR. 6, 2, 2 PLIN. nat. 35, 113). VERG. georg. 4, 289 phaselis (MART. 10, 30, 13 AVSON. Mos. 221. *item de navibus e. g.* VERG. Aen. 5, 663 puppis [HOR. carm. 1, 14, 14. OV. fast. 4, 275 -ta coloribus ustis ... p.]. 7, 431 carinas [8, 93 OV. met. 3, 639. 6, 511]. SEN. epist. 76, 13 navis [PLIN. nat. 35, 101]). Aen. 8, 588 armis (11, 660. 12, 281 PROP. 4, 4, 20. LIV. 7, 10, 7 -tis ... et auro caelatis refulgens a. *al.; cf. e. g.* LIV. 10, 39, 12 scuta [SERV. Aen. 7, 796 virorum fortium -ta erant s.]). catal. 14, 10 in morem -ta stabit Amor pharetra (OV. met. 2, 421. *al.*). LYGD. 1, 13 *ut* inter ⌊geminas⌋ -antur cornua *libelli* frontes ([⌊ ⌋ geminae *coni.*]. *cf.* MART. 3, 2, 9 *libelle,* licet ... -tis luxurieris umbilicis). PROP. 4, 3, 9 curru. OV. epist. 16, 114 accipit ... -tos puppis adunca deos (*nisi pertinet ad 1aα, ut fort. sim.* 16, 116 [*loq. Paris*] sponsor coniugii stat dea -ta [ficta *Palmer*]. trist. 1, 4, 8 -tos verberat unda deos). fast. 1, 11 fastos. PLIN. nat. 33, 88 (*de chrysocolla*) -itur ... antequam -at. 33, 131 *Aegyptus* -it ..., non caelat argentum. 35, 49 ne quis miretur et rogos -i. 36, 189 Agrippa ... figlinum opus encausto -xit. *al.* STAT. Theb. 10, 52 fores. MART. 14, 5, 2 nigra tibi niveum littera -at ebur (*item c. notione scribendi*: PRIAP. 16, 5 malum, quod littera -xit Aconti. TAB. Sulis 8 carta -ta persc⟨ripta⟩. SER. med. 982 charta ..., variis -xit quam littera verbis. AVSON. 27, 14b [396 S.], 51. RVRIC. epist. 2, 4, 2 ut prius paginam lacrimarum imbre perfunderem, quam stilo -rem). *al.* AVG. epist. 50 addimus rubricam, quae -at ruborem. *al.* Ⓘⓘ *filo et acu*: PACVV. trag. 46 metuo -ta de plaga *lecti* †pallam (palla plagam *Ribbeck, cf.* LIV. 27, 4, 10 pallam -tam). VARRO Men. 228 phrygio, qui pulvinar poterat -ere. frg. *v. p. 2158, 39.* CIC. Tusc. 5, 61 stragulo magnificis operibus -to (TIB. 1, 2, 79). Att. 1, 18, 6 Pompeius togulam illam -tam silentio tuetur suam (*cf.* toga -ta: SALL. hist. frg. 2, 70, 4. PROP. 4, 4, 53 te t. -ta decet. LIV. 10, 7, 9. 30, 15, 11. FEST. p. 209 -ta quae nunc t. dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura. LVCAN. 9, 177. *al.*). VERG. Aen. 1, 708 toris ... discumbere -tis (4, 206 OV. epist. 12, 30 MART. 14, 135 [136], 2. *al.*). 1, 711 -tum croceo velamen acantho (SIL. 16, 163). 4, 137 Sidoniam -to chlamydem *Dido* circumdata limbo (OV. met. 10, 593 STAT. Theb. 6, 367). 7, 252 purpura (STAT. Theb. 10, 60 variis ubi plurima floret p. -ta modis). 9, 26 -tai vestis (9, 614 -ta croco et fulgenti murice v. OV. met. 3, 556 -tis intextum v. aurum. *al.* SEN. Ag. 879. *et saepe; cf. p. 2158, 25*). OV. met. 8, 33 stratis insignia -tis terga ... equi. 14, 654 ille ... -ta redimitus tempora mitra (IVV. 3, 66). LIV. 1, 20, 4 tunicae ... -tae insigne dedit *Numa Saliis.* SEN. Thy. 664 de triumpho -ta barbarico chlamys (SERV. Aen. 3, 484 phrygiam c. aut acu -tam). PETRON. 83, 10 (vers.) vilis adulator -to iacet ebrius ostro. VAL. FL. 6, 227 SIL. 11, 401. MART. 8, 28, 17 Babylonos -ta superbae texta, Samiramia quae variantur acu. HIST. AVG. Heliog. 27, 4 -ta mantelia in mensam mittebat, his edulibus -ta, quae adponerentur. DRAC. Orest. 50 stamina purpureum -bant serica velum. *al.* Ⓘⓘⓘ *alio modo*: VERG. ecl. 2, 50 *Nais flores intexens* mollia luteola -it vaccinia calta (SERV. id est componit. *cf. p. 2158, 19*). PROP. 4, 10, 21 -ta ... inducto fulgebat parma pyropo. SEN. Phaedr. 46 -ta rubenti linea pinnā. STAT. Theb. 9, 699 -tum gemmis galeae iubar. silv. 1, 3, 55 varias ... -ta per artes gaudet humus. MART. epigr. 26, 2 *chorus Nereidum* vario faciles ordine -xit aquas (*cf. p. 2158, 16*). 9, 59, 17 viridis -to gemmas numeravit in auro. 10, 92, 7 *arae,* quas -xit agni saepe sanguis (*sim.* PETR. CHRYS. serm. 66, 6 sanie sua -xit micas tuas. SERM. de innoc. rec. A [Anal. Bolland. 99, 1981, 137] l. 20 sanguinolentus parvulus -bat terram manu. *cf. p. 2156, 65*). FRONTO p. 17, 21 omnis tunc imago *maiorum* patriciis -batur insignibus. PERVIG. Ven. 13 *Dione* gemmis purpurantem -it annum floridis (*cf. l. 74 sqq.*). OPT. PORF. carm. 3, 35 *pagina* -ta elementorum vario per musica textu. INSCR. Ber. Röm. Germ. Komm. 1929 n. 335 (*saec. IV; instrumentum ad notam pani imponendam*) ad pane(m) -ere utere felix. PRVD. cath. 5, 6 quamvis ... lunari ... polum lampade -xeris. PAVL. NOL. carm. 19, 420 lychni *basilicae* ... tenerum igniculis florentibus aethera -unt. PS. AVG. serm. Rev. Bénéd. 41, 1929 p. 199, 49 altare sertis mollibus. *al.*

b *modo naturali* (*saepe res ipsae aliquid colore afficiunt*):
α *-untur res*: CIC. Arat. 161 quae *signa caelestia* ... natura ... vario -xit distinguens lumine formas (*nisi ad 1aβ*). LVCR. 2, 375 concharum ... genus ... videmus -ere telluris gremium. 4, 311 *quaedam primordia* contage sua palloribus omnia -unt. 5, 1396 anni tempora -bant viridantis floribus herbas (*item ornatur terra sim. floribus*: DIRAE 21 *serta* purpureo campos quae -unt verna colore. COLVM. 10, 257 fetibus alma parens [*i. terra*] -i sua tempora gaudet [cingi *var. l.*]. MART. 2, 46, 1 florida per varios ... -itur Hybla colores. AVIEN. orb. terr. 1125 flore frequenti -xit terra sinus. *al., cf. quae sequuntur*). CVLEX 144 -unt ... aureolos viridi pallore corymbos *hederae* (*cf.* REPOS. 38 -unt purpureos candentia lilia flores. *cf. p. 2157, 57*). PROP. 4, 6, 26 armorum ... radiis -ta tremebat aqua (*cf. p. 2160, 2*). SEN. Med. 310 quibus *stellis* -itur aether (*item de stellis ornantibus sim.*: APVL. Socr. 2 p. 121. MAR. VICTOR. aleth. 1, 103 astra ... mundum -entia. *al.*). PLIN. nat. 22, 16 *natura* -xerat remedia in floribus. APVL. mund. 7 p. 303. PRVD. psych. 860 sardonicem -unt amethystina, -it iaspis sardium iuxta adpositum. PAVL. NOL. carm. 13, 24 vias vario plebs discolor agmine -it (*cf. p. 2157, 61*). *al.* **β** *-untur animantes*: OV. am. 1, 14, 52 *puella* ingenuas -ta rubore genas. LAVS Pis. 260 iuvenile decus mihi -ere malas *coepit* (*cf.* MART. 9, 76, 4 gaudebat ... suas -ere barba genas. OPT. PORF. carm. 28, 9 purpureus tibi flos vultum non -it). BVC. Eins. 1, 7 caper ille, nota frontem qui -itur alba. AVSON. 27, 1 (392 S.), 15 iricolor vario -xit quas *anates* pluma colore. CLAVD. carm. min. 27, 20 Tyrio -untur crura *phoenicis* veneno. rapt. Pros. 1, 184 -unt maculosa virentes terga notae *serpentis.*

3 *id quod rei ornandae additur, inseritur*: LVCAN. 2, 357 *torus* -to vestes discriminat auro (VAL. FL. 3, 10 vestes, quas ... -to Clite variaverat a. *per synecdochen de tota veste*: STAT. Ach. 1, 756 -to discumbitur a.). SIL. 14, 658 quae radio caelat Babylon, vel murice -to laeta Tyros.
?transfertur ad ornamentum naturale (*si recte trad.*): COLVM. 10, 96 -ite ... varios, terrestria sidera, flores (pangite *coni.*). ENNOD. carm. 1, 9, 149 *vilicus* -it violas, cythisos *eqs.*

B *sine obi.* (*quod hic illic facile e contextu suppleas*): PLAVT. Poen. 1272 o Apella, o Zeuxis pictor, cur numero estis mortui, hoc exemplo ut -retis? VARRO frg. Char. gramm. p. 161, 4 *Callicles non* in -endo ascendere potuit ad Euphranoris altitudinem (*item gerund.*: CIC. de orat. 2, 38 si de -endo pictor aliquis diserte scripserit. nat. deor. 2, 150. PLIN. nat. 35, 149 encausto -endi duo fuere antiquitus genera. *al.* QVINT. inst. 12, 10, 6. SVET. Nero 52 -endi fingendique ... studium. APVL. Socr. 21 p. 169. *al.*). frg. Non. p. 162, 22 nulla, quae non didicit -ere, potest bene iudicare quid sit bene -tum plumario aut textore in pulvinaribus plagulis (*item inf.*: CIC. de orat. 1, 73 utrum sciant -ere an nesciant. Brut. 257 SEN. epist. 9, 7 PLIN. nat. 33, 160. *al.* QVINT. inst. 3, 9, 9 TAC. ann. 13, 3, 3. SEPT. SER. carm. frg. 21 -ere conlibitum est: graphidem date. *al.*). CIC. top. 62 Tusc. 1, 4. HOR. epist. 2, 1, 32 -imus atque psallimus. OV. met. 6, 23 *Arachne* -bat acu (*item c. abl. instr.*: PLIN. nat. 35, 3 coepimus et lapide -ere [*sc. opere musivo*]. 35, 122 ceris -ere ac picturam inurere. *al.*). SEN. contr. 10, 5, 6. 9. SEN. epist. 9, 7 ipsa fruebatur arte cum -ret. PETRON. 46, 4 libentissime -it. CIL IV 7535 Lucius -xit (*item in inscriptionibus*: INSCR. pariet. Palat. I 304 -it Zozzo. Année Épigr. 1961 n. 202 [*ex Africa; saec. V?*] Sabinianus Senurianus -it et pavimentavit. *al.*). *al.*

II *-untur, quae mente, intellectu sim. percipiuntur (saepe vigente imagine); c. obi. quod significat*: **A** *id quod quasi -endo redditur, repraesentatur, efficitur*: **1** *-it, qui verbis describit*: ENN. frg. var. 16 *Ennius* vestrum -xit maxima facta patrum (panxit *coni., v. p. 205, 45 sq.*). CIC. ad Q. fr. 2, 14, 2 *Britanniam* -am coloribus tuis, penicillo meo. HIER. adv. Iovin. 2, 3 p. 287ᶜ nonne tibi videtur -xisse sermo apostolicus novam imperitiae factionem? AVG. epist. 186, 40 erubesco -ere, quod sum. soliloq. 1, 10, 17 quantumlibet velis eam *uxorem* -ere atque cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum quam concubitum esse decrevi. PETIL. Aug. c. Petil. 3, 27, 32 argumentum, quo quemcumque baptistam verbis tibi -ere visus es. SVLP. SEV. dial. 1, 8, 6 *Hieronymus* -xisse mihi videtur vitia multorum. ENNOD. epist. 1, 1, 2 p. 1, 10 *lingua* fucatis verborum imaginibus -it speciem. *al.* **2** *-it, qui (quod) rem subiciat cogitationi* (*suae vel alienae*): HIER. epist. 22, 41, 1 laboris ante oculos tuos -e mercedem (TRACT. de indur. cord. Phar. 8 ut quicquid in oblivionem deductum fuerat homini ..., hoc nunc lex moysaica in memoriam revocaret et a. o. -ret. CASSIAN. conl. 24, 1, 3 amoenitas iucunda regionum a. o. -batur). 36, 1, 1 quod eram voce prompturus, ante mihi cogitatione -bam. PELAG. in II Cor. 3, 6 p. 246, 13 qui non veri similibus coloribus pulchrum mendacium -it. AVG. gen. ad litt. 7, 11 p. 211, 3 *fabula,* quam in suis vanis ... mentibus ... -xerunt (finx- *var. l.*). 10, 24 p. 327, 23 necesse est, ut et iustitiam et sapientiam -ant quodammodo in cordibus suis cum formis et coloribus. serm. 113, 2 noli tibi talem -ere deum, noli collocare in templo cordis tui tale idolum. ENNOD. carm. 1, 10, 16 *ne* caloris ebrii mentita -at corpora *nox.* **3** *-it, qui (quod) signis figurat, pro imagine alicuius rei est: varia ratione*: HIER. adv. Iovin. 1,

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 ipsa digitorum coniunctio ... maritum -it et coniugem. ENNOD. opusc. 3, 30 p. 338, 14 *sanctus* -bat actibus suis paginam quam legisset. *al.* *praefiguratione*: HIER. epist. 74, 3, 2 meretrix in euangelio ... manifeste -it ecclesiam de gentibus congregatam. PRVD. cath. 12, 184 cum facta priscorum ducum Christi figuram -xerint. tituli 56 Aelim lucus (*exod. 15, 27*) apostolicum numerum libris quoque -xit. PETR. CHRYS. serm. 63, 2 in morte et resurrectione Lazari figura tota mortis et resurrectionis dominicae -batur. *al.*

B *id quod ornatur*: **1** *in oratione, verbis sim.*: CIC. de orat. 3, 100 quamvis claris sit coloribus -ta vel poesis vel oratio. Brut. 141 *σχήματα*... non tam in verbis -endis habent pondus quam in inluminandis sententiis. orat. 96 quoddam ... insigne et florens orationis -tum et expolitum genus. Att. 1, 14, 3 hunc locum, quem ego varie meis orationibus ... soleo -ere (*nisi ad A 1*). 2, 21, 4 ego hunc *Pompeium* omnibus a me -tum et politum artis coloribus subito deformatum ... vidi. PERS. 5, 25 pulsa, dinoscere cautus quid solidum crepet et -tae tectoria linguae. PETRON. 118, 2 controversiam sententiolis vibrantibus -tam. LAVS Pis. 63 verba ... aperto -ere flore. AQVILA rhet. 21 p. 29, 24 figurae ... ad ornandam ... et quasi ad -endam orationem accommodatae (*inde* MART. CAP. 5, 531). AVG. civ. 5, 20 p. 231, 11 solent philosophi ... tabulam quandam verbis -ere. ENNOD. epist. 1, 10, 3 p. 20, 9 -tis verborum inludens artificiis. *al.* **2** *exempla cetera*: CYPR. ad Donat. 15 -amus hanc domum pigmentis innocentiae. PRVD. apoth. 789 *anima* -ta ... rebus divinis. c. Symm. 2, 899 mortis iter per devia ... -ta bonis brevibus. CONSVLT. Zacch. 3, 1, 3 iustitiae ... metalla non -unt *spiritale aedificium*. PETR. CHRYS. serm. 42, 3 ieiunium ... fulget actu, -itur moribus.

p. p. p. **pictus,** -a, -um *pro adi.* *compar.* -ius CIC. *l. 37, superl. deest.* *fere i. q. (variis) coloribus ornatus, ποικίλος sim.* **(***exempla, quibus vis verbalis minus vigere videtur, huc afferimus [cetera v. supra], sed saepe dubitare licet imprimis accedente abl.***)**: **1** *respicitur ornamentum ab homine factum* (*huc trahere possis nonnulla exempla p. 2156, 73 sqq. allata*): PLAVT. Pseud. 146 vestra latera loris faciam ut valide varia sint, ut ne peristromata quidem aeque -a sint Campanica (*cf. p. 2156, 55*). OV. am. 2, 18, 15 cothurnos (3, 1, 31). met. 3, 108 tegmina ... capitum -o nutantia cono. 4, 24 (*ad Bacchum*) -is insignia frenis colla premis lyncum. 10, 262 pilas. CLAVD. 21, 157 tentoria. *translate*: CIC. Brut. 293 etiam Lysiae similem *dices Catonem*? quo nihil potest esse -ius.

2 *respicitur ornamentum naturale* (*cf. supra p. 2157, 74 sqq.*): **a** *de caelo, sc. stellis ornato*: VARRO Men. 92 limbus -us bis sex signis stellumicantibus. 269 -us aer fervidis late ignibus. SEN. Thy. 834 vaga -i sidera mundi. IVVENC. 2, 3 *noctis* pallam sidereis -am flammis. PS. HIL. gen. 74 regia summi -a parens varia stellarum luce coruscat. AVSON. 4 (317 S.), 7 -i ... plaga lactea caeli. **b** *de animalibus vel partibus eorum* : ACC. trag. 256 *ferarum* exuvias laevo -as lateri accommodant. VERG. georg. 3, 243 pecudes -aeque volucres (Aen. 4, 525 MANIL. 2, 43 AVG. civ. 22, 24 p. 615, 20). 4, 13 -i squalentia terga lacerti. 4, 342 -is incinctae pellibus ambae *Oceanitides*. HOR. sat. 2, 2, 26 -a ... cauda **(***pavonis, ut l. 52 et* OV. met. 2, 532 *Iuno* ingreditur ... pavonibus aethera -is [*postea p. 2156, 55, vigente vi verbali*]. PHAEDR. 3, 18, 8 -is ... plumis gemmeam caudam explicas**)**. OV. met. 3, 669 -arum ... corpora pantherarum. hal. 110 mormyres (*inde* PLIN. nat. 32, 152). Pont. 4, 7, 37 spicula cum -is haerent in casside pinnis (PETRON. 93, 2 [vers.]. MART. 14, 85, 1 -is pulcherrima p. *pavo*. PS. HIL. gen. 110). GRATT. 203 -am macula vertraham *canem* delige falsa. MART. 1, 104, 1 -o ... *pardi* collo (APVL. met. 6, 6, 2 candida columbae ... -a c. torquentes. CLAVD. 7, 138 [*in tapete*]). 3, 58, 15 perdix. *al.* **c** *de tellure sim., sc. floribus nitenti*: CVLEX 70 tellus gemmantis -a per herbas. OV. fast. 4, 430 -a ... dissimili flore nitebat humus. MART. 10, 93, 2 -a ... pampineis ... arva iugis (IVLIAN. in Ioel 3, 17 -a floribus ... a.). CARM. de mens. 2, 17 -a rosaria gemmis. ANTH. 83, 80 -us ager sub flore latet (SIDON. epist. 2, 2, 19). REPOS. 34 lucus erat ... -us amore deae. *al.* *in imag.*: HIER. epist. 98, 19, 5 per -a sermonum caelestium prata. PRVD. c. Symm. 2, 252 *in templo mentis* sola -a rubenti flore pudicitiae. **d** *exempla cetera*: PROP. 1, 2, 13 litora nativis ... -a lapillis. OV. am. 2, 11, 13 *non* medius ... -os ... lapillos pontus habet **(***cf.* LVCAN. 9, 714 parvis -us maculis Thebanus ophites [punctus, tinctus *var. ll.*]. STAT. silv. 2, 2, 88 marmore -o. MART. 1, 55, 5 -a ... Spartani frigora saxi. RVT. NAM. 2, 66 levi radiat -a nitore silex**)**. met. 4, 398 purpura *tapetis mutati* fulgorem -is adcommodat uvis (fast. 3, 413 *puer* legit in ramo -as temerarius u.). 14, 838 *Iris* in terram -os delapsa per arcus (*cf.* SEN. Oed. 317 Iris ... -o nuntiat nimbos sinu. nat. 1, 9, 1 *virgae,* quas non minus -as variasque aeque pluviarum signa solemus accipere. *ibid.* facies illis ... est -a). COLVM. 10, 418 -o ... *ficus* lydia tergo. MART. 8, 53, 8 marmore -a Nomas. PRIAP. 85, 6 mihi corolla -a vere ponitur **(**86, 10. *cf.* NEMES. ecl. 1, 69 coronas. *ceterum item de floribus sim.*: AVSON. 19 [325 S.], 11 murice -us Adonis. CONSVLT. Zacch. 3, 9, 12 lilia. DIOSC. 2, 150 p. 235, 19 ciclaminu folia habet similia cisso, sed vario colore -a [*gr. 2, 164 ποικίλα*]. *al.***)**. TIBERIAN. carm. 1, 2 amnis ... flore -us herbido.

part. praes. **pingēns,** -entis *pro subst. masc., fere i. q. pictor*: PLIN. nat. 33, 120 *minium* -ium furto opportunum est, plenos subinde abluentium penicillos. 35, 30 *colores,* quos dominus -i praestat. CIL XIV 4699 collegae -es. ORIBAS. eup. 4, 24, 10 La p. 546 hoc *collyrium* ... utilissimus est -bus (*gr. ξωγράφοις*).

deriv.: pictilis, pictor, pictura, pigmentum.

compos.: ap-, com-, de-, ex-, im-, re-, super-, suppingo, tripictus.

pinguāmen, -inis *n.* *a* pinguis (*an a* pinguare*?*). GLOSS. II 361, 34 *λίπος*: sebum, -n, adeps. 589, 49 -n: pinguedo (*cf.* GLOSS. I p. 41).

i. q. res pinguis: **1** *de adipe hostiarum* (*plur. praeter l. 18*): VET. LAT. gen. 4, 4 (Chromat. serm. 23, 1) obtulit ... Abel de primo partu ovium suarum et -bus illarum (*gr. στεάτων, Vulg.* adipibus. *inde pendent explic. exhibentes locut.* -a ovium: CHROMAT. serm. 23, 2 -a o., ubi pinguia misericordiae opera demonstrantur; ... cum opera misericordiae tamquam -a o. adduntur. 23, 3). Is. 1, 11 (Barnab. 2, 5) plenus sum ... -bus agnorum (*sim. plur.* Cypr. testim. 1, 16, *sing.* Zeno 1, 25, 6 -e a. 2, 25, 1; *gr. στέαρ, Ps. Chrysost. de solstit. l. 169* pinguedinem, *Vulg.* adipem pinguium). **2** *cetera exempla*: CHIRON 684 (*respicitur castrandum iumentum; contextu vix sano*) quodcunque -is. 859 (*componitur unguentum*) medulla cervina *tantum* ..., -n *tantum eqs.* GALEN. alfab. 10 (de (h)alosantho) veluti -n, quod aquis supernatat stantibus **(***cf.* 11 [de alcimonio] veluti -n stagnorum. 294 [de (h)ysopi seroti; cod. Lucc., *sim.* Paris.] quod supernatat in modum -is**)**. 200 (de oleo; cod. Lucc.) *oleum vetus optimum* odore et gustu similiter vetusto -e. ANTHIM. 14 si assatum fuerit *laredum* ..., -n ipsum defluit in foco et laredus deveniet siccus. *ibid.* -n ... laredi.

pinguāmentum, -ī *n.* *a* pinguis. *i. q. res pinguis*: ORIBAS. syn. 5, 44, 4 La p. 78 colorem ... in -is corporis simul et capillos ⌞rupti⌟ *rubri sunt* (*Ab* pinguis, *gr. πιμελῶδες*).

***pinguēdo,** -inis *f.* *a* pinguis. SERV. georg. 3, 124 ('denso pingui') pingue generis est neutri: et ita in omnibus idoneis invenitur, nam nec -o nec pinguetudo latinum est (*item ad neutr. pro subst.* SCHOL. Pers. 3, 32 [*ed. Kurz*] -o non est latinum). *scribitur in codd. vet.* -gui -, *e. g.* VET. LAT. gen. 27, 28 (cod. 100). EVCHER. form. 6 (*P*). ORIBAS. syn. 7, 46, 2 Aa p. 188, *paulo rarius ut vid.* -gue -, *e. g.* VET. LAT. Rom. 11, 17 (cod. 75). SVLP. SEV. dial. 1, 13, 3 (*V*). *de notione*: CASSIOD. in psalm. 62, 6 l. 124 -o ... est saginatae pecudis nutrita cibis obesitas. GLOSS. I p. 163 -o vel crama liquor, de quo buterum conficitur. III 176, 59 *λίπος*: -o (*sim.* 567, 53). 248, 50 *στέαρ, λίπος, πιμελή*: adeps, -o. *cf. l. 11.* *legitur in oratione soluta singulis vel binis locis apud* VARRONEM, COLVM., PAVL. FEST., *ter apud* PLIN. nat., *et saepe inde a saec. IV, praecipue apud Christianos; in versibus apud* PAVL. PETRIC. Mart. 5, 160 *et binis locis apud* ALC. AVIT., ARATOREM; *plur. non nisi p. 2161, l. 3. 36. 2162, 59 sq.* [*confunditur in codd. c.* pinguitudo HIER. epist. 21, 26, 2 ANTHIM. 12. *al.*]

i. q. pinguitudo, sc. significatur vel qualitas pinguis (e. g. l. 50. 64. 73. p. 2162, 12. 63 sq.) vel res pinguis (*e. g. l. 54. p. 2161, l. 9. 19. 68. 2162, 59; gr. respondet πιότης, nisi aliud adnotavimus*): **1** *potius obesorum, amplorum sim.*: **a** *animantium*: VARRO frg. Serv. auct. georg. 3, 431 ingluvies tori sunt circa gulam, qui propter -em fiunt. PAVL. FEST. p. 27 aletudo: corporis -o (PELAGON. 210, 1 aut -em aut inflationem c. [*Hippiatr. gr. I p. 201, 20 πλησμονήν*]. *cf. l. 73. p. 2161, 17*). PALLAD. 8, 4, 1 ne *vaccae* concipere nequeant nimietate -is (*cf. Colum. 6, 24, 3* nimia ... obesitas). PS. MAR. VICTORIN. ad Iust. 16 -is distentae grassamina. PELAGON. 24, 4 *si equa* satis fuerit pinguis et ne -o noceat, *eqs.* AVG. civ. 22, 12 p. 589, 10 (*opp.* macie). MAX. TAVR. 88, 3 *caro nostra* luxuriando dilatabatur in -em. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 262^{D} *monachus hydropicus* miseranda -e suae carnis intumuit (*gr. p. 35, 7 ὠγκώθη*). *al.* **b** *rerum: variarum*: PALLAD. 3, 12, 2 si *focaneus palmes* -e sua brachium ... proximum debilitarit (*cf. Colum. 4, 24, 10* si ... ita praevaluit). IVLIAN. epit. in psalm. 72, 7^{a} *non* velut macie quadam tenuis est iniquitas *quorundam,* sed velut multa -o obesa est eorum pravitas ac referta. EVGRAPH. Ter. Eun. 316 *iuncus* herbae genus est ita in longitudinem aequali modo porrectum, uti nulla per corpus appareat vel nodo effecta -o. GREG. M. moral. 20, 29 *vestimenta muniunt* per -em. *soni, coloris pleni sim.*: CASSIOD. gramm. VII 164, 16 (*e Papir.*) illam -em, *e.g. 'quius' scribendi,* limare maluimus (*cf. p. 2176, 16*). in psalm. 118, 127 l. 2345 *lapidi topazio* -o rosea verecundaque puritas (*sec. Ambr. p. 2167, 72*).

2 *potius eorum, quae adipe, oleo vel materia talibus simili constant aut eorum sunt plena sim.* (*saepius in contextu variat* adeps): **a** *eorum, quae ad corpus animantis pertinent* (*quae excernuntur, v. p. 2161, 1 sq.*): **α** *usu proprio*: PAVL. FEST. p. 20 arbilla arvina, id est -o corporis. RVFIN. Orig. in psalm. praef. l. 19 *corpus non* ex solis potuisset nervis ossibusque constare, nisi eis ... *deus* mollitiem carnis intexuisset vel blandimenta -is. AVG. in psalm. 62, 14 l. 30 -em carnis. HIPPOCR. progn.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12 -es, quae supernatant *urinae*..., reprobandae (*gr. λιπαρότητας*). DIOSC. 2, 51 p. 198, 13 (*de oesypo*) quamdiu -o *lanae sucosae* ipsa igni finiatur (*gr. 2, 74, 4 λίπος*). EPIPHAN. Avell. 244, 9 sardonyx ... sciens attenuare -es (*Migne gr. 43 p. 293^{D} στεατωμάτων. nisi ad 1*). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 31 *volantium constrictivis cibis nutritorum* -o ... defluxit et caro constrictiva efficitur. CASSIOD. in psalm. 80, 17 l. 303 adipem ... dicimus animalium -em corpulentam. *al.* *respicitur adeps hostiae*: VET. LAT. III reg. 13, 3 (cod. 91. *al.*) sacrarium rumpetur et effundetur -o, quae est in eo (*Vulg.* cinis). psalm. 65, 15 (cod. 136) holocausta -is offeram tibi (*gr. μεμυαλωμένα, Vulg.* medullata). SCHOL. Iuv. 2, 86. VVLG. lev. 7, 4 offerent ... -em, quae iuxta ilia est. VEREC. in cant. 2, 15 l. 14 agnorum -em atque adipem arietum. *al.* **β** *in imaginibus, allegoriis sim.* (*in malam partem praeter l. 22. 25*): AMBR. in psalm. 38, 34, 4 *ut cor nostrum* deponat omnem duritiam et -em quandam carnalis arvinae. HIER. hom. Orig. in Is. 6, 5 p. 276, 20 cum quis cogitat ea, quae domini sunt, proiciens -em ex corde et sciens, quia, si incrassatum fuerit cor eius, ... *non* accipiat sermones dei *eqs.* RVFIN. Basil. hom. 2, 3 p. 1737^{A} non -i corporis deservire (*Migne gr. 31, 204^{C} ὑπερπιαίνειν*). CASSIAN. conl. 1, 14, 8 ut exuta mens ista carnali, qua nunc hebetatur, -e intellectuales virtutes suas ... puriores ... recipiat (VEREC. in cant. 4, 15 [*opp.* tenuem ... mentem]). inst. 5, 34 -e vel inmunditia sui cordis ... *veritatem* conprehendere nequiverunt. PETR. CHRYS. serm. 73, 2 tota holocaustorum -e deo patri victimas immolare. ARNOB. IVN. in psalm. 135 l. 73 *Manichaeus* carnem omnem diabolo dicit auctore constare et eius ministerio ad -em saginari. GREG. M. moral. 8, 24 (*ad Iob 7, 5* cutis mea aruit) qui dum internae spei -em neglegunt ... arefiunt. *al.*

b *plantarum et earum fructuum, foliorum sim.* (*quaedam ad 3 vergunt*): **α** *usu proprio*: ① *respicitur olea (oleaster) et oleum ipsum*: COLVM. 12, 52, 13 cum *oliva* preli pondus accepit, non sola exprimitur amurca, sed et aliquid secum -is attrahit. ZENO 1, 2, 27 donec *oleaster* ... adoptiva -e *oleae insitae* absumptus, immo -o ipse factus, ... iam non oleaster sit, sed oliva. Ps. PACIAN. sim. carn. p. 134, 21 *in antiqua oliva* in succidaneam -em oleastrorum plantaria pullularunt (*spectat ad l. 50 ut e. g.* AVG. civ. 21, 8 p. 507, 24 oleastrum factum esse participem -is oleae). HIER. in Ier. 6, 17, 10 'Gessemani', quod in lingua nostra 'vallem -is' sonat (*item* nom. Hebr. p. 61, 22 v. -um). VVLG. iud. 9, 9 (*loq. oliva*) numquid possum deserere -em meam, qua et dii utuntur et homines? RVFIN. hist. 6, 9, 3 *miraculo* natura aquae in olei -em versa (PETR. CHRYS. serm. 8, 2. CASSIOD. in psalm. 140, 5 l. 140 velut o. -o. *al.*). HIPPOCR. vict. 2 l. 572 in refectione ... -o, *sc. illita,* calefacit (*gr. 2, 58, 1 λίπος*). ALC. AVIT. carm. 6, 495 (*ad Matth. 25, 1 sqq.*) *manus provida* accensum pura fovit -e lumen. SACR. Greg. 77, 11 (335b D.) ut huius creaturae -em, *sc. chrismatis, sanctifices. al.* ② *exempla varia*: PLIN. nat. 12, 68 *myrrham* unguentarii digerunt ... odoris atque -is argumentis (*cf.* 12, 69 probatur Trogodytica *myrrha* -e). 18, 304 suci -e, *sc. sesimae.* DIOSC. 1, 107 p. 53, 17 *genus hederae* nescio qua⟨m⟩ -e⟨m⟩ habet *foliorum* (*gr. 1, 97, 3 λιπαρίαν*). ISID. orig. 17, 5, 13 *uvae* humoris ... plenae, sucique et -is.

β *in imagine, allegoria sim.* (*fere Christianorum*): VET. LAT. Rom. 11, 17 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) cum oleaster esses, insertus es *in oliva* ... et socius factus es -is olivae (*inde pendent e. g.* AMBR. in Luc. 7, 163 de -e religionis antiquae. PAVL. NOL. epist. 23, 41 *deus nos Iudaeorum* -is suco ... medullavit. ORIG. in Matth. 15, 26 p. 427, 13 communicantes ... -i verbi patrum. *v. etiam l. 33*). GAVDENT. serm. 18, 26 (*ad Matth. 25, 1 sqq.*) *si lumen fidei* operum bonorum -e animetur (GREG. M. moral. 19, 22 [*ad Iob 29, 6*] praedicatores sancti b. o. -e replentur. *ibid. iterum*). 21, 8 *Filastrius* asperitati pomorum silvestrium germina -is ac suavitatis inseruit. AVG. c. Faust. 12, 20 (*explicat columbam surculum olivae referentem gen. 8, 11*) si eis *extra ecclesiam baptizatis* -o non defuerit caritatis (GREG. M. moral. 19, 18 [*ad psalm. 22, 5* inpinguasti in oleo caput meum] c. -e replesti mentem. CAES. AREL. serm. 128, 1). CAES. AREL. serm. 199, 6 ieiunia nostra elemosynarum -o commendet, quia tale est ieiunium sine elemosyna, qualis sine oleo est lucerna. ISID. expos. in iud. 6, 8 *deus populum christianum ut fructum fici* ad ... suavissimam -em Christi ... perduxit. *al.*

c *ciborum, alimentorum*: PALLAD. 6, 9, 2 ut teneritudinem servet et -em *caseus.* HIPPOCR. vict. 2 l. 100 de suavitate et de -e, de salsedine *cibi eqs.* (*gr. 2, 39 l. 11 λιπαρῶν*). APIC. 2, 4 cum liquamine admixto ... et abundanti -e. 2, 5, 3 -em concides et copadia pulpae. 6, 5, 6 avem sapidiorem ... facies et ei -em servabis, si *eqs.* CASSIOD. var. 12, 12, 2 *lacti est* tanta -o ..., ut arbitreris simul decurrere *oleum.* 12, 14, 5 appetibilis grataque -o *piscis cuiusdam* (ORIBAS. syn. 4, 14, 6 Aa p. 14 [*gr. λίπος*]). *al.*

d *variorum*: CET. FAV. 8 p. 295 *harenae fossiciae recentes* tectorio operi propter -em non conveniunt (*opp.* macritatem; *cf. p. 2176, 29*). MARCELL. med. 23, 24 ut spuma vel -o nitri *loco sanando* ... adhaereat. GALEN. alfab. 10 (*v. p. 2176, 35*). MACR. Sat. 7, 13, 24 aquae *marinae* -e alimoniam igni subministrante (7, 13, 27. *cf. p. 2170, 50*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 3 p. 362^{D} vaporatione -is (*gr. ἀτμοῖς ὑπαλειφομένην*).

3 *potius fecundorum, opulentorum, laetorum sim.*: **a** *usu proprio*: **α** *respicitur solum sim. vel arbor* (*l. 11*): VET. LAT. gen. 27, 28 (cod. 100. *al., sim.* VVLG.) det tibi dominus ... a -e terrae ([*Cypr. testim. 1, 21 l. 9. al.* fertilitate, *Hil. myst. 1, 21, 3. al.* ab ubertate]. PALLAD. 1, 5, 2 *t.* -o atque dulcedo [*opp.* color]. AVG. in psalm. 140, 21 l. 21. *al.*). psalm. 64, 13 (cod. 136) regiones saturabuntur -is (*cod. 300. al. et Vulg.* replebuntur ubertate, HIER. psalt. sec. Hebr. 64, 12 vestigia tua *dei* rorabunt -e). QVODV. prom. 2, 19, 35 (*ad iud. 9, 8 sqq.*) respondisse fructuosa *ligna* (*sc. vitem et ficum*) infructuosis non se posse relinquere fructus -is suae. PRISC. periheg. 228 *Aegyptus* fertilis et superans alias *terras* -e glebae (*gr. aliter*). ALC. AVIT. carm. 3, 318 corrupta satis dirā -e tellus letali quaedam suffudit germina suco. *al.* **β** *respiciuntur ea, quae percepta nutriunt, laetum faciunt sim.*: VET. LAT. Ier. 17, 8 (Epiphan. Schol. Phil. Carp. in cant. 79) super -em mittit radices suas (*gr. ἐπὶ ἰχμάδα, Vulg.* ad humorem). IREN. 5, 33, 4 (*ad Is. 11, 7* et leo et bos manducabunt paleas) significat magnitudinem et -em fructuum; si enim ... leo ... paleis vescetur, quale ipsum triticum erit, cuius palea ad escam congrua erit leonum? PALLAD. 8, 4, 1 *vaccas* post vernam -em gestientes veneris amare lasciviam (*cf. Colum. 6, 24, 2* satietate verni pabuli ... exhilaratae). AVG. in psalm. 140, 21 l. 21 *stercus* est quaedam sagina terrae et quaedam -o. CASSIOD. var. 4, 1, 3 *equi* sub -e nimia mansueti. *al.*

b *in imag. vel translate*: **α** *respiciuntur ea, quae hominem salvant, animam roborant*: VET. LAT. psalm. 91, 11 (Paul. Nol. epist. 23, 9) senectus mea in misericordia -is (*gr. ἐν ἐλαίῳ πίονι, cf. p. 2174, 19*). AMBR. exc. Sat. 2, 68 (*de resurrectione corporali*) si ... corporis nostri cineres ... -e caelestis roris exuberant et accepto umore vitali ... reformantur. HIER. interpr. Iob 36, 16 (*sim.* VVLG.) descendit mensa tua plena -e. psalt. sec. Hebr. 35, 9 inebriabuntur de -e domus tuae (*Vulg.* ab ubertate). 62, 6 (*sim.* VVLG.) quasi adipe et -e implebitur anima mea (*huc spectant e. g.* AVG. in psalm. 62, 14 l. 36 aliquid spiritale debemus intellegere; habet quamdam -em anima nostra, est quaedam saturitas pinguis sapientiae. EVCHER. form. 6 p. 37, 3 adeps: -o gratiae divinae. CASSIOD. in psalm. 62, 6 l. 129 -o animae divinarum rerum scientia est, recta fides *eqs. al.*). tract. in psalm. I p. 82 l. 205 (*80, 17* adipe frumenti) voluit largitatem et -em gratiae spiritalis ostendere (GREG. M. moral. 31, 46). CASSIAN. conl. 9, 15, 3 ut ... spiritus alacritate de obsecrationis -e repleatur (*2* preces purissimi vigoris; *cf. p. 2174, 17*). LEO M. serm. 63, 6 oves dilectionis -e roboratae (VEREC. in cant. 2, 15 l. 22). RVRIC. epist. 1, 7 donec doctrinae vestrae -e tamquam stercore amaritudo infructuosa dulcescat. FVLG. RVSP. c. Fastid. 19, 5 animae ... refectio atque -o non in pane corporali, sed ... spiritali consistit. ARATOR act. 1, 573 nutriat ingenium verbi -o superni. *al.* **β** *respiciuntur ea, quae sunt fertilia, roborata sim.*: CASSIAN. inst. 2, 13, 3 *quod sopor* -em cordis exhauriat, quae nos possit ... adversus omnes insidias inimici cautiores ... servare. VEN. FORT. vita Marcell. 4, 14 in caritatis ubertate, ... in ieiuniorum -e ... se totum caelesti tradidit disciplinae. GREG. M. moral. 12, 49 quid enim paupertas nisi quaedam macies et quid rerum abundantia nisi -o est vitae praesentis? (*nisi ad 2, ut etiam* 12, 51 quisquis potenti et iniquo adhaeret, ipse quoque de eius potentia velut ex -e rerum tumet).

4 *potius pigrorum, spissorum, densorum sim.*: **a** *eorum, quae aegre linuntur, pigre fluunt sim.* (*saepius c. praepos.* ad): PALLAD. 3, 29, 3 *sucum* ex aqua prius ad sapae -em resolutum. 10, 16 ad -em mellis excoquere ([spissitudinem *var. l.*]. THEOD. PRISC. eup. faen. 82. ORIBAS. eup. 2, 1 Δ 7 add. Aa p. 465 glutinosa ... -e m. [La *sim.*]. syn. 7, 19, 2 La p. 152 [*Aa* spissitudinem, *gr. ἕως γλοιώδους συστάσεως*]. *al.*). Ps. APVL. herb. app. 23 l. 13 *caricas* tamdiu tundens, ut veniant ad -em. THEOD. PRISC. log. 21 viscosa ... -e *sputi.* DIOSC. 1, 80 p. 44, 14 toracis -es ... dissolvet ([*gr. I, 72, 1 τῶν ἐν θώρακι ὑγρῶν*]. 2, 86 p. 213, 1 -es t., id est pituitas, emundat, tussientibus medetur [*gr. 2, 103 τὰ ἐκ θώρακος*]). GALEN. alfab. 200 (de oleo; cod. Lucc.) oleum vetus ..., quod cum bona -e[m] perlucet. CASSIOD. var. 12, 12, 4 *vinum* suavi -e molliter crassum. ORIBAS. syn. 8, 29, 1 La p. 247 *ceroti* -em (*Aa* spissitudinem, *gr. πάχος ut* 8, 29, 2 Aa, *sim.* La). *al.* **b** *eorum, quae corpus solidum habent*: HIER. in Eph. 6, 11 p. 548^{B} terra et aer habent -em suam. *ibid.* p. 548^{C} *animas* secundum crassitudinis suae pondus ... detrahi et -e praegravari. **c** *eorum, quae aegre vel omnino non perspiciuntur*: SIDON. epist. 2, 2, 12 lucem lubricam poculorum quadam quasi -e subiti algoris hebetatam. *Ottink.*

pinguefacio, -ere, -factus *et* pinguefio, -fieri. *a* pinguis *et* facio. *scribitur* -gui- *fort. p. 2163, 19.* *forma* -fieri *non nisi p. 2163, 17 sq.* (*nisi addas e. g. p. 2163, 57. 2170, 21*).

i. q. pinguem facere: **1** *crassi fiunt animantes*: **a** *pecus*: PLIN. nat. 16, 246 hyphear ad saginanda pecora utilius; vitia *[N.H.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modo purgat primo, dein -it quae suffecere purgationi. **b** *homines*: VET. LAT. deut. 32, 15 (Tert. ieiun. 6, *cf. cod. 104* pin⟨guis factus⟩) incrassatus est dilectus et -tus et dilatatus est (*gr. ἐπαχύνθη, cod. 100* incrassavit, *Vulg.* inpinguatus).

2 *substantia pingui leniuntur fauces*: VET. LAT. prov. 5, 3 (Hier. epist. 78, 7, 4) *mel meretricis* ad tempus -it fauces tuas, novissime vero amarius felle invenies (*gr. λιπαίνει*).

3 *fertilis fit terra*: LACT. epit. 16, 2 Stercutum *deum,* qui fimo -ere terram primus ostendit. AVG. c. Faust. 20, 11 ad id redit vestra dementia, ut de spiritu sancto ... tanto uberius ... terra concipiat, quanto studiosius fuerit carnis sordibus ... -ta.

4 *oleosus fit oleaster*: AVG. serm. 203, 3, 3 (*antea Rom. 11, 17 gentilis* socius radicis et pinguidinis olivae factus es) cum hoc oleastro totus silvesceret ... mundus, per insertionis gratiam -tus enituit.

5 *spissus fit: sucus*: THEOD. PRISC. eup. faen. 83 pulverem *chalcanthi* cum oleo ... concoques, et -to frequenter loca tanguntur. gyn. 22 haec ... oleo irino commiscentur, ut paulo -fiat (pinguem f., pinguius f. *var. ll.*). log. 91 *sucum* coquo, ut paulatim -fiat. *?spiritus* (*si huc pertinet*): ALEX. TRALL. 1, 109 infraxis de pinguifacto spiritu ventositatis (*sic codd. Andecav., Paris., sim. al.; fort.* pingui facto*? gr. II 71 παχυτέρου*).

pinguenātum *v.* pinguino.

pinguēo, -ēre. *a* pinguis. *i. q. pinguem esse: inter verba coniugationis secundae* CHAR. gramm. p. 476, 2.

cf. pinguidus. *N. H.*

***pinguesco,** -ere. *a* pinguis. *scribitur* pingui- VET. LAT. psalm. 64, 13 (cod. 333. *al.*) *et hic illic in codd. medii aevi. formae perf. non exstant.* GLOSS. -o: *παχύνομαι. legitur singulis locis apud* LVCR., VERG., OV., *et inde a* SEN. *phil.* [*loco corrupto* AETNA 432.]

i. q. pinguem fieri (*notione mutationis evanescente vergit in notionem q. e. pinguem esse e. g. p. 2164, 22. 72; indicatur pabulum vel causa -endi per abl. passim, per locut. c. praepos.* ex *l. 41 sq.,* per *l. 75. p. 2164, 43,* de *p. 2164, 34; qua pinguedine, quo respectu aliquid -at, per abl. l. 50. 74, per locut. c. praepos. p. 2164, 62; ad quem finem, per locut. c. praepos.* ad *l. 47,* in *l. 48. p. 2164, 18. al.*): **1** *corporaliter; -unt*: **a** *viventia, quae incremento augentur, maturescunt* (*transfertur ad flammam p. 2164, 4, ad holocaustum l. 56; fere augentur, quae aluntur, aliter l. 68*): **α** *animalia*: LVCR. 5, 899 videre licet -ere saepe cicuta barbigeras pecudes. SEN. dial. 12, 11, 3 iumentorum corpora differta et coacta -ere (*cf.* epist. 110, 13 *animalia* diu pasta et coacta -ere). epist. 122, 4 aves, quae conviviis comparantur, ut immotae facile -ant, in obscuro continentur. COLVM. 2, 10, 25 omne emaciatum armentum ex ea *herba* -it (*cf.* 5, 12, 1 ex ea *herba* cito -it *pecus* [*sc. e cytiso, ut* arb. 28, 1 ex eo cito -it]). 7, 9, 4 *porci* castrantur, ut possint -ere. 8, 7, 2 si dure cubant *aves,* non facile -unt. 8, 8, 11 pulli ... facilius sub matribus -unt. *al.* PLIN. nat. 8, 127 *ursi dormientes* mirum in modum veterno -unt. 8, 178 lavatione calidae aquae traduntur -ere *boves.* 8, 207 *sues* -unt LX diebus (*cf. Arist. hist. anim. 595a20 πιαίνεται*). 9, 44 attilus ... inertia -ens ad mille aliquando libras. 9, 53 *thynni* -unt et in tantum, ut dehiscant (*Arist. hist. anim. 571a8 διαρρήγνυνται ... ὑπὸ τῆς πιμελῆς*). 10, 200 pecus potu -it. 11, 212 cornigera ... sebo -unt, ... non cornigera adipe. *ibid.* quaedam non -unt, ut lepus, *eqs.* (*inde* 1, 11, 85). 28, 264 leporem surdum celerius -ere *reperimus. al.* VAL. FL. 1, 426 *Castor* passus Amyclaea -ere Cyllaron *equum* herba. STAT. Theb. 1, 604 multum patrio -ere luctu, *sc. monstrum infantibus devoratis.* AVSON. Mos. 113 corporis ad medium fartim -is, *mustela piscis,* at illinc ... squalet cutis arida. *al. de holocaustis*: VET. LAT. psalm. 19, 4 (cod. 136) holocausta tua -ant (*gr. πιανάτω, cod. 304. al. et Vulg.* pingue fiat). **β** *homines*: OV. met. 15, 89 (*loq. Pythagoras*) heu quantum scelus est ... congesto ... avidum -ere corpore corpus. MART. 9, 2, 3 siligineis -it adultera cunnis. CYPR. ad Donat. 7 inpletur in sucum cibis fortioribus corpus, et arvinae toris membrorum moles robusta -it, ut saginatus in poenam carius pereat *gladiator* (*cf.* PS. CYPR. spect. 8, 1 in iniuriam suam -it in sagina corpus, ut robustius aut feriat aut vapulet). AVG. in psalm. 123, 10 (*in imag. de divite*) si propterea illum quaeris, quia pinguis est, time -ere, ne alter te quaerat. MACR. Sat. 7, 10, 14 utrumque corpus, *sc. eunuchi et feminae,* saepe -it. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 5 *populus* in activae vitae ... operă -it (*opp.* in contemplationem). *al.* **γ** *arbores, herbae vel partes earum*: PLIN. nat. 14, 34 *spionia* autumnis ... imbribus -it. 15, 87 *nuces iuglandes* -unt vetustate. 17, 15 ita maxime frumenta -unt. 17, 219 cum radices ... -ere coepere, intereunt *arbores,* ut animalia nimio adipe. 19, 95 bulbum -ere. AMBR. in psalm. 36, 14, 2 prorumpentia ... semina, si fuerint obumbrata, tenuantur, soli obiecta -unt. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 sic caedri Libani tenuati sunt, virgulta vitulaminum roborata -unt. PRVD. c. Symm. 2, 220 ipse ego sum *deus,* virides oleas -ere bacis qui facio (*cf.* DRAC. laud. dei 2, 236 per te, deus, ... -it oliva. GREG. M. in euang. 15, 4 sic oliva contusionibus expressa ... in olei liquorem -it [liquore *var. l.*]). CONC.^{S} II 2, 2 p. 7, 9 quatenus ... -entia ... germina, quae sucus aluit pietatis, exuberent (*gr. II 1, 2 p. 126, 21 καταπιαίνειν βλαστήμασιν*). **δ** *flammae*: SIL. 7, 354 *quassatione* adiutae -ere flammae coepere.

b *arva, terrae, quae fertiliora fiunt*: VERG. georg. 1, 492 nec fuit indignum superis bis sanguine nostro ... Haemi -ere campos (CORIPP. Ioh. 3, 295. *cf. l. 39*). COLVM. 2, 5, 2 ut permixta humus praedicto alimento, *i. fimo,* -at (2, 10, 7 non sationibus eius *fabae* -ere humum, sed minus hanc quam cetera semina vim terrae consumere). PLIN. nat. 18, 134 -ere hoc (*i. lupini*) satu arva ... diximus (18, 137 vicia -unt a.). PLIN. paneg. 30, 1 Aegyptus ... proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita -ere, quam quas ipsa devexerat (ipse *var. l.*). VET. LAT. psalm. 64, 13 (cod. 300. *al.*) -ent ⌊fines⌋ deserti et exultatione colles accingentur (*gr. πιανθήσονται.* ⌊ ⌋ HIER. psalt. sec. Hebr. pascua, VVLG. speciosa; *in imag.* EVCHER. laud. her. 5 *deus voluit* hanc *eremum* sanctorum dare fecundam, ut sic -rent fines deserti ..., cum habitationem sterilem habitatore ditaret). LACT. ira 13, 4 ut ... hibernis umoribus ... in ubertatem terra -at. AVIEN. orb. terr. 1116 gignit humus *Arabica* casiam ... longaque fecundis -it odoribus ora. *al.*

c *liquida, quae spissiora fiunt*: **α** *liquores*: PLIN. nat. 14, 54 *vinum Maroneum* vetustate -ere (*cf.* CASSIOD. var. 12, 4, 4 tactus eius *vini* densitate -it, ut dicas esse aut carneum liquorem aut edibilem potionem). ZENO 2, 3, 14 sub gressibus tuis maris unda -ens marmoreo stupore solidetur. AVIEN. ora 210 flumina ... per ... sinus crassum liquorem – quippe -i⟨t⟩ luto omne hic profundum – lenta trudunt agmina. THEOD. PRISC. eup. faen. 15 teres quamdiu oleum -at et nigrum fiat. log. 94 his *rebus* miscentur piperis unciae duae, et mellis despumati quod sufficiat ut -at. DRAC. laud. dei 2, 85 induitur compage deus *homo factus,* structura ligatur ossibus et nervis, -unt intro medullae. ORIBAS. eup. 4, 73 (74), 4 Aa p. 595 est decoquendus sucus, ut -at (*gr. προεψηθέντι tantum*). **β** *aer*: AVG. gen. ad litt. 3, 2 p. 64, 15 ut eius *aquae* exhalationibus -ere probetur *aer.* 3, 3 p. 66, 1 aer ... pertinere intellegitur ... ad terram propter hunc ... caliginosum locum, qui humida exhalatione -it. gen. c. Manich. 1, 15, 24 *aer* concrescit ... et de ipso humore -it quodammodo.

d *quaecumque oleo, substantia pingui perfunduntur, asperguntur* (*aspergi videntur l. 48*): STAT. Theb. 6, 209 Assyriis -unt robora *rogi* sucis. MART. 5, 64, 3 -at nimio madidus mihi crinis amomo. 7, 27, 5 *apro cocto* -ant madido laeti nidore penates. ZENO 1, 5, 3 obseratae gladiis viae cruore -unt (*cf. l. 6*). AVG. in psalm. 69, 6 ne oleo peccatoris -at caput meum (*respic. psalm. 140, 5 ut*: CASSIOD. in psalm. 140, 5 l. 173 ne caput suum oleo peccatoris, id est malae suasionis adulatione, -ret). EVCHER. laud. her. 39 (*in imag.*) producitur in his saxis *eremi* seges illa, per quam etiam ossa -unt (*cf. Vulg. prov. 15, 30* fama bona impinguat ossa). SIDON. carm. 7, 455 squalent vestes ac sordida macro lintea -unt tergo. ALC. AVIT. hom. 17 p. 125, 27 Abrahae filii per lavacrum ex lapidibus suscitati (*cf. Matth. 3, 9*), ut ariditatem contagii naturalis evadant, odoriferi chrismatis munere gratiā fecundante -rent. *translate de aspectu nitido*: PLIN. nat. 37, 177 illa *achates* politurā -it.

2 *incorporaliter*: **a** *apud grammaticos de sonitu fortiore, productiore*: VEL. gramm. VII 49, 19 (*antea p. 2167, 41*) *i litteram* in eo quod est 'prodit', ... exilius volo sonare, in eo vero quod significatur 'prodire' ... usque -it. SERG. gramm. IV 476, 16 Aeolenses ... Graeci quibusdam sermonibus, ut -ant ... digammon adponunt (*antea*: hoc proprium habet u, ut digammon sonet, id est pingue quiddam). **b** *apud Christianos de robore spiritali, intellectuali: animae sim.*: PS. AVG. serm. 175, 4 *ieiunans* sagina pauperum viscera, et anima tua muneribus sanctitatis -it (*item respiciuntur ieiunia*: LEO M. serm. 49, 6 in distributione ... elemosinarum ... -ant christiana ieiunia. MAX. TAVR. 69, 2 caro tabescit ieiuniis, anima puritate -it. GREG. M. moral. 10, 51 corpus continentia afficit *pius,* sola in animo dilectione -it). CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 22 *intellectus* vanitate tabescit, virtute -it. OP. imperf. in Matth. 41 p. 860 qui ... manducat de spiritali convivio, ... nutritur in veritate, -it in fide. CASSIOD. inst. 1, 4, 3 psalterium est ... paradisus ... animarum, poma continens innumera, quibus suaviter mens humana saginata -at. GREG. M. moral. 9, 80 (*ad Iob 10, 10* sicut caseum me coagulasti) *mens hominis* sicut caseus coagulatur, quia in constipatione -entis cogitationis astringitur. *al. orationum, scriptorum*: DAMAS. Hier. epist. 35, 1, 1 *legendo,* veluti cotidiano cibo, alitur et -it oratio (AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 22 sicut ... agni multo lacte -unt ..., ita apostolico suco pasta fidelium -it o.). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 26 distinctiones ... subtiles, quas adiuvante Christo confido -ere. CASSIOD. inst. 1, 22 cuius *Augustini* aperta suavia sunt, obscura vero magnis utilitatibus farcita -unt. *al.*

compos.: com-, impinguesco. *Nikitinski.*

pinguetūdo *v.* pinguitudo.

pinguiārius *m.* *a* pinguis. *i. cui cum pingui negotium est* *[N.H.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*iocose de amatore*): MART. 11, 100, 6 habere amicam nolo ... subtilem ..., sed idem amicam nolo mille librarum: carnarius sum, -us non sum.

pinguiculus, -a, -um. *a* pinguis. *i. q. parvus et pinguis*: FRONTO p. 67, 13 *infantis* manus parvolas plantasque illas -as ... exosculabor.

pinguīdo *v.* pinguedo.

*?***pinguidus,** -a, -um. *a* pinguis (*cf.* gravidus *iuxta* gravis), *nisi a* pinguēre. [*var. l. dub. pro* pinguia HIPPOCR. progn. 11 (*seq.* lívida).] *fere i. q. pinguis, sc. neutr. pro subst. de pinguitudine*: ORIBAS. syn. 5, 44, 10 Ab p. 78 (*sim.* La) -um non ... insitu solum sequitur temperanciae, sed et ex consuetudine *exstat* (*gr. παχύτης.* pinguedo *subesse putat Fischer in plagulis*).

pinguifico, -āre, -ātus. *a* pinguis *et* facere. *i. q. pinguem facere: hominem*: PS. AMBR. paenit. 23 p. 997A vino mades, -as epulis quotidianis animam. OP. imperf. in Matth. 41 p. 862 (*antea Matth. 22, 4* tauri mei et saginata occisa) quosdam ... legi dicentes tauros hic dici martyres ..., saginata autem parvulos spiritu sancto -tos, quorum omnium interfectiones multas spiritalium gaudiorum epulas praebuerunt. *terram*: AVG. serm. 361, 11, 11 unde ... terra -atur, nisi de putredine terrenorum? *N. H.*

*?***pinguino,** -ātum, -āre. *a* pinguare, *si agnoscendum* (*cf.* farcinare, *?*lēviginare *iuxta* farcire, lēvigare), *eodem sensu; v. p. 2177, 1. Bl.*

⁂**pinguis,** -e. [*ex ind. vet.* bahú-, *gr.* παχύς, *lett.* biezs *colligitur subesse vetus adi. indogerm.* *bhn̥ghu- *'densus, spissus'; inde cum rite lat.* *finguis *nasci debuerit, putatur aliud adi. cum illo esse commixtum: fortasse* p *sumpta est e* *pīu̯on-, *quod in gr. πίων servatum similem exhibet notionem atque* -is, *cf. infra p. 2166, 1 sq.; v. Wackernagel, Kl. Schr. II, 1955, 1182 adn. 1, Ch. de Lamberterie, Les adj. grecs en -υς, 1990, 95 sqq. Fo.*] *abbreviatur* ping EDICT. imp. Diocl. 4, 34 suppl. p. 300 L. (*Sand.*). NOT. Tir. 96, 88 -es. 89 -issimus. *de formis: abl. sing.* -e: DIOSC. 2, 156 p. 239, 7 ORIBAS. eup. 4, 37 Aa p. 554. *al.; compar.* -ior *inde a* PLAVTO (*cf.* magis -is *p. 2166, 73*), *superl.* -issimus *inde ab* HOR. *de pronuntiatione*: PRISC. gramm. II 7, 22 *'u'* eundem *atque 'y' graeca* ... sonum habet, ... cum in una syllaba sic (*sc. inter g et e*) invenitur, ut 'pingue'. *de notione*: SERV. auct. georg. 1, 92 ('tenues pluviae') 'tenues' inutiles, ieiunae, macrae, quibus contrarium -es. GLOSS.L II Abav. PI 12 -is: corpulentus, crassus, uliginosus. GLOSS. -is: *λιπαρός. παχύς. al., v. etiam vol. VI 2462, 29 sq. IX 51, 75. 77 sqq. legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., *praecipue in poesi aetatis aureae et argenteae q. d.* (*frequentant* VERG. [*53ies, inde 29ies in* georg.], HOR. [*20ies ut* MART.]), *in oratione soluta inde a* CATONE (*frequentant* CELS. [*47ies*], COLVM. [*87ies*], PLIN. nat. [*plus quam 150ies*]). [*var. it. dial.; raet. or.* penz, *var. occ. cf. M.-L. 6513. Wagner II 268. Wartburg VIII 525 sq. St.*] [*in falsa var. l. pro* dives LYGD. 2, 23 sq., grandis PERS. 2, 42, piger CLAVD. carm. min. 26, 65 (*restit.* PHYSIOGN. 112), *e coni. dub.* COLVM. 4, 24, 8.]

exemplis sic digerendis censuimus:

I *proprie*:

A *praevalente respectu crassitudinis, obesitatis, amplitudinis sim.*: **1** *de animantibus: p. 2166, 10.* **2** *de rebus: p. 2167, 1* (*de sono p. 2167, 35; de colore p. 2167, 60; de eis, quae aegre vel omnino non visu penetrantur, p. 2168, 1; de solidis, omnino corpus extentum habentibus p. 2168, 19*).

B *praevalente respectu materiae oleosae, adipatae*:

1 *qua aliquid per naturam constat sim.*: **a** *adipe, oleo: p. 2168, 36.* **b** *adipi, oleo similibus: p. 2169, 29* (*de terra p. 2169, 31; de plantis, fructibus sim. p. 2169, 58; de corporis partibus sim. p. 2170, 14*).

2 *qua aliquid actione hominis est illitum sim.: p. 2170, 52.*

C *praevalente respectu fecunditatis, opulentiae sim.*: **1** *pertinet ad ea, quae aliquid abunde proferunt, continent: p. 2171, 18.*

2 *pertinet ad ea, quae fecunditatem dant, large nutriunt: p. 2172, 12.*

D *praevalente respectu lentitudinis, pigritiae sim.*: **1** *de eis, quae aegre linuntur, pigre fluunt sim.: p. 2172, 38* **2** *de eis, quae minus vehementer sensus afficiunt, sc. de sapore p. 2173, 18, de nitore p. 2173, 23.* *?***3** *de eis, quae lente pereunt, dissolvuntur: p. 2173, 26.*

II *translate*:

A *de hebetibus, subtilitate egentibus sim.: p. 2173, 31* (*de eis, quae sunt communia, vulgaria, p. 2173, 41*).

B *colores ceteri; respiciuntur*: **1** *res: p. 2173, 66* (*status vacuus negotio sim. p. 2173, 66, genus loquendi tumidum p. 2174, 6*). **2** *homines potentes: p. 2174, 36.*

neutr. pro subst. p. 2174, 46; adv. p. 2175, 26.

i. q. παχύς, πίων, λιπαρός (*quae voces plerumque in gr. respondent, sc. ita ut occurrat παχύς sub IA et D, λιπαρός sub IB et C, πίων sub IA et C*). *vergit in notionem q. e. nitidus maxime p. 2170, 23, communis, vulgaris p. 2173, 41; pendet abl. resp. l. 48. p. 2167, 33. 2172, 69 (cf. p. 2168, 53), abl. causae vel instr. l. 20. 31. 40 sq. p. 2167, 32. 2168, 4. 2170, 54 sqq. 2171, 6. 34. 40. 47 sqq. 70. 2174, 27. 45 et* AMM. 24, 5, 3 satis et cultu; *masc. pro subst. p. 2174, 36 sqq. et e. g. l. 73, neutr. pro subst. v. p. 2174, 46 sqq.* **I** *proprie, sc. de eis qualitatibus, quae sensibus percipiuntur*: **A** *praevalente respectu crassitudinis, obesitatis, amplitudinis, plenitudinis sim.*: **1** *de animantibus* (*corporis partes v. sub 2,* -e corpus *l. 19. 67 sq.*): **a** *animalibus* (*sc. plerumque ita bene pastis, ut homines eorum carne crassa vescantur, roborentur, v. e. g. l. 22. 25. 32 sqq. 36 [aliter l. 42]; in locut.* -em facere [fieri] *e. g. l. 16. 26. 30, sim. l. 29. 35*): PLAVT. Aul. 327 agnum hinc uter est -ior ⟨cape⟩ (331 Capt. 862 VERG. georg. 1, 341 Aen. 1, 635 PRIAP. 85, 12 VVLG. Dan. 3, 40). Poen. 598 macerato hoc -es fiunt auro in barbaria boves (COLVM. 6, 2, 15 [*opp.* exilem]. VET. LAT. psalm. 143, 14 [cod. 303; *gr.* παχεῖς, *cod. 300. al. et Vulg.* crassi]. *al.*). ENN. frg. var. 43 calvaria -ia ⟨a⟩carnae (*de pisce ut*: SEN. nat. 3, 19, 2 erant ... -ia et differta ut ex longo otio corpora. PLIN. nat. 32, 94. IVV. 4, 44 longo frigore -es. 5, 105. *al.*). LVCIL. 716 cocus non curat caudam *avis cuiusdam* insignem esse illam, dum -is siet. TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16 edimus turdum -em bonumque piscem (VARRO rust. 3, 5, 1 MART. 3, 47, 10). POMPON. Atell. 174 ⟨p⟩orcus est, quem amare coepi, -is, non pulcher puer (AVG. in psalm. 62, 14 l. 32. *cf. l. 64*). VARRO Men. 529 propter phagones ficetulam -em aut turdum nisi volantem non video (ling. 5, 76 PETRON. 33, 8). rust. 2, 2, 19 *herba quaedam* -es facit *oves* (VERG. ecl. 6, 4 pastorem ... -is pascere oportet o., deductum dicere carmen. HOR. carm. 4, 12, 9. EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 138, 16 [*in imag.*] *ut o. Christi* germinibus ... veritatis -es efficeret *fidelis princeps* [*gr. II 1, 2 p. 126, 21 καταπιαίνειν*]). 3, 2, 12 aprum gla(n)s cum pascit ..., facit -em ([*opp.* exilem]. 3, 13, 1. HOR. sat. 2, 4, 42 ulvis et harundine -is). 3, 5, 2 aves ..., quae -es veneunt care, ut miliariae (CELS. 2, 29, 2 *alvum movent* -es minutae a. PLIN. med. 1, 26, 2 *aegroti* sustinendi erunt cibis ... glutinosis, a. -bus *eqs.* CARM. de mens. 2, 38). 3, 9, 20 -es fiunt *gallinae Melicae* (3, 9, 21 ita ut ... -es reddant ac teneras. COLVM. 8, 7, 1 SCRIB. LARG. 188. *al.*). *al.* VERG. georg. 2, 525 -es ... in gramine laeto ... luctantur ... haedi (*cf.* IVV. 11, 65 fercula ... audi ...: veniet -issimus ... haedulus). HOR. sat. 2, 6, 14 -e pecus domino facias et cetera praeter ingenium ([*cf. p. 2173, 55*]. VVLG. Ezech. 24, 5. 34, 20 [*opp.* macilentum]). OV. epist. 9, 90 hominum -es caede ... equae (*sc. Diomedis ut*: met. 9, 194 e. humano sanguine -es. *cf.* SEN. Herc. O. 20 cruore -es hospitum ... greges. *ceterum* SERV. Aen. 6, 654 'nitentes', *sc. equos*: -es). COLVM. 8, 8, 1. PETRON. 64, 6 catellam ... indecenter -em. PLIN. nat. 29, 94 MART. 11, 41, 7. 13, 53, 1. IVV. 12, 11 *si* -ior ... traheretur taurus, *sc. ut victima* (RVFIN. patr. 2, 22. *al.*). APVL. met. 8, 29, 2 fictae vaticinationis mendacio -issimum deposcunt arietem (MARCELL. med. 32, 42). AMBR. off. 2, 16, 82 (*spectat ad Pharaonis somnium, gen. 41, 2*) septem iuvencae ascendebant de flumine visu decorae et -es corpore (*opp.* ieiunae corpore). *al.* *in iunctura* -is hostia, victima *sim.* (*cf. e. g. l. 44. 45. p. 2167, 22. 2168, 56. 2171, 11*): VERG. georg. 11, 740 hostia -is (FEST. p. 186 h. opimae praecipue -es. LACT. inst. 2, 4, 15. *al.*). SEN. Herc. f. 877 -es caedite victimas (PRVD. c. Symm. 1, 453 ENNOD. carm. 1, 8, 27. *v. etiam p. 2168, 68*). VET. LAT. psalm. 19, 4 (cod. 303. *al. et* VVLG.) holocaustum tuum -e fiat ([*gr. πιανάτω*]. EVSEB. GALLIC. hom. 41, 2). AMBR. Cain et Ab. 2, 5, 17 acceptabile esse sacrificium, quod -e, quod nitidum et quodam pabulo fidei ... uberiore alimonia saginatum (*ibid. iterum.* RVFIN. hist. 4, 15, 34. *al.*). **b** *hominibus* (*bene pastis maxime l. 64*): PLAVT. Aul. 332 tibi dabitur -ior tibicina. NOVIVS Atell. 91 si ... ⌊-est⌋ *mulier,* male cubandum est (⌊ ⌋ NON. p. 218, 13 pro -is est; *ceterum v. supra p. 237, 57 sq.*). CATVLL. 39, 11 aut ⌊-is⌋ Vmber aut obesus Etruscus ([⌊ ⌋ *Lindsay sec.* GLOSS.L Ansil. PI 152, *v. e. g. Fordyce, 1961, ad l.*; parcus *codd.*, fartus *vol. VI 1, 281, 5*]. PERS. 3, 74). VERG. georg. 2, 193 Tyrrhenus. HOR. sat. 2, 2, 21 -em vitiis albumque ... *cibus luxuriosus non* poterit ... iuvare. epist. 1, 4, 15 me ⌊-em et nitidum bene curata cute⌋ vises, cum ridere voles, Epicuri de grege porcum (⌊ ⌋ *an ad* porcum *referas, ut locus ad l. 23 pertineat?*). 1, 15, 24 -is ut ... domum possim Phaeaxque reverti. OV. Pont. 1, 4, 51 amplecti ... *uxoris anxiae* corpus non -e ([*seq.* gracile]. CAEL. AVR. acut. 2, 32, 166 diffusum ac -e [*siquidem huc pertinet*]). CELS. 2, 10, 5. PERS. 6, 77 Cappadocas *servos.* MART. 1, 55, 11 vilica. 8, 55, 17 Galatea. IVV. 8, 147 Lateranus (*de eodem: Tac. ann. 15, 53, 2* corpore ingens). GELL. 6, 22, 1 nimis -i homini et corpulento (HIST. AVG. Comm. 10, 5). TERT. ieiun. 6 p. 281, 7 (*spectat ad deut. 32, 15*) -ior populus. ARNOB. nat. 3, 14 macilentos, -es, crassos. HIST. AVG. Pesc. 6, 6 candidus et magis -is. HIER. adv. Iovin. 1, 30 p. 253A (*pertinet ad iud. 3, 22*) interfecit hostem -issimum et totum carni deditum. *al.*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de rebus*: **a** *quibuslibet*: **α** *corporeis*: Ⓘ *de vestimento, vellere*: ENN. ann. 508 tergus ... sagus -is opertat. HOR. carm. 3, 16, 35 *mihi non* -ia Gallicis crescunt vellera pascuis (CLAVD. 20, 384 -ia ... v. per tenues ferri producere rimas). MART. 4, 19, 1 Sequanicae -em textricis alumnam, *sc. endromida.* 14, 143, 2 tunicas. IVV. 9, 28 -es ... lacernas (SCHOL. grossas ac per hoc pluviales). SVET. Aug. 82, 1 toga. *audacius de regione, ubi vestimenta fiunt*: MART. 6, 11, 7 te Cadmea Tyros, *sc. purpura,* me -is Gallia vestit, *sc. sago -i* (*an* Gallia *metonymice pro 'sagum'?*). Ⓘⓘ *de plantae parte, semine* (*cf. p. 2169, 58 sqq. 2171, 51 sqq.*): VERG. georg. 2, 304 *ignis* -i ... sub cortice tectus robora comprendit ([*nisi ad B*]. PERS. 1, 96). COLVM. 10, 393 *cucumis* -i ... semine fartus. PLIN. nat. 12, 42 *nardus* frutex est ... crassa radice ... fragilique, quamvis -i (GREG. M. moral. 8, 68 [*ad psalm. 128, 6*] fenum ... nequaquam -i r. solidatur. *cf. p. 2170, 9*). 19, 101 *generibus cepae* omnibus corpus totum ⌊-i tunicarum⌋ cartilagine (⌊ ⌋ pinguitudinis *codd.*). 21, 117 cyperos ... acumine niger -isque (*si huc pertinet*). Ⓘⓘⓘ *de animantium corporis parte, habitu*: OV. ars 3, 276 cui *puellae* digiti -es et scaber unguis erit. CELS. 2, 8, 33 si venter est quasi fermentatus, -is atque rugosus (HIER. epist. 52, 11, 4 -is v. non gignit sensum tenuem [*cf. Otto, Sprichw. n. 1860*]. *al.*). PERS. 1, 57 cum tibi ... -is aqualiculus propenso sesquipede extet (HIER. epist. 38, 5, 2). PLIN. nat. 10, 140 *gallinae* in cervice -i cute (*nisi ad B*). VAL. FL. 1, 192 -ia colla *victimae.* HIST. AVG. Pert. 12, 1 habitudine corporis -iore, ventre prominulo. VVLG. Iob 15, 26 erecto collo et -i cervice armatus est. *al.* Ⓘⓥ *exempla cetera*: PERS. 2, 52 si tibi ... incusa ... -i auro dona feram (ITIN. Alex. 54 tituli, alter a. -i, alter argento [*postea*: crassitudine auri]). PLIN. nat. 37, 70 (*siquidem huc pertinet*) *smaragdi alii* ⌊minus -es⌋, sed ex longinquo speciosiores (⌊ ⌋ *sc. quam smaragdi alii, de quibus 37, 69* illos *Thermiaeos* intumescentes pinguiter, Persicos vero non tralucidos. *cf. de lapidibus l. 64 sqq. 70 sqq. p. 2173, 24*). PHYSIOGN. 85 qui nigrum quod est intra oculum aliquanto -ius habeat (*nisi de colore*). MART. CAP. 5, 566 (vers.) *pagina involuta* turgore -is. EVSTATH. Basil. hex. 6, 4, 8 sin ... *luna* rubicunda -isque cornibus habeatur, imbres ... minitatur (*Migne gr. 29, 125*[C] *παχεῖα, opp.* gracilis et minime cornibus obtunsis).

β *incorporeis*: Ⓘ *de sono, voce, pronuntiatione* (*saepe in iunctura* -is sonus, *e. g. l. 40. 51*): Ⓐ *pleno* (*v. Dahlmann, Zur Ars Grammatica des Mar. Victorin., 1970, 104 adn. 3; cf. infra p. 2174, 62*): LVCIL. 370 'hoc illi factum est uni', tenue hoc facies i; 'haec illei fecere', addes e, ut -ius fiat (*361* plenius). QVINT. inst. 1, 7, 27 *in 'cui'* pueris nobis ad -em ... sonum 'qu' et 'oi' utebantur (*in eadem re*: VEL. gramm. VII 70, 21 quo -ior esset enuntiatio, o quoque inserebant). VEL. gramm. VII 49, 17 i ... littera interdum exilis est, interdum -is (*seq.: in* 'prodit', ... exilius *sonat..., in* 'prodire' ... pinguescit. *sim. de vocali* [*sc. media*]: POMP. gramm. V 104, 5 *ad alias litteras iunctae* -es sonant. CONSENT. gramm. p. 15, 21 ut exilis ... *litterae i* sonus sit, ubi ab ea verbum incipit, ut 'ire', -ior, ubi in ea desinit, ut 'habui'. COMMENT. in Don. gramm. V 327, 29 *i littera* post c habet -em sonum, post t gracilem. *al.*). 67, 13 *sonus* -issimus (*opp.* exilius). SERV. gramm. IV 422, 1 *'u' fungens* digammi ratione ... -iorem sonum praestat partibus orationis, ut Velena (*item respic. digamma*: POMP. gramm. V 105, 10. *al.*). CONSENT. gramm. p. 16, 13 -issimae prolationis, *sc. l litterae.* ISID. orig. 1, 4, 17 'i' et 'o', quarum uni sicut exilis sonus, ita tenuis virgula, alterius -is sonus, sicut et plena figura. Ⓑ *magno*: NEMES. ecl. 2, 12 -is sonus (*sc. vocis; antea*: non tam tenui filo de voce). ISID. orig. 3, 20, 12 -es sunt voces, quando spiritus multus simul egreditur, sicut virorum (*11 opp.* subtiles). Ⓒ *de vocali aspirata*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 526, 3 omnes voces aut aspirando facimus -iores, aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores (*antea*: crassitudo ... in spiritu est). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 83 Aegyptiaca lingua ... 'ac', quando -i sono profertur, 'captivos' ... significat (*gr. τὸ ἀχ δασυνόμενον*).

Ⓘⓘ *de colore, nitore, sc. pleno, saturo sim.* (*cf. l. 31*): PLIN. nat. 33, 91 natura -issimum ... atramento aspergitur, ne paraetonii candor pallorem chrysocollae adferat (*sc. paraetonium ut*: 35, 36 e candidis coloribus -issimum). 36, 193 *in vitro faciendo* massae ... fiunt colore -i nigricantes ([*cf. 34, 120* pinguiter nigrescens]. 37, 66 dos eorum *smaragdorum Cypriorum* est in c. liquido nec diluto, verum ex umido -i [*postea*: pariter ... ut traluceat et niteat]. *cf. l. 62*). 37, 22 aliis maculae -es *lapidis cuiusdam* placent; tralucere quicquam aut pallere vitium est. 37, 87 imitante ... *sardonychis parte* minium redimitum candido -i. 37, 115 Cypros *fert iaspidem* duram glaucoque -i (*nisi ad p. 2173, 23 sqq. an ad b*). SIL. 10, 569 fulgentia -i murice ... velamina. MART. 6, 42, 14 onyx (*nisi ad l. 27 sqq.; item de lapide*: AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42, 1 *topazion lapis* est ... ⌊pyrichrus⌋ [*v. p. 387, 3*] et satis purus et chrysochrus et -is, resplendenti similis; ... *idem lapis* mirabilis ... magnitudine et ... visu -ior). SOL. 52, 64 *gemmas* insertis aureis umbilicis incendunt ad nitellam -iorem (*postea*: fulgentiorem ... lucem).

b *de eis, quae aegre vel omnino non visu penetrantur* (*hucine p. 2173, 23?*): **α** *de fumo, vapore* (*de ipsa flamma, quae fumum emittit, l. 6 sq.* [*fort. spectat simul ad largitatem sacrificii ut etiam l. 6 sq.*]): LVCR. 5, 296 lychni claraeque coruscis fulguribus -es multa caligine taedae (*nisi cum quadam abundantia ad C*). OV. trist. 5, 5, 11 tura ... -es facientia flammas (TAC. Germ. 45, 5 f. -em et olentem). SEN. Herc. f. 911 -is exundet vapor (*sc. ab aris*). LVCAN. 8, 730 non -is ad astra ut ferat ... fumus odores (SIL. 4, 307 *ignis* -i contorquet nubila f. SERV. auct. Aen. 3, 573 de Aetna sicut nigrum f., ita et candidum et -em, manare). PERS. 5, 181 -em nebulam vomuere lucernae. VAL. FL. 8, 247 *non* se -es ... candida flamma per auras explicuit. **β** *de caelo, nube sim.*: CIC. div. 1, 130 si obscurior ... stella, *sc. Canicula,* extiterit, -e et concretum esse caelum ([*opp.* tenue purumque]. AVIEN. orb. terr. 64 -e tenebrosa c. subtexitur aethra [*gr. 35 παχύνεται*]). SEN. nat. 3, 16, 5 animalia ... in aere caeco -ique concepta. PLIN. nat. 17, 90 -is alno *umbra est* (*antea*: crassa). ZENO 2, 2, 3 nubibus. AVG. serm. 46, 23 l. 633 crassa nebula est, -is nimbus est, oculos eius *pastoris* nihil latet. **γ** *de aqua*: HIPPOCR. aer. 7, 2 *aquae stagnosae* aestate ... calidae ... et -es et odoratae (*gr. παχέα*).

c *de solidis, omnino corpus grave vel extentum habentibus* (*sc. a deo vel a spiritalibus sim. alienis; cf. p. 2174, 61*): HIER. in Eph. 6, 11 p. 548[B] quanto quis peior fuerit, tanto vicinior erit terrae locis et -iori substantiae. *ibid.* aiunt quidam et animas corporibus liberatas, si attenuatae fuerint in praesenti vita et ... in subtile corpus attritae, non habitaturas in -ioribus locis, sed deo, qui incorporeus est, vicinas fore (*ibid.* p. 548[C] *est* disserendum, an hac terra et aere aliquis -ior l. sit, qui ... appellatur infernus). epist. 108, 24, 2 quomodo clausis ingressus est *Christus post resurrectionem* ianuis contra naturam -ium et solidorum corporum? (*in eadem re*: CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 154, 10 *Christus* gerens hoc -e c. et loco egens [*gr. I 1, 2 p. 82, 19 παχύ*]. *ceterum* HIER. epist. 124, 7, 2 [*vertit Orig.*] c. hoc *hominum* -e atque terrenum). hom. Orig. in Is. 6, 5 p. 276, 17 quo modo ... materia corporis -is est, ⌊eodem modo etiam corporei intellectus et cogitationes⌋ (⌊ ⌋ *pertinet ad II*).

B *praevalente respectu materiae oleosae, adipatae* (*fere de rebus, de animantibus l. 53. p. 2170, 53*): **1** *qua aliquid fere per naturam constat, est tinctum sim.* (*v. etiam quae ad 2b adnotavimus*): **a** *strictius de eis, quae adipe vel oleo constant aut eorum sunt plena sim.*: **α** *de lardo, carne, intestinis* (*plerumque edulibus* [*oblatis in sacrificio e. g. l. 40. 56; cf. p. 2166, 49 sqq.*]): CATO agr. 158, 1 addito de perna frustum ... quam minime -e. AFRAN. com. 284 gallum sagatum, -i pastum taxea. CATVLL. 90, 6 *magus* omentum in flamma -e liquefaciens ([*alludi ad usum sub IIA illustratum putat Thomson, comm. 1997; cf. l. 47*]. PLIN. nat. 11, 204 intestina -i ac tenui o. integuntur praeterquam ova gignentibus. *cf.* SEN. Oed. 370 omenta -es visceri obtendunt sinus). VERG. georg. 2, 396 -ia ... in veribus torrebimus exta. Aen. 1, 215 implentur veteris Bacchi -isque ferinae (*inde* AVSON. 18 [352 S.], 16. GLOSS. IV 458, 28). 7, 627 *milites* spicula lucida tergent arvina -i (HIER. epist. 147, 2, 1). HOR. sat. 2, 5, 40 -i tentus omaso Furius *poeta turgidus.* 2, 6, 64 lardo (OV. fast. 6, 169 PLIN. nat. 28, 174. *al.*). CELS. 2, 20, 2 omnis -is caro, omnis glutinosa (2, 22, 1. 4, 9, 3 cibi ... esse debent neque nimium acres neque asperi: mel, ... -is c. *eqs.* [*an ad p. 2173, 17?*]. *al.* PLIN. nat. 20, 96. *al.*). 2, 24, 2 (*de stomacho aptissimis*) si quid ex ceteris *animalibus* sumitur, macrum potius quam -e. PLIN. nat. 11, 206 dexter *renium* ... minus -is sicciorque ([*Arist. hist. anim. 497a2 πιμελήν*]. *ibid.* animalia in renibus -issima). 11, 214 *medulla* -is iis *animalibus,* quibus adips, sebosa cornigeris (*cf. 212* cornigera ... sebo pinguescunt; ... bisulca ... et non cornigera, adipe). VAL. FL. 1, 204 *hostiis caesis et prece dicta* -i cumulat libamine flammam (*205* densis ... in extis). APVL. met. 8, 31, 1 cervi -issimum femus. SCHOL. Pers. 3, 32 -e cor facit homines hebetes (*ibid.* onager ceteris animantibus -ius c. habet et ideo stultior omnibus esse videtur [*item de onagri corde*: CASSIOD. in psalm. 103, 11 l. 271. *v. etiam p. 2172, 61. 2173, 60*]. *cf.* HIER. Orig. in Is. 6, 5 p. 275, 21 crassitudinem et, quidquid -e est circa cor eorum, attenuari). *al.*

β *de lacte, caseo sim.*: VARRO rust. 2, 3, 2 ut et lac multum et -e habeant *caprae* (PLIN. nat. 28, 124 *l.* ovillum ... stomacho minus utile, quoniam est -ius. *cf.* VERG. georg. 3, 406 *canes* pasce sero -i [*an ad C?*]. LACT. opif. 12, 18 candens ac -is umor, *sc. lactis*). VERG. ecl. 1, 34 quamvis multa meis exiret victima saeptis, -is et ingratae premeretur caseus urbi ([SERV. '-is' melius ad victimam quam ad caseum refertur]. AVIEN. ora 487). COLVM. 7, 8, 1 si -i et opimo *liquore conficitur caseus.* PLIN. nat. 11, 239 butyrum (28, 133).

γ *de oleo* (*variis rebus adhibito*): Ⓘ *potius de ipso liquore* (*imprimis olivae*): VERG. ecl. 5, 68 crateras ... duo statuam tibi -is olivi (OV. met. 10, 176 *Apollo et Hyacinthus* suco -is o. splendescunt. STAT. Theb. 6, 576 -i ... cutem fuscatur o. *al.*). Aen. 6, 254 -e super oleum fundens ardentibus extis (PLIN. nat. 13, 19 *servantur* odores in o., quod

[Otuink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diurnitati eorum tanto utilius, quanto -ius, ut ex amygdalis. PRVD. cath. 5, 13 o. *lampadum.* CAEL. AVR. acut. 2, 19, 120 unctionem crurum ... -i atque calido o. frequentare. *al.*). CIRIS 438 non mihi iam -i sudabunt tempora myrrha (OV. medic. 88 modicum e murris -bus adde cubum. CELS. 6, 7, 3[A] SCRIB. LARG. 75. *al.*). OV. epist. 19, 44 pallade ... -i tinguere membra. SEN. Thy. 948 -i madidus crinis amomo (STAT. silv. 1, 2, 111). PLIN. nat. 15, 6 quanto maturior baca, tanto -ior sucus. 15, 109 *sunt suci* -es olivae, lauro, nuci iuglandi, amygdalis. 15, 124 liquor (CE 1814, 3 [*saec. II ex.*]). VAL. FL. 6, 360 -i fluit unguine tellus (*358* bovis exuvias multo ... frangere olivo). EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 11 -em ... substantiam (*gr.* ἐλαιώδη). Ⓘⓘ *potius de arbore vel fructu (de loco l. 19; etiam de fertilitate arboris [v. sub C] vel de fructu turgido [v. sub A] cogitare possis):* *de olea et oliva*: VERG. georg. 2, 425 -em et placitam Paci ... olivam (AETNA 14 *cum penderet* -i Pallas olivā [*v. Goodyear, comm. 1965, ad l.*]. STAT. Theb. 12, 621. *al.; de fructu*: VERG. georg. 2, 85 *non* -es unam in faciem nascuntur o., orchades et radii et ... pausia. CLAVD. 22, 464). HOR. epod. 2, 55 lecta de -issimis oliva ramis arborum. ANTH. 471, 4 (*Petronii?*) Palladium ... nemus -i se vertice frangit. HIER. in Matth. 26, 36 Gethsemani interpretatur vallis -issima (*i. multarum olearum plena; cf. p. 2161, 35*). PRVD. apoth. 339 (*in imagine de Iudaeis*) -bus ... quondam radix oleagina bacis. VAL. CEM. hom. 4, 2 quare non -es oleae exhibent pretiosa commercia *agricolis?* (*nisi ad C*). ORIG. in Matth. ser. 32 p. 57, 28 fructum abundantem et -iorem. *de ceteris* (*cf. l. 58*): PLIN. nat. 12, 50 *cardamomi semen* viridissimum ac -e. 12, 101 *myrobalani Aethiopicae* glandem nigram nec -em ..., sed liquore qui exprimitur odoratiore (*de speciei Aegyptiae glande*: 12, 102 -iorem).

δ *de variis*: GRATT. 81 -is pluma *oloris vel vulturis.* VITR. 8, 3, 8 per -es terrae venas profluentes uncti oleo fontes erumpunt (*an ad b?*).

b *laxius de eis, quae materiis adipi, oleo similibus constant vel eorum sunt plena sim.* (*quia cum tumida, tum lenta, pigra sunt, quaedam exempla vel ad A vel ad D vergunt*): **α** *de solo, terra sim.* (*cf. p. 2171, 18sqq.*): VARRO rust. 1, 9, 5 refert utrum *terra* sit macra an -is an mediocris, quod ad culturam -is fecundior ad multa, macra contra (1, 23, 2 [*bis*]. 1, 40, 3. VERG. georg. 2, 92. 2, 203 nigra fere et presso -is sub vomere t. et cui putre solum ..., optima frumentis. COLVM. 1 praef. 24 in his *regionibus* -is lubrica *t.* [*disting.* densa et glutinosa]. *al.* PLIN. nat. 17, 27 *non t.* -is adhaerens digitis, quod in argillis arguitur. *al.* PALLAD. 1, 5, 6 *t.* -is aut macra. *al.*). 1, 9, 6 in agro -i ... licet videre ... segetes fructuosas (COLVM. 1, 4, 1 -is ac laeti. *al.* PLIN. nat. 25, 93. PLIN. epist. 3, 19, 5 a. sunt fertiles -es aquosi [*nisi ad C*]. VLP. dig. 43, 24, 7, 6 si quis acervum stercoris circa a. -em disiecerit. IVVENC. 1, 642. *al., cf. l. 48*). VERG. georg. 1, 64 terrae -e solum (TIB. 2, 3, 6 quam fortiter ... versarem valido -e bidente s. SEN. nat. 6, 26, 1 -is et limosi s. COLVM. 2, 2, 2 s. -is vel macri, soluti vel spissi, umidi vel sicci. *al.* PLIN. nat. 18, 198. *al.* FRONTIN. aq. 15, 1. *al.*). 2, 184 humus (COLVM. 2, 2, 19 [*postea opp.* exilem]. 2, 9, 4 [*opp.* macerrima]. *al.*). 2, 248 -is ... quae sit tellus ... discimus: haut umquam manibus iactata fatiscit, sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. 2, 274 si -is agros metabere campi, densa sere (COLVM. 2, 4, 1 -es c., qui diutius continent aquam. *al.* PLIN. nat. 25, 63 c. -bus umidisque). COLVM. 2, 2, 25 terram -bus harenis (2, 10, 18). 2, 9, 5 locus ... vel -is vel exilis (2, 10, 5 -issimus l. vel stercoratus. *al.* PLIN. nat. 21, 20. *al.* HIER. in Is. 2, 5, 11 l. 46 in l. -i sive uberi, *πίων* enim utrumque significat). 3, 2, 15 arvo. 3, 11, 7 -i glaebae permixta (LVCAN. 4, 309 DRAC. laud. dei 2, 423). *al.* PLIN. nat. 17, 160 tenerrima ingeritur terra, sed in gracili solo frustra nisi substrato -iore corio. *al.* LACT. inst. 2, 10, 12 Promethea simulacrum hominis formasse de molli ac -i luto ([*inde* epit. 20, 12]. AVIEN. ora 365). AVSON. 27, 3 (398 S.), 7 *ostrea* -i mox consita limo.

β *de plantis eorumve fructibus, partibus sucosis, resinosis, carnosis* (*fortasse oleosis, quae ad a pertineant; cf. etiam p. 2167, 9; ipsos sucos, resinam sub δ attulimus*): Ⓘ *de fructibus* (*iuxta pos.* sucidus *l. 64,* suculentus *l. 70; cf. p. 2175, 13*): VARRO rust. 3, 16, 28 ficorum -ium circiter decem pondo decoquont (HOR. sat. 2, 8, 88. CELS. 5, 18, 27 [*iuxta* aridus *ut*: SCRIB. LARG. 66. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 113 -e ac sucidum. *al.; iuxta* siccus: PLIN. nat. 24, 16 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 126]. 6, 9, 2 *decoquitur* nepeta cum taeda -i ac f. item -i. *al.* COLVM. 12, 15, 5 PLIN. nat. 23, 26. MARCELL. med. 8, 87 ficus ... etiam veteris, dummodo -issimae. *al.*). COLVM. 10, 415. 12, 16, 3 quo sit -ior et nitidior uva passa (PLIN. nat. 29, 43 MARCELL. med. 12, 15). PLIN. nat. 19, 91 -bus caryotis (MARCELL. med. 14, 46 c. -ium *sucus*). SORAN. p. 52, 15 palmulae (CAEL. AVR. acut. 3, 3, 16 p. -ium vel fici suculenti. *al.*). *al.* ⓘⓘ *de variis*: VERG. ecl. 7, 49 hic focus et taedae -es ([SERV. desudantes picem]. *ceterum in medicina*: CELS. 6, 9, 2 *v. l. 65.* SCRIB. LARG. 58. DIOSC. 1, 30 p. 21, 12 dede [*i. taed-*] pituine -iore [*gr. I, 30, 4 δαλὸν πιτυίνης ὡς ὅτι λιπαρωτάτης*]. *al., e. g. p. 2170, 1; aliter p. 2170, 71*). 8, 65 verbenas ... adole -is et mascula tura ([SERV. auct. florentes, virentes]. APVL. apol. 30,

7). Aen. 6, 214 -em taedis et robore secto ingentem struxere pyram (SERV. de Graeco transtulit *λιπαρὰν* magnam aut hypallage est, hoc est de -bus taedis). PLIN. nat. 16, 46 *larix* folio villosior, -ior et densior, *sc. quam picea* (*de cuius foliis postea*: rariora siccioraque). 16, 47 *arbor* femina ... -ioribus foliis (25, 121 lychnitis ... f. ... crassis -busque, ad lucernarum lumina aptis. 25, 161 f. in cacumine ... carnosa, -ia, larga suco. 26, 82 *crethmi* f. -ia albicant velut olivae, crassiora et salsa. *et saepe.* PS. APVL. herb. interpol. 8 l. 19 -bus atque crassis [*gr. Diosc. 2, 175, 1 λιπαρά*]. *al.*). 25, 124 *alcimae* radicibus densis, tenuibus, ... odoratis, -bus (PLIN. phys. Bamb. 57, 45 -is radicis *inulae*). 27, 16 optima aloe -is ac nitida. *al.* CHIRON 585 surculo⟨s⟩ -es decupati⟨m⟩ quasi fusos vehementer constringes. CLAVD. carm. min. 25, 123 *balsama* Niliacus -i desudat vulnere cortex. PS. APVL. herb. interpol. 124 l. 18 tyrsos -es *herbae.*

γ *de humani corporis partibus vel eis, quae ex eo excernuntur*: CELS. 2, 6, 12 *periculum mortis adnuntiat alvus* liquida eademque vel nigra vel pallida vel -is (*de eadem re*: HIPPOCR. progn. 11 [*gr. λιπαρά*]). 5, 26, 20[F] (*antea*: id *pus*... peius est multum, tenue, dilutum; ... melius est, quo minus est, quo crassius) *pus* elaeodes ... peius est multum et parum -e; quo minus eius quoque id ipsum -ius, eo melius est (5, 28, 12[F] -e et oleo non dissimile). 7, 7, 1[A] vesicae nasci solent -es gravesque. 8, 2, 1 id, quod vitiatum est, primo fere -e fit, deinde vel nigrum vel cariosum (*spectat ad ossa ut*: 8, 2, 2 id, quod -e est, ... adurere [*disting.* in cartilagine]. 8, 10, 7[L] ut, si quid -e est, eradatur). *vergere vid. in notionem q. e. nitidus* (*cf. p. 2167, 66. 74. 2171, 3*): CHIRON 134 oculos -iores habere videbitur *animal fessum* (PHYSIOGN. 81 -es o. ... ad libidinem et ad lacrimas faciles *esse* [*opp.* siccos]. 103 homo *libidinosus* ... o. -bus, relucentibus [*gr. I p. 419, 6 ὄμμα λιπαρὸν καὶ στίλβον*]. 112 o. habebunt -iores [pigriores *codd.*], humidos. *cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 27, 143 [*de peripleumonicis*] oculorum veluti -is aspectus atque etiam splendor).

δ *de variis*: VERG. ecl. 8, 54 -ia corticibus sudent electra myricae (*sim. respicitur sucinum*: PLIN. nat. 37, 36 *solis radios* vehementiores in terram actos -em sudorem ... relinquere. MART. 4, 59, 3 rore. IVV. 6, 573 sucina). AETNA 391 spissus crebro praebetur alumine sucus, -e bitumen adest (PLIN. nat. 35, 179 *b.* -e oleique liquoris. VAL. FL. 3, 124 gravem nodis -ique b. ... quassans lampada). GRATT. 441 ter -ia libant tura foco (MART. 10, 26, 6. AVIEN. Arat. 206 -i t. Epidaureae fumant altaria sedis. *cf.* PLIN. nat. 12, 58 *ex arbore turis* prosilit spuma -is. LACT. Phoen. 86 turis lacrimae guttaque -is). CELS. 5, 17, 2[B] acetum aut si quis alius ⟨non⟩ -is umor (5, 17, 2[C] u. non -i, ut vino vel aceto. SEN. nat. 1, 12, 1 *pelves* oleo aut pice implemus, quia -is u. minus facile turbatur. PLIN. nat. 16, 181 [*in arborum cortice*] lentus ac -is. *cf. p. 2173, 3*). COLVM. 10, 352 -i Palladia ... amurca. PLIN. nat. 15, 31 *pix Bruttia* est ... -issima et resinosissima (16, 53 *p. Bruttia* lentore ab alia pice differens, ... -ior est reliqua omni. 24, 37 spissarum *picum* utilissima medicinae *p.* Bruttia, quoniam -issima et resinosissima *est.* SIL. 1, 354. *cf. l. 40. 46*). 15, 32 *elaeomeli* manat ex arboribus -e, crassius melle, resina tenuius. 24, 3 utrumque, *sc. pix oleumque,* -is naturae est (36, 174 *calx* utilior e molari, quia est quaedam -ior n. eius). 24, 33 (*antea: resina* sicca e ... picea fit) picea ... *resinam* -em et turis modo sucosam fundit, larix gracilem. *al.* MACR. Sat. 7, 13, 23 -is est *aqua marina* (7, 13, 24 est hoc indicium -is a. m., quod, cum inspergitur flammae, non tam extinguit quam pariter accenditur).

2 *qua aliquid fere actione hominis est illitum, commixtum, plenum sim.* (*quaedam ad D vergunt*): **a** *de variis rebus* (*animantibus p. 2171, l. 6, cf. enallagen l. 70*): **α** *accedit abl. indicans materiam, sc. -em, qua aliquid affectum est: contextu vario*: VERG. georg. 3, 450 *in pecoris medicamentum* miscent ... Idaeasque pices et -is unguine ceras (SIL. 14, 427 per -es u. taedas *ignis labitur in navis alveum*). OV. Pont. 2, 3, 99 altaria -ia ture. SIDON. epist. 3, 3, 5 alii sanguine ac spumis -ia frena suscipiunt. *de solo sim. sanguine tincto, perfuso* (*cf. p. 2169, 31sqq. 2171, 34. 40*): VERG. Aen. 4, 202 pecudum ... cruore -e solum ([CLAVD. DON. p. 380, 10 hostiarum c. adsiduo]. SIL. 10, 461 per lubrica -is stante c. soli). STAT. Theb. 1, 329 -es Baccheo sanguine colles (7, 545 sq. *campus* [silv. 5, 3, 39]). 4, 444 vivo ... sola -ia tabo. **β** *exempla varia*: VERG. Aen. 4, 62 -is ... ad aras ([SERV. auct. plenas vel sanguine delibutas. CLAVD. DON. p. 364, 10 hoc est pecorum corporibus oneratas]. 7, 764 -is ... a. Dianae [SERV. frequenti sacrificio]. 9, 585 CYPR. GALL. deut. 226). OV. met. 4, 402 -es ... ardere videntur lampades (PS. PAVL. NOL. carm. app. 1, 66 *qui Christum* expectant -i l. pervigiles *ut virgines Matth. 25, 1sqq., cf.* ALC. AVIT. carm. 6, 477 *ut* dividat ... *virginum* sapientia -is olivum *lampadibus paratum*). LVCAN. 3, 681 -bus ignis affixus taedis et tecto sulpure vivax spargitur (*cf. l. 57. p. 2169, 71*). PETRON. 33, 6 ova ... ex farina -i figurata. STAT. Theb. 6, 585 -es ... palaestrae (*sc. ubi versantur homines oleo uncti*). MART. 2, 29, 5 cuius olet toto -is coma *theatro* (SVET. Nero 20, 3 insignes -issima c. et excellentissimo cultu. *ad eandem rem spectare vid.* QVINT.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inst. 1, 5, 14 pexus -isque doctor [*an ad p. 2174, 6 sqq.? v. p. 906, 32 sq.*]). 6, 93, 10 *mulier contra odorem foetidum* tegitur -i terque quaterque faba (*sc. lomento*). 9, 59, 8 -e (*sc. ita ut splendeat*) ... ebur. 11, 15, 6 Cosmiano. 11, 98, 6 labia -i delibuta cerato. IVV. 6, 462 Poppaeana. PRVD. perist. 10, 1056 macellum -e pulvinarium. CLAVD. 20; 111 *Bellona* Illyricis -es pectebat stragibus hydros. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 229 Lacedaemonii ... -es et corpore pulchri in civitate degebant (*gr. λιπαροί*).

b *de cibis sim.* (*sc. potius a coquo paratis; quaedam ad 1a vergunt*): CELS. 3, 26 minime -es cibi (MARCELL. med. 5, 18. 19). SCRIB. LARG. 185 iure gallinaceo agninove quam -issimo (190 iure suillo -i. *al., cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 16, 136 iusculis). ARNOB. nat. 7, 29 *dei* tauris -busque se dapibus atque opimis inferciunt escis. AVG. in psalm. 62, 14 l. 41 obsonia. MARCELL. med. 21, 6 escis. 22, 37 nihil -e manducent, non oleum, non carnem. HIPPOCR. vict. 2 l. 103 *cibi* species ... -is. VINDIC. med. 10 si quid *nutrimentum* fuerit crassius ac -ius.

C *praevalente respectu fecunditatis, opulentiae sim.* (*de homine eiusve anima non nisi l. 68*): **1** *pertinet ad ea, quae aliquid abunde proferunt vel continent*: **a** *de agro, loco fertili, laeto sim.* (*sc. pleno segetum, fructuum sim., sed aliarum rerum l. 36. 48 sq.; cf. p. 2169, 31 sqq.*): CATVLL. 68, 110 ferunt Grai ... *barathrum quoddam* siccare emulsa -e palude solum (CVRT. 5, 4, 20 qua -issimum esset s. et pabuli fertile. *al.* MELA 3, 62 tam -is ... et tam feracis s. LVCAN. 4, 12. VAL. FL. 4, 100 Bebrycii ... regni -e s. et duris regio non invida tauris. MART. 1, 107, 8 [*opp.* in steriles ... campos]. *al.*). LVCR. 5, 1248 inducti terrae bonitate volebant pandere agros -is et pascua reddere rura (COLVM. 1, 3, 2 feracissimo -ique a. [*opp.* sterilis soli]. *al.* SIL. 1, 213 felix qua -es mitis plaga temperat a. IVVENC. 1, 642 cernite, per -es a. ut lilia fulgent. AMM. 19, 2, 2 pacis modo patentes a. -es cultosque. *al.*). VERG. ecl. 5, 33 segetes ut -bus arvis, tu decus omne tuis (HOR. carm. 3, 4, 16 LYGD. 3, 12. VAL. MAX. 7, 1, 2 -issima Lydiae a. 7, 6, 2 -issima a. ... fertilissimosque campos. SEN. benef. 6, 7, 3 COLVM. 10, 187. PLIN. nat. 18, 199 -ia a. ex uno semine fruticem numerosum fundunt. *al.*). georg. 1, 105 *arator* cumulos ... ruit male -is harenae (SERV. non -is, id est sterilis). Aen. 6, 195 ubi -em dives opacat ramus humum (OV. epist. 1, 54 luxuriat Phrygio sanguine -is h. ars 1, 360 ut seges in -i luxuriabit h. *al.*). *al.* AETNA 432 quamvis aeternum ⌞-i scatet⌟ ubere sulphur ([⌞] pinguescat et *sim. codd., ceterum v. Goodyear, comm. 1965, ad l.*]. PRISC. periheg. 862 haec omnis -i tellus est u. laeta [*gr. 921 λιπαρή τε καὶ εὔβοτος*]. 973 amnibus haec *Persis* multis recreatur et u. -i [*gr. 1071 ποταμοὶ περιπιαίνουσι*]. *cf. p. 2172, 6*). HOR. carm. 2, 1, 29 quis non Latino sanguine -ior campus ... impia proelia testatur? (epist. 1, 3, 5 -es Asiae c. COLVM. 2, 16, 3 laeto -ique. IVVENC. 3, 551). 2, 12, 22 -is Phrygiae Mygdonias opes. PROP. 3, 5, 5 Campania. CVRT. 5, 1, 12 ⟨in terra⟩ ... tam uberi et -i, ut a pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat ([*seq.* causa fertilitatis]. VET. LAT. gen. 49, 15 [cod. 102. *al.*] videns ... t., ... *quia* -is est [*gr. πίων, cod. 100. al.* opulenta, *Vulg.* optima]. HEGES. 3, 6, 2 -is, herbosa, diverso culturae genere nitens. *al.*). *al. pendet abl. indicans, qua re ager sim. abundet*: VERG. georg. 2, 139 laudibus Italiae *non certet* ... turiferis Panchaia -is harenis (*abl. vid. explicare subi.*). SIL. 8, 537 sulphure -es Phlegraei ... sinus. GREG. M. in euang. 1, 5 mundus ... opulentia rerum -is.

b *de plantis laetis, fructu plenis vel seminibus vigentibus* (*quae eadem hic illic sunt vel turgida, ut ad A pertineant, vel sucosa sim., ut ad D pertineant, vel alunt bene animalia, ut exempla sub 2 afferri possint; v. etiam p. 2167, 9*): VERG. ecl. 3, 100 quam -i macer est mihi taurus in ervo! georg. 1, 8 tellus Chaoniam -i glandem mutavit arista (*i. multa grana continens*; SERV. affectate ait -em aristam, cum proprie arista ab ariditate sit dicta. *cf.* AMBR. off. 2, 16, 82 [*respicitur Pharaonis somnium, gen. 41, 22 sqq.*] septem spicae -es [*postea*: laetas et uberes; *opp.* exiles; steriles et tenues]). 1, 14 -ia Ceae ... nivei tondent dumeta iuvenci. 4, 183 tiliam. HOR. epod. 16, 55 *ut non* -ia ... siccis urantur semina glaebis. epist. 2, 2, 184 Herodis palmetis -bus (*nisi ad a*). OV. fast. 1, 689 *seges* neque deficiat macie, neque -ior aequo divitiis pereat luxuriosa suis. SEN. Oed. 134 laniger -es male carpsit herbas. Tro. 225 pascuo fecunda -i ... nutrit greges Scyros (VET. LAT. Ezech. 34, 14 [Didasc. apost. 17, 11, *sim.* VVLG.] in p. -ia pascentur). PLIN. nat. 11, 236 pullos earum *asinarum,* ubi -e pabulum, ... lact gustasse letale est. 17, 79 caespite (AVIEN. orb. terr. 81 AMM. 20, 11, 25. *al.*). CYPR. epist. 37, 2, 2 racemi. HIER. psalt. sec. Hebr. 91, 15 (*in imag.*) *iusti* fructificabunt in senectute, -es et frondentes erunt. VEN. FORT. carm. 1, 20, 16 -is et altricem palmes opacat humum. *al. pendet abl.*: VERG. georg. 1, 192 *messe pessima* nequiquam -īs paleā teret area culmos (SERV. id est sine frugibus. SERV. auct. '-is' sane et 'quamvis -is' potest accipi).

c *de variis* (*ad largitatem spectare vid. etiam p. 2168, 6 sq. 2170, 65 sq.*): **α** *corporeis*: CATVLL. 62, 3 surgere iam tempus, iam -is linquere mensas. VERG. georg. 4, 14 absint ... *lacertae* -bus a stabulis (*sc. alvariis apium*; SERV. plenis, sicut inanes res tenues nominamus). THEOD. PRISC. log. 54 *in paralyticis sanandis* cucurbitas interea locis -ioribus admovebo (*Rose ad l. confert Cael. Aur. chron. 2, 1, 21* erunt cucurbitae temporibus infigendae *eqs.*). **β** *incorporeis*: VAL. FL. 5, 422 -em ... sine imbribus annum (*sc. quo laetantur Aegyptii*). 6, 39 aeterno quamquam Maeotia pubes Marte cadat, -i numquam tamen ubere defit, quod *regionem illam* ... impleat (*cf.* AMM. 23, 6, 29 -i fecunditate). VET. LAT. psalm. 91, 15 (cod. 300) *iusti ut palma et cedrus Libani* adhuc multiplicabuntur in senecta -i (*gr. πίονι, cod. 303. al. et Vulg.* uberi, *cf. p. 2171, 68; cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 267 sine luctu ex hac vita migrare ... in -i senectute, et nusquam contingere immaturam mortem [*gr. p. 41 λιπαρῷ*]).

2 *pertinet ad ea, quae fecunditatem dant, optime, large nutriunt* (*ut notio quaedam activa subesse videatur; de plantis v. sub 1b*): **a** *de stercore, aqua sim., sc. rebus, quae agrum laetificant* (*sunt, quae ad D vergant*): VERG. georg. 1, 80 ne saturare fimo -i pudeat sola ([SERV. vel umido vel fertili; *pendet* AMBR. paenit. 2, 1, 3]. 2, 347 AMBR. paenit. 2, 1, 3). 1, 87 *cinere stipularum* occultas vires et pabula terrae -ia concipiunt (SIL. 7, 365. *cf. l. 30. p. 2171, 65*). Aen. 9, 31 -i flumine Nilus cum refluit campis (AVIEN. orb. terr. 334 [*gr. 221 ποτάτοιο, quo spectat* PRISC. periheg. 210 fluvii -is ... flumina Nili]. PRISC. periheg. 214 *Nilus* f. -i fertilis Aegypti terras fecundat opimas. *cf.* 787 Maeander [*gr. 824 λιπαρῇσι ... δίναις*]. CORIPP. Ioh. 6, 199 -is qui margine Nili stagna bibunt. *v. etiam p. 2175, 17*). COLVM. 2, 17, 7 pluviae semper omnem ⌞-iorem materiam⌟ in ima deducunt (⌞ *sc. stercus*). 10, 81 rudere ... -i, solido vel stercore aselli armentive fimo saturet ieiunia terrae *holitor.* HEGES. 4, 17 fons abundans atque idem uberior ad potum, -ior ad inrigandum (*postea*: fertilitatem solo ... infundere; *gr. 4, 459 πρὸς ἀρδείας λιπαρωτάτη*). **b** *de variis*: OV. met. 15, 352 ubi terra cibos alimentaque -ia (*sc. bitumen et sulphur*) flammae non dabit, ... non feret illa *Aetna* famem ([*cf. p. 2170, 33*]. *sim. nutritur flamma, e. g.*: SIL. 17, 93 *ignes* se per -ia magno pabula ferre sono. IVVENC. 4, 215 *pavent virgines sapientes,* ne desint clarae nutrimina -ia flammae [*spectat ad Matth. 25, 1 sqq., ut e. g. p. 2170, 69*]). VET. LAT. gen. 49, 20 (cod. 102. *al. et* VVLG.) Aser -is panis eius ([*codd. 100. 101* uber]. VVLG. Is. 30, 23 p. frugum terrae erit uberrimus et -is. *al., e. g.* RVFIN. patr. 2, 22 *quibus* thensauri sapientiae ... revelentur Christi, isti sunt, quibus -is est p.).

D *praevalente respectu lentitudinis, pigritiae sim.* (*v. quae ad B2 adnotavimus*): **1** *de eis (magis minusve liquidis), quae aegre linuntur, pigre fluunt, lente se movent sim.* (*ea, quae sint talibus illita, v. l. 51. 66 sq.*): **a** *de cibis, potibus*: VERG. georg. 4, 268 igni -ia multo defruta. HOR. sat. 2, 4, 65 *olivum* -i miscere mero. TIB. 1, 1, 10 pleno -ia musta lacu (MANIL. 3, 153 Bacchum per -ia m. fluentem. 3, 663 COLVM. 10, 432). CELS. 2, 18, 11 vinum, quod paucorum annorum vel austerum vel -e est (3, 6, 14 -ius aut dulcius. PLIN. nat. 14, 68 Massilia ... -ius *v.* gignit, quod vocat sucosum. *al.* HIER. in Ezech. 27, 18 l. 1167. *al.*). PLIN. nat. 11, 38 *mel capitur* sereno die -ius ([*disting.* uberius; *seq.* quod per se fluxit ut mustum oleumque]. *ibid. iterum* [*disting.* spissum]. CARM. de resurr. 233). 13, 44 *palmae cuiusdam pomis* suco -i lactentibus (lacta- *M; an ad p. 2170, 30?*). IVV. 14, 270 passum. HIER. epist. 52, 11, 3 coctis ... fructibus aqua -ior colatur. APIC. 8, 1, 5 si volueris *ius* -ius facere. RVT. NAM. 1, 150 -ia ... Hesperio nectare prela fluant. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 156 liquore ... minime -i.

b *de quibuslibet*: **α** *usu vario*: AETNA 396 in -i fervent incendia suco ([*390* spissus ... sucus]. PLIN. nat. 16, 82 [*de s. plantae ut*: 21, 95]. *cf. l. 48*). VITR. 7, 2, 2 *cum calx* -is fuerit et recte macerata, circa *asciam* ... uti glutinum haerens ... probabit se esse temperatam (*opp.* evanidam et siticulosam). SEN. dial. 5, 38, 2 cum agenti causam ... quantum poterat adtracta -i saliva inspuisset Lentulus. nat. 3, 2, 2 quaedam *aquae* tenues, quaedam -es (HIER. in Ezech. 47, 6 l. 1149 moriuntur *pisces* et -bus a. supernatant). PLIN. nat. 11, 221 sanguis quibus multus et -is, iracundi *sunt*; ... inferiore parte *corporis* -ior *est s.* (11, 222 -issimus asinis, homini tenuissimus. VAL. FL. 3, 286 concretos -i iam s. crines). 12, 35 *bdellium* esse ... debet tralucidae simile cerae, odoratum et, cum frietur, -e. 14, 131 cinis *faecis vini* ... nitri naturam habet easdemque vires, hoc amplius, quod -ior sentitur. VAL. FL. 1, 449 -i ... Boebeide *lacu.* MART. 9, 54, 4 *si mihi* -is ... implicitas virga teneret avis (*sc. visco illita*). IVV. 3, 247 -ia crura luto (*an ad A? cf. p. 2169, 56*). ORIBAS. syn. 1, 7, 4 Aa p. 44, 14 urina ... multa et -is est, sedimen autem turbidum et spissum et -e habent. 6, 5, 4 Ab p. 99 id, quod expuunt, est ... constitutione neque liquidus satis neque -is (*gr. ὑπέρπαχυ*). 9, 10, 25 Aa p. 289 flegma. *de emplastris, medicamentis sim.* (*sc. non -bus praeter l. 74. p. 2173, 3*): CELS. 5, 19, 1[A] (*de emplastris,* quae cruentis protinus vulneribus iniciuntur) constant ... ex medicamentis non -bus, ideoque alipe[ne] nominantur ([*seq. compositiones, quibus additur oleum*]. 7, 4, 2[B] in ceteris *fistulis* ... -ia m. inimica sunt. 8, 3, 10 [*postea*: imponenda lana sucida oleo atque aceto madens]. 8,

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

25, 5). 5, 27, 1[B] quodlibet *emplastrum* non -e ex iis, quae recentibus vulneribus accommodantur (5, 28, 8. 7, 32). PLIN. phys. Bamb. 1, 21 *compositio* -ior. **β** -is (h)umor (*cf. p. 2170, 39*): SEN. nat. 3, 15, 2 *sunt in corpore humano* multa genera umoris, alia necessarii, alia ... paulo -ioris (*postea inter alia*: muci salivaeque). 3, 25, 9 (*antea*: aquae gravitas medicatae). epist. 84, 4 *Indicae cuiusdam* arundinis u. dulcis et -ior *gignit mel.* APVL. apol. 49, 5 concrementa varii fellis et turbidi spiritus et -is humoris. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 141 vomitus ... h. -ium, qui in ventriculo ... adhaerescebant contumaciter. ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 3 Aa p. 427 *agaricum* -es exsiccat h. (La -es et spissos, *gr. 2, 1 A 5 πάχος τέμνει*). syn. 1, 16, 3 Aa p. 53, 20 subtiliari vel extenuare spissos et -es h. (La -es et gluttinosus, *gr. παχεῖς καὶ γλίσχρους*). 1, 25, 2 Aa p. 77, 14 subtiliantur -es et glutinosi h. (*sim.* La, *gr. παχέσι καὶ γλίσχροις*). 4, 2 tit. Aa p. 5 -es et spissos h. (*La* quae inpinguant et replent, *gr. παχύχυμα*). 8, 13 (14), 2 Aa p. 223 de humidis et biscosis et -es vel spissos h. (La gluttinosis et -issimis, *gr. ὑγρῶν, γλίσχρων καὶ παχέων*). *al.*

2 *de eis, quae minus vehementer sensus afficiunt; respicitur: cibus saporis lenioris* (*cf. p. 2168, 49; v. etiam vol. VII 1, 281, 60sqq. 1313, 1sqq.*): PLIN. nat. 15, 106 omnibus ... sucis saporum genera XIII reperiuntur: dulcis, suavis, -is, amarus, *eqs.* 15, 107 si quidem inest ei *lacti,* quod tamen iure dici dulce et -e et suave non possit, optinente lenitate, quae ipsa succedit in saporis vicem. PORPH. Hor. sat. 2, 4, 41 '*convivae* carnem vitantis inertem': -em. *lapis minus nitens fulgensve* (*an ad A2b?*): PLIN. nat. 37, 94 *quidam dicit syrtitas Aethiopicos* -es lucemque non fundentes convoluto igne flagrare.

*?***3** *de eis, quae lente pereunt, dissolvuntur*: STAT. Theb. 10, 46 *torquet* balatus ... tremens -esque ab ovilibus aurae *lupos esurientes* (*cf. Sen. Thy. 499sq.* lento ... odore. *et vol. VII 2, 1164, 34, nisi per enallagen subest notio sub A illustrata*).

II *translate, sc. de eis qualitatibus, quae mente, cogitatione solum perspiciuntur*: **A** *de hebetibus, minus acutis, subtilitate egentibus sim.*: **1** *de dictis, scriptis sim.*: CIC. ac. 2, 109 quod ipsi Antiocho -e videbatur et sibi ipsum contrarium (*locum affert* NON. p. 163, 4 -e positum pro inpedito et inepto [*inde* GLOSS. V 646, 37 -[a]e: inpeditum]). HOR. epist. 2, 1, 267 ne rubeam -i donatus munere, *sc. carmine* (PORPH. non subtili). COLVM. 9, 14, 12 Hipparchi, *sc. astrologi peritissimi,* subtilitas -ioribus, ut aiunt, rusticorum litteris *non* necessaria est. QVINT. inst. 12, 10, 35 *non* rerum nimiam tenuitatem, ut non dicam -ioribus, fortioribus certe verbis miscebimus. INST. Iust. 2, 20, 3 antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem ... -iorem naturam indulgentem. *notione debilitata spectat ad ea, quae sunt communia, vulgaria*: GELL. 17, 2, 12 'in Gallos *pugnare*' mundius subtiliusque est quam 'cum Gallis' aut 'contra Gallos'; nam -iora haec obsoletioraque sunt. CASSIAN. inst. 8, 3 si ... haec, cum dicuntur de deo, carnali et -i secundum litteram significatione percipienda sunt. **2** *de hominibus vel eorum actione, ingenio sim.* (*rudibus arte l. 55 et fort. l. 53; cf. p. 2168, 40. 47*): CIC. fat. 7 *e caelo tenui* acutiores putantur Attici; crassum Thebis, itaque -es Thebani et valentes. Lael. 19 agamus igitur -i, ut aiunt, Minerva, *sc. ingenio*; qui ita se gerunt ..., ut eorum probetur fides ..., hos viros bonos ... appellandos putemus ([*opp.* illi, qui haec subtilius disserunt]. COLVM. 1 praef. 33 potest ... nec subtilissima nec rursus, quod aiunt, -i M. res agrestis administrari. 11, 1, 32 [*opp.* scrupulositas]. *cf. Otto, Sprichw. n. 1120*). VERG. catal. 9, 64 -i nil mihi cum populo. HOR. sat. 1, 3, 58 (*virtus cuidam vitio datur*) probus quis *est* ..., multum demissus homo: illi tardo cognomen, -i damus. 2, 6, 14 ingenium ([*v. p. 2166, 38*]. OV. met. 11, 148 [*postea*: stultae praecordia mentis *Midae*]). AVG. mus. 2, 1, 1 *grammaticam* historiae custodiam profiteri vel solam, ut subtilior docet ratio, vel maxime, ut etiam -ia corda concedunt. *usu christ. respiciuntur carnalia* (*cf. p. 2168, 31*): HIER. hom. Orig. in Is. 6, 5 p. 276, 12 est ... principale cordis tenue quidem, quod spiritale est, -e autem, quod ex corporalis materiae vitio concretum est, plenum cogitationibus corporalibus. hom. Orig. in Luc. 35 p. 205, 14 peccata nostra aut -ia sunt, scribitur enim 'incrassatum est cor populi huius' (*Is. 6, 10*), aut ... tenuia atque subtilia.

B *colores ceteri (saepius sublucentibus variis imaginibus); respiciuntur*: **1** *res*: **a** *status commodus, gratus vel vacuus negotio, sollicitudine sim.* (*huc fort trahas p. 2172, 10*): OV. am. 1, 13, 7 *mane* somni -es et frigidus aer (LVCAN. 10, 354 ITIN. Alex. 14). 2, 19, 25 -is amor nimiumque patens in taedia nobis vertitur. rem. 206 *somnus* -i membra quiete levat. SEN. dial. 2, 3, 4 *non illum fortem dico,* cui -e otium est inter desides populos (epist. 73, 10 -e o. et ... inperturbata publicis occupationibus quies. PLIN. epist. 5, 6, 45 altius ibi o. et -ius eoque securius. 9, 3, 1. SIDON. epist. 1, 6, 3 ad maiora se -i o. marcidus et enervis animus attollat). PLIN. epist. 1, 3, 3 quin tu ... curas aliis mandas et ipse te in alto isto -ique secessu studiis adseris? 7, 26, 3 mollem ... et -em ... vitam. FRONTO p. 223, 11 laetam et -em fortunam *portendi somnio.* SYMM. epist. 8, 65 post curarum omnium fugam producere mihi ferias, ut ita dicam, -es licebit. PS. AVG. serm. dub. 386, 2 *Stephanus* pacem -issimam invenit, quia pacem inimicis optavit (CORIPP. Ioh. 3, 331 dives opum pax -is erat [*332* securis ... terris]. *cf.* 3, 320 tunc facta est nostrae requies -issima terrae, non bellum, non praedo rapax *eqs.*). **b** *genus loquendi tumidum, opimum*: MART. 10, 45, 3 si quid honorificum pagina blanda sonat, hoc tu -e putas et costam rodere mavis. GELL. 17, 10, 8 qui *Pindarus* nimis opima -ique esse facundia existimatus est (*postea*: insolentior ... tumidiorque *Vergilius*). MACR. Sat. 5, 1, 5 tenuis quidam et siccus et sobrius amat quandam dicendi frugalitatem, alius -i et luculenta et florida oratione lascivit. 5, 1, 7 *genus dicendi* -e et floridum, in quo Plinius Secundus quondam et nunc ... noster Symmachus luxuriatur. 5, 1, 15 in quo *genere dicendi* nec praeceps brevitas nec infrunita copia nec ieiuna siccitas nec laetitia -is *est.* **c** *ea, quae robur spiritale habent vel praebent*: TERT. ieiun. 10 p. 288, 27 *ieiunium ad vesperam perductum* -iorem ⟨o⟩rationem deo immolat (NICET. psalm. 14 l. 6 o. ... fit -ior, dum mens recenti lectione saginata per imagines divinarum rerum ... currit). VET. LAT. psalm. 91, 11 (cod. 303. *al.*) senectus mea in misericordia -i, *sc. dei* (*gr. πίονι, cod. 306. al. et Vulg.* uberi). HIL. in psalm. 51, 22 (*spectat ad Rom. 11, 17*) *propheta* ex legis -i conscientia fructuosus. AVG. in psalm. 62, 14 l. 36 ('tamquam adipe et pinguedine repleatur anima mea') habet quamdam pinguedinem anima nostra; est quaedam saturitas -is sapientiae; sapientia enim ista animae quae carent, marcescunt. *ibid.* l. 43 -is anima unde esset -is, nisi a domino saturaretur? (l. 44). SACR. Leon. app. 1339 ut ... animae nostrae benedictione -issima repleantur. EVSEB. GALLIC. hom. 25, 1 dum adhuc -es ieiuniis sumus. 35, 12 cum ... voce cogitationis purae atque -issimae ... contrita continuatis ieiuniis ossa clamabant. app. 6, 7 (*spectat ad Matth. 25, 8*) si cui nostrum deest -issima gratia humilitatis, si fidei ignis, si flamma fervoris. ARATOR ad Flor. 7 ieiuno sermone quidem, sed -ia gesta *apostolorum* scripsimus. *al.* **d** *labor, qui aegre procedit*: AMBR. Cain et Ab. 2, 5, 17 frequenter -e opus dicimus, quod spissum et operosum velimus intellegi (*cf. Cic. ad Q. fr. 2, 13, 1* scribebam illa, quae dixeram, *πολιτικά*, spissum sane opus et operosum).

2 *homines potentes, divites* (*masc. pro subst. praeter* AVG. *et* COMM.): VET. LAT. psalm. 21, 30 (cod. 136 = VVLG.) adoraverunt omnes -es terrae (*gr. οἱ πίονες, cod. 300. al.* divites). 77, 31 (cod. 136) furor dei ... interfecit in -is eorum et electos Israel prostravit (*gr. ἐν τοῖς πίοσιν* [*πλ(ε)ίοσιν var. l.*], *cod. 300. al.* plurimos, VVLG. occidit -es). VVLG. Is. 10, 16 mittet ... in -bus eius tenuitatem (HIER. *ad loc.* l. 13 potentissimi quique, quos -es appellat). AVG. in psalm. 123, 10 adtendis, quia -is est; si propterea illum quaeris, quia -is est, time pinguescere, ne alter te quaerat (*antea*: quaerit potentior infirmiorem). *pendet abl.*: COMM. apol. 23 si -is est opibus.

n. pro subst. **pingue,** -is (*cum adminiculo pron. e. g. p. 2175, 17. 20*). *compar.* -ius *l. 58. 61. 63.* GLOSS.[L] II Philox. PI 33 -[a]e: *λιπαρόν* (*item sing.* GLOSS. II 361, 32). GLOSS. III 254, 65 *λιπαρά*: -ia.

1 *proprie*: **a** *praevalente respectu obesitatis, crassitudinis, amplitudinis*: **α** *solidorum*: Ⓘ *de qualitate obesitatis*: LVCR. 1, 257 hinc fessae pecudes ⌊-i⌋ per pabula laeta corpora deponunt (⌊ ⌋ *trad. apud* SERV. auct. georg. 3, 124; -is *codd.*). Ⓘⓘ *de animali crasso, obeso* (*de hostia saepius in* VVLG.): PLIN. nat. 11, 212 steriliora cuncta -ia et in maribus et in feminis (*seq.* praepinguia). VVLG. III reg. 1, 19 mactavit boves et -ia quaeque et arietes. Is. 34, 7 *puniente deo* inebriabitur ... humus eorum adipe -ium. Am. 5, 22 (*antea*: holocaustomata) vota -ium vestrorum non respiciam. Zach. 11, 16 carnes -ium comedet *pastor malus.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9, 4 vel iugulare -ius quodque vel in pretium vertere licet *pastori. al.* Ⓘⓘⓘ *de structura corporis crassiore*: IREN. 1, 30, 9 *Adae et Evae e paradiso expulsorum corpus* demutasse in obscurius et -ius et pigrius (*antea*: levia ... corpora).

β *soni, sc. pleni*: GELL. 13, 21, 4 muta, ut urbes *nec urbīs* dicas: insubidius nescio quid facies et -ius (*opp.* exilis vox). CONSENT. gramm. p. 17, 2 ecce ut ⟨in t⟩ Itali ita -e nescio quid sonant, ut *eqs.*

b *praevalente respectu materiae oleosae sim.*: **α** *de adipe animalium*: VERG. georg. 3, 124 *agricolae* impendunt curas denso distendere -i quem legere ducem *armentorum.* SCRIB. LARG. 39 gliris -e et gallinae adeps (*inde* MARCELL. med. 9, 34). PERS. 3, 33 *hominis stupidi* fibris increvit opimum -e. PLIN. nat. 11, 9 insecta ... non videntur habere nervos nec ossa ... nec cartilaginem nec -ia nec carnes (*item plur.*: 28, 144. 30, 86 -ia glirium [*inde* PLIN. med. 3, 31, 2]. 32, 40 [*bis*]. *cf. p. 2175, 3*). 11, 212 -e inter carnem cutemque suco liquidum (*cf.* SVET. frg. p. 272, 1 arvina: -e durum, quod est inter cutem et viscus. MARCELL. med. 15, 46 -e laridi *eqs.*). 11, 213 quoddam in oculis *animalium* -e (*cf. Arist. hist. anim. 520b4 στεατῶδες*). 29, 35 (*fit oesypum*) -i, ... quod supernatat, collecto in fictile

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vas (*seq.* pinguitudo). 29, 67 cordis -e *draconis.* 32, 10 -i *ceti* (*seq.* omnium piscium adipe). *al.* SER. med. 283 anseris. *al.* **β** *de cibo, qui multum adipem, oleum continet* (*non nisi plur.; de carne maxime l. 8. 10*): CELS. 1, 3, 15 adsumpta per cibos et potiones maxime dulcia et -ia. 2, 18, 10 (*disting.* macra). 3, 25, 3 cibus sine -bus, sine glutinosis. 6, 18, 7[B] liquida, lenia, -ia, glutinosa. *al.* PLIN. nat. 11, 283 augescunt corpora dulcibus atque -bus et potu. VVLG. num. 18, 32 non peccabitis ... egregia vobis et -ia reservantes. prov. 21, 17 qui amat vinum et -ia, non ditabitur. Is. 25, 6 faciet dominus ... omnibus populis ... convivium -ium, convivium vindemiae, -ium medullatorum, vindemiae defecatae. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 136. *al.* **γ** *exempla cetera*: CELS. 7, 6, 3 steatomati -e quiddam *subest.* PLIN. nat. 12, 75 (*de ledano*) huius *herbae, sc. ledae,* -ia insidere (*de suco sim. plantarum ut*: 12, 115 *semen balsami non* sine -i). CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74, 10 -ia frugum. *al.*

c *praevalente respectu pigritiae, lentitudinis*: CELS. 8, 6, 2 inponendum linteolum cum emplastro sic, ut -e omne vitetur (*cf. p. 2173, 1*). SEN. nat. 4, 2, 9 quidquid *Nilus* -e secum tulit, arentibus locis adlinit. PLIN. nat. 12, 120 *balsami* lacrimae probatio ut sit e -i tenuis ac modice rufa.

2 *translate; spectat ad: genus dicendi tumidum, abundans sim.*: CIC. Arch. 26 Cordubae natis poetis -e quiddam sonantibus atque peregrinum (*inde suppl.* SEN. suas. 6, 27). VERG. catal. 5, 4 scholasticorum natio madens -i (*antea*: inflata ... verba). *prosperitatem, divitias sim.*: VET. LAT. apoc. 18, 14 (cod. 51, *sim.* VVLG.) omnia -ia et splendida perierunt a te, *sc. Babylone* (*gr.* λιπαρά). COD. Iust. 7, 71, 7 si quid postea eis -ius accesserit.

adv. ※**pinguiter.** *praevalet compar.* -ius; *posit.* -r *non nisi apud* COLVM., PLIN. nat., *superl.* -issime *semel apud* CASSIOD. [*confunditur in codd. c. adi.* POMP. gramm. V 287, 1.]

i. q. modo pingui, cum pinguitudine (pendet ex adi. vel part. pro adi. sub 1 et l. 35. 54); respicitur: **1** *materia densa, lenta vel corpus extentum* (*cum pleonasmo quodam, cf. Hofmann-Szantyr 799*): COLVM. 2, 2, 5 proximum deinde huic *solo* -r densum. PLIN. nat. 12, 125 *styrax* praefertur rufus et -r lentus. 37, 69 illos *smaragdos Thermiaeos* intumescentes -r, Persicos vero non tralucidos (*nisi ad 2*).

2 *color satur*: PLIN. nat. 34, 120 *sory* optimum ... tritum ... -r nigrescens et spongiosum (*cf. p. 2167, 63*). SERV. auct. georg. 4, 335 'saturo fucata colore' meracius tincta, quae -ius lucent.

3 *sonus plenus* (*in descriptione iotacismi, labdacismi, vocalium mediarum sim.; opp.* exilius, tenuius, subtilius): VEL. gramm. VII 77, 11 *antiqui scribebant* 'cui' per 'quoi', quo -ius sonaret (MAR. VICTORIN. gramm. 4, 72 *Latinis deesse vocem* -ius quam i, exilius quam u ⟨sonantem⟩. EXPLAN. in Don. gramm. IV 521, 11 POMP. gramm. V 104, 1. CONSENT. gramm. p. 15, 2 barbarismi huiusmodi, cum aut -ius aliquid aut exilius sonabit. *al.*). SERV. gramm. IV 445, 13 labdacismi fiunt, si aut unum l tenuius dicis [solocismum], ut 'Lucius', aut geminum -ius, ut 'Metellus'. CONSENT. gramm. p. 15, 14 *iotacismus fit* per i litteram vel -ius vel exilius prolatam (16, 15 sq. *cf.* 16, 6 *quod labdacismo littera l* -ius ecferatur). 15, 15 Galli hac *littera i* -ius utuntur.

4 *quilibet modus agendi* (*vel status*): **a** *largus, abundans* (*cf.* GLOSS. II 266, 51 *δαψιλέστερον*: inpensius, largius, -ius): PAVL. dig. 42, 1, 49 -ius ... donatori succurrere debemus quam ei, qui verum debitum persolvere compellitur (*cf.* COD. Iust. 4, 1, 12 pr. necessitate ... coacti et probationibus -ius subvenientes ad huiusmodi venimus sanctionem). ITIN. Alex. 6 *Alexander* fuit fronte ... nuda plerumque, quamvis -ius fimbriata. PS. PACIAN. sim. carn. p. 133, 26 *dominus* -ius abundantiusque unctus a ceteris. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 20 *iumenta* -issime nutrire (*gr. ἀφθόνως*). **b** *minus strictus, haud subtilis sim.*: PAVL. dig. 44, 2, 14 pr. 'idem corpus' ... non utique omni pristina qualitate ... servata ..., sed -ius pro communi utilitate accipitur. COD. Iust. 6, 25, 7, 1 humanitatis intuitu hoc et latius et -ius interpretandum esse.

deriv.: pinguamen, pinguamentum, pinguedo, pingueo, pinguesco, pinguiarius, pinguiculus, ?pinguidus, pinguities, pinguitudo, pinguiusculus, 1. pinguo, pinguosus.

compos.: per-, prae-, subpinguis, pinguefacio, pinguifico.

pinguisco *v.* pinguesco.

pinguitiēs, -ēī (pinguitia, -ae *l. 69*) *f.* *a* pinguis. *i. q. pinguedo, sc. significatur obesitas, crassitudo vel res pinguis*: APVL. met. 10, 15, 3 humanis ... cibis saginatus corpus obesa -e compleveram. ARNOB. nat. 7, 20 videtis ... albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, -as, omenta. VINDIC. med. 10 (*antea*: si quid fuerit crassius ac pinguius *in nutrimento matris*) -s *lactis materni.* CAEL. AVR. gyn. 1, 42 improba -s magis ex otio ... comprobatur (*antea*: grassities; *gr. p. 21, 30 πιμελώδη καὶ ἄμετρον ὄγκον*). GLOSS. V 534, 55 habitudo: -s.

pinguitūdo, -inis *f.* *a* pinguis. *scribitur* pingue- *p. 2160, 33.* NOT. Tir. 96, 90 (-guedo *var. l.*). *plur. trad. p. 2176, 49. legitur inde a* CATONE, VARRONE, *raro post saec. I; voci latinitatem abiudicat* SERV. *p. 2160, 33.* [*confunditur in codd. c.* pinguedo *l. 36. p. 2175, 75.* VARRO frg. Macr. Sat. 3, 15, 8 VITR. 2, 4, 3 COLVM. 4, 24, 19. 8, 8, 12.]

i. q. pinguedo, sc. significatur vel qualitas pinguis (fere sub 1, 3 et e. g. l. 29. 38 sq. 41) vel res pinguis (*e. g. l. 44. 49. 58; disting.* adips *l. 55, potius syn. l. 42*): **1** *potius crassorum, obesorum, amplorum sim.*: **a** *animantium*: CATO orig. 39 sus usque adeo -e crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit (*sim.* VARRO rust. 2, 4, 12 quae *sus* prae -e carnis ... surgere non posset, *eqs.*). VARRO frg. Macr. Sat. 3, 15, 8 *murenae flutae* in summa aqua prae -e flutentur. rust. 2, 4, 6 *glans, faba, hordeum sim. pecoris* -em efficiunt. 3, 9, 19 *gallinas* includunt in locum ... angustum et tenebricosum, quod motus earum et lux -is vindicta. FEST. p. 238 bos ... ad eximiam -em perductus. p. 278 quibus *gliribus* corpus -e adcrescit. COLVM. 8, 8, 12 nihil ista res -is efficit *pullis.* PLIN. nat. 8, 200 capri -e sterilescunt (*cf. 11, 212* steriliora cuncta pinguia). **b** *sonorum plene enuntiatorum vel scriptorum* (*sc. fere u vel o; cf. p. 2160, 66*): QVINT. inst. 1, 11, 4 quarundam *litterarum enuntiatarum* ... vel exilitate vel -e nimia laboramus, quasdam velut acriores parum efficimus et aliis ... quasi hebetioribus permutamus (*item opp.* exilitas: VEL. gramm. VII 50, 4 i littera *scribenda* castigavimus illam -em [*sc. 'optumus', 'lubido'*], non tamen ut plene i litteram enuntiaremus. 75, 19 eae voces, quae neque secundum exilitatem i litterae neque secundum -em u litterae sonarent). VEL. gramm. VII 71, 1 *quidam,* quo pinguior esset enuntiatio, 'o' quoque inserebant et per 'quo', 'quoius', 'quoi' scribebant; nos ad brevitatem festinavimus scribendi et illam -em limare maluimus. 76, 5 -o u litterae (*opp.* tenuitatem).

2 *potius eorum, quae constant, referta sunt adipe, oleo vel materia talibus simili* (*v. sub a et b; spectat ad nitorem l. 38 sq.*): **a** *variorum*: VITR. 2, 4, 3 -e (-i *trad.*) eius *fossiciae harenae* calx palea commixta propter véhementiam non potest sine rimis inarescere (*opp.* propter macritatem *fluviaticae harenae; cf. p. 2161, 73*). PLIN. nat. 17, 219 *arbores quaedam laborant* obesitate, ut omnia, quae resinam ferunt, nimia -e in taedam mutantur (*an ad 1?*). 31, 91 optimum ex eo, *sc. flore salis,* quod olei quandam -em reddit; est enim etiam in sale -o, quod miremur (*cf.* GALEN. alfab. 10 [de alosantho; cod. Lucc.] coloratissimum est et cum ali⟨qu⟩a -e aquosum [*codd. Palat., Paris.* pinguedine]). 35, 37 *Melino* non utuntur pictores propter nimiam -em. 35, 187 *genus aluminis* cum quadam -e, sine harenis, friabile. 37, 105 *genus lapideum sardarum* pionias vocant ab -e. **b** *soli, terrae sim.* (*sc. fertilis*): COLVM. 2, 2, 18 *glaeba terrae cuiusdam ita, ut non dissipetur, inlisa solo nos admonet* inesse tali materiae naturalem sucum et -em. 4, 24, 19 *respicere* soli ... -em, quae nisi adest, ... vitem ... necabimus. PLIN. nat. 17, 42 *marga est* quidam terrae adipes ac velut glandia in corporibus, ibi densante se -is nucleo. VLP. dig. 39, 3, 1, 23 sicut ... omnis -o terrae ad eum *inferiorem agrum* decurrit, ita etiam aquae incommodum ad eum defluere (*cf. Colum. 2, 17, 7* pinguiorem materiam). **c** *olei, fructus oleosi*: COLVM. 12, 52, 17 respuit ... olei -o *cummim* (*cf. l. 34*). PLIN. nat. 23, 84 ex oleo *cicino* lumen obscurum propter nimiam -em. CHIRON 549 nec *animal morbosum* salivas continet, currunt ⟨-is similes⟩ de ore (⟨ ⟩ *Oder,* -es s. *codd., an* -i similes?). HIPPOCR. vict. 2 l. 219 *sesamum* humectat ... et exurit propter insitam sibi -em (*gr. 2, 45, 3 τὸ λιπαρὸν καὶ πῖον*). l. 494 amigdala ... calida sunt ob -em (*gr. 2, 55, 5 τὸ λιπαρόν*). **d** *eorum, quae ad corpus animantium pertinent*: PLIN. nat. 11, 186 in corde summo *hominis* -o quaedam est. 11, 206 *ren* dexter omnibus *animantibus* ... minus pinguis sicciorque; utrique autem -o e medio exit. 11, 213 adips cunctis *animalibus* sine sensu, ...; plerisque animalium et -o sine sensu (*Arist. part. anim. 651b6 οὐδὲ πιμελὴ οὐδὲ στέαρ*). 23, 150 nuces abellanae corpori ... -is conferunt plus quam sit verisimile. 29, 35 (*antea*: pingui ... collecto) quae -o utraque (*sc. duobus modis factum oesypum, ad quod spectat*: 29, 36 quidam in testa torrent, donec -em amittat [*cf. Diosc. 2, 74, 4 ἀποβαλῇ τὸ λίπος*]). 29, 139 -o blattae. 32, 83 donec -o, *sc. iecoris delphini,* similis oleo fluat. ARNOB. nat. 2, 42 in coquendis altilibus -em ... retinere labentem. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 (*ad Is. 11, 7*) leonum feritas ... carnium -e fastidita cum bove paleis vescitur (HIPPOCR. aer. 21, 2 *mulierum* -o c. [*gr. πιότης*]).

3 *potius spissorum, lentorum*: CELS. 5, 26, 20[C] *pus* elaeodes ... colore atque -e oleo albo non dissimile. PLIN. nat. 15, 18 oleum ipsum sale vindicatur a -is vitio. *Ottink.*

pinguiusculus, -a, -um. *a* pinguis (pinguior) *deminutive, cf. e. g.* fortiusculus, mitiusculus. *i. q. aliquanto pinguior*: SOL. 11, 21 ut corpora -a *coturnicum* ... facilius provehat siccior ... spiritus *aquilonis.*

1. pinguo, -āre,-āvī. *a* pinguis. [*e coni. dub. p. 2177, 7.*]

i. q. pinguem facere; -atur: caput, quod oleo unguitur: VET. LAT. psalm. 22, 5 (cod. 136) -asti in oleo caput meum (*gr. ἐλίπανας, cod. 300. al. et Vulg.* inpinguasti). *?alumen, quod speciem quandam olei sim. exhibet*: GALEN. alfab. 7 (de alumine) *alumen* quod est subalbidum ex

[N.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliquo pallore velut -tum (*cod. Paris.*, pinguenatum *cett. codd. et edd. [an pro* pinguin-*? v. p. 2165, 21]; cf. Diosc. gr. 5, 106, 3* ⟨τι⟩ *ὠχρότητος ἅμα καὶ λιπαρίας ἔχουσα*). *?homo, qui crassescit* (*sc. mediopass.*): GLOSS. pingor (*i.* -guor): *παχύνομαι* (*si recte restituit locum corruptum Goetz*).

*deriv.: ?*pinguino; *cf.* pinguamen. *compos.: cf.* impinguo.

[2. pinguo, -ere. *falso pro verbo intellegitur adi.* pinguis SIDON. carm. 16, 108 (pingis *var. l. et pars edd.*, pinguas *coni.*).] *N. H.*

pinguōsus, -a, -um. *a* pinguis. *i. q. pinguis*: ORIBAS. syn. 6, 14, 5 Ab p. 106 *urina* alba et -a et turbida et rubra est (*Aa p. 14, 5* pinguis, *gr. παχέα*). *Ottink.*

pinicell-, pinicill- *v.* penicill-.

pīnicus, -a, -um. *a* pinus. [*huc fort. pertinet falsa var. l. pro* pun- ARNOB. nat. 5, 6 p. 254, 23.] *i. q. ad pinum pertinens*: ORIBAS. syn. 4, 2, 4 Aa p. 6 (*inter pachychyma*) radices, terrae tubera, nucli -i, fici qui non sunt bene maturi (*La* pineae, *gr. κῶνος*).

pīnifer, -a, -um. *a* pinus *et* ferre. *i. q. pinos ferens* (*sim.* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 155): **1** *spectat ad locum, sc. fere montem, pinorum plenum*: VERG. ecl. 10, 14 -r ... Maenalus. Aen. 4, 249 *Atlantis* -um caput et vento pulsatur et imbri ([CLAVD. DON. p. 387, 6 -um c. ... crispum, quia tamquam de homine loquebatur, aut arbores pineos ... habentem]. SIL. 4, 742 *Appennini*). 10, 708 Vesulus. OV. Pont. 1, 8, 43 -is positos in collibus hortos (pomi- *var. l.*). SEN. Ag. 339 Olympus. LVCAN. 1, 389 Ossae (nubi- *var. l.*). 2, 431 *Appennini* -is ... rupibus. SIL. 5, 614 nutant in vertice silvae -o. STAT. silv. 3, 4, 12 Ida. AVIEN. ora 609. orb. terr. 1043 arces *montis cuiusdam.* *simul de persona* (*cf. l. 20*): AVSON. 8 (322 S.), 21 neque ... terrebat Achillea Chiron ..., nec -r Atlans *Herculem discipulum* (*ad rem cf. Diod. Sic. 4, 27, 4sq.*). **2** *spectat ad coronam ramulis pineis nexam*: CE 2151, 10 (*saec. III*) haec tibi *Silvano* de more tuo -a e⟨st corona⟩.

***?pīnifētus,** -a, -um. *a* pinus *et* 2. fetus (*si recte coni., cf.* ardifetus). *i. q. plenus pinorum*: AVIEN. ora 555 qua pinife[r]tae stant Pyrenae vertices (*restit. Meineke*; pini fertae *vol. VI 1, 589, 78 contra normam trimetri*).

pīniger, -a, -um. *a* pinus *et* gerere. *i. q. pinum gerens*: **1** *spectat ad homines (per meton. indicatos l. 37): qui sertam, coronam e ramulis pineis nexam gerunt*: OV. fast. 3, 84 -um Fauni ... caput. STAT. Theb. 7, 97 -o *non* magis adnatet umbra Lechaeo (SCHOL. propter Melicerten ..., in cuius honorem agon celebratur Isthmiacus, cuius victores pinu coronantur. *simul vergit ad 2*). *Gallos, qui faces pineas gerunt*: STAT. Theb. 12, 225 velut ... cum lamentata resultant Dindyma, -i rapitur Simoentis ad amnem dux vesana chori (pinni- *var. l.*; -i *vix cum* Simoentis *iungendum, sed cum* chori; *cf.* SCHOL. ferentis faces. *fortasse poeta Gallos confundit cum dendrophoris, de quibus v. e. g. Cumont, RE V 219, 10sqq., Pastorino ad Firm. err. 27, 1*). **2** *spectat ad locum pinorum plenum* (*cf. l. 37*): VAL. FL. 6, 393 Othrys (ALC. AVIT. carm. 4, 516). STAT. Theb. 7, 272 quos -is Mycalessos in agris ... nutrit.

pinn- *v.* penn-. **pinnarin** *v.* pinasin.

pinnifer *v.* pennifer, *ubi addas* EPIST. Austras. 21, 4 -o ... volatu.

pinniger *v.* penniger, *ubi addas* VEN. FORT. Mart. 3, 289 -o veniẽntia tela volatu.

pinnus, -a, -um *v. p. 1099, 21sqq.* **pīnolos** *v.* pinulus.

pīnophylax, -acis *m., πινοφύλαξ.* *i. q. pinoteres*: PLIN. nat. 9, 142 *comitem pinae* pinoteren vocant, alii -em; id est squilla parva, aliubi cancer dapis adsectator (-pilacem, -pinacem *codd.*).

pīnotērēs, *acc.* -en, *abl.* -e *m., πινοτήρης.* *confunditur cum compos. gr. in -θηρας desinente imprimis apud* PLIN. nat. *l. 59. 62.* *abl. et nom.* -a *v. l. 61. 64.* *genus cancri vel squillae* (*de quibus v. e. g. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 201sq.*): CIC. fin. 3, 63 qui, quod eam *pinam* custodit, -es vocatur (*cf. p. 2151, 7*). PLIN. nat. 9, 98 -theras (-es *edd. quaedam*) vocatur minimus ex omni genere *cancrorum, ...*; huic sollertia est inanium ostrearum testis se condere *eqs.* (*inde* 1, 9, 51 de -thera [-tere *edd. quaedam*]). 9, 142 -theren (-tere *var. l. et edd.; inde* 1, 9, 66 de pina et -there [-tere *edd.*]). 32, 150 *v. p. 2151, 13* (pin(n)oteres, pinateres, pinteres *codd.*). POL. SILV. chron. I p. 544, 12 (*inter natantia*) squilla, -a.

pīnothērā(s) *v.* -teres. **pinsa** *v. p. 1050, 15.* *M. H.*

pinsāria, -ae *f.* a pinsere (pinsum), *cf.* pinsor. *i. q. pistrix, panifica*: VET. LAT. I reg. 8, 13 (Didasc. apost. 27, 3) filias vestras accipiet in unguentarias et focarias et -as (*gr. et alias vers. v. p. 216, 51sq.*). *Flury †.*

pī(n)sātio, -ōnis *f.* *a* pinsare. *significatur actio pinsandi*: VITR. 7, 1, 3 rudus inducatur et vectibus ligneis ... crebriter pinsatione solidetur (pisa- *codd. duo,* pisca- *var. l.,* pista- *Rose; quae seq., v. p. 2178, 63*). SEN. epist. 86, 18 *arbore in scrobem demissa* terram non adgessit tantum, sed calcavit et pressit; negat quicquam esse hac, ut ait *agricola quidam,* pisatione efficacius (posit-, spissat- *var. ll.*).

pīnsātor, -ōris *m.* *a* pinsare. *i. q. pistor*: GLOSS.^{L} I Ansil. PI 266 veteres non molitores, sed pistores dicebant, quasi -es, a pindendis granis frumenti (pinsitores *var. l.*).

pī(n)silis *v.* pensilis. ***?pīnsio,** -īre *v. l. 30.*

pīnsito, -āre. *a* pinsere. *i. q. (vehementer, frequenter) pinsere*: PLAVT. Asin. 33 (*in versu spurio*) ubi flent nequam homines, qui polentam -ant (pransitant *var. l.*).

pīnsitor, -ōris *m.* *a* pinsere (pinsitum). *cf. var. lect. l. 3. i. q. pistor*: MAR. VICTORIN. gramm. 4, 61 pilum ..., quo -es utuntur.

1.*pī(n)so, pīnsuī (pīsiī), pīstum (pīsum, pīnsitum [*vix* -īt-]), -ere. [*ita ut lat. exhibent et aliae linguae indogerm. vetus verbum* *pis *'contundere'; nondum certe explicata est -τ- in πτισ(-σω, -σαι). stirps praes. verbi formata est nasali infixa; cf. cum lat.* pī-n-s- *imprimis vet. ind.* pi-ṁ-ṣ-ánti *'pīnsunt', avest.* pišaṇt- < *pi-n-š-ant- *'pīnsēns'. priscae originis est etiam part. lat.* pis-tus, *cf. vet. ind.* piṣ-ṭá-, *ἄ-πτισ-τος; aliae formae* (pīsus *sim.*) *sunt recentiores. v. Lex. der idg. Verben, ²2001, s. v.* *peiṣ-. *Fo.*] *scripturas inscr. vel codd. vet. v. l. 26. 37 (bis). 39*; pens- *in codd. rec. e. g.* PLAVT. Merc. 416. SERV. Aen. 9, 4 (*in parte codd.*). NOT. Tir. 68, 17 pisum. 68, 18 tragum pisum. *de formis: 1) stirpis praes.: coniugationis tertiae* (*testantur* DIOM. gramm. I 373, 4 pinsit secundum tertium ordinem [*affert* ENN. *l. 59*]. EVTYCH. gramm. V 483, 5 [*affert* PERS. *p. 2179, 43*]. *cf.* SERV. Aen. 1, 179): pins - PLAVT. Merc. 416 ENN. ann. 351 CATO agr. 14, 2 VARRO Men. 527. frg. Non. p. 152, 15 (*bis*). FEST. p. 210 COLVM. 12, 28, 1 PERS. 1, 58 LAVS Pis. 17 GAIVS inst. 1, 34 SER. med. 460. *al.*; pis- CATO agr. 136. LVCIL. 360 (*restit.*). VARRO ling. 5, 138 rust. 1, 63. PLIN. nat. 18, 10 (*cod. P ut*: 97 [*ter*]. 98. 99). 108. 115; pind- SERV. auct. ecl. 8, 82 (*cod. L ut*: georg. 1, 267; *utroque loco* pins- *restit.*). SCHOL. Pers. 1, 58 (*ed. Kurz*) *pistores pinsores dicti sunt* a pinsendo vel a pindendo; -o enim est ferio *eqs.* GLOSS. *l. 2. 47sq. fort. coniugationis quartae* (*cf. Neue-Wagener III 248sqq.*): ENN. scaen. 411 -ibant (*v. Skutsch ad* ann. 351 [350]). COLVM. 2, 21, 3 -ire (-ere, -are *var. ll.*); *vix huc pertinet p. p. p.* pinsitum (*l. 42*). *2) stirpis perf. act.*: pi(n)su- *testantur* DIOM. gramm. I 373, 7 *et* PRISC. gramm. II 535, 21 (*e Probo*) *afferentes* POMPON. *p. 2179, 40* (*cf. falsas var. lect. l. 60. p. 2179, 26*); pīsi- VARRO *p. 2179, 26* (*cf. p. 2179, 44*). *3) p. p. p.* pistus (*testatur* PRISC. gram. II 536, 3 a '-o' ... '-um'): FAB. PICT. (*restit., v. p. 2179, 25*). VITR. 7, 1, 6. FEST. p. 210 *l. 44.* PLIN. nat. 14, 135. 18, 93 (*cod. P*). EDICT. imp. Diocl. 1, 4 L. PELAGON. 94 (*restit., v. p. 2179, 35*). MARCELL. med. 36, 12 ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 847. 3 add. La p. 926. 9 add. La p. 400. ISID. orig. 17, 3, 13 *v. p. 2179, 49*; pi(n)sus (*testatur* DIOM. gramm. I 373, 9): VITR. 7, 1, 3 (pist- *Rose coll.* 7, 1, 6). NOT. Tir. *l. 19; ceterum* PLIN. nat. 14, 135 (*var. l.*). 20, 43 (*falso trad.*); pinsitus COLVM. (*14ies*), PELAGON. (*quinquies; cf. l. 38*). *de notione* (*v. etiam l. 29. p. 2179, 15. 44. 49*): FEST. p. 210 -stum a -endo pro molitum antiqui frequentius usurpabant quam nunc nos dicimus. NON. p. 152, 11 -ere: tundere vel molere (*affertur* VARRO Men. 527 *et p. 2179, 2. 3*). ISID. orig. 4, 11, 4 pila a -endis seminibus, id est terendis. GLOSS. V 379, 5 pindere: pilo tundere (= GLOSS.^{L} Corp. P 393). 380, 38 -o: tundo (*nisi ad* 2. pinso). 645, 40 -ere: tundere. *vix huc pertinet*: GLOSS. Leid. Hessels 34, 25 ⌊-it⌋: densitudo (⌊ ⌋ *Hessels p. 168 putat subesse* pinguedo *vel* pinguitudo). *legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE, LVCIL., FAB. PICT. (*v. p. 2179, 24*), POMPON. *raro exceptis* VARRONE, COLVM., PLIN. nat. (*v. etiam l. 44*); *in singulis versibus* LAVS Pis., PERS., SER. med.; *transiit in sermonem gr. p. 2179, 47.* [*confunditur in codd. praecipue cum* 2. pinso COLVM. 2, 9, 19. 2, 21, 3. 6, 10, 2. ISID. orig. 4, 11, 5 (*bis*), *v. etiam p. 2179, 2. 43*; piscor PLIN. nat. 18, 99; *restit. l. 73. p. 2179, 25.*]

i. q. contundere, terere, molere sim.: **I** *rem*: **A** *usu communi, sc. instrumento* (*cubitis, genibus l. 59sq.*): **1** *-itur terra, rudus*: **a** *qualibet ratione*: ENN. ann. 351 -unt terram genibus (pinsui *var. l.*). scaen. 411 cubitis pinsibant humum (*Varro ling. 5, 23* Ennium in terram cadentis dicere *putant*). **b** *ita, ut solida, plana reddantur*: VITR. 7, 1, 3 rudus inducatur et vectibus ligneis ... crebriter pinsatione solidetur, et id non minus -sum (pistum *Rose*) absolutum crassitudine sit dodrantis (*sim.* 7, 1, 6 id, *sc. rudus, ...* -stum absolutum *eqs.*). ISID. orig. 4, 11, 5 Varro ... refert Pilumn[i]um quendam in Italia fuisse, qui -endis praefuit arvis, unde [et] pilumni et pistores; ab hoc igitur pilum et pilam inventam, quibus far -itur *eqs.* (*cf. p. 2179, 11*).

2 *-untur semina, partes plantarum, condimenta sim.*: **a** *frumentum, grana* (*fere in arte pistoria; lens p. 2179, 9; obi. suppl. l. 72sqq. p. 2179, 4. 8sq. 21. 23*): **α** *ita, ut frangantur, molantur*: CATO agr. 14, 2 *pila domino villae opus est,* ubi triticum -at (*nisi est indic., ut ad* 2. pinso *pertineat*). 136 si communiter -unt, ... in pistrinum politor *fert suam partem frumenti.* LVCIL. 360 'pilum', quo ⌊piso⌋ (*Scaliger,* ipso *trad.; nisi ad* 2. pinso. *cf.* VEL. gramm. VII 56, 14 pilam, qua -itur). VARRO Men. 527 nec pistorem ullum nossent nisi eum, qui in pistrino -ret

[Sauer-Gaertner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ˌfarˌ (**(**[farinam *codd.*]. ling. 5, 138 f. -unt. rust. 1, 63 ut *far* in pistrino -atur ac torreatur [pisetur NON. p. 163, 16 *et cod. unus; cf. l. 61*]. frg. Non. p. 152, 15 COLVM. 2, 21, 3 PLIN. nat. 18, 108 ISID. orig. 4, 11, 5**)**. frg. Non. p. 152, 15 *pistores sunt* nominati ... eo quod -unt. COLVM. 2, 9, 19 panicum -itum (ORIBAS. syn. 3 add. p. 926 p. -sto). 8, 4, 1 -itum hordeum (LAVS Pis. 17 *domus tua* Pisonis ... *tulit* cognomina prima, ... callosa cum -ret h. dextra. PELAGON. 204, 3 -itum). PLIN. nat. 18, 10 *cognomen* Pisonis a -endo (*v. l. 6*). 18, 97 de ipsa ratione -endi Magonis. 18, 98 *Mago iubet* lentem torreri prius, dein cum furfure leviter pisi. GAIVS inst. 1, 34 si *quis ... tantum* frumenti -ret **(***cf.* SERV. Aen. 1, 179 frumenta torrebant et ea in pilas missa -bant [9, 4 Pilumnus ... -endi f. *usum invenit*]**)**. EDICT. imp. Diocl. 1, 4 L. mili -sti **(**[*disting.* integri; *gr.* κεκομμένου]. ORIBAS. syn. 9 add. La p. 400 ptysanas, alica, oriza, m. -stum [melleo pesto *cod.*], cicer ... manducit [*an est* -stum *n. pro subst.?*]**)**. SERV. auct. georg. 1, 267 quod ait 'saxo frangite', potest accipi et -ere, quod significat pilo tundere. ISID. orig. 15, 6, 4 *v. p. 2180, 18.* **β** *ita, ut furfur deteratur*: COLVM. 11, 3, 33 semen *apii* ... inditum pilae et saligneo pilo -itum expoliatumque *obruatur.* PLIN. nat. 18, 93 *zea ac tiphe* cum sint degeneres, *Graeci tradunt* redire ad frumentum, si -stae serantur. 18, 97 pistura non omnium facilis, quippe Etruria spicam farris tosti -ente pilo praeferrato *eqs.* (18, 99 cum per se -itur s. 18, 115 *s. zeae* -unt cum harena et sic quoque difficulter deterunt utriculos. SERV. auct. ecl. 8, 82 s. ... torrent, -unt, molunt *eqs.*). *ibid.* si intenti -ant.

b *exempla cetera*: FAB. PICT. Non. p. 223, 18 ex sale, quod sale sordidum -stum est (*restit. Mueller*; siistum *codd.*). VARRO rust. 3, 16, 28 uvam passam et ficum cum -ierunt ([-uerunt *var. l.*]. COLVM. 9, 13, 5). COLVM. 6, 4, 2 *quidam* Sabinam herbam rutamque -itam mero diluunt. 6, 6, 5 tres unciae -iti allii (*inde Pallad. 14, 6, 7* triti; *cf. Richter, Wien. Stud. 91, 1978, 267*). 6, 10, 2 radices ... lotae et cum farre triticeo -itae (ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 847 cucumis silvestri r. -stas et coctas). 6, 31, 1 tussis ... sanatur -ita lente et a valvulis separata minuteque molita (*inde* PELAGON. 108). 6, 33, 1 semine agrestis pastinacae -ito ([*inde* PELAGON. 437, 1]. *al., v. l. 17. p. 2178, 46*). 7, 5, 12. 8, 10, 3 arida ficus diligenter -ita (*l. 26*). 11, 3, 40. 12, 27, 1 irim bene -itam **(**12, 28, 1. PLIN. nat. 14, 135 perungendum ... -stā ... iri. PELAGON. 66 -itam. 94 -stae [*restit. Ihm*]. MARCELL. med. 36, 12 -stae**)**. SER. med. 460 PELAGON. 221.

B *peculiariter, sc. manducando* (*cf.* GLOSS. V 576, 3 -uit: ruminavit, comminuit, conlisit, contrivit, illisit): POMPON. Atell. 187/8 neque malis (molis *codd. Prisc.*) molui neque palatis (pilatim *Bothe,* pistillis *Munk*) -ui.

II *hominem* (*deum*): PLAVT. Merc. 416 *ancilla* molet, coquet, conficiet pensum, -etur flagro. PERS. 1, 58 o Iane, a tergo quem nulla ciconia -it **(***Diom. gramm. I 373, 2* est ... ambiguum 'a t. c. pisat' an 'pisit' legendum sit [*l. 54 sqq.*]. SCHOL. Pers. 1, 58 -it ˌdixitˌ [*om. ed. Kurz*] assidue percussit [*sc.* -it *pro perf. intellegens*]**)**.

p. p. p. neutr. pro subst. pistum, -ī. *significari vid. genus frumenti* (*addasne l. 14? transiit in sermonem gr.* PS. MAVRIC. strat. 5, 4 l. 5 *δαπάνην ... πίστου.* 7 A 10 l. 4 *πίστου ἑψητοῦ.* 12 B 10 l. 4): ISID. orig. 17, 3, 13 -um a pasto *dictum* (*antea*: panicium; *postea*: sisamum, farrago).

deriv.: pinsaria, pinsito, pinsitor, 2. pinso, pinsor, 3. piso, pisto, pistor (-trix), pistura.

*compos.: ?*depisus, expinso. *cf. Onom.* (Pistum).

2.ˣ**pī(n)so,** -ātum, -āre. *a* pinsere (pinsum) *verbum intensivum.* DIOM. gramm. I 373, 1 piso, pisas ˌ...ˌ; (3) sed apud veteres reperimus etiam n littera addita 'pinso', quod est tundo (ˌ ˌ *v. l. 43; quae seq., v. p. 2178, 20*). pins- *in codd. vet. non trad., sed nota* pens- *in cod. vet.* PS. APVL. herb. 21 l. 3. 22 l. 4 (*cf.* PHILVM. *infra*), *editur* VITR. 7, 3, 10 (*cum parte codd.*). PELAGON. 212. 262. 357 (*sed* pis- 101. 103). PHILVM. med. 2 p. 123, 13 (pist-, pens- *var. ll.*); *ceteris locis editur* pis -, *quod trad. in cod. vet.* PS. APVL. herb. (*sc. praeter ll. supra allatos*). *de notione*: NON. p. 163, 15 -are: frangere vel tundere (*affert l. 2*). GLOSS.ᴸ II Philox. PI 42 -at: *πτήσσει* (*πτί-*). GLOSS. -are: tundere. *al.* (*cf. l. 55*). *legitur fort. apud* CATONEM *p. 2178, 72,* LVCIL. *p. 2178, 74,* VARRONEM *l. 2, certe singulis locis apud* VITR., FEST. *et inde a saec. IV, v. et p. 2178, 48.* [*val.* pisa, *sic.* pisari, *it. mer.* pisare *'spicas exterere iumentis adhibitis', raet. occ.* pizer, *raet. centr.* pizé, *francog.* piser, *francoprov.* pizar, *hisp. et port.* pisar *'calcare' cum variis deriv., e. g. cat., hisp., port.* pis(o) *'contignatio'. cf. M.-L. 6517. Wartburg VIII 539 sqq. Corominas*[2] *IV 565. Machado*[3] *IV 375. C. S.*] [*confunditur in codd. cum* pistare PHILVM. med. 2 p. 123, 13 PS. APVL. herb. 10 l. 10; *cf. p. 2216, 75.*]

i. q. tundere, terere: **1** *salem, partes plantarum sim.* (*cornu p. 2180, 6*): FEST. p. 158 ex sali sordido in pila -to (*cf. l. 25 et Paul. p. 159* sal in pila tunsum). PLIN. med. 2, 27, 4 *malvas* -as cum sale et pedibus ponis (*cf.* MISC. Tir. p. 59, 17 -ta). PELAGON. 101 radicem ... siccam et -tam ... dare (103. 357 PS. APVL. herb. 14 l. 6). 212 marrubium -tum. 262 caricas Afras -as et cum vino imponis. CHIRON 954 centauream ... arefacito et in pilam -ato et cernito. VEG. mulom. 1, 32. PS. APVL. herb. 1 l. 32 herba plantago -ta cum axungia (19 l. 3 trita vel -ta. 33 l. 3 ex axungia. *al. apud eundem*). 1 l. 38 herbae ... folia contusa vel -ta. PHILVM. med. 2 p. 123, 13 aliqui *lenticulam* ... frigunt et sic -antes eam in pila purgant subtiliore cribratura. PLAC. med. 5, 10 rec. *α cornu caprae* -tum. *al.* (CHIRON, PS. APVL. herb.). *p. p. p. fem. pro subst.* -ta, *ut vid.*: GLOSS. ptisana: -ta. **2** *rudus, materiam* (*sc. ita, ut solidentur, plana fiant*): VITR. 7, 3, 10 mortario conlocato, calce et harena ibi confusa ... ligneis vectibus -ant materiam.

deriv.: pi(n)satio, pinsator, pisabulum, pisaculum.

compos.: compiso.

pīnsor, -ōris *m.* *a* pinsere (pinsum); *cf.* pinsaria. *i. q. pistor*: SERV. Aen. 1, 179 (*antecedit p. 2179, 10*) unde et -es dicti sunt, qui nunc pistores vocantur. SCHOL. Pers. 1, 58 (ed. Kurz) 'pinsit' ... dictum a pistoribus, qui -es dicti sunt. ISID. orig. 15, 6, 4 pilo antea tundebant granum; unde apud veteres non molitores, sed pistores dicti, quasi -es, a pinsendis granis frumenti. *Sauer-Gaertner.*

pint(h)a- *v.* penta-. **pintissimus** *v.* pius.

pinula *v.* pinnula.

pīnulus, (-ī) *m.* *a* pinus *deminutive.* *scribitur ubique* -nol- *nec trad. nisi nom.* -os. *nomen herbae* (*v. André, Rev. Phil. 28, 1954, 58 sq.*): GLOSS. III 542, 15 -os idest ˌoloscordesˌ, idest batinas **(**[*sc. holus cordum, v. vol. IV 950, 10. IX 2, 572, 59 sq.*]. 572, 44 GLOSS.ᴸ I Ansil. PI 158 [med. p. 57]**)**. *dubium, an huc spectet*: INSCR. Velásquez, Pizarras visig. 1989, n. 28 (*saec. VI/VII; sine contextu*) -os. *M. H.*

ˢ**pīnus,** -ī *et* -ūs *f.* **[***cognatum est c.* πίτυς, *fort. etiam c. vet. ind.* pītu-dāru- (*nomine arboris cuiusdam, in quo* dāru- *'lignum' additamentum videtur*). *si* pīnus *idem elementum* *pīt *continet, fort. derivandum est a* *pīt(u)no-; *alia quoque arborum nomina, e. g.* alnus, cornus *suffixum* -n- *exhibent. sicut* cornus, fagus *al., vacillat* pīnus *inter decl. 2 et 4* (*v. l. 40*); pīno- *antiquius videtur quam* pīnu-. *v. Kircher-Durand, Les noms en -nus, -na, -num, 1982, 449 sq. Fo.***]** *de origine* (*veriloquium per lacunam amissum est* VARRO ling. 5, 102): ISID. orig. 17, 7, 31 -us arbor ˌpiceaˌ, ab acumine foliorum vocata; pinnum enim antiqui acutum nominabant (ˌ ˌ *del. Schwarz*). *de genere: testimonia generis inter fem. et masc. ambigui, sc.* DIOM. gramm. I 327, 12 POMP. gramm. V 163, 15 CONSENT. gramm. V 345, 26, *pendere videntur e falsa var. l. pro* penus *Don. gramm. mai. 2, 5 p. 620, 8; apud auctores accedunt epitheta masc.* PALLAD. 11, 14, 7 PLIN. phys. Bamb. 57, 45. DIOSC. *p. 2182, 35 sq.* *de formis: testatur* PRISC. gramm. II 185, 5 diversis vocibus ... unam eandemque fieri significationem, ut ... -us et -i (*cf.* 267, 4 -us, cornus, ficus, quae tam secundae quam quartae inveniuntur. III 445, 19. 498, 14). *inter formas non ambiguas apud poetas decl. secunda post* VERG. *non invenitur, antea eam exhibent* ENN. (*1 / quarta 1*), ACC. (*1/0*), VERG. (*3/8*); *in oratione soluta praevalet decl. secunda, sed quartam exhibent* SISENNA (*1 / sec. 0*), VITR. (*3/1*), CELS. (*1/1*), PLIN. nat. (*9/11*), *al. dat.* -u PROP. 2, 19, 19. GLOSS. -us: *πίτυς. πεύκη.* sapinus. *στρόβιλος τὸ δένδρον. al. legitur inde ab* ENN., CATONE, ACC.; *frequentant maxime poetae.* [*val.* pin; *it.* pino; *sard.* pinu; *var. raet.; francog.* pin; *prov. vet.* pin *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pi; *hisp.* pino; *port.* pinho. *cf. M.-L. 6519. Battisti-Alessio IV 2929. Wagner II 272. Wartburg VIII 548 sqq. Corominas*[2] *IV 555 sq. Machado*[3] *IV 368. St.*] [*var. l. dub. pro* tinus VERG. georg. 4, 112. 4, 141 (*falsa var. l.* OV. met. 10, 98; *falso trad.* PLIN. nat. 17, 60; *cf. p. 2181, 20. 2182, 50*).]

I *usu communi nomen arboris* **(***fere significatur 'Pinus pinea' L. vel alia species eiusdem generis [cf. l. 69]; sed fortasse auctores genera parum diligenter discernentes interdum vocem adhibuerunt, ubi exspectes potius abietem vel piceam sim., v. e. g. B1, 4 et 5***)**: **A** *proprie*: **1** *praemonenda de natura*: CATO agr. 17, 1 semen ... de -o quidvis anni legere possis. PLIN. nat. 16, 38 -us fert minimum resinae, interdum et nucibus ipsis. 16, 95 *non* picea, larix, -us ullo flore exhilarantur. 16, 107 in maxima ... admiratione -us est: habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum ac deinde tertio; nec ulla arborum avidius se promittit: quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia. *al.* GELL. 8, 4 tit. quod Herodotus ... parum vere dixerit unam solamque -um arborum omnium caesam numquam denuo ex iisdem radicibus pullulare. SERV. georg. 4, 141 per naturam ... -us steriles esse dicuntur. *al.* *genera distinguuntur epithetis* (*vel gen. p. 2182, 41; ad rem cf. André, Lex. des termes de botan., 1956, 251*): CELS. 4, 17, 2 ex -u silvestri (PLIN. nat. 16, 39 pinaster nihil est aliud quam -us s. VEG. mil. 4, 34, 2 [*opp.* domestica]). COLVM. 9, 4, 2 semper virens. PLIN. phys. Bamb. 57, 45 -i Italici. DIOSC. 1, 76 p. 40, 28 de -o gallicu (*gr. 1, 69, 1 πίτυς*).

2 *illustratur usus vocis*: **a** *exempla varia selecta*: ENN. ann. 190 securibus caedunt, ... -us proceras pervortunt (*item caeduntur -us*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

e. g. VERG. georg. 1, 256 quando ... conveniat ... tempestivam silvis evertere -um. Aen. 11, 136 HOR. carm. 4, 6, 10). CATO agr. 28, 1 -os ... cum seres. ACC. trag. 249 *Bacchum* laetum in Parnaso inter -os tripudiantem (*cf. Eur. Bacch. 307, ubi σὺν πεύκαισι, i. taedis*). SISENNA hist. 60 *loca quaedam* multa -u ac myrtetis abundant. VARRO rust. 1, 15, 1 *ad fines praedii notandos* serunt alii circum -os ... alii cupressos. CATVLL. 64, 106 conigeram sudanti cortice -um ... turbo ... eruit. VERG. ecl. 8, 22 Maenalus argutumque nemus -usque loquentis semper habet. Aen. 3, 659 truncа manu -us regit et vestigia firmat *Polyphemi* ([*explicat* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 347, 25 arbor -i ei pro baculo fuit]. *de eodem*: OV. met. 13, 782 -us baculi quae praebuit usum. *cf.* STAT. Theb. 9, 410). *al.* HOR. carm. 2, 3, 9 quo -us ingens albaque populus umbram hospitalem consociare amant ramis? (*item umbrosae sunt -us vel aptum locum iacentibus praebent*: 2, 11, 14 sub ... hac -u iacentes. PROP. 3, 13, 37 -us ... incumbens lentas circumdabat umbras. CALP. ecl. 4, 16. *al.*). OV. ars 2, 424 (*inter philtra licita*) quas ... tulit ... -us ... nuces. met. 7, 442 *Sinis* agebat ab alto ad terram late sparsuras corpora -us (*spectat ad eundem*: SEN. Phaedr. 1223 CLAVD. 3, 252). COLVM. 9, 4, 2 *apibus alendis* frequens sit incrementi maioris surculus, ut rosmarinum ... itemque semper virens -us et minor ilex ([*sed* tinus *Pallad. 1, 37, 2*]. *item conserenda est iuxta alvarium*: 9, 5, 6. *fort. addas Verg. georg. 4, 141, ubi* tinus *var. l. et pars edd.*). LVCAN. 7, 450 nemus Rhodopes -usque Mimantis. PLIN. nat. 24, 32 sicca *resina* e -u et picea fit. PLIN. epist. 6, 16, 5 cuius *nubis e Vesuvio ortae* similitudinem ... non alia magis arbor quam -us expresserit. NEMES. ecl. 1, 30 nobis ne vento garrula -us obstrepat. *al.* *usu collect. significatur pinetum*: IVV. 3, 307 armato quotiens tutae custode tenentur et Pomptina palus et Gallinaria -us.

b *respicitur lignum ad res fabricandas adhibitum* (*cf. B*): CATVLL. 64, 1 Peliaco quondam prognatae vertice -us dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas (*respicitur Argo ut*: CVLEX 137 PHAEDR. 4, 7, 7. *al.; cf. l. 69 sq.; de quibuslibet navibus*: VERG. georg. 2, 443 dant *silvae* utile lignum navigiis -us. VEG. mil. 4, 34, 2 ex ... -o domestica sive silvestri ... liburna contexitur). GRATT. 130 (*inter arbores hastilibus aptas*). VITR. 1, 2, 8 inopiae ... abietis aut sappinorum vitabuntur utendo cupresso, populo, ulmo, -u. 2, 9, 12 non minus est admirandum de cupresso et -u, quod eae ... propter umoris satietatem in operibus solent esse pandae, sed in vetustatem sine vitiis conservantur (*cf.* PLIN. nat. 16, 223 -us et cupressus adversus cariem tiniasque firmissimae). 10, 14, 3 *testudo tegatur* tabulis maxime palmeis, si non, ex cetera materia ..., praeter -um aut alnum; haec enim sunt fragilia et faciliter recipiunt ignem. SEN. epist. 90, 9 *ante architectos* non ... tecta cenationi epulum recepturae parabantur nec in hunc usum -us ... deferebatur longo vehiculorum ordine. COLVM. 11, 2, 13. PLIN. nat. 16, 224 -us, piceae, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur. 16, 230 maiores *malleos* ... e -u *fieri*. *al.*

c *respicitur religio*: VERG. ecl. 7, 24 hic arguta sacra pendebit fistula -u *Panos* (*spectat ad eundem*: PROP. 1, 18, 20 Arcadio -us amica deo. MART. CAP. 9, 916 [vers.]. *cf. B3 et l. 8*). HOR. carm. 3, 22, 5 montium custos nemorumque virgo, ... imminens villae tua -us esto ([PORPH. Dianae -um in fundo suo consecrat]. *item spectat ad Dianam*: PRÓP. 2, 19, 19 captare feras et reddere -u cornua. OV. met. 12, 267 in alta quae fuerant *Dianae* -u votivi cornua cervi). OV. met. 10, 103 -us, grata deum matri (*spectat ad eandem*: Ib. 507 PHAEDR. 3, 17, 4. INSCR. Année Épigr. 1927 n. 115 [*Bovillis; a. 147*]. *al., cf. l. 64*). *al.*

d *adhibetur in appellandis locis:* ? **α** *in nomine tabernae*: CIL VI 10035 (*saec. I; basis dis manibus cuiusdam dedicata*) ad -um (*in eodem lapide figura est pinus*). **β** *in nomine vici*: ITIN. Anton. Aug. p. 113, 2 ad -um.

B *per metonymian (poetarum praeter* APVL. *p. 2182, 28) significatur res materia pinea constructa*: **1** *navis* (*saepe de prima nave, haud raro simul significatur arbor, cf. l. 29 sq.*): VERG. ecl. 4, 38 *aurea aetate redeunte* cedet et ipse mari vector nec nautica -us mutabit merces (*cf.* HOR. epod. 16, 57 non huc *ad insulas beatas* Argoo contendit remige -us. TIB. 1, 3, 37 nondum caeruleas -us contempserat undas). Aen. 5, 153. 9, 116 maria ante exurere Turno, quam sacras dabitur -us *matris Idaeae* (*de eisdem*: 10, 230 Idaeae sacro de vertice -us. OV. met. 14, 535. *cf.* SEN. Tro. 72 secuit ... fretum -us *Paridis* matri sacra Cybebae). 10, 206 quos ... Mincius infesta ducebat in aequora -u. HOR. carm. 1, 14, 11 (*ad navem*) quamvis Pontica -us, silvae filia nobilis, iactes ... genus. PROP. 3, 22, 14 rudis ... in faciem prorae -us adacta novae (*sc. Argo, ut*: OV. epist. 6, 47. *al.* SEN. Med. 336 foedera mundi traxit in unum Thessala -us. LVCAN. 6, 400. VAL. FL. 1, 687 cava -us. *al.*). OV. am. 2, 9, 21 subductam celant navalia -um. ars 2, 9 mediis tua -us in undis navigat. met. 14, 88 orbata ... praeside *Palinuro* -us Inarimen ... legit. *al.* LVCAN. 3, 553 Grais habiles pugnam ... lacessere -us. 6, 351. PETRON. 123 vers. 235 cum ... inhorruit auster ..., ligat alter pondera -us, alter tuta sinus ... quaerit (*anne ad 4?*). SIL. 6, 522 -u ... cavata aequor ... findimus (*cf. p. 2181, 71*). *al.* **2** *taeda* (*cf. gr. πεύκη*): VERG. Aen. 7, 397 flagrantem fervida -um sustinet *Amata tamquam Maenas* ac natae Turnique canit hymenaeos (*cf.* STAT. Theb. 4, 381 trifidam ... -um disiectat *Baccha*). 9, 72 *Turnus* classem ... invadit sociosque incendia poscit ovantis atque manum -u flagranti fervidus implet (*item de instrumento belli*: 9, 522 quassabat Etruscam -um et fumiferos infert Mezentius ignis [CLAVD. DON. non pineam facem, sed ipsam arborem -i]. SIL. 9, 336 non ullum defit teli genus: hi sude pugnas, hi -u flagrante cient. 14, 303 armatam ... igni -um. *al.*). CIRIS 439 pronuba nec castos accendet -us honores (*item de taeda nuptiali*: SEN. Med. 38 pronubam thalamo feram ut ipsa -um. 111 multifidam iam tempus erat succendere -um). OV. met. 5, 442 flammiferas -us manibus succendit *Ceres* ab Aetna (*de eadem*: fast. 4, 493 accendit geminas pro lampade -us). SEN. Herc. f. 101 ardentem citae *Furiae* concutite -um (*item de taeda Furiarum*: LVCAN. 1, 573 Erinys excutiens pronam flagranti vertice -um [ADNOT. pro face -um posuit]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 40. *al., cf.* VAL. FL. 2, 105 *Venus* -um ... sonantem virginibus Stygiis ... simillima). Herc. O. 1727 (*loq. Philoctetes*) tremente -um dextera ardentem intuli, *sc. pyrae Herculis. al.* **3** *corona ex pinea fronde:* *Panos sim.*: OV. epist. 5, 137 cornigerum ... caput -u praecinctus acuta Faunus (*cf.* met. 1, 699 Pan ... -u ... caput praecinctus acuta. 14, 638 -u praecincti cornua Panes). fast. 1, 412. SIL. 13, 331 cingit acuta comas *Panos* et opacat tempora -us. STAT. Theb. 7, 263 Eurymedon, qui pastoralia Fauni arma patris -uque iubas imitatur equinas. *ludorum Isthmiacorum*: STAT. silv. 5, 3, 143 *victorem* Athamantea protectum tempora -u. AVSON. 14, 12 (386 S.), 4. **4** *malus* (*fort. addas p. 2181, 75*): LVCAN. 2, 695 dum iuga curvantur mali dumque ardua -us erigitur. APVL. met. 11, 16, 8 iam malus insurgit -us rutunda. **5** *remus* (*cf. gr. ἐλάτη*): LVCAN. 3, 531 quas *rates* ... quater surgens extructi remigis ordo commovet et plures quae mergunt aequore -us. **6** *hasta*: STAT. Theb. 2, 598 Briareus stetit aethera contra ... Pelethroniam praefixa cuspide -um Martis ... temnens. 8, 538 Oenides una duo corpora -u cornipedemque equitemque ferit. 8, 661 *volat* Capanea ... -us. PRVD. psych. 121.

II *usu deflexo*: **A** *ponitur pro arboris fructu, pinea* : DIOSC. 5, 57 p. 189, 30 accipis -os recentes et maritimos et in mustu infundis (*gr. 5, 35 στροβίλων*). *ibid.* p. 190, 1 multi ... ipsos -os infundunt in dulcore (*gr. 5, 35 στροβίλους*). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 59 viridis -i decoctionem singulatim vel cum melle *bibendam esse*. ORIBAS. eup. 2, 1 *K* 111 Aa p. 463 conum -um appellat, carpos autem nuclum (*gr. non resp.*). **B** *in versione nominis floris, q. e. chamaepitys* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 200*): GLOSS. III 609, 33 camipitis: id est -um terre (*sim. al., v. Goetz in indice s. v.* chamaepitys).

appendix iuncturarum nominalium notabiliorum (*pertinent fere ad IA*): **1** *epitheta ad formam sim. pertinentia* (*de generibus v. p. 2180, 69*): ENN. ann. 190 -us proceras (*cf. e. g.* VERG. georg. 2, 389 alta [HOR. carm. 2, 11, 14 OV. met. 12, 267 AVIEN. orb. terr. 1080. *al.*]. Aen. 11, 136 actas ad sidera -us. HOR. carm. 2, 3, 9 ingens [2, 10, 10]. CALP. ecl. 4, 16 maxima). 490 capitibus nutantis -os rectosque cupressos. CATVLL. 64, 106 conigeram. VERG. ecl. 7, 65 fraxinus in silvis pulcherrima, -us in hortis. CVLEX 137 hirsuta per artus. 407 semper florida -us (tinus *pars edd.*). OV. ars 2, 424 folio -us acuta (met. 1, 699 SIL. 13, 331 APVL. mund. 36 p. 369). met. 10, 103 succincta comas (*cf. e. g.* STAT. silv. 5, 1, 151 alta comam). *al.* **2** *iuncturae partem indicantes* (*fere in medicina*): VARRO frg. Diom. gramm. I 486, 9 nuclei -i (SCRIB. LARG. 189. *cf.* CELS. 4, 17, 2 n. ex -u silvestri. *v. etiam p. 2181, 16*). CELS. 4, 15, 3 -i flos. SCRIB. LARG. 187 resina ex -u (*cf. p. 2181, 22*). PLIN. nat. 23, 142 corticis e -u ... decoctum (*cf.* PS. PHILO antiq. 9, 12 de cortice arboris -i. PLAC. med. 29, 7 rec. *β* corticem -i). MARCELL. med. 21, 6 -us viridis acuculae (PLIN. phys. Bamb. 78, 6). **3** *iuncturae arborem indicantes:* *pendet gen., sc.* -i arbor: ARNOB. nat. 5, 7 p. 256, 16. CLAVD. DON. *l. 8. p. 2181, 10.* DIOSC. 1, 76 p. 40, 28. *in appositione, sc.* arbor -ŭs: ARNOB. nat. 5, 7 p. 257, 11 PS. PHILO antiq. 9, 12 SERV. auct. Aen. 9, 115 SVLP. SEV. Mart. 13, 1.

deriv.: pinalis, pinaster, pinetum, pineus, pinicus, pinulus.

compos.: pinifer, piniger *et fort.* pinifetus, *si coni. agnoscenda est.*

cf. Onom. *Rzepiela.*

pio, -āvī, -ātum, -āre. *a* pius. *de notione*: NON. p. 370, 1 -are dicitur impiare, contaminare (*affert Verg. Aen. 6, 569* piacula). p. 370, 3 -are, expiare, purefacere (*affert Verg. Aen. 6, 153* piacula). p. 370, 5 -are, condere, consecrare (*affert p. 2183, 62*). SERV. auct. ecl. 8, 82 -are est propitiare, quod accidere non potest nisi caste inservitum erit rebus sacris. Aen. 1, 378 -are ... antiqui purgare dicebant. GLOSS. -o: *ἀποτροπιάζω. ἐξιλάσκομαι.* -atur: *ἁγνίζεται καὶ καθαίρεται.* -abunt: placabunt. -are: solvere. expiare. purgare. *sim. al.* (*cf. p. 2183, 21. 57. 64*). *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., CIC., *plerumque in versibus, ubi* expiare *raro invenitur.*

[Sauer-Gaertner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*confunditur in codd. maxime c.* placare Ov. epist. 19, 194 Tac. hist. 3, 25, 2, *c.* expiare Plin. nat. 15, 57 Cens. 22, 14. *al.; falso trad.* Ciris 155 iura -asses (periurasses *Goodyear*).]

I *notione originaria usuque inde derivando significatur i. q. pium facere, sc. purgando vel hominem impurum vel nefas, scelus (malum signis praenuntiatum, v. sub A3); cui rei coniuncta est notio q. e. pie tractare, propitiare, placare, sc. per ritum purgationis vel quemlibet cultum pium (v. A2, unde abiit in vim colendi, cf. p. 2088, 7 sqq. 2238, 73 sqq.); laxius transit in notionem q. e. compensare, punire*: **A** *strictius in re sacra cum respectu caerimoniae rite peragendae (spectat ad Iudaeos l. 34. p. 2184, 16, Christianos sub 1b; pro subi. sunt fere homines ritum peragentes, sed ipsum piaculum l. 28. 66 [cf. p. 2184, 35]); actio -andi fit*: **1** *purgando, purificando (cf. p. 2184, 2. 7. 36 sq. et sub B2c)*: **a** *variis ritibus Romanorum, Graecorum (Iudaeorum l. 34)*: **α** *obi. posito -antur*: Ⓘ *homines (corpus l. 23)*: *insani* (*cf.* Fest. p. 213 -ari eos velut proprio verbo, ait Verrius, qui parum sint animati: cum mentis suae non sunt, per quaedam verba liberantur incommodo): Plavt. Men. 291 (*antea*: quibus ... pretiis porci veneunt sacres, sinceri?) iube te -ari de mea pecunia, nam ... insanum esse te certo scio (517 te -ari iube, homo insanissime. *huc pertinet*: Varro rust. 2, 4, 16 ut -etur *insanus*). *quilibet*: Lvcil. 65 (*affertur apud Non. p. 335, 16* lustrare, expiare) lustratus, -tus. Varro ling. 6, 30 praetor ..., si imprudens fecit, piaculari hostia facta -atur. Ov. fast. 2, 29 quodcumque est, quo corpora nostra -antur, hoc ... nomen, *sc. februa,* habebat. Ⓘⓘ *res (sc. impuras aut impuritatem efficientes [scelus, delictum l. 28, cf. l. 45. p. 2184, 7])*: Cic. dom. 132 si quid tibi aut -andum aut instituendum fuisset religione domestica, tamen ... rem ad pontificem detulisses (*siquidem huc pertinet*). Verg. Aen. 2, 184 hanc ... pro numine laeso effigiem statuere, nefas quae triste -ret (Serv. auct. contaminati Palladii scilicet; '-ret' autem 'expiaret'). Prop. 4, 1, 50 cortina Sibyllae dixit Aventino rura -anda Remo (*sc. 'R. interficiendo'? anne 'pro R. interfecto', ut sit abl. separ.? [cf. p. 2185, 4]*). Sen. Tro. 637 hoc Calchas ait modo -ari posse redituras rates, si placet undas Hectoris ... cinis *eqs.* Act. lud. saec. Sept. Sev. 3 (CIL VI 32328) 16. 20. 22 (*v. vol. VII 2, 1874, 27. 50 sq.*). Cypr. Gall. lev. 81 hac ... liciti coitus sub lege -antur. Drac. Romul. 8, 165 (*loq. Cassandra*) Pergama nostra -entur, placetur Iuno, placetur ... Minerva.

β *absolute*: Fest. p. 213 *piaculares porcae* -andi propitiandique causa inmolantur. Cens. 22, 14 est februum, quidquid -at purgatque (*seq.* purgare et purum facere. *cf. l. 23*). Serv. auct. Aen. 12, 169 purpura maris vicem ad -andum praebet.

b *baptismate christ. (Iohannis l. 44; exempla potiora, cf. magis generaliter dicta p. 2185, 3 sqq.)*: Cypr. ad Donat. 5 (*cf. 4* in expiatum *aqua baptismatis* pectus ac purum) ut quis -tus et purus nulla incursantis inimici labe capiatur. Prvd. cath. 7, 73 *Iohannes praecursor* sacrato in flumine veterum ₍-tas₎ lavit errorum notas (₍ ₎ *cf. p. 2185, 24*). perist. 2, 374 inluminatum hoc *os splendens martyris est* ... recens -tis fratribus, baptisma quos nuper datum Christi capaces fecerat (*opp.* inpiorum caecitas). psych. 104 (*allegorice*) *Pudicitia* -tum ... gladium ... ad aram consecrat (*antea*: expiat ... *gladium* fluviali docta lavacro ... abolens baptismate labem hostilis iuguli). Lavrent. paen. p. 90^{c} (*antea*: a patris *Adam* delicto liber effectus proprium commisi delictum) non est iam ... *baptismatis* praesidium; quid faciam, aut unde -bor? *lavacro sanguinis, sc. martyrio (cf. p. 2185, 5)*: Prvd. perist. 5, 361 *martyris* mentem -tam sanguine, mortis lavacris elutam.

2 *placando, propitiando, venerando (cf. supra l. 32. 37)*: **a** *numina*: Plavt. Asin. 506 ubi -em Pietatem, si *eqs. (cf. 509* hocine est Pietatem colere? *explicat* Non. p. 151, 15 -em: colam, custodiam). Hor. epist. 2, 1, 143 *agricolae prisci* tellurem porco, Silvanum lacte -bant, floribus et vino Genium (*138* carmine di ... placentur). Ov. ars 1, 649 -ari hospitis adfuso sanguine posse Iovem. fast. 1, 318 Ianus Agonali luce -andus erit. **b** *ossa sepelienda, busta (de manibus cf. p. 2184, 70)*: Verg. Aen. 6, 379 tua finitimi ... ₍prodigiis acti ... ossa -bunt₎ et statuent tumulum et tumulo sollemnia mittent (₍ ₎ *affertur a* Non., *v. p. 2182, 69.* Serv. placabunt, expiabunt). Prop. 4, 7, 34 grave erat ... fracto busta -are cado (Ov. met. 13, 515 [*Hecuba ad Polyxenam pro piaculo mactatam*] hostilia b. -asti; inferias hosti peperi. fast. 5, 426 nepos b. -bat avi). **c** *aras, loca sancta sim. (cf. l. 65 sq.)*: Prop. 3, 10, 19 coronatas ubi ture -veris aras (4, 9, 55 *a.* interdicta viris ... -atur). 4, 9, 25 loca clausa deae fontisque -andos. Sil. 4, 819 di patrii, quorum delubra -antur caedibus atque coli gaudent formidine matrum.

3 *procurando prodigia sim. (absolute l. 73. p. 2184, 5, pass. impers. p. 2184, 9)*: Cic. leg. 2, 21 (*in lege*) fulgura atque obstita -anto (Plin. nat. 15, 57 f. -ari non queunt facile. *cf.* Ov. fast. 3, 291 ritum ... -andi [*antea*: piabile fulmen est]. 3, 311 quo ... modo possit fulmen ... -ari). Ov. epist. 19, 194 hesternae confundor imagine noctis, quamvis est sacris illa -ta meis (*cf.* Sil. 8, 120 trahebam ... ad visa -anda bidentes. Stat. Theb. 9, 602 in amne nefas [*sc. somnium terribile*] merso ter crine -vit [*574* purgatura malum ... soporem]). Plin. nat. 2, 92 cometes ... terrificum ... sidus, atque non leviter -tum. 2, 238 Hiera insula ... cum ipso mari *arsit* ..., donec legatio senatus -vit. Tac. hist. 5, 13, 1 evenerant prodigia, quae neque hostiis neque votis -are fas habet gens *Iudaeorum.* ann. 1, 42, 1 ut, quidquid istud sceleris imminet, meo tantum sanguine -etur (*vergit ad B1, cf. Goodyear, comm. ad l.*). Obseq. 47 bubone ... supra deorum simulacra viso cum -retur, taurus victima exanimis concidit. Symm. epist. 1, 49 sacrificiis ... -atur ostentum.

4 *peragendo sacra (placantia), preces, sc. cum obi., quod efficitur*: Prop. 1, 1, 20 vos, deductae quibus est fallacia lunae et labor in magicis sacra -are focis (*ceterum v. Fedeli, comm. 1980, ad l.*). Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 9, 3 *Deianira Herculi mittit* tunicam sacrificaturo Iovi ..., qua ille ... vota religionemque -ret (Drac. laud. dei 2, 678 *David, Anna aliique* solas fudere preces ... nec tempus erat longum, quo ₍vota₎ -rent [₍ ₎ *i. preces sec. Arevalo; aliter recc.; seq. non* plena fuit ... hora, qua votum meruere suum pietate Tonantis]).

B *laxius vel extra rem sacram (usus illuc pertinens hic illic sublucet); pro obi. sunt*: **1** *res quaecumque obstringunt, onerant, ita ut piatione compensentur, tollantur*: **a** *poena expetenda vel subeunda*: **α** *act.; pro subi. est*: Ⓘ *is, qui punit, ulciscitur (cf. p. 2091, 50 sqq.): animans*: Verg. Aen. 2, 140 (*loq. Sinon*) *Graeci* poenas ob nostra reposcent effugia et culpam hanc ... *parentis et liberorum meorum* morte -bunt (Serv. expiabunt; et *τῶν μέσων* est, nam plerumque et 'impiare' significat. Serv. auct. '-bunt' bene addidit, quia nisi per sanguinem diis accepta piatio non est. Clavd. Don. Aen. 2, 140 p. 165, 26 '-bunt' ... posuit propter piaculum, quod fugiendo admiserat *eqs.*). Prop. 3, 4, 9 Crassos clademque -ate. Sil. 7, 487 *Scipio Africanus* patrui -bit idem ultor patrisque necem (*de eodem v. l. 70*). Stat. Theb. 11, 506 (*loq. Polynices fratrem interfecturus*) -bo manus et eodem pectora *mea* ferro rescindam (Schol. expiabo parricidium ... mea morte). Clavd. 21, 97 Pallantis iugulum Turno moriente -vit Aeneas. Boeth. cons. 4 carm. 7, 3 *Agamemnon* Phrygiae ruinis ... *Menelai* amissos thalamos -vit. *locus poenae vel ipsa poena (cf. p. 2183, 12)*: Sil. 17, 564 (*loq. Hannibal*) quis nostra satis delicta -bit Tartareus torrens? (*cf.* Avson. 25, 8 [343 S.], 11 quae ... -at divum peiuria, ... Styx). Ambr. epist. 10, 73, 17 quae triste -ret nefas (*sc. deos neglectos*), fames ... publica. Pavl. Nol. carm. 6, 246 offensa dei, quam tartara saeva -bunt. Ⓘⓘ *is, qui luit poenam, a quo ultio petitur*: Sen. Med. 615 *inter alios Tiphys* exitu diro temerata ponti iura -vit. Sil. 7, 545 *Romani Cunctatorem spernentes* magna mercede -bunt erroris rabiem *eqs.* 11, 83 ut *nuntius Latinorum* saevo afflictus saxo ... -ret tristia dicta ... et lueret verba impia leto. Stat. Theb. 9, 60 (*loq. Polynices, qui dereliquit Melanippum*) quanam hoc ego morte -bo? Pavl. Nol. carm. 31, 340 (*cf. Matth. 27, 52 sqq.*) caecatus ... mundus aeterna timuit nocte -are nefas. Cypr. Gall. num. 730 factum noxale. Pavl. Petric. Mart. 6, 214 culpam poena graviore.

β *pass.*: Ov. met. 8, 483 mors morte -anda est (Ivv. 13, 54 grande nefas et m. -andum, si *eqs.* Cypr. Gall. exod. 824 crimen noxale ..., quod m. -atur. Mar. Victor. aleth. 3, 100 post peccatum *Adae,* prima quod m. -atur. *cf. l. 25. 44*). Ps. Ov. argum. Aen. 3, 3 Polydori caede -ta. 10, 8 Mezenti caede -ta (cruentus *var. l.*). Consvlt. Zacch. 1, 19, 10 (*spectat ad exod. 32, 26 sqq.*) *Moyses non* prius ab irae impetu destitit, quam ... multorum caede -retur admissum *eqs.* Novell. Theod. 3, 8 pacifica ultione ... -anda est ... *dei* maiestas, *sc. laesa.*

b *affectu explendo*: Prop. 3, 19, 18 *Medeae* matris iram natorum caede -vit amor.

c *variis modis*: Ov. ars 3, 160 quarum *mulierum minus formosarum* sunt multis damna -anda modis. Sil. 14, 154 miles ... veteres Siculo casus Mavorte -bat. *apud Christianos*: Pavl. Nol. carm. 20, 370 culpam (*syn.* pensaret). 31, 195 *latrone in paradisum recepto Christus* signum dedit ... peccata -are. Prosp. carm. de ingrat. 894 nequidquam Christus mortem moriendo -ret (*seq.* peccatum ... non tolleret). Ps. Prosp. carm. de prov. 334 queis *temporibus* in meliora reducti mortales scelerum seriem virtute -rent. Sedvl. carm. pasch. 2, 31 *Evae* virginis antiquae facinus nova virgo *Maria* -ret (*postea*: maculam deponere. *cf. op. pasch. 2, 2* luem ... dilueret). Pavl. Pell. euch. 470 -ans commissa labore.

2 *animantes vel eorum partes coetusque*: **a** *ulciscendi*: Prop. 3, 4, 9 Crassos (*v. l. 29*). Sil. 15, 10 *Scipio Africanus optans* patrios patruique -are ... manes (*cf. l. 29*). **b** *pie tractandi, colendi (cf. p. 2183, 57)*: Vet. Lat. I Tim. 5, 4 (cod. 77) *pueri* discant ... suam domum -are et parem gratiam reddere parentibus (pie regere *vel* colere *var. ll. ipsius cod., sim. al.; gr. εὐσεβεῖν, Vulg.* regere). Comm. apol. 1036 (*agitur de fine mundi*) quid misera mater faciet tunc parvolo dulci? aut si pater natum -et, quid proficiet illi? CE 1189, 12 (*saec. III/IV; tit. viri, qui praefuit*

[Sauer-Gaertner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

populo Pandateriae) te tua natorum deflet pia turba ... consesuque pari turba -ta gemit (*'videtur populus dici, ... quem lustratum piarat ... iuri dicundo ac fort. simul sacris' Buecheler ad l., ut ad A2 spectet*). **c** *purificandi* (*puniendi l. 15? usu christ.; pendet abl. separ. l. 7 sq.*): PRVD. perist. 4, 68 *sanguis martyrum* nigras pepulit tenebras urbe -ta. psych. 911 donec praesidio Christus deus adsit et omnes virtutum gemmas componat sede -ta (beata *var. l.*). c. Symm. 1, 20 animam ⌊letali peste⌋ -tam (⌊ ⌋ *sc. religione pagana*). 2, 678 (*loq. Roma*) hac me labe ream modo tempora vestra -arunt; vivo pie vobis auctoribus (*670* me strage piorum polluit *Nero*). PAVL. NOL. carm. 9, 69 magis atque magis pius ista caede -atur, si perimat peccata *eqs.* 19, 201 fides *crucis* genus humanum curatque -atque. epist. 23, 38 dum pedes lambo divinos *Christi,* -rem casti labia inmunda vestigiis. COMM. instr. 2, 24, 14 de lucro *male parto* ... vis te -are (*8* ut te quasi malum depurges). MAR. VICTOR. aleth. 2, 316 (*spectat ad gen. 4, 23 sq.*) *Cain* caede -tus diluit admissum (*ad rem v. Homey, Studien zur Alethia des C. Mar. Victor., diss. 1972, 141 sq.*). *huc spectare vid. locus corruptus*: CARM. adv. Marc. 2, 75 *Abrahae filium immolaturo* ostenditur agnus hostia sancta deo; cuius de morte ⌊-tae⌋ esset ut in signum et vastatae pignora gentis, sanguine signantur postes (⌊ ⌋ *Müller,* -ti *ed. princ.,* -tus *Hückstädt* [*sc. de Abraham; an potius de deo, ut locus ad A2 pertineat?*], piacli *Oehler*).

II *notione sec.* piaculum *novata i. q. contaminare, maculare sim.* (*v. p. 2071, 31 sqq.; cf. p. 2184, 26*): NON. p. 370, 1, *v. p. 2182, 68.* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 39 -tas: commissas (*spectatne ad* PRVD. *p. 2183, 45?*).

deriv.: piabilis, piaculum, piamen, piamentum, piatio, piator (-trix). *compos.*: expio. *Sauer-Gaertner.*

piolopes *v. p. 2023, 75.*

*?***1. pīonia,** -ae *f.* [*si subest adi. quoddam, cogitari potest fortasse de voce a πίων per suffixum -ειος derivata; cf. καθάρειος adi. iuxta καθαρός* (*v. Schwyzer, Gramm. I 468*). *Fo.*] *nomen lapidis pretiosi*: PLIN. nat. 37, 105 in India trium generum *sardae inveniuntur*; rubrae et quas ⌊-as⌋ vocant ab pinguitudine (⌊ ⌋ *corr. e* -ius *man. alt. unius cod.,* dion(i)um *rell.*).

2. piōnia *v. sub voce* paeonia *p. 75, 80 sq., ubi addas* HIPPOCR. mul. 1 l. 571 PLIN. phys. Bamb. 61, 11. 82, 31. GLOSS.^{L} I Ansil. PI 168 (med. p. 57).

3. pionia *v.* spionia. *Spoth.*

pīpātio, (-ōnis) *f.* *a* pipare. *significatur actio vel sonus pipandi*: PAVL. FEST. p. 212 -o: clamor plorantis lingua Oscorum (*cf.* GLOSS. -o est ⌊clamor plorantis⌋ [*inde corruptum* GLOSS. pipado: clamor putantes] acerba voce [*affertur Lucil. p. 2190, 31*]).

pīpātus, -ūs *m.* *a* pipare. *significatur actio vel sonus pipandi*: VARRO ling. 7, 103 'pipulo ...' (*Plaut. p. 2190, 57*), id est convicio, declinatum a -u pullorum.

pipenella *v.* pimpinella. *Ottink.*

1.$^{\boxtimes}$**piper,** -eris *n.* (pīp- *l. 73 sq.; m. l. 56*). [*voces πέπερι et* piper *ortae sunt e voce indica generis fem., quae est in sanscr.* pippalī-, *in dial. recc. autem et* pipparī- *vel sim.; quae ratio intercedat inter voces gr. et lat., incertum est: cum utraque contra exspectationem sit neutri generis, veri simile est* piper *pendere e πέπερι, ut sumptum sit e lingua gr. temporibus priscis, cum ibi vetus* pi- *adhuc pronuntiaretur. postea fort. reduplicatio quaedam* (πε-πε-) *est effecta, quae et in aliis plantarum nominibus gr. invenitur. aliter Biville, Les emprunts du latin II, 1995, 248. Fo.*] *scribitur* pep- *e. g.* GLOSS. *l. 75 et in var. l.* LIB. pontif. p. 59, 22, *litteris graecis p. 2188, 9. 12. abbreviatur* pip *in parva amphora* CIL IV 5763. NOT. Tir. 104, 52. 130, 78. *de genere: neutr. passim* (*quod testantur gramm. l. 59 nec non* MART. CAP. 3, 244), *masc. e. g.* DIOSC. 2, 145 p. 233, 12 -r albus (*sed* 233, 8 -r longum). ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 3 Aa p. 495 -r longus (12 La *ibid.* -ris longus). 3, 7, 13 Aa p. 520 ipse solus -r. *cf. l. 62. de formis: vocem numero sing. tantum adhiberi affirmant* (*simul genus neutr. testantes*) AVG. gramm. V 499, 38. 506, 25 MART. CAP. 3, 298, *nec apud auctores invenitur plur., nisi graece p. 2186, 62. nom. et acc.* -r *inde ab* HOR. (*masc. nom.* -ris ORIBAS. *l. 57, acc.* -em *coni. Milham* APIC. 3, 4, 1 [-e *codd. vet.; iidem vix recte* -em *iuxta* oenogaro 3, 4, 5]). *gen., dat., abl.* -is, -i, -e *inde a* VARRONE; *forma indecl.* -r (*sc. apud auctores alibi vocem declinantes*) *pro gen. e. g.* PLIN. phys. Bamb. 57, 39 (*in serie genetivorum, ut*: 57, 47), *pro abl. e. g.* MARCELL. med. 16, 43 -r adiecto. 26, 64 cum -r (DIOSC. 3, 3 p. 376, 25 APIC. 5, 8, 2. *al.*). *al., cf. Milham, Romance Philol. 7, 1954, 346 sq.; adde iuncturas cum adi. vel subst., quas vix pro compos. accipias, e. g.* MARCELL. med. 28, 29 addita ruta et -r trito (*cf.* -r triti: PLIN. phys. Bamb. 82, 5. 20). PLIN. phys. Bamb. 2, 4 -r albi partem dimidiam (57, 41. *al. apud eundem.* ORIBAS. syn. 7 add. Aa p. 192 [*e* CELS. 5, 28, 16^{B} -is albi]. *cf. p. 2186, 73*). 70, 3 cum -r granis tot (*cf. p. 2186, 74*). APIC. 2, 5, 3 cum ... -r integro. *de prosodia* (*cf.* pīp- *p. 2187, 34*): CONSENT. gramm. p. 11, 8 quidam dicunt '-r' producta priore syllaba, cum sit brevis, quod vitium Afrorum familiare est. GLOSS. peper: *πέπερι.* -r album: *πιπέρεως λευκοῦ. sim. al.* *legitur in prosa oratione inde a* VARRONE Men., VITR., *in versibus rarius inde ab* HOR., OV., PERS.; *frequentant scriptores medici, ceterum* PLIN. nat. *et maxime* APIC. (*fere 475*^{ies}). [*dalm.* pepro; *it.* pepe; *sard.* pipere; *var. raet.; francog.* poivre; *prov. vet.* pebre *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pebre; *hisp.* pebre. *cf. M.-L. 6521. Battisti-Alessio IV 2842. Wagner II 273. Wartburg VIII 552 sqq. Corominas*^{2} *IV 448. St.*]

i. q. πέπερι (*quod in gr. ubique respondet. rem tractant e. g. Steier, RE XIX 1421 sqq., André, Alimentation,* ^{2}*1981, 207 et Les noms de plantes, 1985, 200*): **I** *strictius significantur bacae cuiusdam arboris vel herbae (quae nobis est fere 'Piper nigrum' L. vel 'Piper officinarum' DC.), vel ipsa arbor herbave eas ferens. saepissime respicitur condimentum e bacis confectum; singulae bacae maxime p. 2187, 34 sqq. 59 sq. et* ISID. orig. 17, 7, 9 fructum ... maiorem pipere; *arbor sim. raro, sc. maxime l. 35 sqq.* (*etiam* -is arbor *l. 29. 35. al. [cf. p. 2187, 73 sqq.], si gen. epexeget. intellegas*). *accedunt adi. distinguentia genera bacarum* (*potiora*): album: HOR. sat. 2, 4, 74. 2, 8, 49 CELS. 5, 23, 1. *al.* COLVM. 12, 59, 4 sq. SCRIB. LARG. 9 sq. 26. *et saepius.* PLIN. nat. 12, 28. 29, 55 MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7. *et saepe* (*cf.* PLIN. nat. 12, 26 candidum. ALEX. TRALL. 1, 27 leuci). nigrum: COLVM. 12, 59, 4 sq. SCRIB. LARG. 94. *al.* PLIN. nat. 12, 28. *et saepius.* rotundum: CELS. 2, 31. 4, 6, 3. *al. apud eundem.* longum: CELS. 2, 31. 5, 18, 7^{B}. *al.* SCRIB. LARG. 120 sq. *al.* PLIN. nat. 12, 26. 28 MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 SOL. 52, 51. *al.*

A *proprie*: **1** *respicitur origo, natura sim. -is* (*cum respectu commercii v. p. 2187, 15 sqq.; fingitur vel negatur -r in Italia nasci p. 2187, 24 sqq.*): VITR. 8, 3, 13 (*nisi de cappari, v. p. 2188, 2*) quodsi terra generibus umorum non esset ... disparata, non tantum in Syria et Arabia ... essent ... arbores turiferae neque -is darent bacas *eqs.* PLIN. nat. 12, 26 (*inde* 1, 12, 14 -is arbores) *in India* passim ..., quae -r gignunt, *arbores* iuniperis nostris similes ...; *siliquae,* priusquam dehiscant, decerptae tostaeque sole faciunt, quod vocatur -r longum; paulatim vero dehiscentes maturitate ostendunt candidum -r, quod deinde tostum solibus colore rugisque mutatur *eqs.* (*sc. ut nigrum fiat. hinc pendent*: SOL. 52, 50 sq. PS. SOL. add. p. 221, 3 sqq. ISID. orig. 17, 8, 8). APVL. flor. 6, 2 Indorum ... -is messes. DIOSC. 2, 145 p. 233, 7 -is arbor est in India nascens *eqs.* 233, 10 -r arbor ipsa (*-r est ipsa arbor sim., ut*: p. 234, 1 multi ... radicem -is zingiber esse, *sc. putant,* sed falsu est. ISID. orig. 17, 8, 12 [*de casia*] purpureis foliis, ut -is). GALEN. alfab. 206 (de -e) -r fructus est arboris *eqs. al.*

2 *respicitur usus -is*: **a** *in re coquinaria* (*additur cibis, iuri, vino sim.* [*dulcibus e. g.* APIC. 7, 11, 1 sq.], *sc. fere tritum, sed solidis granis p. 2187, 55. 67*): VARRO Men. 581 *vulvae* in cena ponantur ... cum erucae suco et -e. HOR. sat. 2, 4, 74 -r album cum sale nigro incretum puris circumposuisse catillis, *sc. in mensa.* 2, 8, 49 his mixtum ius est: oleo ..., -e albo *eqs.* PERS. 6, 21 sacrum, *i. quasi pretiosissimum,* inrorans patinae -r *avarus.* PETRON. 49, 5 putes illum *cocum* -r et cuminum non coniecisse. 74, 5 Fortunata mola buxea -r trivit (*cf. e. g.* PELAGON. 72 mittis in mortarium -is grana XXX et teres. APIC. 2, 1, 5 adicies in mortarium -r). PLIN. nat. 14, 108 (*v. p. 2188, 66; item additur vino*: PALLAD. 11, 14, 12 APIC. 1, 1, 1. *cf. e. g. l. 67*). 15, 118 *ad condiendum* usus bacae *myrti* fuit apud antiquos, antequam -r reperiretur. 19, 92. 27, 73 semine ... eius, *sc. drabes,* pro -e utuntur (*sim.* DIOSC. 2, 147 p. 234, 22 [*de semine hydropiperis*]. 3, 53 p. 402, 9 [*de ligustico*]). MART. 7, 27, 7 cocus ingentem -is consumet acervum *apro apparando.* 13, 5, 2. 13, 13, 2. APVL. met. 10, 16, 5 altilia -e inspersa. PALLAD. 6, 9, 3 (*ad caseum condiendum*). CHIRON 199 ut cocus condire solet liquamine optimo et mero et oleo et -is, quod satis fuerit. HIER. epist. 52, 12, 1 caricae, -r, nuces *eqs.* (*inter delicias; sim.* AVG. mor. Manich. 13, 29 peregrinas fruges ... largo -e aspersas. 13, 30). APIC. 3, 4, 2 -r asparges et inferes (*sc. cibum ad mensam, ut*: 3, 4, 3. *et saepe; sed* 8, 7, 4 sine -e inferes). *et saepissime, maxime apud* APIC. **b** *in medicina* (*hauritur [e. g. melli, vino immixtum], illinitur, fomento vel collyrio additur sim.; cf. gen. vocis graecae in nominibus medicamentorum, sc. sing.* pepereos ORIBAS. syn. 3, 4 tit. Aa p. 849 emplastrum dia p., *plur.* pipereon *vol. V I, 939, 31 et* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 76 dia trion p. [PHILAGR. med. 2 p. 156, 3. ORIBAS. eup. 3, 7, 13 Aa p. 520, *ubi gr. τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων. al.*]): CELS. 2, 27 calfaciunt -r, sal ..., alium, cepa *eqs.* 2, 31 urinam ... movent ... vinum tenue, -r et rotundum et longum *eqs.* 4, 15, 3 absinthium contritum ex melle et -e. 5, 27, 3^{E} potionem ... vini cum -e. *et saepe.* SCRIB. LARG. 179 vino ... et per se et cum -e ... poto. *et saepissime. indicatur quantitas* (*addas p. 2187, 65 sq.*): CELS. 5, 18, 7^{B} -is et rotundi et longi ... p(ondo) (drachmas) *tot.* 5, 25, 7 -is ..., murrae pares portiones. *al.* COLVM. 12, 59, 4 -is albi, si sit, si minus, nigri unciae tres. 12, 59, 5. SCRIB. LARG. 70 -is pondo semuncia. *al.* PLIN. nat. 22, 33 -is aliquid. *al.* CHIRON 405 -r album grana *tot* (PLIN. phys. Bamb. 50, 2. ORIBAS. syn. 3, 131 Aa p. 875 [*gr. πεπέρεως λευκοῦ*]. *cf.* PLIN. phys. Bamb. 1, 5 -r grana *tot* [*sim.* ORIBAS. syn. 7 add. Aa p. 172 -r granum unum. ANTHIM. 3. *al.*]).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MARCELL. med. 16, 19 admiscebis -is optimi triti, quantum aestimes posse sufficere. ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 923 apii semen ..., ⌊-r ana⌋ (dragmas) IIII (⌊ ⌋ pipevana *cod.*). *et saepe.* **c** *variis in rebus*: OV. ars 2, 417 (*veneris incitandae causa*) -r urticae mordacis semine miscent. PETRON. 138, 1 quod *scorteum fascinum* ut oleo et minuto -e ... circumdedit ..., coepit inserere ano meo. PALLAD. 4, 10, 31 ut ficus cito maturet, suco cepae ... cum oleo et -e mixto unge poma.

3 *respicitur commercium -is*: HOR. epist. 2, 1, 270 in vicum vendentem tus et odores et -r et quidquid chartis amicitur (*sim.* STAT. silv. 4, 9, 12 quales *libelli* ... tus ... -rve servant. MART. 3, 2, 5 [*ad libellum*] ne ... turis -isve sis cucullus. SIDON. carm. 9, 320 quae *charta* scombros merito -rque portet). PERS. 5, 55 mercibus hic *negotiator* Italis mutat ... rugosum -r. 5, 136 (*ad mercatorem*) tolle recens primus -r et (ex *var. l.*) sitiente camelo. 6, 39 postquam sapere urbi cum -e et palmis venit. PLIN. nat. 6, 105 ex qua *regione Indiae* -r monoxylis lintribus Becaren convehunt ([*inde* SOL. 54, 8]. *item respicitur origo*: 19, 58 *temporibus Catonis* non Indicum -r quaesitum *est.* PORPH. Hor. carm. 1, 31, 12 Syram ... mercem, ... quae ... in purpura et -e ... esse solet. PS. SOL. add. 52, 52 -r sola India ... mittit. HIER. in Is. 18, 66, 22 l. 114. MARCELL. med. carm. 54 [*inter* aromaticas species, quas mittit Eous]). 12, 28 -r longum facillime adulteratur Alexandrino sinapi. IVV. 14, 293 frumenti dominus ... -isve coempti. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 species pertinentes ad vectigal: cinnamomum, -r longum, -r album *eqs. al.*

4 *cetera exempla*: HOR. epist. 1, 14, 23 angulus iste feret -r et tus ocius uva (SCHOL. -r, quod in Italia non nascitur. *sim. -r certis locis nascitur vel deficit*: PETRON. 38, 1 omnia domi, *i. in praediis Trimalchionis,* nascuntur: lana, citrea, -r. MART. 11, 18, 9 in quo *rure* non magis invenitur herba quam ... -r ... crudum). SCRIB. LARG. 193 *herba quaedam os* adurit quasi -e manducato (*item comparantur aliae herbae cum -e*: PLIN. nat. 27, 136 sinon ... sapore simillima -i. *al.* AVSON. 25, 9 [344 S.], 8 morsu -r aequiperans git. *al.; cf. l. 61. p. 2186, 51*). PERS. 3, 75 -r et pernae, Marsi monumenta clientis (*pro dono est, ut*: MART. 4, 46, 7 turis -isque tres selibrae. 10, 57, 2 argenti libram mittebas; facta selibra est, sed -is; tanti non emo ... -r). ANTH. 209, 3 (*ad nanum*) ⌊-is⌋ exigui formam vix corpore comples (⌊ ⌋ *in initio hexam., ut de alia voce significante avem pipantem cogitaverit Stowasser, Wien. Stud. 32, 1910, 108, coll. gr. πίπρα, v. tamen p. 2185, 74; sim.* 209, 10 aequalis -i [ciceri *Baehrens*]). *al.*

B *in imagine, proverbialiter sim. (cf. p. 2188, 72): de homine vehementi sim.*: PETRON. 44, 6 *quidam* habitabat ad arcum veterem ..., -r, non homo; is, quacumque ibat, terram adurebat (*cf. vol. VI 2878, 22*). *de qualitate acri sim.*: HIER. epist. 31, 1 nimia dulcedo ... *est* quadam, ut ita dicam, -is austeritate condita (*sc. admonitionis, ut*: 31, 2, 2 ut te aliquid ... -is mordeat [*postea*: laudem amaritudo comitabitur]). APON. 11, 21 (*ad cant. 8, 2* vini poculum) mellis dulcedinem filii caritatis et ⌊calidissimum⌋ -r[is] ferventis spiritus sancti laetitiae (⌊ ⌋ caliditatem *var. l.*).

C *appendix iuncturarum ad I*: **1** *accedunt adi.* (*addas p. 2186, 16 sqq.*): **a** *varia selecta*: SCRIB. LARG. 94 ponderosi (ISID. orig. 17, 8, 8). PERS. 5, 55 rugosum. PLIN. nat. 12, 29 musteo. MART. 11, 18, 9 crudum (DIOSC. 2, 145 p. 233, 13). SER. med. 228 tepidum, *i. dulce.* MARCELL. med. carm. 54 mordax. INSCR. Année Épigr. 1985 n. 681a (*tessera plumbea*) novel(l)u⟨m⟩ (ISID. orig. 17, 8, 8 vetustum ..., n.). **b** tritum, integrum *sim.*: SCRIB. LARG. 160 moliti. PETRON. 138, 1 minuto (APIC. 2, 3, 2. *al. apud eundem*). PLIN. nat. 29, 49 trito (*l. 65 et* PELAGON. 204, 4. 268, 1. 373 CHIRON 303. *al.; sim.* contritum *l. 66, cf.* CELS. 4, 24, 1 contritum ... -is acetabulum). PALLAD. 11, 20, 1 subtile. APIC. 2, 4 integro (2, 5, 3. 3, 20, 2. *al. apud eundem*). GALEN. alfab. 206 (de -e) farinosum.

2 *pendet gen.* -is: **a** *e quibuslibet subst.*: VITR. 8, 3, 13 bacas. CELS. 4, 7, 3 polline (*cf.* pulvis: SER. med. 324. 543 VEG. mulom. 3, 8, 9. *al.*). 4, 19, 4 laser ... ad -is magnitudinem devorare (PLIN. nat. 27, 95 MARCELL. med. 16, 43). 6, 9, 6 semen. PLIN. nat. 12, 119 *hypericum Petraeum* coarguitur ... sapore -is (19, 187. *cf.* 20, 174 gustu [DIOSC. 2, 147 p. 234, 19]). TEST. porcelli p. 269, 16 condimentis (PALLAD. 6, 9, 3). **b** *e voce* granum (*cf. p. 2185, 72. 2186, 73 sqq.*): CELS. 5, 18, 5. 25. 36. *al.* SCRIB. LARG. 9. *al.* PLIN. nat. 12, 30. *al.* TERT. nat. 1, 12, 10 SER. med. 29. VEG. mulom. 2, 111, 8 -is triti grana *tot* (2, 129, 9. 2, 143, 2 MARCELL. med. 20, 42. *cf.* 29, 31 -is contriti). APIC. 4, 2, 14 -is grana integra (*sim.* 8, 8, 3 solida). *et saepe.* **c** *e voce* arbor (*fere* -is a., *sed* a. -is SOL.; *cf. l. 73 sqq. p. 2186, 35*): PLIN. nat. 1, 12, 14 SOL. 52, 50. DIOSC. 2, 145 p. 233, 7 (*gr. 2, 159, 1 πέπερι δένδρον*). ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 12 La p. 495 (*gr. Π 5 πεπέρεως solum*). ISID. orig. 17, 8, 8.

II *laxius significantur variae arbores, herbae, fructus, sc. eis similes, quae sub I tractantur*: **A** *quaelibet exempla*: PLIN. nat. 12, 29 -is arborem iam et Italia habet, maiorem myrto nec absimilem; amaritudo grano eadem, quae -i musteo credatur esse (*de eadem, ut vid.*: 16, 136 vivit in Italia -is arbor [*viticem esse putat André, ed. 1960, 146; cf. p. 2188, 10*]. *ceterum*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 41 *in Nabataea* a. -is vidi et ex ipso collegi [*ad capparim refert Gildemeister, ed. 1889, ad. l., coll. Diodor. 19, 94, 10; conferasne l. 4. p. 2186, 26?*]). LIB. pontif. p. 59, 22 possessio *quaedam* ... prest(at) ... -r medemnos L (*in Aegypto; an ad I, sc. de -e aliunde advecto?*). **B** *certae species indicantur per gen. vel adi.*: -r apium, *i. q. herba veneria, acorum*: PS. APVL. herb. 6 l. 11 a Graecis dicitur acorum, ... Galli -r a., Itali veneria (*antea*: herbam veneriam in vaso apium suspensam habeto. *cf.* DIOSC. gr. Vind. 1, 2 *ἄκορον ..., Γάλλοι πίπερ ἄπιουμ* [*πεπερακιούμ trad.*]). GLOSS. III 553, 8 achorium id est -r apium. 573, 64 -rapiu: agoro. -r agreste, *i. q. vitex, agnus* (*cf. p. 2187, 75*): DIOSC. gr. Vind. 1, 103 p. 95, 14 *ἄγνος ..., Ῥωμαῖοι σάλιξ μαρίνα, οἱ δὲ πίπερ ἀγρέστε* (*cf. l. 22 σπέρμα ... ὡς πέπερι*). -r montanus, *i. q. hydropiperi*: ORIBAS. eup. 2, 1 *Y* 84 La p. 513 ydropiperi: -r m. calefacit, sed non aequaliter, quomodo -r viridis.

deriv.: piperacius, piperarius, piperatus, piperclum, piperinus, *?*piperium.

compos.: leopiper, piperoterarium; *cf.* hydropiperi, oxypiper.

cf. Onom.

[2. pīper *v. p. 2187, 34 sqq.*]

piperācius, -a, -um. *a* 1. piper, *cf. e. g.* hederacius. *fere i. q. piperi similis* (*agitur de lapide piperino, cf. p. 2189, 15*): GROM. p. 306, 26 terminus si venas mixtas habuerit, ⌊-us⌋ dicitur, aspratilis autem *eqs.* (⌊ ⌋ *Rudorff, Die Schr. der röm. Feldmesser II, 1852, 273*; ficto aciem *trad.*). 309, 13 terminus si aspratilis fuerit et mixta -a loca habuerit *eqs.* (-atia *var. l.*).

cf. Onom.

[piperapium, -ī *n. v. l. 6.*]

piperārius (pep-), -a, -um. *a* 1. piper. *i. q. ad piper pertinens*: **1** *adi.*: CAPER gramm. VII 93, 5 peperaria (pepir- *var. l.*) mola non dicenda est, sed -a (piraria *var. l.*). *?***2** *subst. masc. significans eum, qui piper vendit* (*e suppl. dub.*): INSCR. Année Épigr. 1994 n. 297 (*saec. II/III*) fratribus pientissimis coh(ortis) pip(erariorum) (centuria) Firmi (*v. Zappata, in: Epigrafia della produzione, 1994, 733 sqq., quae etiam* pip(eratariorum) *temptavit*).

piperātārius, -a, -um. *a* piperatus. *scribitur* pep- *in var. lect. l. 38. i. q. ad piperata pertinens, ea continens sim.*: **1** *pro subst.*: **a** *neutr. plur. de vasis mensae*: PAVL. sent. 3, 6, 86 vasis argenteis legatis ... ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, lances, patinae, -a *eqs.* (pep- *var. l.; olim legebatur* -toria). *?***b** *masc. plur. de hominibus in horreis -is operam dantibus (cf. 2) dub. suppletur l. 33.*

2 *adi., sc. non nisi* horrea -a (*urbis Romae, ubi inerant pipere fort. et variis aliis aromatibus condita; huc spectare vid. Cass. Dio 72, 24, 1 τὰς ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἀραβίων φορτίων*): ORIGO Rom. chron. I p. 146, 15 *sub Domitiano* multae operae publicae fabricatae sunt: atria ..., h. -a, ubi modo est basilica Constantiniana *eqs.* (*sim.* HIER. chron. a. Abr. 2105 [piperetaria, piperata *var. ll.*]. PROSP. chron. I p. 417, 516 [pipereataria, piperata *var. ll.*]. CASSIOD. chron. II p. 140, 727).

[piperātōria *v. l. 38.*]

piperātus, -a, -um. *a* 1. piper (*cf. e. g.* lasseratus, mellitus). *legitur inde a* CELSO, *maxime in arte medica vel coquinaria; in versu non nisi* MART.; *abiit in sermonem gr. l. 62.* [*confunditur cum* piperatarius *l. 45 sq.; coni. Schmitz in indice pro* pipineo MISC. Tir. p. 64, 10.]

i. q. pipere conditus (*accedit adv. l. 68 sq.*): **1** *proprie*: **a** *pro subst. neutr.* (*sive de liquamine sive de vino, cf. l. 64 sqq.*): CELS. 4, 26, 7 *malum puniceum* in -um coicitur misceturque cum sale et pipere. CHIRON 825 *pastillos cum pipere confectos* pro -o *homo* ieiunus in vino tepido bibat. APIC. 2, 2, 8 piper teres ..., cui ... liquamen suffundes, ita ut bene tritum ac lutulentum, *i. spissum,* facias -um. 3, 14 raphanos cum -o. 4, 2, 21 teres piper, ligusticum, suffundes ⟨passum⟩, ut dulcis sit; -um mittes in patinam. 7, 9, 3. 9, 1, 2 infunditur ... -um, coriandratum. exc. pim. p. 87, 16 de liquoribus hoc: mel, defritum, caroenum, -um, passum (-um *coni. Ihm,* apiperiu *cod.*; piperiu(m) *André ed.*[2]*, coll. Apic. 1, 3* absinthium, *1, 4, 1* violacium). GLOSS. -um: *πεπερᾶτον.* **b** *pro adi.*: COLVM. 12, 49, 5 exiguum aceti -i ... adiciunt *olivis* (12, 59, 1. 2 [*bis*]. 3. 4). PETRON. 33, 8 ficedulam ... -o vitello circumdatam. 36, 3 garum -um currebat super pisces (*cf.* liquamen: APIC. 8, 7, 14. 8, 8, 3). PLIN. nat. 14, 108 (*nisi pro subst.*) qualia *vina* nunc quoque fiunt pipere et melle addito, quae alii condita, alii -a appellant (*cf.* conditum: VEG. mulom. 3, 8, 6 c. bene -i heminam ..., rosati *eqs.* MARCELL. med. 23, 55 c. satis -um). AVG. mor. Manich. 16, 51 -a tubera voraciter edere. PLIN. phys. Bamb. 82, 11 orizam ... bene conditam adque -am. APIC. 7, 11, 4 dulcia. ORIBAS. eup. 3, 7, 19 Aa p. 521 escis ... calidis et -is.

2 *translate: ?***a** *fere i. q. callidus, vafer* (*si vox recte legitur*): MART. 8, 59, 4 ne contemne caput *lusci cuiusdam,* nihil est furacius illo; non fuit Autolyci tam -a manus (piceata *var. l.*; properata *coni. Heraeus in exemplari suo, alii alia*). **b** *fere i. q. mordax, modo irridenti facetus*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*spectat ad versus*): SIDON. epist. 5, 8, 2 quid illic, *sc. in hendecasyllabis,* inesse fellis, leporis -aeque facundiae ... inspexi (*postea*: eloquii salsa libertas). 8, 11, 7 *epigrammata* cum non pauca -a, mellea multa conspiceres, omnia tamen salsa cernebas.

deriv.: piperatarius.

cf. Onom. (*nomen iocosum* TEST. porcelli p. 268, 11. 269, 23).

piperclum, -ī *n.* *a* 1. piper *deminutive* (-cl- *pro* -cul- *per syncopen*). *nomen herbae, cuius gustus piperi similis est, i. q. sinon* (*cf. p. 2187, 30 et André, Lex. des termes de botan., 1956, 251*): GLOSS. III 575, 53 sinonus: -i.

cf. Onom. (Piperc(u)lus, Pipercla).

pipereōn *et* **pipereōs** *v. p. 2186, 62 sq.*

piperīnus (*nisi* -in-), -a, -um. *a* 1. piper. [*it.* peperino. *cf. M.-L. 6521a et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2842 sq. St.*] *fere i. q. piperi similis*: **1** *pro adi. de lapide* (*cf. p. 2188, 21*): ISID. orig. 19, 10, 8 -us *lapis* subalbidus cum punctis nigris, durus atque fortissimus (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 172 [-ren- *trad.*]). ?**2** *pro subst. fem. de herba quadam*: GLOSS. III 537, 21 cipenines id est -a (*nisi pro* viperina, *cf. 555, 38* cypenines id est v. [*sim. 619, 63*]).

piperītis, -idis *f.*, πεπερῖτις, *quod gr. alibi non legitur. nomen duarum herbarum, quarum gustus piperi similis est* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 200*): PLIN. nat. 19, 187 (*inde* 1, 19, 62 de -de) panax piperis saporem reddit, et magis etiam siliquastrum, ob id -dis nomine accepto. 20, 174 (*inde* 1, 20, 66 -de) ⌊-s⌋, quam et siliquastrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur; Castor et aliter demonstrabat: caule rubro et longo, ... gustu piperis *eqs.* (⌊ ⌋ *edd.*, piperiatis *sim. codd.*).

?**piperium,** -ī *n.* *nomen cuiusdam liquoris pipere conditi a* 1. piper *derivandum, si recte coni. p. 2188, 61.*

[pipero, -āre *sec.* piperatus *olim falso restituebatur* APIC. 6, 8, 4 laseras, -as (laseras piper *trad.*, lasere ac pipere ⟨aspergis⟩ *Giarratano, sim. edd. rec.*).**]**

πιπεροτριβεύς: **piperoter[r]ārium** GLOSS. III 322, 14 (*in capite* de superlectile, *i. supellectile*). *a* 1. piper *et* terere, *ut vid., sed formatione mira* (*sec.* mortarium?).

[pipevana *v. p. 2187, 3.***]** *Spoth.*

pīpilo, -āre. [*siquidem est agnoscendum, fort. e verbo* pipare (*q. v.*) *per similitudinem verborum sonandi* sibilare, bombilare *sim., v. Mignot, Les verbes dénom. latins, 1969, 316; cf.* pipulus. *Fo.*] [*in var. lect. l. 58, cf. p. 2190, 41.*] [*cf. M.-L. 6522 et Faré, Postille. Wagner II 258. St.*] GLOSS. V 608, 69 -are: resonare (*cf. p. 2190, 28*).

cf. pipulus.

pipinella, pipineo *v.* pimpinella.

pipinna, -ae *f.* [*apparet esse vocem linguae infantium, de cuius formatione parum liquet; cum pudenda viri saepius comparentur avi, cogites fort. de* pipare, 3. pipio, -onis (*q. v.*); *de* pī- *correpta cf. Sommer, Laut- und Formenlehre*$^{2.3}$ *129 sq.; terminatio vocis a* pisinnus, *genus fem. a* mentula *possit esse sumptum. v. André, Les mots à redoubl., 1978, 66 sq. Fo.*] *i. q. mentula*: MART. 11, 72, 1 Drauci Natta sui vocat (vor- *Shackleton Bailey*) -am, collatus cui Gallus est Priapus (bip- *var. l.*).

?**pīpino,** -āre. [*siquidem est agnoscendum, fort. per variationem verbi* pipare *eiusque cognatorum ad similitudinem verborum sonandi in* -ina- *desinentium* (coracinare *sim., quae invenies apud Mignot, Les verbes dénom. latins, 1969, 313 sq.*). *Fo.*] *v. p. 2190, 40.*

1. pīpio, -āvī, -āre. [*e* pipare (*q. v.*) *ortum, ut vid.; in* pi-pi-are *percipi potuit reduplicatio onomatopoetica ut in* ti-ti-are. *v. André, Les mots à redoubl., 1978, 13. Fo.*] [*fort. huc pertinet var. lect. p. 2190, 37; restituasne p. 2190, 41?*] **1** *intrans.; i. q. fundere sonum: passeris*: CATVLL. 3, 10 *passer* ad solam dominam usque -bat (pipla-, pipila- *sim. var. ll.*). *infantis vagientis*: TERT. monog. 16, 8 infantes pip⟨i⟩antes. **2** *trans.; i. q. plangendo, plorando sim. efficere*: TERT. adv. Val. 15, 4 caelestes imbres -vit Achamoth, *sc. Aeon.*

?**2. pīpio,** -īre. [*siquidem est agnoscendum, fortasse e verbo* pipare (*q. v.*) *per similitudinem verborum* bombire, crocire *sim. ita formatum, ut simul reduplicatio onomatopoetica* pi-pi- *oreretur. v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 179; Ernout, Aspects du vocab. latin, 1954, 8. Fo.*] *v. infra p. 2190, 37. 41.*

3. pīpio, -ōnis *m.* [*suffixo* -(i)ōn- *formatum aut a sono naturali* pip-/pi-pi- *aut a* pipare (*q. v.*). *v. Gaide, Les subst. ... en ... (i)ō, 1988, 173. 257. Fo.*] *scribitur* pipp- ORIBAS. [*it. vet. et dial.* pippione, *it.* piccione; *francog.* pigeon; *var. francoprov., prov., vasc. cf. M.-L. 6522a. Battisti-Alessio IV 2940, 2902. Wartburg VIII 556 sqq. Corominas*^{2} *IV 529. St.*] *significatur pullus columbae* (*cf.* GLOSS. II 458, 10 ⌊τρυγὼν⌋ ἢ νέα περιστερά: -o [⌊ ⌋ τραγων *trad.*]. *accedit gen. p. 2190, 4 sq.*): HIST. AVG. Alex. 41, 7 servos habuit ..., qui eos (*sc. palumbos*) ex ovis ac pullicenis ac -bus alerent. ALEX. TRALL. 1, 84 (cod. Oxon.) ubi -o ⌊aut pullus⌋ coctus sit

(⌊ ⌋ *om.* Andecav.; *gr. I 613* περιστερᾶς). 1, 130 (cod. Andecav., *sim.* Oxon.) aspratiles pisces et -es *eqs.* (*gr. II 125* περιστερᾶς οἱ νεοσσοί). *ibid. iterum* (*gr. II 125* περιστερᾶς *solum*). ANTHIM. 29 de domesticis ... columbis -is ipsorum ... boni *sunt.* ORIBAS. eup. 4, 1, 20 La p. 528 -es columborum (*gr.* περιστερῶν νεοττῶν). syn. 9 add. La p. 400 (*in serie volatilium*) -es.

deriv.: pipiunculus; *cf.* pipinna.

pipīta, -ae *f.* [*ortum a forma* pītuīta *per tres syllabas pronuntiata, v. p. 2226, 27 sqq. Fo.*] [*it.* pipita (*et var. it.*), *sard. centr.* pibida, *raet. occ.* pivida, *raet. or.* pivide, *francog.* pépie, *francoprov.* pepida, *cat.* pebida, *hisp.* pepita, *port.* pevide. *vox lat. abiit in theod.* (Hühner-)Pips. *cf. M.-L. 6549. C. S.*] *i. q. pituita*: GLOSS.^{L} II Philox. PI 35 -a: κόρυζα (*v. p. 2227, 69*).

1. pīpito, -āre. [*ortum vid. a* pipare (*q. v.*). *Fo.*] *significatur actio sonandi, sc. murium propria*: SVET. frg. p. 250, 3 (*in serie vocum animalium*) *est* murium mintrire vel -are.

2. pipīto, -āre *v.* pituito. *Ottink.*

pīpiunculus, (-ī) *m.* *a* 3. pipio. GLOSS.^{L} II Abav. PI 10 -us: accipiter, acceptor (GLOSS. V 607, 2. 630, 40). *sunt, qui* titi- *velint restitui, sed cf. l. 43 et v. sub* plipio. *Spoth.*

[pipizo (-ōnis *m.*) *falso edebatur* HIER. epist. 22, 28, 5 (pepizo *sim. trad., ποππύζων Hilberg*).**]**

pīpo, -āre. [*ita ut* pip-are, -iare, ?-ilare, -inare, ?-ire, -itare *haud raro variant etiam aliae voces onomatopoeticae; coll. derivatis* pipa-tio, -tus (*q. v.*) *intellegendum vid.* pipare *esse horum verborum frequentissimum et fortasse antiquissimum.* pīp-, pipp- *et similes series sonorum in multis linguis imitantur praecipue voces avium quarundam, cf.* πιπίζω, *vet. ind.* píppakā- (*nomen avis cuiusdam*), *theod.* piepen. *v. Walde-Hofmann II 309; Skoda, Le redoublement expressif, 1982, 85. 93. Fo.*] *scribitur* phi- ROMVL. GLOSS.^{L} Corp. PI 422 -ant: resonant (*item* GLOSS. V 382, 6. *cf. p. 2189, 40*). [*trad. etiam p. 2189, 60.*]

i. q. fundere sonum (proprium): hominis conviciantis: LVCIL. 1249 ⟨...⟩ petis, -as? da (*restit. alii aliter lectionem corruptam, cf.* GLOSS.^{L} V Abba PI 15, *ubi explicatur* petit clamans). GLOSS.^{L} V Abba PI 40 -at: conviciatur (conviciatus *trad.*), qu[a]erit⟨ur⟩ ut passer. *gallinae, pulli*: VARRO Men. 3 mugit bovis, ... gallina -at (*explicat* NON. p. 156, 21 -are proprie g. dicuntur [*inde* GLOSS. V 645, 69 -at g.]). COLVM. 8, 5, 14 *aviarius* animadvertat, an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur, si -ant **(**[*var. l.* pipiant, *sc. aut indicat. verbi* 1. pipio *aut coni. verbi* 2. pipio; *de indicat. iuxta coni. v. Nyström, Variatio sermonis, 1926, 85 sq.*]. NON. p. 450, 7 [*e Varrone*] p. -are. *dubium num inde corrigas* GLOSS. I p. 93 [*in serie vocum animalium*] pulli pipinant [vel perpinant *suprascr. man. prima; an* pipiant, pipilant, pipiunt *restit.?*]**)**. *variorum animalium* (*cf. l. 33*): ROMVL. fab. 74, 10 rec. vet. glunnire accepit columba, ... phipat nibolus (rec. W pi-). ANTH. 733, 6 (*fort. med. aevi*) accipitres -ant **(**[piplunt, plipiant *var. ll.*]. *in serie vocum animalium, ut*: GLOSS. I p. 92 [*sc. infra*] a. -ant [*cf. sub v.* plipio]**)**.

deriv.: pipatio, pipatus (-ūs), 1. pipio, 1. pipito; *cf.* pipilo, pipinna, ?pipino, ?2. pipio, 3. pipio. *Ottink.*

pippio *v.* 3. pipio. **pipula** *v. p. 2143, 38.*

[de **pipulea** ulcera, quae in summa cutem sunt ORIBAS. syn. 7, 5 tit. La p. 135 (*Aa aliter*), *restituendum* epipolea *sec. gr.* ἐπιπόλαια.**]** *M. H.*

pīpulus, (-ī) *m. vel* pīpulum (-ī) *n.* [*de derivatione retrograda* (*sc. a verbo* pipilare) *cogitat Zucchelli, Studi sulle form. lat. in -lo-, 1970, 27, comparans* sibilus *al. Fo.*] GLOSS. -o (*trad. et* -i): convicio, ploratu. -o: convicio. [*suppl. Scaliger* FEST. p. 253.]

significatur id, quod pipando profertur vel actio pipandi (*non nisi abl. sing.*): **1** *convicium, ploratus sim.*: PLAVT. Aul. 446 te ..., nisi reddi mihi vasa iubes, -o hic differam ante aedis **(**pop- *codd. Plauti, sed* -o *testantur* VARRO ling. 7, 103 *p. 2185, 42.* NON. p. 152, 3 -o pro convicio. *perperam explicare vid.* GLOSS. V 645, 37 -o: verbere [*ad rem cf. fortasse* obvagulo *vol. IX 2, 308, 82 sqq.*]**)**. CIC. ad Q. fr. 2, 11, 1 cum Appius senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, ut -o [convicio] coactus sit nos dimittere (pop- *codd.*). **2** *vagitus infantium*: FRONTO p. 91, 25 (*antea*: vidi pullulos tuos) ut orationis tuae ... sonum ... in utriusque -o *filioli tui* adgnoscerem (pop- *man. prima*). PS. SORAN. epit. 76 *infans sanus esse* intellegitur, si vox ei valida sit, et si titillationes intellegere -o suo ostendat. *Ottink.*

pir *v.* per *p. 1129, 29, ubi addas* INSCR. relig. Mithr. Vermaseren 485.

pir- *v. etiam* pyr-.

1. pīra, *acc. sing.* -an *f.*, πεῖρα. *i. q. experientia*: PS. SORAN. quaest. med. 9 inventionis ... principium iuxta empiricos ... est -a, id est experientia. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 46 experimenti tentatio, quam Graeci schediasticen -an vocant.

2. pira *v.* pirum. **[piraceteria** *v. p. 2191, 22.***]** *Pieroni.*

piracius (*pro* -aceus), -a, -um. *a* pirum *vel* pirus. *scribitur* -at- VEN. FORT. (*cf. Svennung, Unters. Pallad., 1935, 105 adn. 3*). *i. q. e*

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

piris factus: *neutr. pro subst.* (*sc. vinum, quod opp. l. 2*): HIER. adv. Iovin. 2, 5 *Paulus* Timotheo dolenti stomacho vinum suadet bibere, non -um (*cf. I Tim. 5, 23*). VEN. FORT. vita Radeg. 15 potum ... praeter aquam mulsam atque -um non bibit. 21. *adi.*: DIOSC. 5, 45 p. 186, 3 de bino -o; vinu -u(m) conficitur sic *eqs.* (*gr. 5, 24 ἀπίτης*).

?**piralbus** POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 2. *vox obscura inter* nomina insectorum sive reptancium (*restituasne* pyrallis *coll. Plin. nat. 11, 119?*). *M. H.*

pirārius, -ī *m.* *a* pirum *vel* pirus, *sc. adi. masc. pro subst.* (*v. Schöneweiss, Die Namen der Obstbäume, 1955, 61 sq.*). *scribitur in codd. et* pir- *et* per-.

i. q. pirus arbor: LEX Sal. Merov. 7, 11 si quis ... pomarium domesticum ⌊aut -um⌋ ... capulaverit (*sic rec. H*; ⌊ ⌋ sive quamlibet arborem domesticam *rec. K, om. cett.*). 27, 8 si quis inpotus (*v. vol. VII 1, 733, 28*) de pomario (milario *rec. K*) aut de -o deruperit. 27, 10 si quis ⌊pomarium aut -um excervicaverit⌋ (meliarium aut -um decorticaverit *recc. H, K*).

pirastrum (-rās-*?*), -ī *n.* *a* pirum *vel* pirus (*v. Ernout, Philologica, III, 1965, 138*). *i. q. pirum silvestre* (*certe de fructu l. 19*): GLOSS. III 316, 24 sq. (*in capite* de secunda mensa) *ἀχράς*: -um. *ἀγριάππις*: -um. GLOSS.[L] II Philox. PI 40 pir[um]astrum: *ἀχράς*. *e coni. dub.*: GLOSS. III 316, 19 *ἄππιοι ἄγριοι*: -a (*ita Hagen, sed cf. ibid. l. 19; απισσοιαρριοι* piraceteria *trad.; temptaverunt alii alia*). *Pieroni.*

pīrāta, -ae *m.*, *πειρατής*. *de origine*: ISID. orig. 10, 220 -ae sunt praedones maritimi, ab incendio navium transeuntium, quas capiebant, dicti (*inde e. g.* GLOSS. V 585, 17, *ubi additur πῦρ* dicitur ignis). *scribitur* pyr- *in cod. vet.* AVG. civ. 5, 22 p. 233, 33 (*L*) *et hic illic in codd. medii aevi.* *de formis: nom. plur.* -es *invenitur in var. l.* HIST. Apoll. rec. A 32. 41. 44, *gen. plur.* -orum MAX. TAVR. 72, 2 (-arum *cod. unus; ibid. formae sollemnes* -a, -ae), *nom. sing.* -us *in* GLOSS. *l. 30.* *de notione* (*cf. l. 23*): GLOSS. -a: latro. latro maritimus. -us: sceleratus. Cilix: -a. *al.* *legitur in versibus fere singulis locis apud* VARRONEM, SEN. *trag.*, PETRON., IVV. *al., quinquies apud* LVCAN. *et* DRAC., *in oratione soluta inde a* CIC.; *frequentant declamatores.*

fere i. q. praedo maritimus (*saepe variat c.* praedo, *v. vol. X 2, 582, 81, ceterum c.* latro *e. g.* HIER. tract. in psalm. I p. 237 l. 91; *sing. de duce -arum e. g. l. 45, pro plur. l. 55. p. 2192, 24. al.*): **1** *proprie* (*in imag. l. 62*): **a** *strictius*: **α** *exempla varia* (*selecta inde a* LVCANO): VARRO Men. 86 *maria* fervere -is vastarique omnia circum. CIC. Verr. I 13 urbes -is praedonibusque patefactae. II 3, 186 classis ... -arum manibus incensa est (SEN. benef. 6, 9, 2 ne in -arum m. pervenirent). 5, 63 navem quandam -arum praeda refertam (5, 87 VELL. 2, 43, 2). 5, 79 Nico, ille nobilissimus -a, ... quem P. Servilius, qua felicitate ceperat, eadem recuperavit (*item respicitur Servilius*: LIV. perioch. 93 aliquot urbes -arum expugnavit. RVF. FEST. 11 Servilius ... ad -arum missus bellum. *al.*). 5, 100 de classe populi Romani triumphum agere -am. off. 3, 49 nos *Romani,* qui -as immunes, socios vectigales habemus. 3, 107 -a non est ex perduellium numero definitus, sed ⌊communis hostis omnium⌋; cum hoc nec fides debet nec iusiurandum esse commune (⌊ ⌋ *cf.* PLIN. nat. 2, 117 -is ... omnium mortalium hostibus). *al.* LIV. 37, 28, 4. perioch. 98, 4 L. Metellus praetor in Sicilia adversus -as prospere rem gessit. *al.* FEST. p. 270 'Rhondes Icadionque' cum dixit Lucilius (*1292*), duo nomina -arum posuit (*cf.* PAVL. FEST. p. 106 Icadion nomen saevissimi -ae). SEN. contr. 1, 7, 3 in misericordes -as incidi (7, 1, 15 in eos -as incidet *noverca,* qui nesciunt captos dimittere. QVINT. decl. 320, 9. *al.*). 1, 7, 16 sciebam -as non crudeles esse sed avaros. *et saepe.* VELL. 2, 42, 2. SEN. Oed. 459 -a *a Baccho in delphinum mutatus* freto pavidus natat. benef. 4, 26, 1 et sceleratis sol oritur et -is patent maria (*cf.* PRVD. c. Symm. 2, 791 sic -is mare servit ut mercatori). CVRT. 4, 5, 18 -is ... supplicio adfectis. LVCAN. 3, 228 *in bello civili* it ... Cilix iusta iam non -a carina. PETRON. 1, 3 (*inter themata inepta declamationis*) -as cum catenis in litore stantes. PLIN. nat. 6, 101 -ae maxime infestabant, *sc. haec maria* (*cf. p. 2192, 25*). 6, 104 *emporium* non expetendum propter vicinos -as. QVINT. inst. 12, 7, 4 (*in imag.*) *orator* portum ... illum eloquentiae suae salutarem non etiam -is patefaciet. ADNOT. Lucan. 9, 219 *Tarchondimotus* dux fuit -arum. SCHOL. Cic. Bob. p. 96, 34 coeperat ... orae maritimae praepositus M. Antonius -as persequi. AVG. civ. 3, 26 p. 138, 23 quanta ... commiserint *servitia* primo latrocinia, deinde valida bella -arum (*cf. l. 44. p. 2192, 26*). *al.* *in comparatione, pro exemplo crudelitatis sim. ponitur*: CIC. S. Rosc. 146 quis umquam praedo fuit tam nefarius, quis -a tam barbarus, ut cum integram praedam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet? off. 3, 87 -arum ... melior fides, quam senatus. SALL. hist. frg. 3, 2 *M. Antonius Creticus* orae maritimae ... ⌊curator nocentior⌋ -is (⌊ ⌋ contrarius *codd.; de eodem l. 65*). SEN. contr. 1, 7, 14 nemo hoc tyrannus, nemo -a fecisset. SEN. clem. 2, 4, 1 *quidam non* interficere contenti saeviunt, ut Busiris ille ... et -ae, qui captos verberant et in ignem vivos imponunt. benef. 2, 18, 6 regem animum latronis ac -ae habentem. *al.* **β** *respiciuntur captivi -arum*: CIC. Verr. II 5, 72 *Verres captivos -arum* sua voluntate cum -is fuisse arguebat. 5, 75 cur ... civibus Romanis, quos ceperant -ae, securi statim percussis, ipsis -is lucis usuram tam diuturnam dedisti? (SEN. contr. 1, 2 them. virgo a -is capta venit. 1, 6 them. captus a -is scripsit patri de redemptione. *al.* VELL. 2, 41, 3 cum a -is captus esset *Iulius Caesar* [*de eodem*: SVET. Caes. 74, 1 VIR. ill. 78, 3]. QVINT. decl. 257 them. 373 them. PS. QVINT. decl. 5 them. PAVL. dig. 49, 15, 19, 2 a -is ... capti liberi permanent. *al.*). har. resp. 42 -arum contumelias perpessus *Clodius* (*de eodem l. 46*). LIV. 5, 28, 2 *legati* a -is Liparensium excepti. SEN. contr. 1, 2, 2 ut sciamus apud -as *fuisse,* cruenta est *virgo, quae militem occidit* (*cf.* 7, 4, 2 si eum *patrem* apud -as relinquo. *al.*). *al.* SEN. benef. 1, 5, 4 amicum a -is redemi. *al.* **γ** *respicitur bellum a Cn. Pompeio contra -as gestum* (*exempla selecta inde ab* ASCON.): FAST. triumph. Capitol. a. 61 a. Chr. ⟨Cn. Pompeius ... ex ... Alb⟩ania, -eis *sc. triumphavit.* LIV. perioch. 99, 3 Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi -as iussus. *ibid.* acceptis in deditionem -is agros ... dedit. SEN. contr. 1, 8, 12 *venit populus Romanus* ad Pompeium, cum -ae maria clausissent. VELL. 2, 31, 2 Gabinius ... legem tulit, ut, cum belli more, non latrociniorum, orbem ... -ae terrerent ..., Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur. SEN. epist. 94, 64 ad colligandos -as. MELA 1, 71 urbs ... a ... -is Pompeio adsignante possessa. ASCON. Corn. p. 57, 14 bellum adversus -as. LVCAN. 2, 578 (*loq. Pompeius*) cum signa tuli toto fulgentia ponto ..., omne fretum metuens pelagi -a reliquit. PETRON. 123 vers. 240 *Pompeius* -arum scopulus. EVTR. 6, 12, 1 -ae omnia maria infestabunt ...; quare id bellum Gnaeo Pompeio decretum est. AVG. civ. 5, 22 p. 233, 33 bellum -arum a Pompeio *confectum est.* *al.*

b *laxius de hostibus, inimicis, fere praedatione bellantibus*: **α** *in mari*: LVCAN. 6, 422 *Sextus Pompeius* polluit aequoreos Siculus -a triumphos *patris* (ADNOT. hic -a est, cum -as ille superarit). PANEG. 8, 7, 3 *portus* -ae ne suis opem ferret occlusus (*de Carausio rebelli, ut: ibid. iterum.* 10, 12, 1. 10, 13, 5). **β** *in terris*: VET. LAT. gen. 49, 19 (cod. 91. *al.*) Gad, piraterium temptavit eum, ipse autem ⌊-a illis erit⌋ secus pedes (*gr. πειρατεύσει, cod. 100. al.* temptavit eos). IV reg. 13, 20 (cod. 115) -ae Moab venerunt in terram illam (*gr. μονόζωνοι, ut* 13, 21 [cod. 115]. *cf.* AMBR. off. 1, 29, 139 in terram Israel venire -ae Syriae destiterunt [*sec. IV reg. 6, 23 μονόζωνοι, ut* 3, 14, 86]). PANEG. 2, 23, 2 bella consulibus ancipiti Marte pugnata Cilix -a conflavit (*i. Athenio servus rebellis natione Cilix; luditur de moribus gentis, cf. e. g. l. 49*).

2 *transfertur ad alios, qui captant, rapiunt, infestant* (*fere hyperbolice vel conviciose; accedit gen. eius, qui vi temptatur l. 48. 52. 59; cf. imag. p. 2191, 62*): **a** *in vita publica, de rapacibus sim.*: CIC. Verr. II 1, 90 Verrem, in ea classe quae contra -as aedificata sit, -am ipsum conscleratum fuisse (*de eodem*: 1, 154 qui in foro populi Romani -a nefarius reperiatur. 4, 23 isti praedoni ac -ae Siciliensi). or. frg. A 15, 20 *Clodium* iterum a -is redemptum (*sc. iudicibus corruptis, v.* SCHOL. Cic. Bob. p. 173, 19 *et cf. l. 9*). IVV. 8, 94 quam fulmine iusto et Capito et Tutor ruerint damnante senatu, -ae Cilicum (SCHOL. ut eos facinerosiores ostenderet, qui -as olim Cilicas exspoliaverint). PANEG. 2, 26, 4 noster ille -a, *sc. Maximus tyrannus,* quidquid ... converrebat, *retinebat.*

b *cetera exempla*: **α** *usu vario*: SEN. contr. 1, 7, 5 (*ad patrem, qui pecuniam -is promisit, si manus filii captivi abscidissent*) quid ais -a fili, -arum magister, eius crudelitatis emptor, cuius nec -a venditor est? SERV. Aen. 7, 362 ('praedo') quasi -am dicit hominem diu in mari morantem, *Aenean.* HIER. interpr. Iob 16, 9 sagittae -arum eius super me deciderunt (*gr. πειρατῶν, explicat* AVG. in Iob p. 543, 6 aeriae potestates, quibus utitur deus ..., -ae autem quia in hoc mari navigantibus insidiantur. *aliter* RVFIN. *l. 68*). PS. AVG. serm. 205, 1 fit de *Petro piscium* praedone praeda ..., de -a captivitas (*ibid.* aquigenum -a reptilium). **β** *usu christiano de inimicis salutis spiritalis:* *de diabolo*: HIL. frg. min. p. 230, 7 ⌊his insidiis⌋ corporis nostri -a victo conluctantium ... passionum concertatione purgamur (⌊ ⌋ *i.* in his i.). HIER. epist. 14, 6, 2 hic *in turba* barbarum litus, hic diabolus -a cum sociis portat vincla capiendis. EVSEB. GALLIC. hom. 51, 4 in huius mundi ... pelago, valde nobis pertimescendum est, ne navem ... praedam -a crudelis abducat. *de aliis*: RVFIN. Orig. in Rom. 10, 5 l. 53 sqq. sicut ... -ae solent in mari in locis vadosis ... lumen accendere, quo navigantes ... ad naufragia perditionis invitent, ita et istud lumen falsae sapientiae ... accenditur...; (l. 59) de his opinor -is dicebat et Iob (*seq. l. 55*). PS. AVG. c. Fulg. p. 219, 7 si in baptismo non delicta donas ..., si in aqua non liberas sed flagellas, -am te esse aperte demonstras.

cf. Onom. *Nikitinski.*

pīrātērium, -ī *n.*, *πειρατήριον*. [*in falsa var. l.* PS. AVG. serm. 145, 2 (= PS. MAX. TAVR. serm. 20 p. 574[A]).] *secundum vocem gr. significatur vel temptatio sim. vel habitatio, cohors piratarum*: VET. LAT. gen. 49, 19 (cod. 100) Gad -um temptavit eum ([*cf. l. 33*]. *gr. πειρατήριον πει-*

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ρατεύσει, *codd. 101. 102* tem(p)taculum tem(p)tavit, *Ambr. patr. 8, 35* temptatio temptabit, *Hier. quaest. hebr. in gen. p. 69, 32* latrunculus latrocinabitur, *Vulg.* accinctus proeliabitur; *explicat* RVFIN. patr. 2, 19 l. 10 ponamus ... personam domini esse in Gad: hunc, *sc. Iesum* [*sec. Matth. 4, 1 sqq.*], -um temptabit; -um vero dicitur cohors quaedam et conspiratio piratarum**)**. Iob 7, 1 (Max. Taur. 72, 2) -um est vita hominum **(***gr. πειρατήριον, Hier. interpr. Iob 7, 1. al.* temptatio, *Vulg.* militia; *explicat* MAX. TAVR. 72, 2 sive quod homines ... omnia experiantur mala – -um enim latine experimentum dici potest –, seu certe -um, quod ... circa homines diabolus tamquam pirata desaeviat, -um enim habitaculum piratorum est; tamdiu ergo in -o sumus, quamdiu ... praedonum spiritalium temptationibus subiacemus**)**. 10,17 (cod. 91. *al.*). *M. H.*

※**pīrāticus,** -a, -um, *πειρατικός.* *scribitur* pyr- *hic illic in codd. medii aevi.* NOT. Tir. 48, 47 -us. *de notione v. l. 17. 22. p. 2194, 30.* *legitur inde a* VARRONE, CIC., LIV., *in versibus non nisi singulis vel binis locis apud* LVCAN., CLAVD., SIDON. [*corruptum vel obscurum est* GLOSS. IV 143, 18 -us: subaudis ut ⌞caster⌟ (*sim. al., sed* ⌞ ⌟ carcer IV 272, 35 *et* V 321, 13).]

i. q. ad piratas pertinens: **I** *proprie* (*laxius adhibetur in descriptione vel vituperatione hostium navibus praedantium e. g. l. 37. 47. p. 2194, 14*): **A** *de rebus*: **1** *incorporeis*: **a** *de actionibus bellicis* (*cf.* ISID. orig. 18, 1, 5 -a bella sunt sparsa latronum per maria mioparonibus levibus ..., non solum navibus commeatus, sed etiam insulas provinciasque vastantibus): **α** *contra piratas gestis, sc. in iunctura* bellum -um *praeter l. 34 sq.* (*aliter l. 45*): ① *bellum Cn. Pompeii*: CIC. p. red. in sen. 11 nisi rogationem de -o b. tulisset *Gabinius,* profecto *eqs.* (*seq. p. 2194, 35*). VARRO rust. 2 praef. 6 cum -o b. inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem **(***cf.* PLIN. nat. 3, 101 M. Varro, cum classibus Pompei -o b. praeesset. 7, 115 *Varroni* Pompeius -o ex b. navalem *coronam* dedit [*sim.* 16, 7]. *cf. res apud Varronem memoratas*: PLIN. nat. 10, 45 *quidam pavones* saginare primus instituit circa novissimum -um b. 18, 307**)**. VELL. 2, 33, 1 cum esset in fine b. -um. *al.* *iunctura* laurea -a, *sc. metonymice de triumpho*: LVCAN. 1, 122 ne ... victis cedat -a l. Gallis, Magne, times. CLAVD. 18, 502 -a Magnum erigit, inlustrat servilis l. Crassum. ② *varia exempla*: PLIN. nat. 16, 7 M. Agrippa *coronam rostratam accepit* ... e Siculis *bellis Sexti Pompei,* quae ... -a fuere. TAC. ann. 12, 62, 1 *Byzantii* -o b. adiutum *a se* Antonium memorabant. FLOR. epit. 2, 19, 3 *Romani* qui Iugurthinis ... Parthicis, ⌞-is⌟ bellis ... servilia bella miscuerint (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). IVST. 39, 5, 3 Creta Ciliciaque -o b. perdomitae. AMM. 14, 8, 4 hae duae provinciae, *Cilicia et Isauria,* b. quondam -o catervis mixtae praedonum a Servilio pro consule missae sub iugum (*cf.* IORD. Rom. 223 Servilius proconsul, directus quasi -o b., obtenuit tamen Pamphyliam *eqs.*).

β *praedantium* (*vel piratarum vel eodem modo bellum gerentium*): POMP. TROG. prol. 35 bellum -um inter Cretas et Rhodios **(**PANEG. 11, 7, 2 domitis oppressa Francis b. -a. *aliter sub α. cf.* IORD. Rom. 356 sub Anastasio milis ... contra Italiam plus -o quam publico Marte concertans, frustratus est [*cf. l. 60*]**)**. VELL. 2, 73, 3 cum eum *Sextum Pompeium* non depuderet vindicatum armis ... patris sui mare infestare -is sceleribus. PLIN. nat. 2, 181 propter -os terrores ... specularum praesidio excitato. FLOR. epit. 3, 8, 2 Baleares per id tempus insulae -a rabie maria corruperant. HEGES. 3, 20, 1 *urbem* oportunam ... ad excursus -os. OROS. hist. 5, 13, 1 *Metellus* -am infestationem ... conpressit.

b *de quolibet more vel statu*: **α** *ipsorum piratarum*: SEN. contr. 1, 6, 2 nihil in illa *filia archipiratae* deprehendi poterat -um. PS. QVINT. decl. 5, 4 an ⌞-ae feritatis ingenium⌟ est in captivorum taxatione solos aestimare redimentes? (⌞ ⌟ *eadem* 5, 15). 5, 16 iacet ... mersus -is artibus specus. PANEG. 8, 18, 3 nihil esse clausum -ae desperationi, quo navigiis pateret accessus. MARCELL. chron. II p. 97, 508, 1 inhonestam victoriam, quam -o ausu Romani (*i. classis Anastasii Caesaris*) ex Romanis rapuerunt. IORD. Rom. 320 Gaina ... fugiens ... Hellisponto -o ritu vivebat. **β** *a piratis effecto*: PS. QVINT. decl. 5, 13 unde ... toleraret ... -am famem iuvenis *luxuriosus?* SIDON. carm. 23, 259 *si Geisericus victus fuisset,* post -a damna destinaret plenas mercibus institor carinas.

2 *corporeis* (*cf. metonymian l. 33*): **a** *de navigiis sim.*: CIC. Verr. II 3, 186 in portu Syracusano -us myoparo navigat (*al., v. vol. VIII 1742, 24 sq.*). SALL. hist. frg. 2, 90 ad hoc pauca -a[e] actuaria navigia (*nisi* -ae *retinendum, sc. si contextu deficiente* destinavit *sim. suppleas*). LIV. 34, 32, 18 (*ad tyrannum Spartanum*) bellum adversus nos *Romanos* gerens, mare circa Maleum infestum navibus -is fecisti **(**CVRT. 4, 5, 19 QVINT. inst. 2, 14, 3. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 416 -is n. fabricatis ... plurimos latrociniis praedabantur [*gr. πειρατικά*]. *fort. addas* GLOSS.^{L} V Aa c 1044 cumba genus est navis, id est pilatica**)**. 37, 27, 4 apparuit ... *naves* -os celoces et lembos esse (*al., v. vol. VII 2, 1136, 63*). VAL. MAX. 2, 8, 5 gloriae cupidi, qui ex ... myoparonum ... -is rostris laudis inopes laureae ramulos ... decerpserunt (*simul spectat metonymice ad triumphum, cf. p. 2193, 33*). CVRT. 4, 8, 15 mare a -is classibus vindicare. CAPER gramm. VII 107, 1 stlataris ... ab stlata, rate -a. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 523 scaphae parvae atque -ae *Iudaeorum* adversus rates *Vespasiani* infirmae erant (*gr. ληστρικά*). CLAVD. 28, 132 (*comparatur Alaricus a Romanis victus*) qualis -a puppis, quae ... diu populata carinas incidit in magnam bellatricemque triremim. **b** *exempla varia*: PLIN. nat. 3, 152 in Ionio ... mari ... Sasonis -a statione nota. PS. QVINT. decl. 5, 2 hominem, qui -um carcerem ... discusserat (5, 21). HEGES. 3, 20, 3 *Iope diruta est,* ne ... -a conderentur habitacula (*gr. 3, 429 μὴ ... οἱ πειραταὶ συναλισθεῖεν εἰς αὐτήν*).

B *de hominibus*: SOL. 54, 8 proximum Indiae emporium excipit Zmirim infame -is latronibus. PANEG. 8, 6, 1 celeritas *Constanti Caesaris* ... cepit ... manum -ae factionis (*exercitum rebellis Carausii mari potentis*). ISID. orig. 9, 2, 100 *Saxonum gens appellatur,* quod sit durum ... genus hominum et praestans ceteris -is.

II *translate*: QVINT. inst. 12, 7, 11 (*modus pecuniae accipiendae indicatur*) paciscendi quidem ille -us mos *improbandus est.* SYMM. epist. 8, 27, 1 hunc ... -ae depraedationis ictum ... inpressum altius puto, quia ... *non* habet participem (*obscurum, de lite adversarii nomine Piratae cogitat Callu, 1995, ad l., coll. 3, 36*). PS. AVG. c. Fulg. p. 217, 25 (*p. 217, 3* ille pirata est, qui ... in aqua, *sc. baptismatis,* trucidat innocentes) talem *similem haereticum* cum inveneris, non capies ... sed agnito signo -o, *i. simili argumento,* ... securum abire permittes. ARNOB. IVN. ad Greg. 18 l. 66 videant *servi tui* gemmas aurium tuarum (*i. audientiam*) nullo posse modo -is detractorum sermonibus eripi.

f. sing. pro subst. ※**pīrātica,** -ae (*sc. ars*). *de usu*: QVINT. inst. 8, 3, 34 (*agitur de verbis fictis*) -am quoque ut musicam et fabricam dici adhuc ⌞dubitabant⌟ mei praeceptores (⌞ ⌟ vetabant *Halm*). GLOSS.^{L} Corp. P 391 -am: wicinc-sceaðan (*anglosax.; sim.* GLOSS. V 378, 15).

i. q. ars piratica, actio praedandi, latrocinandi sim. (*fere in iunctura* -am exercere, *ceterum e. g.* facere *l. 36 sq.,* agere *l. 52*): **1** *proprie*: **a** *strictius de vi* (*etiam de praedatione bellantium, sed haud raro c. vituperatione actionum scelestarum, e. g. l. 41. 48*): CIC. p. red. in sen. 11 *Gabinius,* nisi rogationem de piratico bello tulisset, profecto egestate et improbitate coactus -am ipse fecisset. ALF. dig. 44, 7, 20 quamvis domini iussu servus -am fecisset. VAL. MAX. 1, 1 ext. 4 *Liparitanis* -am exercentibus. PLIN. nat. 6, 176 commercia ... infestant ... Arabes, Ascitae appellati, quoniam bubulos utres binos insternentes ponte -am exercent. QVINT. inst. 3, 8, 44 *in suasoria* quidam declamatores Sextum Pompeium ad -am propter hoc ipsum, quod turpis et crudelis sit, impellunt (*de eodem*: FLOR. epit. 4, 8, 2 ille *Cn. Pompeius* Cilicas exstinxerat, hic *Sextus* se -a tuebatur. SERV. Aen. 8, 684 SCHOL. Hor. epod. 9, 7. *al.; cf.* SCHOL. Hor. epod. 4, 17 *libertus Cn. Pompei* -am exercuit inter Sexti servos). IVST. 8, 3, 13 ne quod ius vel fas inviolatum *Philippus* praetermitteret, -am quoque exercere instituit (*cf.* 9, 1, 5 Philippus ... pecuniae commercium de -a mutuatur). 22, 1, 14 *non* contentus, quod ex inope repente dives factus esset, *Agathocles* -am adversus patriam exercuit. PROB. Verg. georg. 4, 127 Cilices ... tunc (*i. aetate Pompei Magni*) exercuerunt -am (*de eisdem*: COMMENT. Lucan. 1, 336. *al.*). *al.* **b** *laxius de iniuria civili*: PAVL. NOL. epist. 49, 15 procurator christiani viri ... navem in Brutiorum litore ... adlapsam ... sine myoparone -am in terra agens occupavit (*i. frumentum de nave fracta abstulit*).

2 *translate de actione insidiandi animis christianis, eas de fide vera seducendi*: HIER. in Os. 6, 8 l. 198 ('Galaad civitas ... quasi fauces virorum latronum') quamvis *haeretici, sicut idolatrae sacerdotes civitatis Galaad,* ... se iactare videantur ... et exercere -am, tamen non est mora poenarum.

adv. **pīrāticē.** *i. q. modo piratico*: CHAR. gramm. p. 234, 28 (*antea*: 'a' littera terminata nomina latina nulla ex se adverbia faciunt latina) et a poeta et pirata, quae sunt graeca, poetice et -e dicimus.

pīrātus *v. p. 2191, 28 sq.* **pirile** *v.* parilis. *Ebbeler.*

piron *inter nomina signorum zodiaci affert* VIRG. gramm. epit. 4, 12, 2 -on (per-, phin- *var. ll.*) vel dameth (*cf. supra p. 1354, 61 sqq.*). *obscurum.* *Pieroni.*

pirula, -ae *f.* *forma dissimilis reddita vocis* pilula *pro deminutivo vocis* pirum *intellecta* (*v.* ISID.). [*var. it. sept. cf. M.-L. 6523 et Faré, Postille. St.*] **1** *de fructu sim. arboris* (*cf. p. 2143, 45*): GLOSS. III 617, 37 bricia (*obscurum*) id est piriola cupressi (*al., trad. etiam* pil- *et* pip-, *v. Goetz in indice*). **2** *de parte nasi* (*pendet e p. 2143, 66*): ISID. orig. 11, 1, 48 extremitas eius -a a formula pomi piri (*inde* GLOSS. V 606, 59 GLOSS.^{L} I Ansil. PI 222). *N. H.*

※**pirum,** -ī *n.* (*f.* pira *v. p. 2195, 9*). [*stirpem* piro- *apparet coniunctam esse c. ἀπιο-, ut utraque etiam possit deduci ab eadem forma* *$\text{ə}_2$piso-; *in lat. prima consonans laryngalis perire debuit* (*cf.* stella: *ἀ-στήρ*), *ita ut* -s- *in* *[Pieroni]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gr.; v. Steinbauer, Etym. Unters. zu den ... Verben der lat. 1. Konjug., diss. 1989, 68 sq. 228; Schrijver, The reflexes of the PIE laryngeals in Latin, 1991, 21. ceterum inter -um *neutr. et* pirus *fem. eadem intercedit ratio atque inter ἄπιον et ἄπιος sim.; cf. explicationem apud Hofmann-Szantyr 9. Fo.*]

scribitur per- ORIBAS. syn. 2, 7 Aa p. 96, 18. *al. apud eundem, et in parte codd. e. g.* CELS. 2, 30, 3 ANTHIM. 84, pyr- AMBR. hex. 3, 14, 58; *litteris graecis p. 2196, 43.* NOT. Tir. 105, 36[a] -um. *de genere: neutr.* -um *passim, cf.* PRISC. *l. 33 et* PS. ASPER gramm. suppl. 41, 23 (*inter appellativa generis neutri*); *fem.* -a, *quod continuatur vocibus roman. l. 17 sqq., exstat l. 15. 34. p. 2196, 11. 36 sqq. et* DIOSC. 1, 126 p. 65, 3 -a silvatica (*gr.* ἀχράς). p. 65, 6 cum -a (*nisi acc. neutr. plur., cf. gr.* ἀχράδας. *sim. dubites de* ORIBAS. syn. 4, 30, 4 Aa p. 33 de ... -a, *gr.* ἐπὶ ... ἀπίων). *de notione et differentia* (*addas l. 29 sqq.*): PROB. app. gramm. IV 203, 20 'pyram' locum ardentem significat, '-um' vero pomum esse demonstrat (*sim.* ISID. diff. 1, 466). GLOSS. -um: ἄπιον. ἀπίδιον. -as: ἀππίους. -a silvatica: acardes (*i.* ἀχράδες). *al. legitur inde a* PLAVTO, CATONE, LVCR., VARRONE. [*val.* pară; *dalm.* paira; *it.* pera; *sard.* pira; *var. raet.; francog.* poire; *prov. vet.* pera *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pera; *hisp.* pera; *port.* pera. *cf. M.-L. 6524. Battisti-Alessio IV 2844. Wagner II 274. Wartburg VIII 572 sqq. Corominas*[2] *IV 486. Machado*[3] *IV 340. St.*] [*loco dubio* CE 2165 si -a vidit, quae coluit (pyram *intellexit Löfstedt, Rhein. Mus. 67, 1912, 217*).]

fere i. q. ἄπιον (*hoc vel* ἄπιος *in gr. respondet, nisi aliud indicavimus*). *ad rem v. Olck, RE III 491 sqq.; de generibus -i v. André, Lex. des termes de botan., 1956, 251 sqq.* (*enumerantur e. g. apud Cloat. Macr. Sat. 3, 19, 6 et* PLIN. nat. 15, 53 sqq.). *respicitur arbor pomifera tam domestica quam silvestris; huius poma appellantur* -a silvestria CELS. 4, 26, 5 *et p. 2196, 10. 16* (*cf. p. 2196, 63*), -a silvatica *l. 10. 15* (*de ipsa arbore p. 2196, 34; cf. p. 2196, 64*). *de ratione intercedente inter voces q. s.* -um (-a) *et* pirus: *testimonia gramm.* (*cf. e. g. Don. gramm. mai. 2, 5 p. 621, 1* 'buxus, pirus, prunus, malus': ... neutro fructum, feminino ipsas arbores saepe dicimus): PRISC. gramm. II 142, 10 *nomina quaedam* differentiae significationis causa mutant genera, ut 'haec pirus', *i. arbor,* 'hoc -um', *i. fructus.* ISID. orig. 17, 7, 15 pirus ... arbor, fructus eius -a est. GLOSS.[L] II Philox. PI 37 -um: ἄππιος ὁ καρπός (*cf. 39* pirus: ἄππιος τὸ δένδρον). 38 -a et piri: ἄππιοι. *de usu: ubi nos docet vel forma ipsius vocis vel adi. sive pron. accedens, utra vox adhibeatur,* -um (-a) *plerumque fructum,* pirus *fere semper arborem significare invenitur (contraria v. sub 1b et infra p. 2197, 59); ambigua distinximus vel sec. usum auctoris (v. p. 2196, 26. 68), vel sec. sensum, sc. fructum huc, arborem ad* pirus *vocem referentes.*

1 *usu sollemni, sc. cum respectu arboris pomiferae:* **a** *-um est fructus:* **α** *quaelibet exempla:* Ⓘ *vario respectu:* PLAVT. Most. 559 tam facile vinces, quam -um volpes comest (*item in comparationibus:* Poen. 485 *volatici homines* tam crebri ad terram accidebant, quam -a). LVCR. 5, 965 (*nisi ad p. 2196, 3 sqq.*) *ad coitum* conciliabat ... mutua quamque cupido ... vel pretium, glandes atque arbita vel -a lecta. VARRO ling. 7, 4 posse me dicere, -um esse ex ramo, ramum ex arbore, eam ex radicibus. rust. 1, 44, 4 si florem acerbumve -um ... decerpseris (*cf.* HOR. epod. 2, 19 *autumnus* insitiva decerpens -a). PLIN. nat. 15, 84 malorum -orumque generi adnumerentur iure mespila atque sorva. *al.* PRIAP. 51, 8 *in horto meo non sunt* mala ... -umve, tanto quod periculo captes. SVET. Claud. 27, 1 Drusum ... amisit -o per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatum. *al.* Ⓘⓘ *de cultura et damnis:* COLVM. 7, 9, 8 ut *ager* ... mala, pruna, -um ... praebeat. PLIN. nat. 17, 230 vermiculationem et poma ipsa ... sentiunt, mala, -a *eqs.* CALP. ecl. 2, 42 (*nisi ad bα*) ars mea *insitionis* ... malo -a temperat. PALLAD. 7, 5, 1 -a ... interlegenda sunt quaecumque vitiosa. ins. 112. Ⓘⓘⓘ *de forma, natura, qualitatibus sim. -orum* (*hucine iam p. 2197, 6?*): PLIN. nat. 15, 53 eadem causa, *i. maturitas praecox,* in -is taxatur superbiae cognomine; parva haec sed ocissima; ... Crustumia gratissima, *eqs.* 15, 58 turbinatior -is figura; ... e pomis proprietas -is, quae vini. 22, 99 pediculo -i. *al.* PORPH. Hor. epod. 2, 19 (*nisi intellegas gen. epexeget. vocis q. e.* pirus) -orum arbores, quae sponte natae sunt, necesse est ... aspera poma dent. AMBR. hex. 3, 14, 58 mala et -a ... nuda obiecta sunt soli. *alii fructus -o similes sunt:* PLIN. nat. 15, 68 *fici* quaedam ... -is magnitudine aemulae *sunt.* 15, 85 *sorvis* aliis turbinatio -i. *al.* PALLAD. 3, 21, 1.

β *-a sunt pro alimento hominum:* Ⓘ *reponuntur, conservantur, condiuntur sim.:* CATO agr. 7, 4 (*antea p. 2196, 23*) sorva ... siccare, arida facias; item -a facias. 143, 3 *vilica* -a arida, sorva, ficos ... in sapa et -a et uvas in doliis ... habeat. VARRO rust. 1, 59, 3 *alii putant* in sapa condita manere -a Aniciana, sementiva; sorba quidam (quaedam *codd.*) dissecta et in sole macerata, ut -a. CELS. 2, 24, 2 -a, quae reponuntur, Tarentina *eqs.* (SCRIB. LARG. 104 -a Crustumina, Segnina olla reposita *confirmant stomachum*). COLVM. 2, 21, 3 mala, -a, ficos pandere. 12, 10, 2 genera -orum et malorum condiuntur (*inde* PALLAD. 3, 25, 8). 12, 10, 4 -a Dollabelliana ... cum ... legeris, diligenter inspicito ...; tum in ... fidelia conponito. 12, 14 PLIN. nat. 15, 61. *al.* Ⓘⓘ *cetera exempla* (*addasne p. 2195, 46?*): HOR. epist. 1, 7, 14 -is vesci Calaber iubet hospes. PLIN. nat. 14, 103 vinum fit et e siliqua Syriaca et e -is malorumque omnibus generibus (*item de vino e -is facto:* PALLAD. 2, 15, 5. *al. apud eundem*). 23, 115 -orum omnium cibus etiam valentibus onerosus. MART. 1, 43, 5. 5, 78, 13 mensae munera si voles secundae, ... tibi porrigentur ... nomen -a quae ferunt Syrorum. IVV. 11, 73 Signinum Syriumque -um. EDICT. imp. Diocl. 6, 63 L. -a maxima. PALLAD. 3, 25, 19. PRVD. c. Symm. 2, 944 -is mensas silvestribus implet arator Poenus. DIOSC. 2, 90 p. 215, 3 quidonia aut -as (*fem.* -a *ut:* 5, 45 p. 186, 5 -ae non valde maturae sint). APIC. 4, 2, 35 patina de -is: -a elixa et purgata ... teres cum pipere *eqs. al. in praeceptis sim. medicis* (*cf. p. 2195, 72 sq.*): CELS. 2, 24, 2 stomacho ... aptissima sunt ... ex pomis ... sorbum, -um fragile, quale Crustuminum ... est, item -a *eqs.* (*seq. p. 2195, 72*). 2, 27 refrigerant ... mala austera, -a fragilia *eqs.* (2, 33, 3 contrita -a vel mala). *al.* PLIN. nat. 23, 116 -um silvestre tardissime maturescit; conciditur suspensumque siccatur ad sistendam alvum. *al.* GARG. MART. med. 40 *saepius.* MARCELL. med. 11, 1 vitia oris ... -is Syriaticis ... curari. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 34 *si orexis fuerit impedita, dabimus* sorba aut -a duracina, quae Crustumina vocant. *et saepius.*

b *-um est arbor* (*nisi quaedam per metonymian explicanda sunt, sc. fructu pro arbore posito*): **α** *respicitur insitio* (*cf. p. 2195, 49. 56. 2197, 14 sqq.*): CATO agr. 7, 4 (*simul respicitur fructus*) -a volaema, Aniciana et sementiva – haec conditiva in sapa bona erunt – ... item alia genera ... serito aut inserito (40, 1 *per ver* mala, -a, vites inseri oportet; ... -a, mala hoc modo i. *eqs.* PLIN. nat. 17, 111 [*de praeceptis Catonis*]. *inde ad hanc vocem referas* CATO agr. 41, 1 -orum ac malorum insitio per ver *est*). **β** *respicitur satio:* COLVM. 5, 10, 18 curandum est ..., ut quam generosissimis -is pomaria conseramus; ea sunt Crustumina, regia *eqs.* (*nisi per brachylogian intellegas* piros *eligendas, quae -a Cr. sim. ferant*). PLIN. nat. 17, 59 ea ..., quae aliis modis seruntur, ut vites et mala atque -a (17, 131. *adde l. 25 et cf. p. 2197, 9 sqq.*). **γ** *cetera exempla:* TARQVIT. PRISC. Macr. Sat. 3, 20, 3 *arbores quasdam* infelices nominant: ... acrifolium, -um silvaticum *eqs.* (*cf. l. 70*). PLIN. nat. 16, 106 nuces et mala et -a ... autumno *reddunt semen.* 17, 17 in -is alio die hiberna quaerunt pluvias, alio vero praecocia. DIOSC. 1, 126 p. 64, 25 de -a: ⌞-ae multae species sunt⌟ (*sic cod. P,* -a m. sunt sp. *cod. M; fem.* -a *ut:* 3, 4 p. 377, 21 florem -ae. 3, 99 p. 420, 25 ex arbore ... -ae. *al. apud eundem*).

*?***2** *usu deflexo est nomen cuiusdam herbae, i. q. astragalos* (*si recte restituitur, fortasse sic appellatur propter radicem -o, i. pomo, similem* [*cf. Diosc. gr. 4, 61 ῥίζα ... στρογγύλη ὥσπερ ῥάφανος εὐμεγέθης*]): DIOSC. gr. Vind. 4, 61 ἀστράγαλος· οἱ δὲ ἰσχάς, οἱ δὲ ἄπιος ... Ῥωμαῖοι πίρουμ (*Wellmann, πίνουμ trad.,* pisum *André, Les noms de plantes, 1985, 201*) †λιτούρβιουμ, οἱ δὲ φίκουμ τέρραι, ... οἱ δὲ πίσουμ (*Wellmann, πίνουμ trad.*), κτλ.

deriv. (*hinc vel a voce q. e.* pirus): piracius, pirarius, pirastrum; *cf.* pirula.

***pirus,** -ī *f.* [*v. sub* pirum. *Fo.*] *de origine:* ISID. orig. 17, 7, 15 -us vocata videtur, quod in ignis (*i.* πυρός) speciem deformata est, nam hoc genus pomi ab amplo incipit et in angustum finit, ut ignis (*postea p. 2195, 34*). *scribitur in codd.* per- *e. g.* ORIBAS. *l. 55,* pyr- *e. g.* CANON. Hippol. 76, 30 CARM. c. pag. 48; *litteris graecis p. 2197, 58. inter subst. fem. decl. secundae affertur* CHAR. gramm. p. 19, 24. *al. de notione* (*adde p. 2195, 30 sqq.*): ORIBAS. eup. 2, 1 H5 add. Aa p. 478 apiu -us dicitur. GLOSS.[L] I Ansil. PI 223 -um: arborem pomiferum (*sim.* 225). GLOSS.[L] Corp. P 418 -us: pirge (*anglosax.*). *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VERG. [*var.* păr; *it.* pero. *cf. M.-L. 6525. Battisti-Alessio IV 2861. St.*]

significatur genus quoddam arboris pomiferae (sing. collect. fort. p. 2197, 52) vel rarius ipsum pomum (v. sub 2), i. q. ἄπιος *vel* ἀχράς (*gr. respondet maxime* ἄπιος, *quod infra fere omisimus; una voce* -us *reddi vid.* ἀχρὰς καὶ ἄπιος *p. 2197, 35,* ἄπιος καὶ ὄγχνη *p. 2197, 11; vocem* ἀχράς *reddit* -us silvestris *p. 2197, 40 [iunctura exstat etiam l. 74. p. 2197, 23. 31. 44. al., cf.* -us silvatica *p. 2197, 15,* achras -us *l. 73]; ad rem v. Olck, RE III 491 sqq.; de ratione inter voces q. s.* -us *et* pirum *intercedente v. p. 2195, 29 sqq.*): **1** *de arbore* (*respicitur lignum eius p. 2197, 28. 43*): **a** *in universum:* CATO agr. 131 (*inde* capp. 140 *et* PLIN. nat. 18, 244) -o florente dapem pro bubus facito ([*quod ad hanc vocem referas coll.* 149, 1 ubi -us florere coeperit]. VARRO rust. 1, 37, 5 quod fere observant a -o f.). VERAN. Macr. Sat. 3, 20, 2 felices arbores putantur esse ... ficus alba, -us, malus *eqs.* (*cf. l. 33*). NVX 29 hoc in notitiam veniat maloque -oque. COLVM. 7, 9, 6 quae *nemora* ... vestiuntur ... pomiferis ... silvestribus, ut sunt ... achrades -i. PLIN. nat. 16, 245 viscum ... in quercu, robore, ilice, -o silvestri ... adgnasci. VVLG. II reg. 5, 23 sq. (*sim.* I par. 14, 14 sq.) ex adverso -orum ...; in cacumine -orum. AVG. conf. 2, 4, 9

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arbor erat -us ... pomis onusta (*huc spectat* ENNOD. epist. 1, 4, 6 p. 8, 24 -i poma). *al.*

b *de -i cultura et usu:* **α** *respicitur satio vel translatio* (*hucine p. 2196, 29?*): CATO agr. 48, 3 ad eundem modum semen -orum malorum serito tegitoque (*inde* PLIN. nat. 17, 71). VERG. georg. 2, 88 *non* surculus idem Crustumiis Syrisque -is gravibusque volemis (*nisi* pirum *vocem agnoscas; sed cf.* BREV. EXPOS. '-is' pomiferae arbores). 4, 145 *senex* in versum distulit ulmos eduramque -um. COLVM. 3, 21, 11 cacumina ficorum -orumve ... depangere. 5, 10, 17 -um autumno ante brumam serito (arb. 24 -os [*edd.*; -us *vel* prius *codd. plerique*]. PLIN. nat. 17, 88 *amplioribus intervallis* [*Theophr. hist. plant. 2, 5, 6 ἀπίους τε καὶ ὄγχνας*]. PALLAD. 3, 25, 1 plantis. 14. *cf. l. 5. p. 2196, 25*). PLIN. nat. 17, 136. PALLAD. 3, 25, 1 plantas -orum ... ponemus (12, 7, 23). *al. apud eundem.* **β** *respicitur insitio*: VARRO rust. 1, 40, 5 non ... -um recipit quercus, neque enim, si malus -um; ... si in -um silvaticam inserueris -um quamvis bonam *eqs.* (VERG. ecl. 1, 73 insere nunc, Meliboee, -os. 9, 50. PLIN. nat. 17, 114 -um vel florentem inserere. PALLAD. 8, 3, 1 -us vel malus locis umidis ... insita. *al. apud eundem; cf. p. 2196, 25 sqq.; sim.* inseritur *altera arbor*: 4, 10, 16 -o. 4, 10, 21 in -o. 10, 14, 3 -is). VERG. georg. 2, 34 videmus ... mutatam ... insita mala ferre -um. 2, 72 ornus ... incanuit albo flore -i. PROP. 4, 2, 18 cum -us invito stipite mala tulit. PALLAD. ins. 78 sociam mutat malus amica -um. *al. ibid.* **γ** *cetera exempla*: VARRO rust. 3, 16, 25 *ministerium* duplex, quod *apibus* fit e malo et -is silvestribus, ⌊cibum⌋ et mel (⌊ ⌋ *Victorius; trad.* ceram, circum. *sim. inter arbores, quae apibus prosunt*: COLVM. 9, 4, 3 persici ... ac -i. PALLAD. 1, 37, 2). CELS. 5, 27, 12[C] *si* -i surculus cum his *fungis* infervuit, omni noxa vacant. PLIN. nat. 16, 205 colos *terebinthi* mire adulteratur iuglande ac -o silvestri tinctis atque in medicamine decoctis. 17, 253. 23, 116 -orum ligni cinis contra fungos ... proficit.

c *de -i natura, proventu sim.:* COLVM. 3, 11, 5 ut *solum* ... aliquos surculos progeneret, tamquam -os silvestres et prunos (*inde pendet* PALLAD. 1, 5, 4). arb. 1, 2 ex surculo vel arbor procedit, ut ... -us, vel frutex. PLIN. nat. 11, 118 cantharidas vermiculi ficorum et -i *generant* (*item de vermiculatione*: 17, 221). 16, 77 meliora ... fructu *fiunt* ..., quae in montibus *quam quae in planis crescunt,* exceptis malis -isque (*Theophr. hist. plant. 3, 3, 2 πλὴν ἀχράδος καὶ ἀπίου καὶ μηλέας. item cum respectu fructuum*: 16, 114 *sunt* biferae et in malis ac -is quaedam. *al.*). 16, 84 multis *decidunt folia* ... antequam maturescat fructus ..., ut ... hibernae -o et malo (*Theophr. hist. plant. 1, 9, 7 ἀχράδες. item de foliis -i*: 16, 90. 92). 16, 97 tardius -i silvestres *germinant* quam cetera⟨e⟩ (*Theophr. hist. plant. 3, 4, 2 ἀχρὰς ... μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπίου, sc. βλαστάνει*). 16, 106 *reddunt semen* incipiente ... hieme quaedam genera mali -ique (*Theophr. hist. plant. 3, 4, 4 ἀχράδων τι γένος*). 16, 211 (*respicitur lignum*) spissae *sunt* ... malus -usque. 18, 34 (*verba Catoni tribuit, sed in agr. non leguntur*) silvestris -us malusque frumentarii soli notae *sunt. al.* PALLAD. ins. 55 cana -us niveos ... flores commodat. AMBR. hex. 3, 8, 33 de -o -us albo flore prorumpit. *similes sunt aliae arbores*: PLIN. nat. 12, 56 folio -i *esse turis arborem.* 13, 60 Aegyptus et persicam arborem ... habet, similem -o ...; pomum longius piro. 13, 104 *loto arbori est* magnitudo, quae -o (*de loto etiam* SERV. auct. georg. 3, 394). 13, 117 arborem ostryn, ... similem ... folio -is (*Theophr. hist. plant. 3, 10, 3 φύλλα δὲ ἀπιοειδῆ τῷ σχήματι*).

d *in nomine locorum (hic illic subest fort. sing. collect. significans silvam -orum; ad rem v. Scherling, RE XX 1726, 37 sqq.): forma* ad -um: MART. 1, 117, 6 (*de via sim. urbis Romae*). ITIN. Anton. Aug. p. 316, 2 (*de eadem statione*: TAB. Peut. 5, 2 ad -um Filumeni. *de aliis*: ITIN. Burdig. p. 560, 4 ad -um summas Alpes. TAB. Peut. 6, 3). *exempla cetera* (*non huc pertinere vid. Amm. 28, 2, 5* in monte Piri): PTOL. geogr. ed. Müller 3, 8, 4 p. 448, 9 *Πυρούμ* (*pro* ad -um?). TAB. Peut. 5, 1 -o torto.

2 *de fructu eiusdem arboris* (*cf. p. 2196, 49*): CANON. Hippol. 76, 30 benedicuntur ... fructus, id est uva, ficus ... -us, malum. ORIBAS. syn. 2, 51, 1 La p. 117, 17 semen ubae, -us, crocus.

deriv.: v. sub pirum. *Pieroni.*

[pis aurum dicitur ISID. orig. 17, 4, 10 (*male intellecto Serv. Aen. 6, 825* Pisaurum dicitur, quod illic aurum pensatum est).**]** *Spoth.*

1. pisa, -ae *f., v. sub* pisum.

[2. pīsa, -ae *f., vix recte def. Martine* VITAE patr. Iurens. 52, *ut sit i. q. instrumentum pinsendi*; pis⟨cin⟩as *edd. priores.***]** *Rzepiela.*

pīsābulum, -ī *n.* *a* 2. pi(n)sare. *i. q. pistillum, pilum*: GLOSS. III 321, 43 *ὕπερον*: -um.

pīsāculum, -ī *n.* *a* 2. pi(n)sare. *i. q. pistillum, pilum*: GLOSS.[L] II Philox. PI 41 -um: *ὕπερον*. GLOSS. II 464, 37 *ὕπερον*: -um, pilum (pistac- *ed. Steph.*). *Spoth.*

cicer: *?***pisalbus** GLOSS. III 589, 35 (*sim.* 609, 62 [*scribitur* pis albus]). *a* pisus (pisum) *et* albus (*sc. per elisionem ex acc.* pisum album*?*), *nisi recte coni.* pis⟨us⟩ albus *Goetz in indice.* *Bl.*

pisāria, -ae *f.* *a* pisum (pisa). *i. q. seges pisorum*: LEX Sal. Merov. 27, 12 si quis in nabina, in favaria, in -a, in lenticlaria ... in furtum ingressus fuerit (pes-, piss- *var. ll.*).

pīsāta *v.* 2. pi(n)so. **pīsātio** *v.* pinsatio.

piscārius, -a, -um. *a* piscis. [*subst.: val.* păscar; *it.* pescaia; *raet. occ.* peschera; *francog.* pêchère; *prov. vet.* peschiera, pesquier *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pesquera; *hisp.* pesquera. *cf. M.-L. 6527. Battisti-Alessio IV 2870. Wartburg VIII 580. Corominas*[2] *IV 513. St.*] *abiit in sermonem gr.* (*v. l. 26*). **[***in falsa var. l. pro* picar- VLP. dig. 50, 16, 17, 1; *e coni. incerta* SERV. auct. ecl. 6, 74 Nisus ... in aquilam †piscariem mutatus est (-am *vel* piscatoriam [*cf. p. 2201, 3*] *Muncker,* piscatricem *Timpanaro, Contributi di filol. 1978, 472 sqq.*). *vix agnoscas Varronis frg. a Perotti laudata, de quibus v. ed. frg. Salvadore, 1999 p. 13 et 97.***]**

i. q. ad pisces pertinens: **1** *adi.:* PLAVT. Capt. 816 eis *piscatoribus improbis* ego ora verberabo surpiculis -is (*cf.* Stich. 289 hamulum -um). Cas. 499 vin lingulacas? ... in re praesenti ex copia -a consulere quid emam potero. Curc. 474 apud forum -um **([***antea e. g.* sub basilica]. VARRO ling. 5, 146 secundum Tiberim ad Portunium [Iunium *trad.*] f. -um vocant; ideo ait Plautus 'apud -um'. *de eodem foro, ut vid., p. 2201, 6 [cf. Morselli et Pisani Sartorio, Lex. topogr. urb. Rom., II 312 sq.]. cf. fort. l. 26***)**. APVL. apol. 42, 2 *accusatorum* argumentum -um, *sc. pisces ad magiam adhibitos esse* (*cf. 32, 5* piscium argumento). **2** *pro subst.: masc.*: ISID. diff. 1, 467 (*interpol. sec. Codoñer*) piscator est, qui capit, -us est, qui vendit (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PI 231 [cod. Paris.]. *sim.* DIFF. ed Beck. p. 76, 14 GLOSS. I p. 163). *?neutr.* (*cf. gr. πισκάριον*): INSCR. lat. Corinth. VIII 2, 125 (*saec. I?*) ⟨cum pi⟩scario et bilac⟨u *eqs.*⟩ (*cf.* 3, 321 macellu⟨m ... cum ...⟩ et pi⟨scario⟩). *Spoth.*

***piscātio,** -ōnis *f.* *a* piscari. *de genere*: NON. p. 217, 3 -o generis, ut saepe, feminini, piscatus masculini. *legitur in oratione soluta inde ab* VLP., *in versibus non nisi* ARATOR act. 1, 72; *frequentant Christiani.* [*e coni. dub.* PAVL. sent. 3, 6, 41 (*v. p. 2201, 32*); *in falsa var. l.* VITR. *p. 2177, 72.*]

i. q. actio piscandi **(***hic illic vergit in indicationem eius, quod piscando capitur, e. g. l. 48. 64 sqq.; accedit gen. indicans ubi pisces capiantur l. 43 sq. 57 [cf. struct. adv. l. 48], qui piscetur e. g. l. 47. 62, quid capiatur l. 41. 58* [*cf. adi. l. 38*]**)**: **1** *usu vario*: VLP. dig. 7, 1, 9, 5 aucupiorum ... et venationum reditum Cassius ait ... ad fructuarium pertinere: ergo et -um. 8, 4, 13 pr. venditor fundi ... legem dederat, ne contra eum -o thynnaria exerceatur. SOL. 53, 20 (*e Plin. p. 2201, 43*) maria ... -bus inquietant marinasque testudines capere gaudent (*inde* MART. CAP. 6, 698 -bus delectantur praesertimque testudinum). FIRM. math. 5, 2, 14 ex aquosis actibus ... vel ex -bus dabit *Luna* vitae subsidia. SERV. auct. georg. 1, 142 nonnulli 'alta petens' ad maris -em adplicant, ut prima pars '... verberat amnem' fluminis -o videatur. CLAVD. DON. Aen. 12, 520 p. 613, 19 -o alebat filium. AMBR. off. 3, 11, 70 non *notabo inter exempla fraudis* simulatae -is compositas copias (*de re v. 3, 11, 71*). AVG. in euang. Ioh. 122, 2 (*ad 21, 3*) quaeri solet de hac -e discipulorum. SIDON. epist. 2, 12, 1 invitanti tibi in -em comes venire dissimulo. RVRIC. epist. 2, 54 cognovi, quod -is in Visera ... nobis iusseras delicias ministrare. CASSIOD. inst. 1, 29, 1. var. 9, 6, 4 tam amoena est suscepta -o, ut ante epulosum convivium intuentium pascat aspectum. *al.*

2 *imagines et explicationes spiritales ad sacr. script. pertinentes; respicitur:* **a** *rapina bellica*: HIER. in Hab. 1, 15 l. 520 ('totum in hamo sublevavit *eqs.*') quia semel -e opulentissima saturatus est, ..., propterea gentes interficere ... non cessat *rex Babylonius.* **b** *conversio hominum et ecclesia ita congregata* (*subest -o discipulorum a Iesu vocatorum, v. Matth. 4, 18 sqq.*): HIER. epist. 125, 8, 1 apostoli de -e lacus Genasar ad -em hominum transierunt **(***subest Matth. 4, 19 p. 2199, 71, ut*: CHROMAT. in Matth. 16, 2 in melius mutato -is officio, de terrena -e ad caelestem translati sunt. *al.; piscatur Iesus*: PS. AVG. serm. 205, 1 fit de *Petro piscium* praedone praeda, de piscatore -o. ARATOR act. 1, 72 -o Christi *discipulum* dignata trahit. *al.***)**. AVG. adv. Don. 22, 38 pisciculorum, *i. malorum catholicorum,* ... causam volunt *Donatistae* praeiudicare causae tantae -is, *i. ecclesiae,* cuius plena retia toto orbe diffusa sunt. CONC. Carth. a. 411, 1, 55 non ... propter eos *peccatores* tota messis, tota area, grex totus, -o tota damnanda est. *comparatur -o post resurrectionem facta* (*v. Ioh. 21, 1 sqq.*): AVG. coll. c. Don. 3, 9, 16 haec duo tempora ecclesiae, quae nunc est et qualis tunc erit, significata esse etiam duabus -bus. serm. 248, 1. 251, 1 illa *prior* -o significavit ecclesiam, qualis est modo, *sc. quae etiam malos capit,* ista vero post resurrectionem domini significavit ecclesiam, qualis futura est in fine saeculi. PRIMAS. in apoc. 9, 16 l. 259. *al.* (*maxime apud* AVG.). **c** *actus carnales*: OP. imperf. in Matth. 7 p. 676 (*Matth. 4, 20* relictis retibus secuti sunt eum *discipuli*) per retia ... -is actus carnales relinquendi significantur.

deriv.: piscatiuncula. *Schrickx.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

piscātiuncula, -ae *f.* *a* piscatio *deminutive.* *i. q. piscatio parva, in imag. de Christianis*: MAX. epist. p. 92 (*mittit episcopus virgines christianas ad sedem episcopi Alexandrini*) nostram ... -am tuis retibus adplicamus (piscationem *var. l.*). *N. H.*

▩**piscātor,** -ōris *m.* *a* piscari. *notatur* piscat CIL VI 29700, 2. *de notione*: ISID. diff. 1, 467 (*v. p. 2198, 23*). GLOSS. -r: *ἁλιεύς. al.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE. [*it.* pescatore; *sard.* piskadore; *var. raet.; francog.* pêcheur; *prov. vet.* pescador *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pescador; *hisp.* pescador; *port.* pescador. *cf. M.-L. 6528. Battisti-Alessio IV 2870sq. Wagner II 277. Wartburg VIII 580sq. Corominas*[2] *IV 513. Machado*[3] *IV 355. St.*] [*confunditur in codd. c.* peccator VET. LAT. Ier. 16, 16 (cod. 177). MAX. epist. p. 92 PATRIC. conf. 40; *loco obscuro* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 113, 23 quod -r dimissus sit (*de persona parum constat*).]

i. qui piscatur (*saepe pisces vendit, e. g. l. 21. 23sqq. 35 [an idem atque captor sit, fere incertum est, cf. p. 2200, 41]; de servis e. g. l. 22. 30. 48; indicatur per gen., ubi -etur l. 64. p. 2200, 26 [cf. adi. l. 33], quid capiatur l. 55. 72. p. 2200, 9. al.; iuxtaponuntur* aucupes *l. 25. 30 [bis; iuxta* venatores *quoque ut e. g. l. 56]. al., aliae professiones e. g. l. 23sqq. 60sqq.*): **I** *usu sollemni*: **A** *exempla varia* (*selecta post* OV.): PLAVT. Capt. 813 -es, qui praebent populo pisces foetidos. Mil. 1182 *erus* habet -es. Rud. 312 ut peritis? :: ut -em aequomst, fame sitique. Trin. 407 -r, pistor abstulit *pecuniam,* lanii, coqui (*item in serie ministrantium luxuriosis*: TER. Eun. 257 lanii, coqui, fartores, -es [DON. -es qui recentem piscem praebent]. HOR. sat. 2, 3, 227 -r ..., pomarius, auceps, unguentarius). *al.* CATO orat. 48 (*vituperat imperatorem luxuriosum*) non ex militibus atque nautis -es, penatores feci. POMPON. Atell. tit. -es (*cf.* LABER. mim. tit. -r). CIC. off. 3, 58. 3, 59 quaerit ..., num feriae quaedam -um essent, quod eos nullos videret. VARRO rust. 3, 3, 4 tria genera artificum paranda: aucupes, venatores, -es. *ibid.* sine retibus aucupis, venatoris, -is. 3, 17, 6. OV. met. 14, 651 *Vertumnus* miles erat gladio, -r harundine sumpta. FEST. p. 238 piscatorii ludi vocantur, qui quotannis mense Iunio trans Tiberim fieri solent a pr(aetore) urbano pro -bus Tiberinis. PAVL. FEST. p. 102 hamotrahones alii -es, alii, qui unco cadavera trahunt. SEN. epist. 55, 6 cum tempestas -bus dedit ferias. COLVM. 8, 17, 15 cum ad -is forum perlatus est *piscis* (piscatorium *coni., cf. p. 2201, 6*). PETRON. 3, 4 eloquentiae magister, nisi tanquam -r eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, *i. discipulos,* sine spe praedae moratur in scopulo (*item comparantur captantes, decipientes*: SIL. 5, 47 cura ... servabat ... hostilem ingressum refugos habitura sub ictu, haud secus ac ... sollers -r ... compressa cacumina *nassae* nectit. MART. 6, 63, 6 'munera ... misit *captator.*' sed misit in hamo; et -em piscis amare potest?). 73, 5 lucernas aeneolosque -es notavimus *in triclinio Trimalchionis.* SIL. 14, 624 propulsa invadit -r caerula cumba. MART. 10, 37, 17 ecce redit sporta -r inani. 10, 87, 18 -r ferat aequorum rapinas. QVINT. inst. 6, 3, 80 (*mendacium iocosum Gabbae*) *in Sicilia* tam longae *murenae* nascuntur, ut iis -es pro restibus cingantur. 11, 3, 112 in fabulis ... servi, ancillulae, parasiti, -es citatius moventur. IVV. 4, 26 potuit fortasse minoris -r quam piscis emi. TEST. Dasum. (CIL VI 10229) 36 piscator⟨es⟩ (*pars hereditatis, ut vid.*). ARGVM. Plaut. Rud. 1 reti -r de mari extraxit vidulum. APVL. apol. 29, 1 nonnulla me piscium genera per quosdam -es pretio quaesisse. SCAEV. dig. 22, 2, 5 pr. si -i erogaturo in apparatum plurimum pecuniae dederim. PAVL. sent. 3, 6, 66 instrumento -is legato et retia et nassae et fuscinae et naviculae ... debentur. FIRM. math. 8, 17, 5 quicumque hoc sidere, *i. Ceto,* oriente nati fuerint, erunt -es, sed magnorum piscium. HIST. AVG. Pius 7, 5 *ut* mensa eius per proprios servos, proprios aucupes, -es ac venatores instrueretur. VEG. mil. 1, 7, 1 -es, aucupes, dulciarios, linteones omnesque, qui aliquid tractasse videbuntur ad gynaecea pertinens, longe arbitror pellendos a castris. *al.* *respicitur corpus, collegium -um*: CIL II 5929 (*saec. I in.*) Lares Augustales et Mercurium -es et propolae de pecun(ia) sua f(aciendos) c(uraverunt) (XIV 409, 17 [*saec. II*[1]] patrono ... piscator(um) propolar(um) curatori). VI 1872, 3 (*a. 206*) Ti. Claudio ... Severo ... patrono corporis -um et urinator(um) (*ibid.* l. 18 -um et urinatorum totius alv(ei) Tiber(is). 29700, 2. *al.*). 41382, 7 (*ca. a. 400*) -es corporat⟨i urbi⟩s Romae.

B *in sacr. script. et apud Christianos*: **1** *in bonam partem respiciuntur apostoli vel doctores ecclesiae* (EVCHER. form. 5 p. 33, 11 -es: apostoli vel doctores): **a** *loci sacrae scripturae* (*gr. respondet ἁλιεύς*): VET. LAT. Ier. 16, 16 (Tert. adv. Marc. 4, 9; *sim.* VVLG.) ecce ego mittam -es multos et piscabuntur illos (*Tert. ad l. addit* homines scilicet). Matth. 4, 19 (cod. 3. *al., sim.* VVLG.) venite post me et faciam vos fieri -es hominum (*sim.* Marc. 1, 17 [cod. 5. *al.* = VVLG.]. Luc. 5, 10 [cod. 2 *et* 5, *aliter gr. et codd. cet.*]).

b *apud ecclesiasticos; -es sunt*: **α** *apostoli*: TERT. anim. 3, 3 (*ironice*) erravit ... Christus -es citius quam sophistam ad praeconium emittens (*item opp. minus simplices, minus humiles*: HIER. epist. 12, 2 contra sophistas ... saeculi ... Petrus et Iacobus -r mittitur. AVG. serm. 43, 6 potest senator gloriari de semetipso, potest orator, potest imperator, non potest nisi de Christo -r. SVLP. SEV. Mart. prooem. 4 salutem saeculo non ab oratoribus ... sed a -bus praedicatam. *et saepius*). HIL. ad Const. 2, 8, 1 deum indocti -es locuti sunt. GAVDENT. serm. 20, 8 Petrus erat ante -r, Paulus persecutor, sed ambo postea facti sunt hominum -es. AMBR. fid. 1, 8, 57 omnes ... haereses hoc capitulo brevi -r exclusit (*i. Iohannes, ut*: incarn. 3, 15 non quasi -r hoc dicit, sed quasi humani -r affectus, qui iam non pisces caperet, sed homines vivificaret. HIER. epist. 53, 4, 1 Iohannes rusticus, -r, indoctus? et unde illa, obsecro: 'in principio erat verbum ...'? *al.*). AMBROSIAST. in I Cor. 4, 1, 2 *Paulus* collega ... -um non aliter quam illi Christum praedicabat. HIER. epist. 15, 2, 1 cum *Damaso* successore -is *Petri* et discipulo crucis loquor. PAVL. NOL. epist. 5, 6 -um praedicationes Tullianis omnibus et tuis litteris praetulisti. AVG. util. ieiun. 9, 11 per prophetam *Ieremian* ... dicitur, quod deus primo -es erat missurus, postea venatores (*cf. p. 2199, 70*). PS. AVG. serm. ed. Mai 58, 2 merito ... -es dicuntur, quibus officium piscandi Iesus ademit et misit, ut homines ad salutem ... perducerent sua praedicatione. *et saepe.* **β** *doctores varii* (*cf. p. 2199, 67*): AMBR. virginit. 130 adest -r ecclesiae Bononiensis aptus ad hoc piscandi genus. AVG. fid. et op. 17, 32 si ... illa euangelica similitudine -es episcopi vel inferioris ordinis ecclesiarum praepositi intellegendi sunt. CONC. Carth. a. 411, 3, 258 l. 88 retiaculum, *i. ecclesia,* in mari positum, quid habeat a -bus, id est sacerdotibus, ignoratur. MAX. epist. p. 92 (*ad Alexandriae episcopum*) doctus plane -r, et utpote apostolorum magisteriis eruditus. *ibid.* iacis longius lina *doctrinae* et -r Nili Oceani profunda rimaris. *ibid.* quicquid ... de profundo huius saeculi rudis -r abstraxi. *al., raro.*

2 *in malam partem respiciuntur seductores*: HIER. in Is. 5, 19, 8 ('maerebunt -es') in adventu Christi omnes perversi generis -es, qui contra apostolicam disciplinam capiebant homines in perditionem ..., confusi sunt. 7, 19, 5 Aegypti -es, qui valde contrarii sunt -bus domini. *ibid.* quod ... isti -es, qui faciebant ... foveas, ad hoc fecerint, ut animas in eis deceperint.

II *apponitur substantivis, ita ut vergat in vim adi.*: **A** *de hominibus*: SCAEV. dig. 33, 7, 27 pr. quaesitum est, an servi -es ... legati esse videantur. FACVND. defens. 4, 2, 63 (*verba imp. Iuliani*) *Christianus* omnem ... inbibens ... imperitorum eius theologorum -um errorem (4, 2, 67). **B** *de pisce*: POL. SILV. chron. I p. 544, 7 (*inter nomina natantium*) pisces piscatur (*i.* piscis -r, *cf. l. 45*).

f. **piscātrīx,** -īcis. **1** *apponitur nomini mulieris* (*quae vendit potius quam quae capit?*): CIL VI 9801 Aurelia C. l(iberta) Nais -x de horreis Galbae. **2** *adhibetur in descriptione animalis* (*cf. l. 40 et coni. p. 2198, 11*): PLIN. nat. 9, 143 nec minor sollertia ranae, quae in mari -x vocatur (*cf. Arist. hist. anim. 620b12 τὸν ἁλιέα καλούμενον*).

deriv.: piscatorius. *cf. Onom.* *Rzepiela.*

▩**piscātōrius,** -a, -um. *a* piscator. *legitur in versibus apud* AFRAN. *tantum, in oratione soluta inde a* CAEL., CAES., LIV. [*subst.: var. francog.; var. francoprov., prov. cf. M.-L. 6529. Wartburg VIII 581sq. St.*]

i. q. ad piscatorem pertinens: **1** *spectat ad actionem capiendi*: **a** *de rebus*: **α** *de navibus sim.* (*cf. l. 65*): AFRAN. com. 138 conscendo cumbam -am. CAEL. or. frg. Quint. inst. 6, 3, 41 utrum rati an -o navigio *transierit,* nemo sciebat (HEGES. 3, 3, 6). CAES. civ. 2, 4, 2 veteres ... navis refecerant ... -asque adiecerant atque contexerant (LIV. 23, 1, 8 haud procul litore n., -ae pleraeque, conspectae. 25, 23, 6 in pis⟨ca⟩toria ... n. perioch. 89, 1. MARCELL. dig. 49, 15, 2 pr. n. longis ... postliminium est, non -is. VIR. ill. 37, 3). PLIN. epist. 3, 16, 9 conduxit -am nauculam (NON. p. 533, 21 horia dicitur navicula -a [*cf.* FVLG. serm. ant. 15 oriam dicunt navicellam modicam -am]. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 639 p. 704 in unam ... naviculam -am [*gr. μιᾷ τῶν ἁλιάδων*]). *al.* **β** *de variis instrumentis*: FEST. p. 169 nassa est -i (-a *trad.*) vasi genus, quo cum intravit piscis, exire non potest. PLIN. nat. 16, 172 aucupatoria harundo a Panhormo laudatissima, -a Abaritana ex Africa (*inde* 1, 16, 66). 24, 65 ex ea *genista* lina -a ... factitari. MARCIAN. dig. 33, 7, 17, 1 instrumento -o contineri Aristo ait naucellas. AVG. c. Cresc. 3, 78, 89 Neptunium telum propter tridentem dicis episcopum non decere, cum sit et -um ac per hoc apostolicum. VINDIC. med. 25 iaculum -um, quod graece *ἀμφιβλήστρον* vocamus. EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 7 saetae ... -ae (*gr. p. 181*[A] *ὁρμαθός*). **γ** *cetera exempla*: FEST. p. 210 -ii ludi vocantur, qui ... fieri solent pro quaestu piscantium (p. 238, *v. supra p. 2199, 32*). PETRON. 115, 6 *naufragi* casam -am subimus. VLP. dig. 50, 15, 4, 6 lacus ... -os et portus in censum dominus debet deferre. LACT. inst. 5, 2, 17 *questus est paganus* quosdam eorum *discipulorum* -o artificio fecisse quaestum (*cf.* ars -a: PS. HIER. epist. 19, 17 p. 205[A] *Petrus,* qui praeter instrumentum a. -ae nihil habebat. PETR. CHRYS. serm. 47, 3 ut divini

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iudicii typus a. -a monstraretur. FVLG. RVSP. epist. 2, 33 -ae a. instrumenta. *cf. l. 13*).

b *de ave*: PS. LACT. PLAC. fab. OV. 8, 1 *Niso* in avem -am transfigurato, quam Graeci haliaeeton dicunt (*cf. p. 2198, 11*).

2 *spectat ad venditionem piscium*: **a** *de loco, ubi pisces venduntur*: LIV. 26, 27, 3 comprehensae *incendio* lautumiae forumque -um (40, 51, 5. *cf. p. 2198, 17. 2199, 36*). VET. LAT. II par. 33, 14 (cod. 109) portam -am ([*gr. ἰχθυικής, om. pars codd.*]. II Esdr. 3, 3 [Bachiar. repar. laps. 18; *gr. 13, 3 ἰχθυηράν*]. *ceterum v. vol. X 2, 4, 67sqq.*). PORPH. Hor. sat. 2, 4, 37 ('cara piscis averrere mensa') mensam -am dicit (*sim.* SCHOL.). **b** *de pecunia*: FEST. p. 210 -um aes vetusto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piscibus.

f. pro subst. **piscātōria,** -ae. **1** *i. q. ars piscatoris* (*cf. p. 2200, 74*): SCHOL. Iuv. 1, 155, 2 *quidam* urbe summotus -am in Achaia exercuit. GLOSS. -a: *ἁλιευτική*. **2** *i. q. navis piscatoris* (*cf. p. 2200, 54*): GLOSS. V 614, 58 tragum: genus -ae. **3** *i. q. herba quaedam* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 201*): GLOSS. III 546, 33 flomus: lupicuda sive (lupicu la sunt *trad.*) -a (*al., v. vol. VII 2, 1849, 18sqq.*).

n. pro subst. **piscātōrium,** -ī. *i. q. forum, ubi pisces venduntur*: GLOSS. II 334, 5 *ἰχθυοπώλιον*: -um.

?m. pro subst. **piscātōrius,** -ī. GLOSS.[L] I Ansil. PI 232 (cod. Paris.) inter ... piscatorem et -um h(oc) in(terest): ⌞piscator est⌟ (⌞ ⌟ -rem *cod.*), qui capit (-ut *cod.*), -us, qui vendet (*sed cf. p. 2198, 23*).

adv. **piscātōriē.** *i. q. piscatorio modo*: CONC.[S] II 5 p. 84, 2 *haec* -e et non Aristotelice suggessimus, *i. simpliciter, ut discipuli* (*cf. supra p. 2200, 1*).

piscātrīx *v.* piscator. **piscātum** *v.* piscor. *Ottink.*

piscātūra, -ae *f.* *a* piscari. **1** *i. q. actio vel professio piscandi*: TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 440, 8 de tot generibus operum quid utique ad -am respexit, ut *Iesus* ab illa in apostolos sumeret Simonem *aliosque*? (*opp. Marcion* de navicularіorum collegio). PAVL. sent. 3, 6, 41 -ae vel venationis instrumentum (piscatore *et* piscatoris *codd.,* piscationis *pars edd.*). IND. libr. Apic. 10 (*ad tit.* halieus) -a. **2** *i. q. praeda piscando capta*: VET. LAT. psalm. 104, 29 (cod. 136) *deus* evertuit aquas eorum *Aegyptiorum* in sanguine et occisit -as eorum (*gr. ἰχθύας, cod. 300. al. et Vulg.* pisces). *Spoth.*

piscātus, -ūs *et* -ī *m.* *a* piscari. *de genere v. p. 2198, 29. de formis: gen. sing.* -ī *testatur* NON. p. 488, 17 -i pro -us (*affert l. 52sq.*); *plur. non nisi l. 55.* GLOSS. -us: *ἄγρα. ἁλεία.*

1 *i. q. actio piscandi* (*ad 2 trahere possis e. g. l. 41. 44*): PLAVT. Rud. 299 (*loq. piscatores*) -um hamatilem et saxatilem aggredimur (*ad 2 trahit* FRONTO *l. 57*). 912 hic -us mihi lepide evenit (*cf. l. 51*). Stich. 359 quos *pisces* -u rettuli. PLIN. nat. 6, 91 esse ... *genti cuidam* in -u voluptatem, testudinum maxime. 8, 44 quos *homines* venatus, aucupia, -usque alebant (*item iuxta* venatus: MACER dig. 49, 16, 12, 1 ad ... -um, v. militem non mittere). CIL XIII 8830 (*saec. II/III*) conductores -us. *in imag.*: PLAVT. Bacch. 102 (*ad meretricem*) -us ... hic *amatoris* tibi hodie evenit bonus (*cf. l. 42*). **2** *metonymice i. q. res piscando captae, capiendae* (*pisces nimirum praeter l. 51*): PLAVT. Most. 67 volo in vesperum parare -um mihi. 730 vino et victu probo, -u electili vitam colitis. Rud. 911 *meą navis* -u novo me uberi compotivit (*sc. vidulo*). TVRPIL. com. 22 si flabat aquilo ..., inopia tum erat -i. POMPON. Atell. 119 quid habes in surpiculis ...? :: omne -i genus. CIC. fin. 2, 23 *luxuriosos* ⌞-u, aucupio, venatione⌟ ... vitantes cruditatem (*eadem series deliciarum*: AVG. in psalm. 76, 14. *cf.* 38, 2 in venatibus et -bus). VARRO rust. 3, 17, 9 *divitem piscinis factis* Neptuno non cedere de -u. VITR. 8, 3, 28 carne aut -u *vesci.* FRONTO p. 228, 1 convivium *agitare* ... Plautino -u hamatili ... et saxatili (*v. l. 41*). APVL. met. 1, 24, 4 -um opiparem expositum *in foro* video. 1, 24, 8 cenae affatim -um prospexeramus. VET. LAT. num. 11, 22 (cod. 104) omnis -us maris (*gr. ὄψος, cod. 100* piscatum, *Aug. quaest. hept. 4, 19* piscis).

⌞hibirrode⌟: **pisce** girginaria GLOSS. III 539, 42 (⌞ ⌟ *'ἰβηρίς?' Goetz in indice*). *nomen herbae obscurum.* *Rzepiela.*

*?***pisceps** *v. l. 72.*

pisceus, -a, -um. *a* piscis. *i. q. inter pisces numerandus*: CASSIOD. var. 11, 40, 7 -us lupus harenis se mollibus, ut ... insidias evadat, inmergit (*cf. vol. VII 2, 1858, 53sqq.*).

piscicapus, -ī *m.* *a* piscis *et* capere (*cf.* urbicapus). *fere i. q. piscator*: CIL IV 826 Popidium Rufum aed(ilem) -i fac(iunt), *i. fieri volunt.*

*?***pisciceps,** -cupis *m., vox ficta ad analogiam illustrandam.* VARRO ling. 8, 61 debuisse aiunt *analogiam sequentes* a piscibus capiendis ut aucupem sic pisci⟨cu⟩pem dici (*sed formam breviorem nominis* pisceps *def. e. g. Müller, 1833, ad l.*). *Spoth.*

piscīculus, -ī *m.* *a* piscis *deminutive* (*cf. p. 2213, 45*). NOT. Tir. 112, 93. GLOSS. -um: *ὀψάριον.* -i: *ὀψσάρια.* [*loco suspecto* PETRON. 35, 4 *structor imposuerat* super scorpionem, *i. signum zodiaci,* ⌞-um marinum⌟ (*ut glossema del. multi, alii alia substituentes, e. g.* draconem *Baltar Veloso, Class. Quart. 26, 1976, 319*). *falsa var. l. pro* pisciunculus ANTHIM. 44.]

i. q. piscis parvus (*saepe dicitur cum affectu quodam, v. Hanssen, Lat. diminutives, 1953, 222sqq.*). *per abundantiam saepius accedunt adi. parvitatem significantia, sc.* minutus *l. 13. 28. 34. 61,* parvus, minimus *l. 16. 32,* brevis *l. 40.* *sing. collect. l. 45, de singulis speciebus e. g. l. 17. 39.* *variat in contextu cum* piscis *e. g.* APVL. apol. 29, 4 (*cf. 29, 3*). 40, 6 *et* 8 (*cf. 40, 5*). VET. LAT. Ioh. 6, 9 (cod. 2. *al.; cf. 6, 11; gr. ὀψάρια ... ὀψαρίων, Vulg.* pisces ... ex piscibus).

1 *proprie*: **a** *-i pro cibo sunt hominibus*: **α** *varia exempla* (*cf. l. 2*): TER. Andr. 369 *servus* holera et -os minutos ferre (fere *Kauer-Lindsay*) obolo in cenam seni ([DON. *ad l.* 1 sufficeret diminutive '-os' dixisse *eqs.*]. SVET. Aug. 76, 1. CASSIAN. inst. 4, 22 -i m. salliti [*v. vol. VIII 38, 73*]). PLIN. nat. 31, 95 *allex* coepit ... ex inutili -o minimoque confici (*i. apua; postea l. 37*). CIL IV 5380, 5 oleum V (*sc. assibus*), ... -um II. HIER. epist. 58, 6, 1 -os pro summis ducas deliciis (*antea*: holera et legumina. *cf.* CAES. AREL. serm. 67, 3 olera aut legumina aut -os). APIC. 4, 2, 30 patina de -is. *ibid. iterum.* 4, 3, 3. *in euangeliis et locis inde pendentibus* (*cf. l. 59*): VET. LAT. Matth. 15, 34 (cod. 3. *al.* = VVLG.) *discipuli* dixerunt '*habemus panes* septem et paucos -os' (*gr. ἰχθύδια, ut loco sim.* Marc. 8, 7 [*ibid.*]). Ioh. 6, 9 (cod. 2. *al.*) *puer* habet quinque panes ... et duos -os (*gr. ὀψάρια, Vulg.* pisces). IVVENC. 3, 211 -os ... paucos. PRVD. apoth. 715. *al.* **β** *in scriptis medicis*: CELS. 3, 22, 11 *detur aegrotanti* vel ex pruna cerebellum vel -us et his similia. 4, 14, 4 prioribus cibis adicere ... -os. *al.* PLIN. nat. 32, 109 (*bis*). THEOD. PRISC. log. 31 minutos -os anetino iuscello decoctos. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 54. ORIBAS. syn. 4, 41, 13 Aa p. 5, 15 caucalida⟨s⟩ ... cum -is coctas (*gr. μετά τινος ἰχθυδίου, La p. 45* piscibus).

b *cetera exempla*: CIC. ac. frg. 13 sedemus ad Lucrinum -osque exultantes videmus (pisculosque *al. var. ll.*). nat. deor. 2, 123 cum -i parvi in concham hiantem *pinae* innataverunt (*cf. l. 37. 38*). VARRO rust. 3, 5, 16 -i ultro ac citro commetant *in piscinis.* 3, 17, 6 -os minutos ..., qui ⟨a⟩ maioribus *piscibus* absumerentur (HIER. tract. in psalm. I p. 62 l. 211). FEST. p. 238 id genus -orum vivorum datur *Vulcano.* PAVL. FEST. p. 22 apua genus minimi -i (*de eodem*: PLIN. nat. 31, 95 is -us e pluvia *nascitur. cf. l. 16*). PLIN. nat. 9, 86 *polypus* adnatantes ... -os ... venatur. 32, 2 parvus admodum -us, echenais appellatus (*de eodem*: 32, 4. DON. Ter. Eun. 302, 4 a remora -o. AMBR. hex. 5, 10, 31 brevis -us echeneis [*Basil. hex. 7, 6, 8 τὸ μικρότατον ἰχθύδιον, Eustath.* piscis tenuissimus]). *al.* APVL. apol. 29, 4. 40, 6 unum a me -um inspectum *scitis* (*de eodem*: 40, 8 hunc ... -um, quem vos leporem marinum nominatis). AVG. c. Iulian. op. imperf. 3, 150 catellis atque porcellis, -is atque vermiculis. PS. AVG. serm. 205, 1 *cepit* Christus discipulum, Petrus -um (*postea*: gentem squameam; *seq. Matth. 4, 18sqq.*). *al.* *in comparationibus*: HIER. tract. p. 543 l. 65 (*ad neophytos*) quasi -i hamo, ita sermone dei de gurgite saeculi istius sublevamini. SIDON. epist. 8, 9, 2 quorum *poetarum* sic ingenia maeroribus, ut -i retibus, amiciuntur.

2 *in imagine vel translate; spectat ad*: **a** *homines*: DICTVM imp. Tib. *v. l. 52.* PETRON. 3, 4 (*de discipulis, v. p. 2199, 38*). SVET. Tib. 44, 1 quasi pueros primae teneritudinis, quos '-os' vocabat, instituerit, ut natanti sibi inter femina versarentur. TERT. bapt. 1, 3 nos -i secundum *ἰχθύν* nostrum Iesum Christum in aqua *baptismi* nascimur (*item de Christianis: ibid. iterum*). HIER. tract. in psalm. I p. 167 l. 154 venit *dominus,* ut -os malos separet a bonis (*spectat ad Matth. 13, 47sq., ut* AVG. adv. Don. 22, 38 [*v. p. 2198, 62*]). *in sermone amatorio* (*cf. l. 52*): CIL IV 4447 fonticulus -o suo plur(i)ma(m) salut(em). **b** *scripta breviora, minoris momenti*: RVFIN. hist. praef. p. 952, 2 qui *puerulus* ... adderet ... -os duos (*i. libros, quos ipse Rufin. adiecit; alludit ad l. 24*). Orig. in Rom. praef. Rufin. l. 2 volentem me ... minutos de Graecorum stagnis -os legere *homelias quasdam vertendo,* in altum ... laxare vela compellis (*sim. inde* IORD. Get. 1).

in parechesi cum discipulus *l. 45.* *cf. Onom.* *M°Gowan.*

piscīna, -ae *f.* [*a* piscis *sec. Leumann, Gramm. 1977, 328; sed fortasse subest fem. adiectivi q. e.* piscīnus (*q. v.*). *Fo.*] *derivatur a* piscis, *quia pisces insunt p. 2203, 21. 2204, 32 et* GLOSS.[L] I Ansil. PI 234, *quamquam pisces desunt* DON. gramm. mai. 3, 6 p. 668, 9 dicimus ... -am, quae -es non habet (*exemplum catachreseos, ut* AVG. doctr. christ. 3, 89. *al.; cf.* CASSIOD. in psalm. 55, 2 per antiphrasim. GLOSS. I p. 301 per contrarium). AVG. dialect. 6 p. 10, 17 (*e Varrone?*) cum -a dicitur in balneis, in qua piscium nihil sit ..., videtur tamen a piscibus dicta propter aquam, ubi piscibus vita est ...; (19) quod si quis dicat homines piscibus similes natando fieri et inde -ae nomen esse natum, stultum est repugnare *eqs.* *scribitur* pic- *p. 2204, 60.* NOT. Tir. 112, 94 -a. i *alteram*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

productam testatur PRISC. gramm. II 80, 15; *cf.* i *longam in titt.* CIL XI 4594 XIV 396, 7, *etiam* IX 5657 pisci(nam) (*si recte suppl.*). *de notione* (*cf. l. 21. 28. 69 sq.*): GLOSS. -a: *δεξαμενή, ἰχθυοτροφεῖον. κολυμβήθρα. sim. al.* *legitur singulis vel binis locis apud* PLAVT., CATONEM, SCIP. min., *ca. 35^ies apud* VARRONEM (*fere* rust.), *ceterum inde a* CIC.; *abiit in sermonem gr. πισκίνη sim.* [*var. it. dial.; sard.* piskina; *francog. med.* pisoine; *var. francoprov., prov. cf. M.-L. 6531. Wagner II 277. Wartburg VIII 582. St.*] [*confunditur in codd. c.* fiscina COLVM. 8, 14, 2 (*restituitur* GLOSS.); *cf. p. 2205, 57.*]

significatur locus piscibus alendis aptus, sc. lacus manu factus (*etiam aliis usibus destinatus, v. Schneider, RE XX 1783 sqq.; gr. respondet κολυμβήθρα, nisi aliud indicavimus [sc. δεξαμενή p. 2204, 15. 56. 2205, 18. al., ὄρυγμα p. 2204, 63]; disting.* lacus *e. g. l. 37. 48. p. 2204, 66,* stagnum *e. g. l. 47.* PLIN. nat. 32, 16 PAVL. dig. 41, 2, 3, 14 [*aliter* PLIN. nat. 10, 155 -ae stagna], *ambae voces l. 41* [*pro syn. l. 20*], solium CYPR. epist. 69, 12, 2 FIRM. math. 8, 10, 7 HIST. AVG. Heliog. 21, 6; *v. etiam infra l. 70*): **I** *usu sollemni continet aquam aliave liquida*: **A** *generatim*: **1** *exempla illustrantia usum -arum*: **a** *in re rustica*: **α** *ad alendos pisces* (*exempla inde a* COLVM. *selecta; cf. 2b; aliter p. 2204, 62. definitur* GELL. 2, 20, 7 lacus ... aut stagna piscibus vivis coercendis clausa suo atque proprio nomine -as nominaverunt. *cum respectu luxus e. g. l. 24 sqq. 31 sqq.*): PLAVT. Truc. 35 quasi in -am rete qui iaculum parat. CIC. Att. 2, 1, 7 *cum* nostri ... principes digito se caelum putent attingere, si mulli barbati in -is sint ..., alia autem neglegant (*sim. vituperantur nobiles* parad. 38. *cf. p. 2205, 9 sq. 2206, 9*). VARRO Men. 160 patella esurienti posita provocat Neapolitanas -as. rust. 2 praef. 5 ex ornithonibus ac leporariis et -is (*agitur de parte villaticae pastionis ut*: 3, 3, 1. 3, 3, 2 -as dico eas, quae in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villam. 3, 16, 1). 3, 3, 5 -ae dulces fieri coeptae et e fluminibus captos recepere ad se pisces (3, 3, 9. 3, 17, 2 cum -arum genera sint duo, d. et salsarum. 3, 17, 3 [*ibid.* illa *-a* amara]). 3, 3, 10 nostra aetas ... -as protulit ad mare et in eas pelagios greges piscium revocavit. 3, 17, 2 maritimae -ae nobilium (3, 17, 3 quis ... maritumas non ex -is singulis ... coniunctas habet pluris? *sim.* marina: MART. 4, 4, 3 -ae vetus aura quod *redolet* m. 12, 32, 17 [*cf. p. 2204, 1*]. *cf.* salsa *et* amara *l. 31,* Neptunia CASSIOD. var. 12, 22, 4). *al.* COLVM. 8, 16, 2 *Romani veteres* non solum -as, quas ipsi construxerant, *piscibus* frequentabant, sed etiam, quos rerum natura lacus fecerat, ... replebant. PLIN. nat. 9, 64 *mulli non* in vivariis -isque crescunt. MART. 10, 30, 21 -a rhombum pascit. *al.*

β *ad alenda quaelibet animalia, vel ubi ea natent, bibant, laventur sim.*: Ⓘ *aves*: VARRO rust. 3, 11, 1 ubi sit naturalis aut lacus aut stagnum aut manu facta -a, quo ... descendere possint *anates.* 3, 11, 3 quae in eo saepto *anatum* erunt -ae, in eas aquam large influere oportet. *al.* COLVM. 1, 6, 21 circa villam haec esse oportebit: ... -as minime duas, alteram, quae anseribus pecoribusque serviat, alteram, in qua lupinum, ulmi vimina et virgas ... maceremus (*inde* PALLAD. 1, 31 -ae ... vel solo impressae vel caeso lapide *eqs.*). 8, 1, 4 nantium volucrum, quae stagnis -isque laetantur, aviaria (*describuntur χηνοβόσκια*). 8, 14, 2 lacus -aque manu fiunt, ut sint, quibus inurinari possint aves. *al.* PLIN. nat. 10, 155. Ⓘⓘ *pecudes* (*adde l. 45*): COLVM. 1, 5, 2 vastae cisternae hominibus -aeque pecori struantur, *sc. pluvialem aquam recepturae.* 6, 14, 5 in ea -a, ex qua bibit *bos* (*inde sim.* PALLAD. 14, 14, 7 VEG. mulom. 4, 15, 3). 6, 30, 7 *equus laesus* cum ambulaverit, in -am dimitti eum conveniet, ita ut natet (*inde* PELAGON. 43, 3. *al.*). *al.*

γ *ad varia efficienda:* *ad alimenta servanda, ne corrumpantur*: CATO agr. 120 in amphoram mustum indito et corticem oppicato, demittito in -am, post diem LXX eximito (*inde* COLVM. 12, 29 in -am frigidae et dulcis aquae. *aliter l. 62*). VARRO rust. 1, 54, 2 quae *uva* in -am in amphoram picatam descendat. *ad macerandum* (*adde l. 46*): COLVM. 11, 2, 92 in -a maceranda est *salix decisa.* 12, 52, 22. PALLAD. 12, 15, 3 ut ... trabes ... in -a ... mersae laterent. *ad aliquid continendum*: PLIN. nat. 18, 319 defectu vasorum ... vidi -is ... musta condi. *ad irrigandum*: VET. LAT. eccles. 2, 6 (Ambr. Isaac 4, 25, *sim. al. et* VVLG.) feci mihi -as aquarum ad inrigandum ... saltum (*explicat* HIER. in eccles. 2, 6 quae *aquae* in -as de rivulis colliguntur. *inde* in Is. 18, 66, 17 l. 32 baptisteria ... vel -as ad areolas irrigandas). PALLAD. 1, 34, 2 HIER. vita Hilar. 21, 4.

b *pro balneis, ubi homines natent, laventur* (*cf. p. 2202, 74. 2205, 37.* GLOSS. I p. 163 -ae: aquae frigidae iuxta thermas ad utilitatem balnei. II 580, 13 -a: baptisterium. GLOSS.^{L} II Abav. FI 38 -a: natatoria. *pro syn. est* baptisterium *vel* natatoria *p. 2204, 26; fere de frigidis, e. g. p. 2204, 5 sq., de calidis e. g. p. 2204, 18*): **α** *quaelibet exempla*: Ⓘ *de -is publicis vel generis incerti*: SEN. epist. 56, 2 eos, qui in -am cum ingenti inpulsae aquae sono saliunt (*cf. 1* supra ... balneum habito). PLIN. nat. 31, 66 maciem ... corporis -ae maris corrigunt (*item de -is marinis*: MART. 11, 21, 11 hanc in -a dicor futuisse marina. 12). CIL II 1956, 6 (*aet. Vesp.*) porticus ad balineum ... cum -a. MART. 3, 44, 13 in thermas fugio ...; -am peto. 13, 65, 2. CIL VI 16740, 5 (*saec. I*) *puer* balneo Martis -a peri(i)t (*cf.* CE 1643 qui miser in -a ⟨periit⟩, vixit annis III). TERT. bapt. 5, 4 in balneis -ae et euripi in domibus. AVSON. Mos. 342 lavacri ... lacus et frigora -arum. HIST. AVG. Alex. 30, 4 ut caldaria ... raro, -a semper uteretur. ANIAN. Chrysost. hom. 7, 6 p. 1049 fuge pestiferam illam -am theatri (*cf. p. 1047* ut natantes feminas ... intuearis). MARCELL. med. 26, 96 in balneo, id est cum in -am descenderit (CASS. FEL. 57, 2 [*disting.* calidioribus cellis]. ORIBAS. syn. 5, 15, 8 Ab p. 58 in -a [*gr. ἐκ τῆς ψυχρᾶς δεξαμενῆς*]. 6, 8, 6 Ab p. 103 in -a frigida. *cf. l. 23*). SIDON. epist. 2, 2, 5 -as publicis operibus exstructas. CASSIOD. var. 5, 38, 2 -ae vitreis fontibus fluctuabunt. ACT. Petr. 13 -ae ... natatoriae (GLOSS. II 352, 39. *cf. p. 2205, 44*). GLOSS. III 217, 21 (= p. 652) ad -am subdivalem. 287, 16 (= p. 657) exeamus ... in -am (*gr. τὴν δεξαμενήν*). *al.* Ⓘⓘ *de -is privatis* (*certiora tantum*): SEN. epist. 86, 6 *nisi marmor* -as nostras circumdedit, in quas ... corpora *nostra* ... demittimus. PETRON. 72, 7. PLIN. epist. 2, 17, 11 *his cellis* cohaeret calida -a mirifica, ex qua natantes mare adspiciunt (SVET. Nero 27, 2 epulas ... protrahebat, refotus saepius c. -is ac tempore aestivo nivatis). 5, 6, 25 si natare latius ... velis, in area -a est. SVET. Nero 31, 3 incohabat -am a Miseno ad Avernum lacum contectam ..., quo, quidquid ... calidarum aquarum esset, converteretur. CIL VI 579 (*in excubitorio vigilum; saec. III?*) ni qua mulier velit in -a virili descendere. PS. AVG. serm. ed. Mai 57, 1 (*spectat ad Dan. 13, 15*) circa -am pomerii, ubi intrat Susanna lavare. SIDON. epist. 2, 2, 8 (*describitur villa*) -a ... seu, si graecari mavis, baptisterium. *ibid. iterum* (*syn.* natatoriae [*gen.*]). *al.*

β *apud Christianos cum respectu baptismi* (*cf. p. 2205, 47 sqq.*): OPTAT. 3, 2 p. 69, 1 (*spectat ad Is. 22, 9; alloq. Donatistas*) transducentes ad vos aquam antiquae -ae, sed nescio an cum illo pisce, qui Christus intellegitur. p. 69, 9 hic *Christus* est piscis, qui in baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur, ut, quae aqua fuerat, a pisce etiam -a vocitetur. p. 69, 13. 72, 4. PS. ORIG. tract. 14, 26 dimersam animam in -a lavacri. GREG. TVR. glor. mart. 23 p. 501, 33 (*antea*: fontibus) -a ... antiquitus sculpta. p. 502, 8.

c *ad retinendam aquam (irrigandi causa v. p. 2203, 63 sqq.): fluviorum, rivorum, aquae ductuum sim.*: PLIN. nat. 3, 53 *Tiberis* tenuis primo nec nisi -is conrivatus emissusque navigabilis. 33, 75 in superciliis montium -ae cavantur (*sc. unde emis sus torrens* saxa provolvat). FRONTIN. aq. 15, 2 interposita est -a limaria, ubi ... consisteret et liquaretur aqua (*cf.* 19, 1 *aquae* contectis -is excipiuntur, ubi ... limum deponunt). 19, 3 a -a ... Iuliae *aquae* (68, 3). 22, 1 conceptacula, id est -as. 66, 3 antequam *Anio vetus* ad -am veniret. *et saepius in eodem opere.* VVLG. Is. 7, 3 (*sim.* 36, 2) *Hierosolymis* ad extremum aquaeductus -ae superioris in via agri fullonis (*cf.* -a fullonis: HIER. in Nah. 2, 8 [*in explicatione loci cit.*] -a f., quae sordes lavare consuevit et maculas vestium eluere. sit. et nom. p. 103 l. 16). 22, 9 *obsidium Hierosolymorum timentes* congregastis aquas -ae inferioris; ... (11) lacum fecistis inter duos muros et aquam -ae veteris (*cf.* HIER. narrat, quomodo ... -am veterem instaurarint ad servandas aquas *eqs.*). *pluviam* (*cf. p. 2203, 51*): TAC. hist. 5, 12, 1 *Hierosolymis* cavati sub terra montes et -ae cisternaeque servandis imbribus. CIL X 6526 in -is repurgatis (*antea*: aquam caelestem).

d *ad varios usus*: **α** *ad chalcanthum ex aqua extrahendum*: PLIN. nat. 34, 123 decoquitur ea *aqua chalcanthum continens,* admixta dulci pari mensura, et in -as ligneas funditur *eqs.* (*inde sim.* ISID. orig. 16, 2, 9). DIOSC. 5, 123 p. 219, 9 (*gr. 5, 98, 2 δεξαμενάς*). **β** *in usum fullonum* (*non huc l. 45 sqq.*): CIL XIII 3202 (*saec. II?*) opus -ae ... us[s]ibus fullon⟨um⟩ *faciendum curavit.* **γ** *ad calcem macerandam* (*cf. Vitr. 7, 2, 2* calx in lacu macerata): INSCR. Année Épigr. 1982 n. 926 (*Oeae, saec. IV/V^1*) pi(s)cina cal⟨c⟩aria (*fortasse respicitur supplicium martyris*). **δ** *in spectaculo theatri* (*cf. l. 7*): PASS. Theclae Cd 34 p. 93, 27 -am magnam plenam aqua, ubi erant bestiae marinae, ad quas cogitabant mittere Theclam (fossam *cet. recc. et versiones; gr. ὄρυγμα*).

2 *cetera exempla* (*sc. generalia vel usus parum definiti*): **a** *varia* (*saepe de -is usui publico destinatis; exempla post* CIC. *selecta*): PLAVT. Poen. 293 curram ... aliquo ad -am aut ad lacum, limum petam. INSCR. lat. Graec. Šašel Kos 30 (*saec. I a. Chr. in.?*) Diogenes -am beterem nobam fecit totam. CIC. Cluent. 179 conservos ... occidit in -amque deiecit. 180. CIL I^2 1693 (*Aceruntiae*) *duumviri* -am re⟨ficiundam de⟩ dec(urionum) sent(entia) co⟨eraverunt⟩. 1714 (*Aquiloniae*) vir aed(ilis) ... -am purgandam ... coeravit. SEN. contr. 3 praef. 14 quid, si velis gubernatorem in -a aestimare? CONST. veteran. (Inscr. Iugosl. Šašel 477) extr. 19 (*a. 75*) Romae in Capitolio pos(t) -am in tribunal(i) deorum (*item ibid.* [CIL XVI 22] extr. 27 [*a. 78*]). PLIN. nat. 36, 123 abundantiam aquarum in publico, balineis, -is, euripis, domibus *eqs.* CIL IX 4786, 4 (*saec. I*)

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

duumvir aquam ... adduxit et lacus om⟨ne⟩s fecit et in -am, quae in campo est, saliendam curavit (*item iuxta* campus: XIII 4324a *et* b [= 11353; *fort. saec. I*]. INSCR. Année Épigr. 1981 n. 281 [*Saepini*]). *al. in nomine locorum* (*cf. B1*): PLIN. nat. 3, 37 -ae (*eodem spectat* 8, 191 circa -as provinciae Narbonensis). TAB. Peut. IV 1 -as (*prope Pisas; v. Banti, RE XX 1790*). IV 2 ad -am (*in Numidia*). GREG. M. epist. 4, 8 l. 7 in praedio, quod appellatur -as (*in Sardinia*; -cen- *trad.*). **b** *pertinet ad villam*: SCIP. min. or. frg. Gell. 2, 20, 6 corrigere viam, aliis *divitibus* per vineas medias, aliis per ... -am, aliis per villam. CIC. Att. 1, 18, 6 amissa re publica -as suas fore salvas sperare *videntur* (*in re simili* 2, 9, 1 -arum Tritonibus [*an verba P. Clodii?*]. *cf. p. 2203, 24 sq.*). ad Q. fr. 3, 1, 3 mirifica suavitate te villam habiturum, -a et salientibus additis. 3, 7, 7 imagines ... istae et palaestra et -a. VARRO rust. 3, 5, 12 (*bis*). SEN. contr. exc. 5, 5, 2 mentita nemora et navigabilium -arum freta. TAC. ann. 13, 21, 3 Baiarum suarum -as extollebat *amita Neronis*. PLIN. epist. 5, 6, 23. **c** *pertinet ad aream templi* (*addasne p. 2204, 73?*): INSCR. Année Épigr. 1995 n. 1389 (*post a. 12 a. Chr.*) imp(eratori) ... Aug(usto) ... et Herculi et civitati Thessalonicensium ... aedem, aquas, -am et porticus circa -am (*gr. τὴν δεξαμενὴν καὶ τ⟨ὰ⟩ς περει⟨κειμέν⟩ας στοὰς τῷ ὕδατι*). CIL XII 4338 (*saec. I in. vel paulo ante*) *praetores duoviri* aram Volcano maceriaq(ue) aream saepiendam -amque ... facie(n)da coer(averunt). INSCR. Année Épigr. 1989 n. 870 (*item gemina* 1915 n. 26; *saec. II med., Lambaesi*) *legatus* consecravit -am Aesculapio et Hygiae. 1940 n. 209 (*ex Etruria*) tempulin(um?) et -a. CIL V 8235 Libero ... piscin⟨am et⟩ sign⟨a ... dedit⟩. **d** *pertinet ad aream sepulcri* (*olim falso supplebatur* CIL III 8153, *v. Marcovich, Zeitschr. Pap. Epigr. 56, 1984, 234; v. etiam l. 61 sqq.*): CIL VI 8413 (*saec. I*) puteus et -a. INSCR. suppl. Ital. n. s. 2 p. 69 n. 43 (*saec. I²*) uti *monumentum* macerie clusum est a -a usq(ue) at puteal. CIL XI 3895, 5 e region(e) -ae et canalis usque ad ariam. XIV 396, 7 huic monimento cedit siccanum totum hortorum cum -a sua.

B *speciatim*: **1** *de* -a publica *urbis Romae, sc. lacu quodam* (*v. imprimis* FEST.), *unde postea nomen ad vicum et regionem XII translatum est* (*cf. p. 2206, 19 et Coarelli, Lex. topogr. urb. Rom., IV 93 sq.; fort. ad eundem vicum spectat* CIL VI 29784, 7 via, quae ducit ... per compitum secus -am): CIC. ad Q. fr. 3, 5, 8 *inundatio* usque ad -am p. LIV. 23, 32, 4 (*sub a. 215 a. Chr.*) praetores ... tribunalia ad -am p. posuerunt. FEST. p. 213 -ae p. hodieque nomen manet, ipsa non exstat; ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. CIL VI 975 b I 12 (*a. 136*) vico -ae p. AMM. 17, 4, 14 *obeliscus* tractus ... per Ostiensem portam -amque p. Circo illatus est Maximo. CVRIOS. urb. p. 92, 9 regio XII -a p. continet *eqs.* (*item* REG. urb. *ibid.*). CIL VI 41388 (*saec. V in.?*) ⟨par⟩tis circi a ianuis usq(ue) ad -am ⟨publicam⟩. **2** *de -a Bethsaida in urbe Hierusalem*: VET. LAT. II Esdr. 3, 1 (cod. 123) -am probaticam (*al., v. vol. X 2, 1451, 58 sqq.*). Ioh. 5, 2 (cod. 3. *al.*) natatoria -a ... quinque porticus habens ([cod. 15 probatica -a, *al. et* VVLG. est ... super probaticā -ă, quae *eqs.*]. IREN. 2, 24, 4 ITIN. Anton. Plac. rec. A 27. *cf. l. 50*). ITIN. Burdig. p. 589, 8 -ae gemellares. *al. intellegitur spiritaliter*: AMBR. myst. 4, 23 illa -a in figura, ut credas, quia et in hunc fontem vis divina descendit (*de baptismo ut*: CHROMAT. serm. 14, 1. CASSIOD. in psalm. 86 l. 187 -am natatoriam in figura sacri baptismatis. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 17, 2 -a illa ... populum mihi videtur significasse Iudaeorum (*sim.* in psalm. 70 serm. 1, 19 l. 61).

II *transfertur ad sarcophagum vel sepulcrum, sc. in titulis christ.* (*propter formam arcae corpus servantis* [*v. Brusin ad l. 64 et cf.* solium, *e. g. Curt. 10, 1, 32; aliter, sc. propter mensam funebrem laculo quodam instructam, Duval, Antichità altoadriatiche 26, 1985, 445 sq.*]): **A** *in Dalmatia (Salonis [ut* CIL III 14894, 9 *τὴν φιοκῖναν, cf. p. 2203, 8] praeter l. 63): certiora*: CIL III 9567, 3 (*saec. V*) *comparavit* -a(m) at dua corpura deponenda. 9567, 8 *ut poneremus* filiam nostram in (h)ac -a. 9588 ⟨pi⟩scina Fl(aviae) Sabbati(a)e. 13137 *coniuges* vivi sibi hanc -am virginem a se conparatam constituerunt. *inde incertiora potius huc quam ad IA2d referas*: CIL III 2279 Cingius ... fecit -am in horto ... coiugi ... et sibi. 9691. 10092 (*ex insula iuxta Corcyram nigram*). 13964. 14901. *al.*
B *Aquileiae*: INSCR. Aquil. Brusin 3187 (*saec. V*) ⟨...⟩us in hanc pis⟨cina requiescit⟩ in pace in nom⟨ine Christi⟩ salvatoris.

deriv.: piscinalis, piscinarius, piscin(i)ensis; *cf. p. 2206, 29.*

compos.: semipiscina. *cf. Onom.*

piscīnālis, -e. *a* piscina. *i. q. pertinens ad piscinam balnei* (*potius publici, sed privati* PALLAD. *et* SYMM.): **1** *adi.*: PALLAD. 1, 39, 4 -es cellae in aestivis balneis a septentrione lumen accipiant, in hiemalibus a meridie (SERV. Aen. 1, 417 observandum est, ut genus ex adiectione formetur: qua detracta in neutrum cadat necesse est, ut '-is locus', '-is c.', -e). CIL VIII 25837, 8 (*a. 413/4*) statuas et ornatum -es. **2** *pro subst.*: *fem.* (*cf. pron. p. 2206, 5; subaudiasne* cella [*cf. l. 70*]*?*): SYMM. epist. 6, 49, 1 (*agitur de thermis villae*) in minoribus balneis -em picturis potius quam musivo excoli non probavi. MIRAC. Steph. 1, 10 (*antea*: in thermis publicis) cum ad -em egressus esset. *neutr.*: SERV. *p. 2205, 73.* **3** *incerta* (*contextu manco*): INSCR. Tun. Merlin 622, 7 (*a. 339/350*) ⟨pisc⟩inalis (*postea*: soliar⟨em⟩. *idem opp.*: Alger. I 2102, 3 [*a. 366/7*] -em istam ⟨...⟩ et soliarem cellam). Afr. Cagnat 141 ⟨...⟩ (cellam *suppl. ed.*) -em thermarum hiemalium squalentem.

piscīnārius, -a, -um. *a* piscina. *i. q. ad piscinam pertinens*: **1** *adi. de eo, quod in piscina alitur*: PLAVT. frg. inc. 16 (*inter cibos*) conchas -as. **2** *pro subst. masc. de eo, qui piscinam possidet nimisque colit* (*contemptim, cf. p. 2203, 24 sq.*): CIC. Att. 1, 19, 6 beatos homines – hos -os dico, amicos tuos – non obscure nobis invidere (*cf.* 1, 20, 3 mihi ... ut invideant -i nostri, ... scribam. *explicat* MACR. Sat. 3, 15, 6 piscinas ... quam refertas habuerint pretiosissimis piscibus Romani illi nobilissimi principes, Lucullus, Philippus et Hortensius, quos Cicero -os appellat).

piscīn(i)ēnsis, -e. *a* piscina. -nien- *v. l. 20. 23* (*in nom. propr.* CIL X 88, 6 [*c.* i *longa*]. *sim. variat e. g.* circ(i)ensis). *cum apice super* i *primam et* e INSCR. Notiz. Scavi 1897 p. 12.

i. q. pertinens ad piscinam: **1** *illam publicam Romanam* (*v. p. 2205, 31*): LVCIL. 1266 pugil -is reses (-cinis, -ciniensis *codd. Fest. p. 213, deficiente F*). CIL I² 978, 4 conlegiu(m) lani -es, *i. ibi consistentes.* **2** *quamlibet*: INSCR. Notiz. Scavi 1897 p. 12 (= Année Épigr. 1897 n. 54; *Bais*) curatori perpet(uo) embaenitariorum III -ium (-nien- *ed. princ.*, -nen- Dessau 6339 [*per errorem, ut vid.*]; *interpr. dubia, v. vol. V 2, 449, 56 sqq.*). christ. Diehl 691 Mukanus fid⟨el⟩is in pace pisc⟨i⟩nensis (*Corda, Le iscr. crist. della Sardegna, 1999, 204 cogitat de munere vel de nom. proprio*).

cf. Onom.

quod ... non dicatur a piscina **piscīnula, piscīnilla** *per deminutionem* VARRO ling. 9, 74.

piscīnus, -a, -um. [*a* piscis; *cf.* piscīna. *Fo.*] *falso tradi vid.* NAEV. com. 121 (122), *v. p. 1936, 12. i. q. ad piscem pertinens: de capricorno sidere ex parte speciem piscis praebente* (*cf. p. 2211, 43*): ANTH. 761, 71 -us ... caper. *de glutine e piscibus confecto, icthyocolla*: ORIBAS. eup. 4, 53 Aa p. 571 glute ¸-a, id est¸ tectonica[e] (¸ ¸ -a sive *Fischer in plagulis; om. La sec. gr. 4, 52, 1*).

cf. piscina. *cf. Onom.*

⁂**piscis,** -is *m.* [*voces piscem significantes germ.* *fiska- *et vet. hibern.* íasc *deducendae sunt a stirpe in* -sko- *desinente; etiam lat.* pisci- *coll.* pisc-ārī *sim. in locum isse prisci* *pisko- *potest; extra has linguas indogerm. occidentales nihil adhuc inventum est, quod certa ratione comparari possit. ceterum notandum est ante* -sk- *periisse videri consonantem quandam: de* *p(e)iksko- *cogitavit Hamp, Journal of Indo-European Studies 1, 1973, 507 sqq., de* *p(e)itsko- *Seebold, Festschr. Knobloch, 1985, 445 sqq. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 12, 6, 1 a pascendo. *scribitur in codd. vet. etiam* pesc- VET. LAT. Ioh. 21, 6 *et* 8 *et* 11 (cod. 2, *ubi* pisc- *e. g.* 21, 9), pysc- ORIBAS. syn. 5, 18, 3 Aa p. 61. *litteris gr.* PAP. Oxyrh. 2660, 12 (*saec. I/II*) *δη πισκιβους*. 3315, 5 (*saec. I/II; inter signa zodiaci*) *πισκης*. NOT. Tir. 112, 92 -is. *genus masc. testantur* PHOC. gramm. V 418, 6 PRISC. gramm. II 160, 2 (*a quibus non dissentiunt vocem generi* epicoeno *tribuentes* SERV. gramm. IV 408, 11 [*v. vol. V 2, 663, 45 sqq.*]. GRAMM. suppl. 145, 25); *fem. exhibet* ORIBAS. eup. 1, 5 As *al.* p. 408 (*v. Goos, comm. ad l., diss. 1989, 163; falso trad.* MANIL. 3, 461. 4, 257. *al.*), *cf.* femina -is *p. 2209, 58. de formis: acc. sing.* -im CIL I² 560 (*saec. III² a. Chr.?*), -em *inde a* PLAVTO; *acc. plur. in codd. vet.* -īs *e. g.* PLAVT. Stich. 359 (*A*). TER. Ad. 376 *et* 420 (*A*). VERG. ecl. 1, 60 (*P*). ORIBAS. syn. 5, 18, 3 Aa p. 61, -es VERG. ecl. 1, 60 (*R*). *corripitur syllaba prior* ORIENT. carm. app. 2, 8 (*v. Bellanger, Étude sur le poème d'Orient., diss. 1902, 111*). *de notione*: PAP. Corp. 277, 3 -e(m): opxarin (*i. ὀψάριον*). GLOSS. -is: *ἰχθύς* (*sim. al.*). GLOSS.ᴸ Corp. P 439 -is: fisc (*anglosax.*). *legitur in inscr. vetere p. 2207, 34 et inde a* PLAVTO, ENN., TER., CATONE *per totam latinitatem.* [*val.* peşte; *dalm.* pask; *it.* pesce; *sard.* piske; *var. raet.; prov. vet.* peis *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* peix; *hisp.* pez; *port.* peixe. *cf. M.-L. 6532. Battisti-Alessio IV 2871. Wagner II 277. Wartburg VIII 583 sqq. Corominas² IV 512. Machado³ IV 332. St.*] [*confunditur c.* pristis *sim.* HOR. ars 4 (*falso trad.* MANIL. 1, 356).]

i. q. ἰχθύς (*quod in gr. fere respondet; cetera infra adnotavimus, sc. ἰχθύδιον p. 2208, 28, ὀψάριον p. 2209, 21. 31, τάριχος p. 2209, 71*):
I *de ipso animali aquatili* (*fere spinam habente, mammis carente, sed v. p. 2208, 15 sqq.; ponitur ut totum pro parte sub B1; interpr. allegoricas v. sub B2*): **A** *generatim*: **1** *contextu vario*: **a** *quaelibet exempla* (*pauca selecta inde a* CIC.): PLAVT. Rud. 301 si ... *nihil* captumst -ium (*item de piscatu*: 913. 971 VARRO rust. 3, 3, 5. *al.* HOR. sat. 2, 3, 235 -īs hiberno ex aequore verris. *et saepe; cf. p. 2208, 39 sqq.*). 513 -bus in alto ... praebent pabulum (*sim. cum respectu naufragorum, in mare proiectorum*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 10, 560 -es ... impasti *tua* vulnera lambent. PROP. 3, 7, 8 OV. Ib. 148 trist. 1, 2, 56. LIV. 25, 12, 6 -bus atque avibus ferisque ..., iis fuat esca caro tua. PETRON. 115, 13 *v. l. 73.* PLIN. nat. 12, 4. *et saepius*). ENN. sat. 66 stagna, ubi lanigerum genus ⌞-bus⌟ pascit (⌞ ⌟ *de ranunculo herba cogitat Petersmann apud Adams-Mayer, Aspects of the Language of Latin Poetry, 1999, 294, coll. Paul. Fest. supra p. 598, 18; valde incertum, an recte*). PACVV. trag. 409 -ium lasciviam (*cf.* LIV. 27, 4, 13 lascivientium -ium modo. RVT. NAM. 1, 379 ludere lascivos inter vivaria -es). HEMINA hist. 13 Numa constituit, ut -es, qui squamosi non essent, ni pollucerent (*sim. in re* FEST. p. 253 -es, quibus est squama). CIC. Verr. II 4, 118 *fons* plenissimus -ium. nat. deor. 2, 124 cum *aves* ... -em ... cepissent (*item eduntur -es ab aliis animalibus*: 2, 125 VERG. georg. 3, 430. *al.; addasne* ENN. *l. 4?*). 3, 39 -em Syri venerantur (*cf. p. 2209, 58. 2210, 31 et e. g.* 3, 47 crocodilos, -es ... in deorum numerum reponemus. MIN. FEL. 28, 8 sacra *Aegyptiorum* ... instituta serpentibus ... et avibus et -bus). phil. frg. V 76 primus ... inclusit -es (*sc. Orata, cf. e. g.* VAL. MAX. 9, 1, 1. *item de -bus alendis*: VARRO rust. 3, 3, 2 *v. p. 2203, 28.* 3, 3, 4. *al.* SEN. epist. 55, 6 rivus ... alendis -bus ... sufficiens. *al.* COLVM. 8, 16, 1. *al.*). HOR. carm. 1, 2, 9 -ium ... summa genus haesit ulmo (*diluvii tempore ut*: OV. met. 1, 296. *cf.* APVL. apol. 41, 5 -es per Deucalionis diluvia *in montibus reperiuntur.* PRISC. periheg. 438). TIB. 1, 5, 46 *ad Pelea* vecta est frenato ... -e Thetis (*cf.* OV. met. 2, 13 -e vehi quaedam *Nereides videntur.* VAL. FL. 1, 130 tergore -is ... vehitur Thetis [*131* delphin]. SIL. 14, 570 curvum ... -em Nereis ... moderatur). OV. ars 2, 472 silva feras, volucres aer accepit habendas; in liquida, -es, delituistis aqua (*sim. iuxta aves ferasque*: met. 1, 74. 15, 101. LIV. 25, 12, 6 *v. l. 2.* VITR. 1, 4, 7 [*ter*]. *et saepe; cf. l. 44 sqq. p. 2208, 53*). 3, 326 voci favisse putatur -is Arioniae ... lyrae. LIV. 42, 2, 5 sub ... glaebis -es emersisse (*de prodigio ut*: IVV. 13, 66). *et saepissime.* vidulus -is *iocose, sc. qui in mari natat*: PLAVT. Rud. 988 enumquam piscatorem vidisti ... v. -em cepisse aut protulisse *eqs.*? 991 -is qui sit v. 993. 999 (*si* -em *recte trad. loco corrupto*).

b *-es sunt pro cibo hominibus (vel ad comedendum praeparantur, emuntur sim.; cum respectu magni pretii e. g. l. 36. 38 sqq.):* **α** *usu sollemni*: CIL I² 560 (*in cista Praenestina; saec. III² a. Chr.?*) ⌞confice⌟ -im (⌞ ⌟ *in dubium vocavit Wachter, Altlat. Inschr., 1987, 167 sq.*). PLAVT. Aul. 373 venio ad macellum, rogito -es; indicant caros (*item de -bus vendendis, emendis*: Capt. 813. *al.* TER. Ad. 420 VARRO rust. 3, 2, 17. 3, 17, 5. HOR. sat. 2, 4, 37 cara -īs averrere mensa *piscatoris.* PLIN. nat. 9, 67 nunc ... parantur ... coquorum *pretiis* -es [*cf.* IVV. 4, 26 potuit fortasse minoris piscator quam -is *quidam* emi]. *al.*). 398 Dromo, desquama -īs; tu, Machaerio, congrum ... exdorsua (*inde ironice* APVL. apol. 42, 2 quis ... audivit ad magica maleficia disquamari et exdorsari -īs solere? *cf.* PLAVT. Stich. 359 -īs depurgate. TER. Ad. 376 -īs ... purga). Most. 46 tu tibi istos habeas turtures, -īs, avis (*item iuxta aves ferasve sim.*: TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16 edimus turdum pinguem bonumque -em. CATVLL. 114, 3 *saltus habet* aucupium omne genus, -is, prata, arva ferasque [a., o. g. -is, p. *interpungunt alii*]. CAES. Gall. 4, 10, 5 -bus atque ovis avium vivere. SEN. contr. 10 praef. 9. *al.*). *al.* ENN. frg. var. 38 *v. p. 2210, 41.* CATO agr. 158, 1 (*ad alvum deiciendam*) addito ... -em capitonem et scorpionem I, cochleas *eqs.* LVCIL. sat. 166 *clientes* portant ingentes (mihi gentes *trad.*) munere -es. 769. SISENNA hist. 139 -ium salliendorum causa. MET. PIVS ind. cen. (Macr. Sat. 3, 13, 12) patinam -ium (*sim.* FENEST. hist. 27 *patina* mixti -is. APIC. *v. p. 718, 21. 28*). VARRO frg. Macr. Sat. 3, 16, 12 *v. p. 2210, 45* rust. 3, 17, 7 plebeiae cenae -īs. CIC. Pis. 67 extructa mensa non conchyliis aut -bus, sed multa carne subrancida. *et saepissime.* *huc spectare vid. nomen* porta -ium *urbis Hierusalem, v. vol. X 2, 4, 67 sqq. et* VVLG. Soph. 1, 10. **β** *cum acumine de -e marino (quasi delicatiore)*: VARRO rust. 3, 3, 9 (*inde sim.* COLVM. 8, 16, 3) non Philippus, cum ... *lupum -em fluviatilem* gustasset et expuisset, dixit: 'peream, ni -em putavi esse'?

c *exempla ostendentia, quae animalia inter -es habeantur*: **α** *a -bus distinguuntur:* *spinis carentia (cf. p. 2208, 19 sqq.)*: CIC. Pis. 67 conchyliis aut -bus (VARRO ling. 5, 77 HOR. sat. 2, 8, 27. *al.*). HOR. epist. 1, 15, 23 -is et echinos (BOETH. cons. 3 carm. 8, 13. *adde l. 67*). OV. fast. 6, 173 -is ... natabat, ostreaque *eqs.* (CELS. 2, 24, 3 -es, o., pectines, murices, purpurae, cochleae. 2, 28, 1. MELA 1, 32 spinae -ium, muricum ostrearumque fragmenta. PLIN. nat. 9, 40 [*inter* aquatilia] delphini, ... testudines, ... ostreae et conchae, ... locustae, ... echini, ... -es *eqs. al.*). PLIN. nat. 9, 148 *spongeae* aluntur conchis, -e, limo (HIER. epist. 33, 3. 52, 6, 3. *adde l. 67. 72*). *al.* *mammas habentia (cf. p. 2208, 30 sqq.)*: OV. epist. 18, 132 (*loq. Leander*) nostros ... norunt delphines amores, ignotum nec me -bus esse reor (met. 2, 265. AMBR. hex. 5, 1, 2 [*inter* reptilia animarum viventium *gen. 1, 20*] -es ..., d. ..., concae *eqs. al.; adde l. 66. 75. p. 2208, 65*). PETRON. 115, 13 (*ad naufragum mortuum*) -bus beluisque expositus es (PLIN. nat. 7, 5 AVG. civ. 11, 29 p. 503, 22). PLIN. nat. 9, 157 -es ..., delphini et reliqua cete (11, 195). *al.*

i. q. pinsere (*sine vi intensiva*): **1** *formae variae*: CHIRON 289 herbam saxifregam ... -ato in pila (PS. THEOD. PRISC. add. p. 304, 28 omnes h. -a et in vino ... maneant). 438 capparis radicem ... -ato (*cod. Monac.,* pisa- *Basil.; item* 863). 592 calcem vivam et axungia vetere in vino -ato (-ta *cod. Monac.,* pisatam *Basil.*) et imponito. ORIBAS. eup. 1, 1, 2 Li p. 404 (*gr.* πτίσσουσα). syn. 4, 35, 9 La p. 38 *hordeum* non tundere vel pestare (*Aa p. 2, 4* in pila tundere, *gr.* περιπτίσσειν). *in tit. obscuro* (*an subest verbum a stirpe gr.* πιστ- *derivandum?*): INSCR. Alger. II 4373, 2 velis (h)om(o) it -are fortun(a)e domum (*seq. lacuna*). **2** *p. p. p.*: PS. APVL. herb. 38 l. 3 herba ... -ta cum axungia veteri (41 l. 9 ex melle et pane [spissata *var. l.*]. 43 l. 3 cum axungia ovilla [pisa- *var. l., ut*: 79 l. 7. 126 l. 3. 127 l. 3]. 47 l. 3 per se. 89 l. 5 cum axungia). 40 l. 7. 42 l. 10 herbae ... radix -ta cum aceto et pane (pisa- *var. l.; cf. l. 6*).

[pistolochīa *falso pro* plistolochia.] *Sauer-Gaertner.*

pistor, -ōris *m.* [*a* pinsere; *radix non aucta invenitur etiam e. g. in* pis-tus, pis-trīna. *pistores qui pinsebant (v. l. 22 sqq. 48) nomen retinuerunt etiam panem coquentes. Fo.*] *de origine* (*inter vocabula vernacula affert* VARRO ling. 10, 69): VARRO frg. Non. p. 152, 14 *non* -is nomen erat, nisi eius qui ruri far pinsebat; nominati ita eo quod pinsunt. SERV. Aen. 1, 179 *maiores* frumenta ... pinsebant ...; unde et ⌊pinsores⌋ dicti sunt, qui nunc -es vocantur (⌊ ⌋ *cf. p. 2180, 15 sqq.; v. etiam p. 2178, 2*). PRISC. gramm. II 536, 3 a 'pinso' ... 'pistum' debet esse, unde '-r' nomen verbale. ISID. orig. 4, 11, 5 Varro refert Pilumnum quendam in Italia fuisse, qui pinsendis praefuit arvis; unde et pilumni et -es (*cf. l. 54*). *abbreviatur* pist CIL VI 9293 (*aet. imp. Aug.*). 5077 (*saec. I med.*). XIV 4359, 9 (*a. 140*). *al., cf. p. 2219, 67. scribitur* -tur INSCR. christ. urb. Rom. 4247. Iugosl. Šašel 2663 (*saec. V*); *litt. gr.* GLOSS. biling. I 1, 71 πιστωρ⟨ισ⟩. NOT. Tir. 94, 88. -r. *de notione v. e. g. l. 52. 69. p. 219, 78 sq. legitur inde a* PLAVTO, AFRAN., POMPON. Atell., VARRONE, CIC. [*it.* pistore, *dial. it.* (*Patavii al.*) pistor, *francog. vet.* pestour, *francoprov.* pestor; *cf. theod.* Pfister, Pester. *cf. M.-L. 6539. Wartburg VIII 602. C. S.*] [*confunditur in codd. cum* pictor FIRM. math. 8, 20, 5. 8, 26, 6 (*restituitur* HIST. AVG. Alex. 41, 3. *al., v. p. 2079, 19 sq.; var. l. dub.* POMPON. Atell. tit. [*v. e. g.* Non. p. 17, 12. 280, 23]), piscator FIRM. math. 8, 11, 3 (*in falsa var. l.* PLIN. nat. 18, 108. *al.; dub. trad.* HIST. AVG. Alex. 42, 2), pastor FIRM. math. 8, 24, 3 (*e coni. dub.* PROP. 3, 13, 8 multi pastor odoris Arabs [-r *Bury*]); *loco obscuro vel corrupto*: PAVL. FEST. p. 58 cammensem cursorem Titinnius pro -e dixit.]

usu originario indicatur is qui pinsit frumentum (alia v. l. 39. p. 2218, 64); inde adhibetur de eo qui farinam molendo praeparat vel ad coquendum adhibet (*v. imprimis sub IA; saepe sunt servi, v. e. g. p. 2218, 70. 2219, 14 sqq. 39 sq.; opera -is saepe pro indicio luxuriae, effusionis habetur, e. g. l. 72. p. 2218, 73. 2219, 1 sqq.*): **I** *notabiliora quaedam*: **A** *exempla genus operae illustrantia* (*pauca certiora*): **1** *praeparatur farina, minuitur frumentum*: **a** *pinsendo*: VARRO Men. 527 *priscis moribus incorruptis Romani non* -em ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret far (*cf. l. 21*). PLIN. nat. 18, 108 (*antea l. 74*) Atei Capitonis sententia cocos tum panem lautioribus coquere solitos, -esque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos (*cf. p. 2218, 4*). SERV. Aen. 9, 4 Pilumnus ... *invenit usum* pinsendi frumenti: unde et a -bus deus colitur. *al., sc. in veriloquiis ad antiquitatem spectantibus l. 20 sqq.* **b** *molendo*: PLAVT. Capt. 807 -es scrofipasci, qui alunt furfuribus sues (*seq. p. 2221, 59*). POMPON. Atell. tit. -r (*cf. 122* decipit vicinos: quod molendum conduxit, comest). OV. fast. 6, 317 (*antea*: prius ... panem focus ipse parabat) focum observat -r ... et quae pumiceas versat asella molas. GELL. 3, 3, 14 (*e Varrone; antea p. 2222, 2*) cum *Plautus* ... inops ... ad circumagendas molas, quae 'trusatiles' appellantur, operam -i locasset (*cf. p. 2219, 34 et* HIER. chron. a. Abr. 1817 [= SVET. frg. p. 24, 2] ad molas manuarias -i se locaverat). PASCHAS. verba patr. 39, 1 nisi -r muli oculos operiret, mercedem suam recipiens ipse consumeret (*gr. Nau 1912 p. 208 n. 322* ὁ ἀρτοκόπος). *al.*

2 *adhibetur farina ad coquendum* (*cf. p. 2218, 68; tempore* PLAVTI *-es tantum molitores fuisse credebant antiqui [v. l. 74], ideoque loci ad panis venditores spectantes [e. g. l. 70; cf. p. 2218, 71] quibusdam interpolati videntur; saepe eidem molebant et coquebant, v. e. g. l. 58. 63. p. 2218, 1. 2219, 24*): **a** *panem* (GLOSS. -r: ἀρτοκόπος. ἀρτοποιός): PLAVT. Asin. 200 quom a -e panem petimus, vinum ex oenopolio, si aes habent, dant mercem (*v. l. 65; sim. de pane vendendo*: VLP. dig. 14, 3, 5, 9 [*e Labeone*]). VARRO Men. 404 si quantum operae sumpsisti ut tuus -r bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiae dedisses, *eqs.* (*sim. de pane faciendo*: PLIN. nat. 18, 107 -es Romae non fuere ad Persicum usque bellum ...; ipsi panem faciebant Quirites [*inde* 1, 18, 28]. MART. 8, 16, 4 [*ad causidicum prodigum, olim -em*] a -e, Cypere, non recedis: et panem facis et facis farinam. *al.*). CIC. Pis. 67 *apud Pisonem* -r domi nullus, nulla cella; panis et vinum a propola atque de cupa. PAVL. FEST. p. 58 cocum et -em apud antiquos eundem fuisse accepimus (*cf. p. 2217, 52*). SEN. epist. 123, 2 non habet panem meus -r; sed habet vilicus ..., sed habet colonus. SVET. Iul. 48 domesticam disciplinam ... adeo severe ... rexit, ut -em alium quam sibi panem convivis subicientem compedibus vinxerit. APVL. met. 10, 13, 3 (*v. l. 19*). *al. in imaginibus et comparationibus*: ZENO 1, 41, 3 fortassis, quod nonnulli *panes, i. neophyti,* forma videntur minores, si secus aliquid de -e, *i. episcopo,* sentiatur, mea nihil interest. RVFIN. Orig. in lev. 13, 4 p. 474, 16 magni ... cuiusdam -is et valde artificis est diligenter istas servare mensuras et ita temperare de patre et filio sermonem ..., ut ... *semper* unus panis appareat (*cf.* TRIFOL. epist. 5 sicut -r farinam et aquam, iam nec farinam nec aquam, sed tertium, id est panem, sic ... Eutyches commiscet naturas dei et hominis).

b *alia*: PETRON. 60, 4 illic repositorium cum placentis aliquot erat positum, quod medium Priapus a -e factus tenebat. MART. 11, 31, 8 pistor fatuas facit *de cucurbitis* placentas. 14, 222 tit. -r dulciarius ([*1 sq.* mille tibi dulces operum manus ista figuras extruet]. APVL. met. 10, 13, 3 -r d., qui panes et mellita concinnabat edulia. FIRM. math. 8, 11, 3 -es d.). 14, 223, 1 surgite: iam vendit pueris ientacula -r. VESPA 50 noverunt omnes -um dulcia facta (*cf.* 96 es, coce, suavis homo; dulcis sed tu quoque, -r).

B *respiciuntur collegia, corpora sim.* (*de re v. Waltzing, Études hist. sur les corporations II 78 sqq.*): **1** *in titulis*: CIL IV 886 C. Iulium Polybium IIvir(um) o(ro) v(os) f(aciatis); ⌊multum -es⌋ rogant (⌊ ⌋ *lectio incerta; item candidato favent* 7273). XIV 4234, 3 (*saec. II*[1]) q(uin)q(uennalis) -um (*cf. l. 31*). VI 1692 (*saec. IV med.*) collegium -um patrono prestantissimo (*cf. l. 40; aliter p. 2219, 6*). *al., cf. p. 2219, 50 sqq. iunctura* corpus -um (*cf. l. 36*): CIL XIV 4359, 9 (*a. 140*) ⟨c⟩orp(us) pist(orum). VI 1002, 9 (*a. 144*). XIV 101, 3 (*a. 138/161*). 374, 7 (*saec. II ex.*) q(uin)q(uennali) corporis -um Ostiens(ium) (4676, 2). VI 40607a (*ca. a. 200*). INSCR. Dessau 9507 (*a. 244*) patr(onus) corp(oris) -um (CIL XIV 4452, 11 [*a. 249*]. *cf. l. 43*). *al., cf. p. 2219, 45. 46.* **2** *apud auctores* (*fere agitur de privilegiis vel obligationibus -um, sc. propter curam annonae inventis* [*cf. p. 2219, 22*]): GAIVS dig. 3, 4, 1 pr. collegia Romae certa sunt, quorum corpus senatus consultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est, veluti -um (COD. Theod. 14, 3, 8 ne cui, qui semel -um corpori fuerit deputatus, abscedendi ... facultas ... tribuatur. 14, 3, 19 quae *praedia* -um corpori obnoxia sunt. *al.*). VLP. frg. Vat. 233 (= PAVL. dig. 27, 1, 46 pr.) qui in collegio -um sunt, a tutelis excusantur (AVR. VICT. Caes. 13, 5 *a Traiano* annonae perpetuo mire consultum, reperto firmatoque -um c.). FIRM. math. 8, 24, 3 ⟨erunt⟩ -es, sed qui inter collegas suos habeant principatum. COD. Theod. 14, 3, 7 e patronis -um (14, 3, 12. *cf.* 14, 3, 2 patronos -bus constitutos). *al.*

C *respiciuntur praepositi, officiales -um* (*sc. in ministerio imperatoris vel regis; in collegiis v. sub B*): CIL VI 8999, 5 (*saec. I/II*) Automato Caes(aris) n(ostri) ser(vo) contrascript(ori) -um. 8998, 6 (*saec. II*) Telesphor(us) Aug(usti) lib(ertus), qui prae(e)s(t) -bus (VVLG. gen. 40, 2 alter pincernis praeerat, alter -bus [*cf. l. 57*]). INSCR. Année Épigr. 1923 n. 76 (*Romae; saec. II*[1]) Aelius Aug(usti) lib(ertus) Hermes ⟨pr⟩aepositus -um (AMBR. Ioseph 6, 29 p. ... -um *Pharaonis* [*de eodem* RVFIN. Orig. in lev. 8, 3 p. 397, 1; *cf. l. 55 sqq.*]. COD. Theod. 7, 4, 28 pr. cum per p. -um ... legis forma caveatur, ut nulli *militi* ... praebeatur annona, nisi *eqs.* PAP. Tjäder 36, 40 [*ca. a. 580*] Florentinus v(ir) c(larissimus) ex p(rae)p(osito) pistor(um) [*de eodem* 36, 64]). VET. LAT. gen. 40, 1 (cod. 101) ⌊qui erat super -es⌋ ... regi Aegypti (⌊ ⌋ *gr.* ἀρχισιτοποιός, VVLG. -r *tantum; isdem verbis vertitur* ἀρχισιτοποιός VET. LAT. gen. 40, 2 *et* 5 [cod. 101; VVLG. *v. l. 48*]. *al. in eodem libro; de eodem homine*: VVLG. gen. 40, 16 -um magister [41, 10]. 40, 20 -um principis [LIB. iubil. 39, 14. 16 sq.]. *al., v. l. 51*). INSCR. christ. urb. Rom. 23395 (*saec. V/VI*) Asterius comes -um (pict- *cod., lapis periit; nisi ad B, cf. Prosopogr. Later Rom. Emp. II 172*). CIL XI 317, 2 (*a. 548*) Florentius pater -um regis Theoderici.

D *cognomen Iovis* (*nomen ad somnium, quod monebat panem esse coquendum, referunt* OV., LACT., *ad ictum fulminis refert e. g. Wissowa, Rel. u. Kult.*[2] *122*): OV. fast. 6, 350 nomine quam pretio celebratior arce Tonantis dicam -is quid velit ara Iovis. 6, 394 *Gallico* hoste repulso, candida -i ponitur ara Iovi. LACT. inst. 1, 20, 33 epit. 15, 5.

II *cetera exempla* (*saepe iuxta* cocus, *e. g. l. 73. p. 2219, 1 sq. 7. 11* [*cf. p. 2217, 52*]): **A** *varia* (*selecta inde a* SEN.): PLAVT. Asin. 709 ad -es dabo, ut ibi cruciere currens (*sim. de cruciatu*: Epid. 121 *servum* irrigatum plagis -i dabo). Curc. 483 in velabro *invenies* vel -em vel lanium vel haruspicem (*versus interpol. videtur*). Trin. 407 quid factum est eo *auro?* :: comessum, expotum, ...; piscator, -r apstulit, lanii, coqui, *eqs.* CIL I[2] 1203 Marcei Vergilei Eurysacis -is redemptoris (1204). 3034. 3422b Andronicus -r v(ivus) s(ibi) f(ecit). CIC. S. Rosc. 134 familiam ... quantam

[Ebbeler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... habeat, quid ego dicam? mitto hasce artes vulgaris, coquos -es lecticarios (*sim. de ministris domesticis*: fin. 2, 23 mundos, elegantis, optimis cocis, -bus, piscatu, aucupio, venatione ... vitantes cruditatem. SEN. epist. 95, 24 transeo -um turbam, transeo ministratorum, *sc. recensendo luxuriam. al.* PETRON. 38, 15. *al.*). CIL VI 6219 (*aet. imp. Aug.?*) T. Statilius Anoptes -r de ⌞conleg(io)⌟ (⌞ ⌟ *domus privatae; aliter p. 2218, 27*). COLVM. 12, 4, 2 studium *scriptoribus* fuit -is et coci, nec minus cellarii diligentiam suis praeceptis instituere. PETRON. 44, 3 aediles male eveniat, qui cum -bus colludunt: 'serva me, servabo te'. MART. 2, 51, 3. 12, 57, 5 negant vitam ludi magistri mane, nocte -es. 13, 10, 2 -i totiens cum sit et apta coco *simila*. QVINT. inst. 9, 3, 72 (*exemplum facetiae*) non Pisonum, sed -um (*an ad B?*). SVET. Vit. 16 duobus solis comitibus, -e et coco ... paternam domum clam petit. POMPON. dig. 33, 7, 15 pr. (*e Servio*) et caballos qui in pistrinis essent, et -es *legatos esse* (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 64 -is instrumento legato cribra asini molae et servi, qui pistrinum exercent, ... legato cedunt. dig. 33, 7, 18, 1 *v. p. 2220, 20*). APVL. met. 9, 10, 5 -r de proximo castello ... *me* ad pistrinum ... perducit (*gr. 42, 1 τέχνην ἔχοντι ἄρτους πέττειν. de eodem* 9, 14, 2. *al.*). IVST. 38, 10, 2 *in exercitu luxurioso Antiochi lixae complures,* ex quibus cocorum, -um maior numerus fuit (*cf.* HIST. AVG. Pesc. 10, 4 -es sequi expeditionem prohibuit, bucellato iubens milites ... contentos esse). SYMM. rel. 23, 3 cum ... praefectus ... annonae ... -em publicae annonae ... reposcere diceretur (*item respicitur annona publica*: CIL VIII 8480, 10 [*a. 388/392*] *molas* reformav⟨it, instrumento⟩ pistorio exornatas ad annon⟨ae publicae⟩ coctionem -bus tradi⟨dit⟩. COD. Theod. 14, 17, 4 ne quid ... fraudis oriretur, iussimus *panem gradilem* ... palam in gradibus, non clam a -bus ministrari. CASSIOD. var. 6, 18, 1. *al., cf. IB2 et p. 2222, 49*). CVRIOS. urb. reg. 13 p. 94, 12 forum -um (pistorium *var. l., ut* p. 100, 1; *de re v. Palombi, Lex. topogr. urb. Rom., II 313*). *al.* **B** *respicitur vilitas, humilitas*: PLAVT. Poen. 266 te ibi vis inter istas versarier prosedas, -um amicas, reliquias alicarias, miseras schoeno delibutas servolicolas sordidas? (*cf. p. 2221, 66*). AFRAN. com. 161 -i nubat? cur non scriblitario? SVET. Aug. 4, 2 *Cassius* ut -is ... nepotem sic taxat Augustum: '...' (*v. p. 2221, 64 sq.*). MIN. FEL. 14, 1 Octavius, homo ⌞Plautinae prosapiae⌟, ut -um praecipuus, ita postremus philosophorum (⌞ ⌟ *v. p. 2217, 61*). FIRM. math. 8, 20, 5 erunt servi humiles -es. COD. Theod. 7, 13, 8 inter optimas ... militum turmas neminem e numero servorum dandum esse ... aut ex cocorum aut -um numero. *al.*

appendix stilistica: **1** *accedunt additamenta*: **a** *indicatur dominus per gen. vel pron. poss.*: VARRO Men. 404 tuus -r. CIL VI 9000 (*aet. Aug.*) Faustus Marcellae Paulli -r. 9001 sq. *al.* **b** *indicatur, quid faciat -r, per adi.* (*adde* dulc(i)arius *p. 2218, 18; cf. subst. appositum p. 2218, 74*): CIL I² 1207 -r simi⟨laginarius⟩. XIV 2302, 3 (*a. 11*) -r candidarius (XII 4502). 2213, 11 (*ca. a. 100*) -r Romaniensis ex reg(ione) XIIII (XII 4503 Roman(iensis) -r). VI 9810 (*saec. I/II*) -i magnario pepsiano (1739, 16 [*saec. IV med.*] corpus -um m. et castrensariorum. 9811 [*a. 401*]). 22, 5 (*saec. II?*) corporis -um siliginariorum. **c** *indicatur, ubi operetur -r, per adi. vel gen.*: CIL XIV 101, 3 (*a. 138/161*) corpus pisto⟨rum⟩ coloniae O⟨stiens(is) et⟩ portus utriu⟨sque⟩ (*cf.* 374, 7 [*saec. II ex.*] corporis -um Ostiens(ium). VLP. frg. Vat. 234 Ostienses -es). VLP. frg. Vat. 235 (= PAVL. frg. Vat. 237 *et* dig. 27, 1, 46, 1) urbici -es (COD. Theod. 13, 5, 2. *cf.* COD. Theod. 14, 3, 19 -es urbis aeternae).

2 *pendet gen.* -is, -um *e subst.* (*exempla selecta; -um praepositos v. sub IB et C*): SEN. epist. 95, 24 turbam (*cf.* IVST. 38, 10, 2 numerus [COD. Theod. 7, 13, 8]. *collegia v. sub IB*). PAVL. sent. 3, 6, 64 -is instrumento (GLOSS. V 445, 47). IVLIAN. in Os. 7, 8 panis ... non -is arte confectus. MARCELL. med. 11, 18 *panes* furno aut ⌞clibano⌟ -is coquito (⌞ ⌟ *cf. l. 61*). COD. Theod. 13, 5, 2 consortium -um (*ibid. iterum.* 14, 3, 11). 14, 3, 3, 2 officium. 14, 3, 13 hereditario -um nomine (*ibid.* -um n. et iure). PALLAD. hist. mon. I 19, 7 p. 298ᴮ ille *monachus* officinae fabricae vacabat, ille -is ([*gr. p. 96, 2 ἐργάζεται ... ἀρτοκοπεῖον*]. CASSIOD. var. 6, 18, 1 per o. -um cibosque [clibanosque *coni.*]). CASSIOD. var. 6, 18, 4 -um iura (*cf. l. 58*). *Ebbeler.*

f. **pistrīx,** -īcis. *i. quae pinsit* (GLOSS. -x: *κῆτος* [*i.* pistis] *καὶ ἀρτοποιός*): LVCIL. 1250 -em valida⟨m⟩ ... addas ..., mamphulas (*i. genus panis*) quae sciat omnis (*affertur a* FEST. p. 142; *usum Lucili testatur etiam* VARRO ling. 5, 138, *v. p. 2221, 33*). CIL VI 6338 (*saec. I¹?*) Prima Sura Alexandri l(iberta) pist(rix). NOT. Tir. 94, 89 -x (*inter* pistor *et* pistrinum).

*deriv.: ?*pistoralis, pistoricius, *?*pistoricus, pistorius, pistrina, pistrinum, pistrio; *cf.* pistoriensis, *?*pistricus.

cf. Onom. *Marchionni.*

*?***pistōrālis,** -e. *a* pistor. GLOSS. 'cerealia arma': -ia (*cf.* pistoria *in gloss. geminis p. 2220, 24*; pecto-, peco- [*etiamne* pictu-*?*] *codd.; sed fort.* arma *prave intellegens de lorica cogitavit interpres, cf. p. 907, 38 sqq.*).

pistōricius, -a, -um. *a* pistor. *i. q. ad pistorem pertinens*: CIL XIII 8338 (*saec. II/III*) ⟨n⟩egot(iator) pistor⟨ic⟩i(us) (*si recte suppletur; cf. l. 51*). ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 348 de melle opera -a aut lacte facta expediunt (ALEX. TRALL. 2, 184 ova dura et opus -um de lacte factum [pistorium *cod. Oxon.; gr. II 473 πλακοῦντας*]. *cf. var. lect. l. 39*). GREG. M. epist. 9, 201 puerum unum, *sc. servum,* Petrum nomine artis -ae (-icae *var. l.*).

*?***pistōricus** *adi. a* pistor *derivandum trad. var. lectione l. 6; perperam afferebatur olim pro* pistorius *ex* VLP. dig. 32, 73, 3. *cf. Onom.*

[pistor, pistoris, **pistōriēnsis** PRISC. gramm. II 133, 17 (*inter denominativa in* ensis; *seq.* Carthaginiensis; *derivatione mira, respici putaverimus* SALL. Catil. 57, 1 in agrum Pistoriensem, *v. Onom.*).] *Spoth.*

⁂**pistōrius,** -a, -um. *a* pistor.

i. q. ad pistorem pertinens: **1** *de rebus*: **a** *corporeis*: **α** *de edulibus*: opus -um: FEST. p. 330 spira dicitur ... genus o. -i. *al., v. vol. IX 2, 847, 68 sqq., ubi fortasse addas* AVG. quaest. hept. 1, 131 o. -um (pistorum *var. l.*). *ibid.* o. -i (pistoris *var. l.*). *neutr. pro subst.* (*nisi de munere ad b*): CIL IV 10150 coponium fecisti ... salsamentaria fecisti, -um fecisti, agricola fuisti. **β** *de instrumentis* (*ad paleam separandam adhibitis l. 21 et fort. l. 25*): PAVL. dig. 33, 7, 18, 1 -o instrumento legato ita ipsi pistores inesse videri possunt, si pater familias pistrinum exercuit (CHALC. transl. p. 52ᴱ quae in frumenti purgatione -is i. motu et excussione discerni videmus [*gr. τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν*]. CIL VIII 8480, 9 *v. p. 2219, 24.* GLOSS. cerealia arma: i. -a [*cf. l. 25. p. 2219, 72*]). EDICT. imp. Diocl. 15, 63 G. cribrum textil⟨e rus⟩ticanum -um (*gr. non resp.*). GLOSS. cerealia arma: -a.

γ *de praediis*: NOVELL. Valent. 34 rubr. de praediis -is Afris deputandis (34, 4 de -is ... p. statuo ..., ut ad eos tantum debeant pervenire, quos ab hostibus certum est facultates ... perdidisse).

b *incorporeis, sc. muneribus, iure sim.*: VLP. dig. 32, 73, 3 quorum *servorum* operas locabat vel -as vel histrionicas (*aliter* SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 47 qui de o. -a ... scripsit, Catius Miltiades [oper(a)e *codd.,* -o *var. l.*]). VVLG. gen. 40, 17 cibos qui fiunt arte -a (DIONYS. EXIG. vita Pachom. 47 l. 9 fratribus, qui in -a a. laborabant [*gr. τῷ ἀρτοποιείῳ*]. ISID. reg. monach. 20, 3). COD. Theod. 13, 5, 2 -i muneris societatem eos *navicularios* suscipere. 14, 15, 4, 1 quae *horrea* intra urbem Romam atque in Portu constitutae -o iure retinentur. Iust. 3, 12, 4, 1 (*a. 369*) fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis mensibus ... discingat; -is quoque causis isdem diebus ratum ... examen adhibebit. ALEX. TRALL. 1, 74 si quid opere -o fiat de lacte (opera pistoricia *cod. Paris. [cf. var. lect. l. 4]; paulo aliter gr.*).

2 *de hominibus eorumve ordine sim.* (*vix huc l. 1*): SYMM. rel. 14, 3 (*inter* corporatos negotiatores) caupones et obsequia -a, frugis et olei baiulos. COD. Theod. 14, 3, 20 adscripti semel per sententiam iudicis ordini -o. 14, 3, 21 -o corpori ... deputentur.

cf. Onom. *N. H.*

[pistoseis *perperam lectum est* TAB. cer. Pomp. Année Épigr. 1982 n. 189, *v. ed. Camodeca, 1999, n. 99.*]

*?***pistricus,** -a, -um. *a* pistor (*cf.* pistrix, pistrinum). *i. q. pistorius, sc. masc. plur. pro subst. de pistoribus corporatis*: CIL XIII 8255 (*saec. III?*) ⟨collegi⟩o pis[s]tricorum (*de* s *geminata v. XIII 5 p. 176; ceterum cf.* pistoricius *in titulo eiusdem coloniae Agrippinae l. 1*).

pistriger, -a, -um. *a* pistris (*v.* pristis) *et* gerere. *i. q. caudam pistricis gerens* (*cf. vol. X 2, 1383, 17*): SIDON. epist. 4, 8, 5 vers. 1 -o quae concha vehit Tritone Cytheren (pisti- *var. l.*).

⁂**pistrīlla,** -ae *f.* *a* pistrina *deminutive* (*item l. 62; a* pistrinum *inter deminutiva genus primitivorum non servantia derivatur* DON. gramm. mai. 2, 5 p. 621, 9 DOSITH. gramm. 22, 4 CHAR. gramm. p. 42, 17. *et saepius*). *scribitur* pistilla EXC. Bob. gramm. I 553, 25 (*cod. unicus saec. V*), pristilla GLOSS. *et e. g. in var. l.* DON. gramm. mai. 2, 5 p. 621, 9.

i. q. parva pistrina: TER. Ad. 584 apud ... lacum est -a et exadvorsum fabrica (DON. veteres absolute dicebant pistrinam ..., ad tabernam referentes; nam pistrino -a non convenit *propter genus* [*sim.* CHAR. gramm. p. 92, 8]. EVGRAPH. -a: pistrinum [*item* SCHOL. Ter. Bemb. *et* SCHOL. Ter. p. 157, 18]). EXC. Bob. gramm. I 553, 25 -a: *ἀρτοκόπιον*. GLOSS. V 510, 37 pistor, -a, paneficus (*item* 576, 11. *v. supra p. 219, 78 sq.*). 511, 1 -a: furnus parvus (*i. pistrinum parvum, cf. vol. VI 1, 1622, 37. 50*). GLOSS.ᴸ Corp. P 415 -a: cofincel (*anglosax.*). *Spoth.*

pistrīna, -ae *f.* *a* pistor. *de origine*: VARRO ling. 5, 138 *p. 2221, 33.* *de genere et notione*: CHAR. gramm. p. 92, 6 pistrinum neutraliter dicitur, sed Lucilius ... feminine extulit ... ad tabernam referens, ut caupona dicitur (*affert p. 2221, 2, ut* DVB. NOM. gramm. V 588, 4 [*versum Varroni tribuens*]). DON. Ter. Ad. 584 (*v. l. 61*). GLOSS. II 246, 12 *ἀρτοκόπιον*: pistrinum, -a. *abiit in serm. gr. πιστρίνη.* [*confunditur in codd. c.* pristinus PLIN. nat. 18, 99 TERT. coron. 13, 8 (*cf. var. l.* pristr- DVB. NOM. gramm. V 588, 4 *et p. 2221, 38*).]

[Rzepiela]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *i. q. locus ubi pistor panem sim. praeparat vel vendit* (*formam ambiguam* -is *v. sub* pistrinum, *e. g. l. 73*): LVCIL. 522 media est -a (*cf. l. 33. p. 2220, 71*). PLIN. nat. 18, 86 e siligine lautissimus panis -arumque opera laudatissima (19, 53). TERT. coron. 13, 8 a saeculo coronantur et lupanaria et latrinae et -ae. *?***2** *i. q. actio pinsendi* (*fort. addas l. 73*): PLIN. nat. 18, 99 ipsa ... quae evalluntur variam -arum rationem habent; acus vocatur, cum per se pisitur spica *eqs.* (pisturarum *coni.*).

deriv. pistrilla.

pistrīnālis, -e. *a* pistrinum. *i. q. ad pistrinum pertinens*: COLVM. 7, 9, 2 (*de subus*) si regio ... est ... aprica, glabrum pecus vel etiam -e album potest pasci (*cf. l. 59*).

pistrīnārius, -ī *m.* *a* pistrinum. *scribitur* pristi- *in* TAB. [*it. vet.* pisternaio, *langob.* prestiné, *aemil.* (*Placent.*) pistiner, *raet. occ.* pastriner, *prov.* pestrinhier. *cf. M.-L. 6540. C. S.*] *i. q. praepositus vel operarius pistrini* (*panem facit certe l. 19. 23*): VLP. dig. 16, 3, 1, 9 si quis servum custodiendum coniecerit forte in pistrinum, ... puto esse actionem adversus -um ex conducto. HIER. reg. Pachom. 67 p. 33, 15 *vestimenta* nemo lavet nisi die dominica praeter nautas et -os. 116 p. 44, 5 dicendum et de -is: quando farinam conspergunt aqua et massam subigunt, *eqs.* TAB. devot. Audollent 140, 5 (*Romae; saec. IV ex.*) trade morti ſili⟨u⟩m Aselles, Praeseti⟨ci⟩um pristinarium (*de eodem*: 140, 18 [*bis*]). IVLIAN. epit. novell. 74, 4 tradat *quaestor* eum *pauperem advenam* vel artificibus publicorum operum vel -is (*cf. Novell. Iust. 80, 5 pr.* praepositis panificantium stationum).

[pistrīnicus *v. l. 28.***]**

pistrīn(i)ēnsis, -e. *a* pistrinum (*cf.* GLOSS. II 589, 48 pistr⟨in⟩iensis dirivativum a pistrina). GLOSS. II 246, 13 *ἀρτοκοπικός*: pistriniensis (pistrinicus *ed. Steph.*). *i. qui in pistrino habetur*: SVET. Cal. 39, 2 comprensis ... pistrinensibus iumentis, adeo ut panis Romae ... deficeret.

⁂**pistrīnum,** -ī *n.* *a* pistor. *de origine*: VARRO ling. 5, 138 pilum, quod eo far pisunt, a quo ubi id fit dictum -um ...; inde post in urbe Lucili pistrina et pistrix. ISID. orig. 15, 6, 4 -um quasi pilistrinum, quia pilo antea tundebant granum. GLOSS.^{L} I Ansil. TO 213 dicimus ... -um a pistore[um]. *abbreviatur in codd.* pist CVRIOS. urb. reg. 2 p. 76, 5. reg. 4 p. 79, 13. *al. ibid.*, pistr CVRIOS. urb. reg. 3 p. 77, 12. *scribitur in codd. vet. saepius* pistr- *e. g.* PLAVT. Pseud. 1060 (*A*). TER. Haut. 530 (*A, ut* Phorm. 249). GAIVS inst. 1, 34 (*V*), prist- PLAVT. Persa 420 (*A*), *ut saepe in codd. medii aevi (fort. per meram confusionem vocum), e. g.* PLAVT. Bacch. 781 Epid. 145 APVL. met. 9, 10, 5 (*cf. l. 12. p. 2220, 74 et scripturam* pristr- *in codd. medii aevi* PLAVT. Capt. 808 Pseud. 499 sq. CATVLL. 97, 10 AVG. spir. et litt. 33, 58. *al.*); *ceterum* pestr- *in codd. rec.* HIER. praef. Vulg. Dan. p. 6, 13 POL. SILV. chron. I p. 545. *al., cf. quae sequuntur.* NOT. Tir. 53, 17 pestrinum (*scripturam forma notae confirmatam esse, ut* 53, 17a in pestrinum, *monet Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 59*). 94, 90 -um. *de genere v. p. 2220, 56 sq. 69.* GLOSS. -um: *μυλών, ἀρτοκόπιον. ἀρτοκοπεῖον. μανκίπιον* (*cf. vol. VIII 252, 68 sqq.*). *al. legitur inde a* PLAVTO, TER.; *abiit in serm. gr. πίστρινον.* [*it.* pistrino, *lomb.* pestriṅ, *parm.* pristén, *francog.* pétrin, *francoprov.* pestrinh. *cf. M.-L. 6541. C. S.*] [*de confusione c.* pristinus *v. l. 38 sqq.*].

i. q. locus ubi pistor operatur; fere minuitur frumentum (molendo passim, pinsendo l. 32 sq. 63. p. 2217, 50), sed deinceps eodem loco saepe coquitur panis (*ad rem cf. Hug, RE XX 2, 1823, 13 sqq.; sed actio farinae praeparandae respicitur sub 2 et fere sub 1, panis coquendi p. 2222, 12 sqq. et fere sub 3; dat. abl.* -is *etiam ad f.* pistrina *pertinere potest, maxime l. 73; iunctura verbalis* -um exercere *l. 66. p. 2222, 3. 52. 55 sq. al., cf.* exercitium -i COD. Theod. 9, 40, 6. 14, 17, 6): **1** *varia exempla* (*selecta post* COLVM.): PLAVT. Capt. 808 *pistores* alunt furfuribus sues, quarum odore praeterire nemo -um potest. CATO agr. 136 partem *messis* in -um politor *fert.* LVCIL. 312 -um adpositum, posticum, sella, culina (*cf.* VITR. 6, 6, 5 farraria, -a extra villam facienda videntur). VARRO Men. 527 (*v. p. 2217, 50*). ling. 5, 106 far a faciendo, quod in -o fit. rust. 1, 63 far ... promendum hieme, ut in -o pisetur ac torreatur (*sim.* 1, 69, 1. *de farre torrendo cf. p. 2179, 10*). CASS. PARM. frg. Suet. Aug. 4, 2 materna tibi (*Augusto*) farina est ex crudissimo Ariciae -o (*cf.* SVET. *ibid. Antonius dixit* proavum eius ... -um Ariciae exercuisse). PAVL. FEST. p. 7 solitae ante -a alicariorum versari quaestus gratia *meretrices* (*cf. p. 2219, 30*). p. 93 fornacalia feriae institutae sunt farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quae in -is erat, sacrificium fieri solebat. PHAEDR. app. 21, 2 equum ex quadriga ... abegit quidam et in -um vendidit. SEN. epist. 90, 22 *Posidonius* in -um sapientem summittit, *sc. inventionem artis pistoriae ei tribuendo.* COLVM. 1, 6, 21 furnum et -um quantum futurus numerus colonorum postulaverit. PLIN. nat. 18, 10 *Pilumnus* pilum -is invenerat. 19, 167 git -is, ... anetum culinis ... nascuntur (*an ad l. 2?*). SVET. Iul. 31, 2 mulis e proximo -o ad vehiculum iunctis. CIL VI 10235 (*a. 149; in sepulcro*) *ius* -i furni virgar(um) ligni sacrificiis faciundis. GELL. 3, 3, 14 *Plautum comoedias quasdam* in -o ... scripsisse Varro *et alii* ... tradiderunt (*seq. p. 2217, 59*). APVL. met. 9, 10, 5 *pistor asinum* frumento ... onustum ... ad -um, quod exercebat, perducit (*gr. 42, 1 εἰς τὸν μυλῶνα, sed cf. p. 2219, 18*). TERT. anim. 33, 7 qui ... servitiis puniendi in asinos ... recorporabuntur, quantum sibi de -is ... gratulabuntur, si metallorum ... recordentur. VET. LAT. Matth. 24, 41 (cod. 5. *al.*) *cum advenerit filius hominis, erunt* duae molentes in -o, una adsumetur et una relinquetur (*gr. ἐν τῷ μύλῳ, cod. 10. al. et Vulg.* mola). CHAR. dig. 50, 4, 8, 12 -orum curatores. PALLAD. 1, 41 fusuras balnearum debent et -a suscipere, ut ibi formatis aquariis molis sine animalium ... labore frumenta frangantur. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 37 ('a furno redeuntis') a -o. CVRIOS. urb. reg. 1 p. 74, 16 -a *tot* (*cf.* reg. 14 p. 97, 6 -a *tot.* p. 105, 9 *in urbe* -a CCLIIII. NOT. urb. Const. 2, 18 -a publica *tot* [6, 24. 10, 15. *al.*]. 2, 19 -a privata *tot* [3, 17. 4, 18. *al.*]). PALLAD. hist. mon. I 2 p. 257^{D} quo in monte ... septem -is alimenta praebentur (*gr. p. 25, 8 ἀρτοκοπεῖα*). *ibid.* p. 258^{A} deputabant ... eum *advenam* aut -is aut hortulis aut coquinis (*gr. p. 25, 24 ἐν ἀρτοκοπείῳ*). GREG. TVR. Franc. 7, 25 fratres ... colinis dominicis atque -o subiecti erant (*antea*: ut *pater* molinas ... studeret). *al.* *in imagine* (*subest l. 8 supra*): PAVL. NOL. epist. 11, 6 hunc panem ut edamus in aeternum, molamus in huius mundi -o triticum bonum. 11, 12 eandem molam aegra et inpari manu verto -o socius.

2 *locus est poenae*: **a** *servorum* (*liberorum per hyperbolen l. 33; cf. l. 6*): **α** *proprie*: PLAVT. Bacch. 781 ut tua iam virgis latera lacerentur ... ferratusque in -o aetatem conteras. Epid. 145 te in -um ⟨conferas⟩ (*antea p. 2218, 70*). Most. 17 te in -um ... tradier. Persa 420 compedium tritor, -orum civitas, perenniserve. Poen. 827 in -o mavelim agere aetatem praepeditus latere forti ferreo. *al.* TER. Andr. 199 verberibus caesum te in -um, Dave, dedam usque ad necem. 214 in -um dabit. Phorm. 249 molendum esse in -o, vapulandum, habendae compedes. *al.* CIC. ad Q. fr. 1, 2, 14 *fugitivum* in custodiam Ephesi tradidit, sed in publicamne an in -um non satis ... intellegere potuimus. CATVLL. 97, 10 hic futuit multas et se facit esse venustum et non -o traditur atque asino? AVG. serm. 161, 9 (*ad illustrandum timorem dei*) timet servus offendere dominum suum, ne ... iubeat eum -o conteri. *al.* **β** *in imagine vel comparatione* (*cf. l. 34*): CIC. de orat. 1, 46 a quibus *philosophis* ... repelli oratorem a gubernaculis civitatum ... ac tantum in iudicia et contiunculas tamquam in aliquod -um detrudi. 2, 144 tibi mecum in eodem est -o, Crasse, vivendum, *i. otio negato causas agere perges* (*cf. Otto, Sprichw. n. 432*). HIER. praef. Vulg. Dan. p. 6, 13 post ... Tullii lectionem ..., cum me in linguae huius, *i. hebraicae,* -um reclusissem. PAVL. NOL. epist. 23, 13 in semet ipso -i ergastulum patitur *peccator,* saxum cordis sui ... quasi molam versat.

b *condemnatorum, sc. in legibus aet. imp. posterioris* (*poena propter necessitates annonae imponebatur, cf. 3*): COD. Theod. 9, 40, 3 quicumque cohercitionem mereri ... videbuntur, in urbis Romae -a dedantur. *ibid.* ergastulis vel -is esse dedendos. 9, 40, 5 -is ... damnari. 9, 40, 6 -orum exercitio urbis Romae damnare. *al.*

3 *in legibus ad annonam sim. urbis pertinentibus (de re v. e. g. Rickman, The Corn Supply of Ancient Rome, 1980, imprimis p. 198 sqq.; cf. 2b):* *respiciuntur privilegia*: GAIVS inst. 1, 34 Traianus constituit, ut si ⟨Latinus⟩ in urbe tr⟨ien⟩nio -um exercuerit ..., ad ius Quiritium perven⟨iat⟩ (*cf.* VLP. reg. 3, 1 Latini ius Quiritium consequuntur his modis: nave aedificio -o). VLP. frg. Vat. 233 (= PAVL. dig. 27, 1, 46 pr.) qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur, si modo per semet ipsos -um exerceant. *ibid.* qui intra numerum constituti centenarium -um secundum litteras divi Traiani ... exerceant. *respicitur obligatio hominum vel rerum ad exercitium -i*: COD. Theod. 11, 16, 15 (*inter munera sordida*) conficiendi pollinis cura ... aut panis excoctio aut obsequium -i (11, 16, 18. 14, 3, 1 *pistor* in o. -i ... durabit. *cf. p. 2220, 42*). 14, 3, 2 si quis pistoris filiam ... *uxorem duxerit,* -i consortio teneatur obnoxius. 14, 3, 5 filios pistorum ... usque ad vigesimum annum aetatis a -i sollicitudine defendi iubemus. 14, 3, 10 si aliqua -is obnoxia consecuti sunt *testamento libertini.* 14, 3, 13 rem -o ... obligatam. 14, 4, 9 deprehensus in fraude amisso patrimonio ad -i etiam munia prima revocetur. *al.* *respicitur distributio panis*: COD. Theod. 14, 17, 3 universi panem gradilem de gradibus adipiscantur neque cuiquam haec ... imponatur iniuria, ut de -o accipiat.

deriv.: pistrinalis, pistrinarius, pistrin(i)ensis. *Rzepiela.*

[pistrīnus *in falsa var. l. pro* pistorius GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. F 9.**]**

pistrio, -īre. *a* 2. pistrix *retrograde* (*formatione mira*; nutrire *iuxta* nutrix *confert Niedermann, Recueil, 1954, 50*). *in modum pistricis agere, sc. depsere sim.* (*cf. Gloss. bibl. cod. Aug., ed. Labhardt apud Klein, 1968 n. 498* conspersam [*exod. 12, 34*]: -tam): NOT. Tir. 94, 87 -it (*postea*: pistor. pistrix. pistrinum).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pistris *v.* pristis. **1. pistrīx** *v.* pristis, **2. pistrīx** *v.* pistor.

pistum, pistus *v.* 1. pi(n)so. *Spoth.*

pistūra, -ae *f.* *a* pinsere (pistum). [*e coni. p. 2221, 7.*] *i. q. actio pinsendi*: PLIN. nat. 18, 97 -a non omnium *granorum* facilis (*inde* 1, 18, 23 de -is). *M. H.*

pisum, -ī *n. et* **pisa,** -ae *f. et* **pisus,** (-ī) *m., πίσον, πίσος (πισόν, πισός).* [*receptum esse patet e gr. πίσον, ubi -ĭ- brevis est*; pĭs- *testantur etiam linguae q. d. romanicae. si* -um *aetate prisca ascitum est, apparet aliquid impedisse, ne fieret rhotacismus; quod effecit fortasse vox q. e.* pirum. *Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 17, 4, 10 -a (-u *var. l.*, -um *Lindsay*), quod eo pensabatur aliquid auri minutum; nam pis *eqs.* (*v. p. 2197, 63*). *scribitur etiam* pes- ORIBAS. syn. 4, 12, 10 La p. 11 (*ut* GLOSS. III 357, 8), piss- *ibid.* 4, 13, 10 La p. 13 (pes- G); *litt. gr., si recte restituitur, p. 2196, 43. de genere: neutr.* -um *saepius inde a* VARRONE, CELSO, COLVM.; *fem.* -a *hic illic inde ab* EDICTO imp. Diocl., *v. e. g. l. 19. 40. 43 sqq. 50*; *masc., sc. formam non ambiguam* -us, *invenimus praeter* GLOSS. *l. 20 apud* ORIBAS. *solum, v. l. 52 sqq.; variant e. g.* PALLAD. (*neutr. e. g. l. 68. 72, fem. l. 58*), APIC. (*neutr. sexies, fem. 23 ies*). *de numero: longe praevalet sing., cf.* PRISC. gramm. II 176, 5 -a (*inter* semper singularia); *plur. l. 47. 70* (*vix addas l. 43*). *de notione*: GLOSS. -us (*vel* -um, -a): *πισ(σ)ός.* -us: *λάθυροι.* -a: *πάσωλος* (*πασίολος Heraeus*). GLOSS.^{L} I Ansil. PI 257 pisos: -um, genus leguminis graece. Corp. P 414 -um: piosan (*anglosax.*). *al.* [*tusc.* peso, *sard. centr.* pizu *'faba', 'nucleus',* pizu fa *'faba pinguis', sard. mer.* pizu *'semen', francog.* pois, *francoprov.* pes; *cf. anglosax.* pea, *cambr.* pys; *accedente* cicer: *sard. centr.* píziri, *francoprov.* peze, *accedente* dulce *sard. mer.* pizurči *'Lathyrus sativus'. cf. M.-L. 6543. Wartburg VIII 605. C. S.*] [*restituitur, incertum an recte,* DIOSC. gr. Vind. 4, 61, *v. p. 2196, 43 sqq.*]

significatur quoddam genus leguminis, i. q. πίσον vel πίσος (quae in gr. respondent, nisi aliud indicavimus; species quaedam per adi. indicatur l. 58, cf. pisalbus; *ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 201*):
1 *potius de seminibus, granis* (*sc. fere sing. sensu collect.; plur. gr. vertitur per sing., sc. ὄχροι l. 53, πίσοι e. g.* HIPPOCR. vict. 2 l. 188 [*gr. 45, 1*]. ORIBAS. syn. 4, 22, 1 Aa p. 24; *utroque numero de singulis granis l. 47 et sub c*): **a** *pro cibo est* (*fere hominibus; animalibus* VARRO): **α** *exempla varia*: VARRO rust. 3, 7, 8 *columbae* delectantur ... hordeo, -o *eqs.* 3, 16, 13 (*inter* ea ..., quae maxime secuntur apes) faba, lens, -um *eqs.* COLVM. 2, 7, 1 *inter legumina* maxime grata et in usu hominum videntur faba, lenticula, -um *eqs.* (*inde* ISID. orig. 17, 4, 2). PETRON. 28, 8 *ostiarius* in lance argentea -um purgabat. EDICT. imp. Diocl. 1, 13 sq. L. -ae fractae *tantum* ...; -ae non fractae *tantum.* HIST. AVG. Heliog. 21, 3 -um cum aureis ... exhibens, *sc. luxuriae gratia.* APIC. 4, 4, 2 infundis cicer, lenticulam, -a⟨m⟩ (-am *trad. loco sim.* 5, 5, 2). 5, 3, 1 -um coques. 5, 3, 2 -am farsilem. 5, 3, 5 -am Vitellianam (5, 3, 9). 5, 3, 8 -am adulteram versatilem. 5, 4, 5 ius ... suffundis -ae integrae elixae. *saepius apud eundem.* INSCR. Brit. 2503, 5 (*in amphora*) -i m(odii) *tot.* GLOSS. oephi pulentae (*I reg. 17, 17*): farina de -as. **β** *in praeceptis medicis*: CELS. 2, 18, 5 ex leguminibus ... valentior *est* faba vel lenticula quam -um. PLIN. nat. 20, 53 *alium* raucitatem extenuat ... in -i (pthisi *al. var. ll.*) aut fabae sorbitione. MARCELL. med. 27, 52 *grana* hordei et -ae. HIPPOCR. vict. 2 l. 188 -um ... minus inflat. PLIN. phys. Bamb. 12, 2 -a confracta adque contusa[m]. ORIBAS. syn. 4, 12, 10 Aa p. 11 -us non minus nutrit *quam fasioli* (*item nom.* -us: 4, 13, 10 Aa p. 13 [*gr. ὄχροι ut*: 4, 21, 6 Aa p. 23]. 4, 22, 1 Aa p. 24 *inflant* -us, fasiolus *eqs. al. in eodem libro*). eup. 1, 1, 2 Li p. 404 -am manducet *nutrix. al.*

b *vario modo adhibetur in re rustica* (*cf. l. 36 sq. 69*): COLVM. 11, 2, 75 iugerum agri recipit ... -i modios tres vel quattuor (*sim.* PLIN. nat. 18, 198 serere ... -i *modios* tres. *cf. l. 72*). PALLAD. 11, 14, 9 si ex Afra -a lomentum adiciatur, eadem die posse mutari *vinum fuscum in album.*

c *in comparationibus, sc. cum respectu magnitudinis vel formae*: FORTVN. rhet. 3, 18 (*ad vocem sanandam*) sucum eius *glycyrrhizae* modice sub lingua habeto ad imaginem lenticulae vel -i. PLIN. phys. Bamb. 57, 43 facis pilulam in modum -i.

2 *potius de tota planta*: COLVM. 2, 10, 4 similis ... ratio est -i, *sc. atque phaseli,* quod tamen facilem ... terram desiderat *eqs.* 2, 10, 19 cicercula, quae -o est similis (*eadem -o comparatur*: PLIN. nat. 18, 124 est ... c. minuti ciceris, ... veluti -um). 2, 11, 10 quae duplici semine sunt, ut faba, -um, lenticula (*inde sim.* PALLAD. 6, 1, 1 f. -um ceteraque legumina). 2, 13, 1 *Saserna putat agros* stercorari lupino ..., cicercula, -o. PLIN. nat. 18, 57 ⌊-a scandunt⌋, [ni]si habuere *adminiculum* (⌊ ⌋ *coni. Mayhoff,* piscandum *al. codd.*). 18, 58 (*bis*). 18, 123 (*inde* 1, 18, 31) ex leguminibus autumno vereve seruntur lens et in Graecia -um (*ibid. iterum.* PALLAD. 10, 6 -um seremus. *al. apud eundem; cf. l. 58*). 18, 125 siliquae ... -o cylindratae *sunt.*

deriv.: pisaria. *compos.*: *?*pisalbus. *Rzepiela.*

*?***pitana:** *ἀλάπη ὡς Κικέρων* GLOSS.^{L} II Philox. PI 54. *obscurum* (patina: *λοπάς [λεπάς errore typothetae] ὡς Κικέρων suspicatur Klein, Rhein. Mus. 24, 1869, 297*).

pitaurum *v.* petaurum. **pit(h)-** *v. etiam* pyt(h)-.

pithanologia, -ae *f., πιθανολογία. fere i. q. sermo persuasione movens*: IREN. 2, 14, 8 *gnostici* paullatim mansueti dissuadentes per -an assumere praedictam emissionem (-am *var. l.; subesse vid. Col. 2, 4 ἐν πιθανολογίᾳ*).

pithea *v.* pithia.

pithēcium *vel* **pithēcion** (*sic sub 2*), -ī *n., gr. πιθήκιον* (*quod alia notione tantum legitur*). *i. q. simia parva*: **1** *in imagine vel comparatione ad hominem describendum adhibita*: PLAVT. Mil. 989 edepol haec *ancilla* quidem bellulast. :: -um haec est prae illa *domina* et spinturnicium (*cf. nomen proprium ancillae* Truc. 477). SEN. nat. 4 praef. 8 te ... longiorem ... iurabo ... Apollonio pycte, quamvis staturam habeas ⌊pithecii cum⌋ Thraece compositi (⌊ ⌋ *Alexander,* pitheci cum *Kroll,* thecisum *sim. codd.*). **2** *translate nomen est herbae antirrhini*: Ps. APVL. herb. 86, 14 alii cinocefalion, alii -on, alii bucranion (pite-, piti-, pyti- *codd.; trad. sub tit.* herba sabina [*inde* GLOSS. III 573, 21 peticion i(d est) savina], *sed syn. per errorem eo delapsa videntur, cf.* 87, 7 Graeci ... -on [*Diosc. gr. Vind. 4, 130 πιθήκιον*]).

cf. Onom.

pithēcus, (-ī) *m., πίθηκος.* NOT. Tir. 108, 100 -us (pethepus *cod.; antea*: simia. cinocefalus). *i. q. simia* (*fort. addas l. 16*): GLOSS. V 321, 8 -us: monstrum, ⌊id est simia⌋ (⌊ ⌋ id sumit *cod.; item fere* GLOSS.^{L} I Ansil. PI 273 -us [pitesc- *codd.*]. III Abstr. PI 22). 382, 57 (= GLOSS.^{L} Corp. P 386) phitecus: [c]apa (*anglosax.*).

pitheus *m., πιθεύς (quod gr. non legitur; cf.* disceus, hippeus). *genus cometarum sim.* (*cf.* pithia, pithus): PLIN. nat. 2, 90 -us doliorum cernitur figura, in concavo fumidae lucis.

pithiās, -ae *m., πιθ(ε)ίας. genus cometarum sim.* (*cf.* pitheus, pithus): SEN. nat. 1, 14, 1 sunt -ae, cum magnitudo vasti rotundique ignis dolio similis vel fertur vel uno loco flagrat (phitiae, phyteae, phisicle *al. trad.*). 1, 15, 4 trabes et -ae raro visi (phithie *vel* phitie *var. ll.*).

pithion *n., πίθιον. nomen herbae, q. e. bechion*: DIOSC. 3, 122 p. 428, 14 vecion aut pition ... vocant (*gr. 3, 112, 1 πίθιον*).

pithus, -ī *m., πίθος.* **1** *genus cometarum sim.* (*cf.* pitheus, pithia): APVL. mund. 16 p. 325 quas *imagines* Graeci faces et docidas et -os et bothynos ad eorum similitudines, unde dicta sunt, nominant (pithus *vel* phitus *codd., gr. 395b12 πίθοι*). **2** *urceus, dolium in balneis adhibitum*: RVF. podagr. 8 siccis vaporibus utentibus bene facit, quem Greci -on vocant *eqs.*

pitinnus *v.* pisinnus. **pition** *v.* pithion.

pitīr- *v.* pityr-. **pitissimus** *v.* pius.

pītisso *v.* pytisso. **pitta** *v.* pissa. *Spoth.*

pittaciārium, -ī *n.* *a* pittacium. *i. q. vectigal, quod pro usurpatione puteorum in pittacium usurpatorum referenda solvitur* (*si recte intellegit Hübner, CIL II p. 800, cf. Flach, Chiron 9, 1979, 438 sq.; cf.* calcearium, cloacarium): LEX met. Vipasc. I 9 (*in tit.*) usurpationes puteorum sive -um (*postea*: apud conductorem ... huius vectigalis).

pittaciolum, -ī *n.* *a* pittacium *deminutive.* pict-, pit(t)at- *codd.* *i. q. parvum pittacium*: HIER. in Matth. 23, 5 l. 92 *Pharisaei* -a illa decalogi phylacteria vocabant (*antea*: membranulis. *inde* GLOSS. V 416, 44 -a: membranula). GLOSS. Vatic. Reg. 203, 115 pitatiola (*v. vol. X 2, 453, 50 sq.*).

pittacium, -ī *n., πιττάκιον. scribitur* pittac- PAP. Tjäder 47–48 (*saec. VI^{1}, octies*). COD. Theod. 7, 4, 11 (*cod. R*). *al.,* pitac- OSTRAC. *p. 2225, 39. 42 sq.; codd. rec. praebent insuper* pict-, pitacc-, pitat- *sim. excipitur pron. fem. p. 2225, 49.* NOT. Tir. 76, 22 -um. *de notione*: GLOSS. -um: brevis. membranum modicum. epistula brevis et modica. GLOSS.^{L} Corp. P 411 -um: osperi (*?*), clut, cleot (*anglosax.*). *legitur singulis vel binis locis apud* LABER., CELSVM, PETRON., HYG. grom., *et inde a saec. IV^{2}* (*exempla, quae nobis praesto sunt, dedimus omnia praeter additamentum cod. unius* THEOD. PRISC. log. 31 p. 129, 13). [*it. vet.* petazza *'nuga', prov.* pedas, *hisp.* pedazo, *port.* pedaço. *cf. M.-L. 6547. Battisti-Alessio IV 2879. C. S.*]

i. q. pannus sim. corii, texti, chartae: **1** *usu vario*: LABER. mim. 61 induis capitium, tunicae -um. CELS. 3, 10, 1 duo -a, quae frontis latitudinem longitudinemque aequent, *tingantur medicamento et imponantur* (*sim. adhibetur ut emplastrum*: CHIRON 10 in placa [*i.* plaga] -um ponere [*inde* VEG. mulom. 1, 22, 6]. 708. MARCELL. med. 33, 8 inde emplastrum facies vel -um et pones *alicubi*). VVLG. Ios. 9, 5 calciamenta ... perantiqua, quae ad indicium vetustatis -is consuta erant (*inde in imagine cum respectu Matth. 9, 16 sq.*: PS. FVLG. RVSP. serm. 52 p. 920^{A} apostoli ... nullis -is vetustatis assuti).

[Outlink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de -o inscripto, quo aliquid exponitur, iubetur, memoriae mandatur sim.* (*hic illic metonymice pro eo, quod scribitur, e. g. l. 26. 31*): **a** *quolibet respectu*: PETRON. 34, 6 in cervicibus *amphorarum* -a erant affixa cum hoc titulo: 'Falernum *eqs.*' (*cf.* ALC. AVIT. epist. 74 quas *fialas* circumdet -orum densitate pro circulis). 56, 7 -a in scypho circumferri coeperunt puerque ... apophoreta recitavit. HYG. grom. p. 73, 17 ex decuriis ... singulorum nomina in -is et in sorticulis, *sc. inscribantur* (*tabellas nominum significari demonstrat e. g. Ratti, Dial. d'Hist. Anc. 24, 1998, 132 sq.*). HIST. AVG. Alex. 21, 8 de prov⟨eh⟩endis ... sibi adnotabat et pe⟨r⟩legebat cuncta -a (ISID. epist. 11, 1 ut accepi -um tuum ..., dedi cubiculario meo illud -um ..., ut postea perlegerem [*postea*: scripta]). SCHOL. Hor. ars 373 *in columnis* ponebant poetae -a indicantes se, quo die recitaturi essent (*cf.* AVG. serm. 178, 8 [*inde* CAES. AREL. serm. 140, 2] *qui solidos invenerat,* memor legis ⌞proposuit -um publice⌟ [⌞ ⌟ *ibid. iterum. postea*: lecto -o]). PAP. Tjäder 47–48 B 15 -um rationis.

b *cum respectu obligationis, pactionis, vindicationis* (*indicatur per gen. [pron. poss.] vel praepos., ad quid -um pertineat, l. 29. 34. 38. 42. 46. 51. al. [cf. l. 15], qui -um scripserit, l. 31. 38. 48 sqq.*): **α** *exempla varia*: CONC. Carth. a. 345/348 p. 9 l. 188 *quidam* pactum mecum habuit ...; manus nostrae tenentur et -a. COD. Theod. 7, 4, 11 susceptor, antequam diurnum -um authenticum ab actuariis susceperit, non eroget *annonam militarem* (*ibid. iterum.* 7, 4, 13 *actuarii* a. -a prorogent, ut hoc modo inmissis -is *annonae* ... proferantur. 7, 4, 16 [= Iust. 12, 37, 5; *a. 370 vel 373*]. *in eadem re ibid.* quod si absque -o facta fuerit erogatio *eqs.; cf. l. 29*). 10, 10, 29, 1 (*poscuntur bona vacantia*) uno -o postulari ... fortunas (*antea*: uno ... petitorio). ENNOD. opusc. 3, 171 p. 375, 18 -a ad clusuras iussio sacerdotis elicuit. CONC. Rom. a. 499 p. 403, 29 subscriptionem pro Romano pontificatu ... -o promittere. COD. Iust. 12, 37, 16, 2 (*a. 491/518*) quorum *militum* ... actuarius tempore erogationis -a utpote habita super pactione protulerit. CASSIOD. var. 1, 18, 2 si Romani praedium ... sine delegatoris cuiusquam -o praesumptor barbarus occupavit. 3, 35 quicquid ... *quendam* tibi ... per -um constiterit deputasse (CAES. AREL. testam. 17 si cui aliquid per epistolam aut p. -um aut verbo ... contuli). EDICT. Theodor. 126 nullus post haec curialium ... -a delegationis emittat. **β** *confirmatur aliquid acceptum vel ab aliquo datum* (*in emptione* NOVELL.): -um emittere (mittere *l. 44; cf. l. 34*): AVG. epist. Divj. 7, 1, 3 *pecuniam apud quosdam* deposuerat et ab eis nomine suo emissa -a depositionis acceperat. 7, 1, 4 -um suum, quod *alicui* ... emiserat, reposcebat. OSTRAC. Année Épigr. 1914 n. 31 (*a. 419*). NOVELL. Valent. 15, 3 *ut mobilium rerum emptio venditio* emissis -is transigatur. PS. IOH. MED. hom. 19 p. 786 (*ad psalm. 90, 2*) *susceptores noluerunt* a conductoribus pensiones accipere et e. -a securitatum (*antea*: dare securitates). OSTRAC. Année Épigr. 1915 n. 82 de quibus tibi emiserit -um in folibus duo milia (*postea*: tibi -um misi in [in] follib(us) tria millia). *exempla cetera*: AVG. epist. Divj. 7, 1, 4 apud eius uxorem -a ipsa remanserant (*sim.* 7, 1, 6). 7, 1, 6 *pecuniam depositam recepit et* -um depositi reddidit (7, 1, 7). CASSIOD. var. 12, 20, 1 *quendam* datis pignoribus a vobis tot libras auri facto -o sollemniter accepisse (PAP. Tjäder 47–48 B 7 facta -a ab Abundantio ... de inlatis panis *tot.* 10 -a de susceptis fac(ta) a Paulo arcario, quas /facta ratione recollegit). PAP. Tjäder 47–48 A 10 (*antea et postea*: cautio, brevis) -um Stefani ... ad n(omen) Petri de sol(idis) *tot* (18. 19. 26 -um Verecundi ad nom(en) Rustici ... de titulus tertiarum sol(idorum) *tot.* B 12. *adde l. 43 et l. 48 sq.*).

deriv.: pittaciarium, pittaciolum, pittaciuncula.

pittaciuncula (pictat- *cod.*): membrana GLOSS. V 608, 62 (*fem. sing., an neutr. plur. coll. p. 2224, 54?*). *a* pittacium *demin.* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 306 sq.*). *Ottink.*

pīttēnum, -ī *n.* *a πηκτή.* *nomen herbae, sc. genus symphyti* (*cf.* pecte *de alio genere*): DIOSC. 4, 10 p. 13, 19 sinfitu aliu aut -um vocant (picten-, pitin- *var. ll., gr. 4, 10 πηκτήν*).

pitu- *v. etiam* pity-.

pituinus, -a, -um, *πιτύινος* (*quod in gr. respondet, nisi aliud adnotavimus*). *scribitur in lapide* pityenis *pro* pityines EDICT. *l. 66; in cod. vet.* Aa ORIBAS. pyt- *vel* pit-, *sed* put- syn. 3, 12, 4 p. 852, 2; -tuin- *etiam in codd. rec., rarissime* -tyin-. *formae gr. fem. nom. sing.* -e DIOSC. 1, 79 p. 43, 10, *gen. sing.* -is *vel* -es EDICT. imp. Diocl. *p. 2226, 9 et* ORIBAS. *p. 2226, 4. 11 sq.* [*confunditur in codd. hic illic c.* pituita.]

i. q. ad pityn eiusve resinam pertinens (*ad aliam arborem plantamve, quae resinam profert, p. 2226, 7 sq.*): **1** *de resina*: **a** *in iunctura* resina -a (*ordine inverso* SCRIB. LARG. 202 ORIBAS. syn. 2, 56, 31 La p. 123, 26): SCRIB. LARG. 201 r. -ae, id est ex picea arbore, ... *tantum,* r. terebenthinae *tantum. al.* PLIN. med. 1, 3, 5 PELAGON. 384. CHIRON 908 (*876* r. pini). PHILAGR. med. 4 p. 181, 17. THEOD. PRISC. eup. faen. 79 r. -am siccam. PLIN. phys. Bamb. 6, 15. DIOSC. 1, 79 p. 43, 5 r. molle, id est -a et peucidina (*nisi ad b*). 3, 168 p. 446, 5 odorem r. -(a)e habet (*gr. 3, 158, 3 ὄζει ... πίτυος*). CASS. FEL. 76 p. 186, 17 r. pinalis, quam -am dicunt (*nisi ad b*). ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 145, 34 r. -am aut picis siccae *tantum.* 3, 14, 2 Aa p. 853 (*gr. resp. fem. subst. ut* 3, 42 sq. Aa p. 862. *sim.* 3, 12, 4 Aa p. 852 asfaltu ... *tantum,* ⌞-is resina⟨e⟩⌟ *tantum* [⌞ ⌟ *gr. πιτυίνης ὑγρᾶς*]). GLOSS. III 575, 2 r. -a: non frixa. *al.*

b *pro subst.* (*ubique gen., nisi huc trahas l. 1. p. 2225, 74*): **α** *fem.* (GLOSS. -a: resina pini. resina cruda vel pinia. dicamen [*cf. vol. V 1, 998, 39 sqq.*]. ⌞largatus. lauricada⌟ [⌞ ⌟ *i.* laricatus. laricata, *v. vol. VII 2, 976, 17 sqq.*]. *al.*): EDICT. imp. Diocl. 36, 129 L. -is *tantum* (*cf. 128* terebinthinae, *130* colofoniae). THEOD. PRISC. log. 81 -ae frictae (*bis*). PLIN. phys. Bamb. 83, 31. 33. ORIBAS. syn. 3, 90, 1 Aa p. 869 -es *tantum* (*gr. resp. subst. fem. ut al. in* Aa). 3, 90, 2 Aa p. 869 (*gr. aliter*). **β** *neutr.*: PS. DIOSC. herb. fem. 59 (58) l. 10 (*inter unguenta*) -i *tantum* (pitimi *codd.* [*i.* pitiini]).

2 *de ligno*: DIOSC. 1, 30 p. 21, 12 dede (*i.* taed-) -e pinguiore (*gr. 1, 30, 4 δαλὸν πιτυίνης ὡς ὅτι λιπαρωτάτης*).

3 *de vino resina pinea infecto*: DIOSC. 5, 10 p. 172, 7 de binu -u: vinu -u, quod resina -a addita habet (*gr. 5, 6, 5 οἱ ... ῥητίνην πιτυίνην ἔχοντες solum*). 5, 58 p. 190, 4 vinu ... -u et elatinu (*gr. 5, 36, 1 ὁ ... πιτύινος*). *Spoth.*

***pītuīta** (*vel* -vīta), -ae *f.* [pītu-īta *similis videtur adiectivo* fortu-ītus, *quod e stirpe* *fortu- *formatum esse collata voce* fortūna *colligere licet* (*cf. etiam* grātu-ītus *adi.; v. Leumann, Gramm. 1977, 354*). *pītu-, *quod etiam in vet. hibern.* íth *'adeps' inveniri credibile est, ad radicem vocis πί-ων pertinere videtur. de* pipita *v. p. 2190, 7. Fo.*] *de origine*: QVINT. inst. 1, 6, 36 Aelius *Stilo* -am *appellatam esse putat,* quia petat vitam. *scribitur* pet- *hic illic in codd. medii aevi*; pip- *v. p. 2190, 7. de abbreviatione v. l. 38. de mensura: per tres syllabas pronuntiandum est apud* HOR. sat. 2, 2, 76 epist. 1, 1, 108 PERS. 2, 57 PAVL. NOL. carm. 23, 276 (*eadem mensura clausulam usitatiorem praebet* SEN. nat. 6, 2, 4 HIER. in Is. 3, 7, 10. *al.*), *per quattuor apud* CATVLL. 23, 17. *de notione* (*cf. e. g. l. 61*): CHAR. gramm. p. 460, 13 (quae apud Latinos feminina, apud Graecos neutralia) -a *τὸ φλέγμα* (*sim.* EXC. Bob. gramm. I 553, 26). GLOSS. -a: *φλέγμα. ῥεύματα.* gibreec (*anglosax.*). screa: -a. *al.* *legitur inde a* CATONE, STILONE (*v. l. 25*), CIC.; *frequentant maxime* CELS. (*ca. 60ies*) *et* PLIN. nat. (*ca. 70ies*), *rarius in versibus (sc. quae l. 27 sqq. attulimus) et in prosa oratione inde a saec. IV* (*sed* HIER. *14ies*). [*v. sub* pipita. *C. S.*] [*e solutione compendii dubia* INSCR. Année Épigr. 1901 n. 66c (*saec. II²?*) post imp(etum) p(ituitae) (*sed* p(rimum) *solvitur* CIL XIII 10021, 187c).]

I *i. q. umor corporis mucosus, phlegma vel affectio corporis eo laborantis* (*formae plur. l. 59. 65. 68. et saepius*): **A** *de umore morboso*: **1** *proprie, sc. sensu medico*: **a** *spectat ad homines*: **α** *quaelibet exempla*: CATO agr. 156, 4 purget ... sese: tantum bilis -aeque eiciet, uti ipse miretur, unde tantum siet. CIC. Tusc. 4, 23 cum sanguis corruptus est aut -a redundat. HOR. sat. 2, 2, 76 stomacho ... tumultum lenta feret -a. epist. 1, 1, 108 sapiens ... praecipue sanus, nisi cum -a molesta est (SCHOL. -a proprie est morbus capitis vel vitium gallinarum atque pullorum). CELS. 1, 3, 11 si -am acidam effudit *nausea pressus.* 2, 7, 2 circa caput aliquis -ae impetus timeri potest (6, 6, 1H. *et saepius.* PLIN. nat. 28, 183 -ae i. in facie. *cf. l. 38*). 6, 6, 1E *oculos* inflammatio occupat, ubi ... in his dolor est, sequiturque -ae cursus (6, 6, 8D *bis.* 6, 6, 14. *al. apud eundem*). *al.* SEN. nat. 6, 2, 4 vult ille imbecillitatis sibi suae conscius, *qui terrae motum formidat,* timere -am? SCRIB. LARG. 9. 23. PERS. 2, 57 *dei,* somnia -a qui purgatissima mittunt (SCHOL. puros a -a visus hominum exponunt). PLIN. nat. 7, 70 dentes ... cavantur tabe -ae. 20, 251 eruptiones -ae (31, 118 e. -ae in toto corpore. *et saepe apud eundem*). 22, 138 adversus acutas -ae fluctiones, quas Graeci rheumatismos vocant. *al.* TERT. adv. Val. 24, 2 si ... liquor ... de Sophiae fletibus fluxit, sequitur, ut limum ex -is et gramis Sophiae constitisse credamus. GARG. MART. med. 13. 32. HIER. in Am. lib. 2 praef. l. 15 quae ... putantur senectutis mala ista sunt: ... -a molestissima, quam Graecorum alii *κόρυζαν,* alii *φλέγμα* nuncupant, *eqs.* in Ier. 5, 14, 3 quidquid cholerum et -ae et noxii humoris in pectore est. PAVL. NOL. carm. 23, 276 *in oculo,* qua -a gravis *est.* MARCELL. med. 12, 6 si quis ... -am, id est umorem noxium, expuat. DIOSC. 2, 135 p. 228, 27 humorem -arum sputibus provocat *porrus* (*gr. 2, 149, 1 τὰ ἐκ θώρακος*). *al.* **β** *accedit gen.: partis affectae*: CATVLL. 23, 17 a te ... abest ... muccus ... et mala -a nasi. PLIN. nat. 20, 104 testium -as. 20, 188 thoracis -as purgat *anesum* (26, 95). 22, 83 *caucalis* extenuat lienis, iocineris reniumque -as (32, 103). 23, 17 oris. 23, 139 contra ... pectoris -as (GARG. MART. med. 13). 25, 141 radix commanducata purgat capitis -as (PLIN. phys. Bamb. 1, 8). 32, 96 fellis. NON. p. 119, 14 gramiae: -ae oculorum (CASS. FEL. 29 p. 50, 8). HIER. in Ezech. 22, 17 l. 638 ut universa lumborum noxii in me umoris -a siccetur. MARCELL. med. 12, 7 dentium. DIOSC. 2, 96 p. 217, 15 -is stomachi medetur *rafanus* ([*2, 112, 1 τοῖς πάχος γεννῶσιν ἐν θώρακι*]. GREG. TVR. Iul.

[Rzepiela]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

46[a] vit. patr. 2, 2). *causae* (*cf. p. 2226, 73*): LACT. opif. 11, 14 si ... spiramenta narium ⌊frigoris⌋ -a praecluserit (frigore *Brandt, sed v. Heck, Vig. Christ. 23, 1969, 288*).

b *spectat ad pecudes* : **α** *varias*: COLVM. 6, 7, 4 si ... lacrimae ... oculis et -a nari *bovis* profluent. 6, 8, 1. 6, 34, 2 ea res omnem -am per nares *equae* elicit. *al.* PLIN. nat. 25, 55 pecorum et iumentorum -as sanat *remedium.* 26, 83 iumentis ... in -a ... *crethmos* hordeo inspersa succurrit. CHIRON 154. 516 fluent ei *iumento* de naribus -ae virides (*inde sim.* VEG. mulom. 2, 147). *al.* **β** *gallinas sim.* (SCHOL. Pers. 2, 55 -a ... morbus est gallinarum, qui ex edacitate nascitur. *cf. et p. 2226, 47*): COLVM. 8, 5, 22 si -a circumvenit oculos et iam cibos avis respuit, ferro rescinduntur genae et coacta sub oculis sanies omnis exprimitur. 8, 11, 16 *in pavonibus* -a et cruditas et si quae aliae sunt pestes *gallinacei generis* isdem remediis ... prohibentur. *al.* PLIN. nat. 10, 157 inimicissima ... omnium generi *gallinarum est* -a maximeque inter messis ac vindimiae tempus. 24, 74 sanant et gallinaceorum -as acini *ligustri. al.* PALLAD. 1, 27, 2 -a his *gallinis* nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit extremam. *al.*

2 *transfertur ad profluvium incorporeum: voluptatis*: HIER. epist. 65, 14, 2 cassia ... omnes -as et rheumata voluptatum suo calore excoquens (adv. Iovin. 1, 11 omnem -am noxiae voluptatis excoximus. in Is. 3, 7, 10 l. 46). *argumentationis sim.*: HIER. epist. 121 praef. 5 nostram amaritudinem illius, *i. interpretis alterius,* nectareo melle curato ... senilemque -am iuvenili austeritate compesce.

B *de umore naturali corporis*: CIC. Tusc. 1, 56 sanguinem, bilem, -am, ossa, nervos, venas ... et totius corporis figuram videor posse dicere, unde concreta ... sint. QVINT. inst. 11, 3, 56 *vitium oratoris est* ab imo pulmone -am trochleis adducere et oris umore proximos spargere. ARNOB. nat. 2, 37 inprudenter adpeterent *animae perfectae* terrena haec loca, tenebrosis ut corporibus involutae inter -as et sanguinem degerent. 4, 23 (*antea*: in humanis ... corporibus ... quid decoris *inerat*?) cutes, viscera, -a atque omnis illa proluvies intestinorum. HIER. adv. Pelag. 3, 11 p. 581[A] si felli provideris temperando, -a succrescit; si humores siccare festines, inardescit sanguis. AVG. civ. 11, 34 p. 511, 2 (*antea: quidam* non putant aquarum ... gravem ... naturam in superioribus mundi locis potuisse constitui) si ipsi hominem facere possent, non ei -am, quod Graece *φλέγμα* dicitur et tamquam in elementis corporis nostri aquarum vicem obtinet, in capite ponerent.

II *i. q. sucus arboris*: PLIN. nat. 17, 252 amygdalae ex amaris dulces fiunt, si ... stipite ... circumforato defluens -a abstergeatur (*Theophr. hist. plant. 2, 7, 7 δάκρυον*). 22, 96 fungorum ... origo non nisi ex -a arborum.

appendicula stilistica: **1** *iuncturae verbales potiores ad curationem pertinentes*: CELS. 4, 9, 2 -am extenuare (6, 6, 35. *al.* PLIN. nat. 20, 23. 180. 22, 83). COLVM. 8, 5, 16 prohibere -am (8, 11, 16). SCRIB. LARG. 9 *remedium* detrahit ... largiter -am (PLIN. nat. 24, 31. 52. 26, 54. *al.; cf.* extrahere *vol. V 2, 2066, 64,* trahere PLIN. nat. 23, 25. 147. *al.*). PLIN. nat. 20, 149 -as corruptas purgat (20, 188. 23, 122. *al.*). 23, 17 ad -am oris siccandam (HIER. in Ezech. 22, 17 l. 638 in Is. 3, 7, 10). *al.* **2** *epitheta selecta*: CELS. 1, 3, 11 acidam. 2, 8, 23 spumantem. 2, 19, 1 aliae *res* crassiorem -am in nobis faciunt (2, 23. *al.* PLIN. nat. 20, 65. *al.*), aliae tenuiorem (4, 5, 1. 4. *al.*). SCRIB. LARG. 23 glutinosior ([*inde* MARCELL. med. 8, 4]. GARG. MART. med. 32). HIER. epist. 121 praef. 5 senilem (*cf. p. 2226, 61*). *al.*

deriv.: pipita, pituitaria, pituitas, pituito, pituitosus.

pītuītāria, -ae *f.* *a* pituita. *nomen herbae ad pituitam purgandam aptae* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 201*): PLIN. nat. 23, 18 quidam eam *astaphida agrian* -am vocant (*inde* 1, 23, 13).

pītuītās, -ātis *f.* [*a* pituita *per haplologiam. cf. Leumann, Gramm. 1977, 234. 374. Fo.*] *scribitur* pet- *in codd. medii aevii l. 64 sq.* [*e coni dub.* ARNOB. nat. 6, 10 p. 319, 1; *var. l. dub.* VINDIC. epit. alt. 37 tit.] *i. q. pituita vel condicio pituitosi*: PALLAD. vet. med. 26, 4 *remedium* omnem -em per nares elicit et pecudem expurgat (*cf. l. 5*). CHIRON 350 illa insanabilis *maleos* est arida et quae per nares nullam -em adferet. *loco corrupto*: VINDIC. epit. alt. 37 initium petuitate est humor ille, qui fomentis refovetur, colore cognoscitur. *ibid.* petuitatum necessitate potius quam causa dicimus corporis erit levis ratio.

pītuīto, -āre. *a* pituita. [*perperam coni. Hildebrand* ARNOB. nat. 6, 10 p. 319, 1.] *i. q. pituitam edere* (GLOSS.[L] II Philox. PI 23 pipitat: *κορυζιᾷ* [*cf. p. 2190, 7*]): CHIRON 140 habebit *iumentum* ... linguam asperam ... oculos -antes concavos et subductos humidos.

pītuītōsus, -a, -um. *a* pituita. *i. q. abundans pituitā*: **1** *de homine* (*masc. pro subst.* CIC.): CIC. fat. 7 alios *locos* esse salubris, alios pestilentis; in aliis -os, *sc. homines,* et quasi redundantis, in aliis exsiccatos atque aridos. AVR. Fronto p. 62, 2 certe homo alioqui -us, hodie tamen multo mucculentior mihi esse videor. **2** *de umore*: CHIRON 715 cum incipiet *iumentum* currere, ... mittet ⌊crassas et -as⌋ (⌊ ⌋ salivas *supplendum vel intellegendum esse suspicatur Heraeus in exemplari nostro*). *neutr. pro subst.*: MARCELL. med. 30, 10 *cucumis anguinus* detrahit ... -a[m] et biliosa. 30, 13 irinum oleum per clystere inmissum -a et aquata et purulenta ... deducit. *Rzepiela.*

1. pitulus, -ī *m., πίτυλος. graece significatur crepitus aquae remis plausae, inde apud Romanos transfertur ad*: **1** *locum, quem obtinent remiges praestantiores*: HYG. fab. 14, 32 ad -um *Argus* sederunt Hercules et Idas. **2** *ipsos remiges certae dignitatis* (*fort. addas p. 2150, 19; vix recte de portisculo cogitat Casson, Ships and Seamanship, 1973, 311*): CIL X 3480 (*Miseni*) C. Iulio Panisco -o ⌊septesemiodiali⌋ (quadriremi) *eqs.* (⌊ ⌋ *cum respectu salarii pro* -semodiali*? cf.* 3481 C. Sereni Maximi -i m(odiorum*?*) VII s(emis) (quadriremi) Vesta).

2. pitulus, -a, -um. [*c. suffixo deminutivo formatum; de* pit- *v.* pisinnus. *Fo.*] [*stirps* pit (*cf. p. 2213, 61*) *continuatur linguis roman., sed augetur alibi aliis suffixis imprimis deminutivis; cf. M.-L. 6544a. C. S.*] *i. q. pisinnus*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 34 *puellae in monasterio* nutriebant leonem ⟨a⟩ -o (*Geyer,* pittulo, pitulum *codd.*) mansuetum, ingentem, terribilem ad videndum. *N. H.*

pitūr- *v.* pityr-. **piturītes** *v.* pyrites. **pitya** *v.* pytia.

pitydium (-ion*?*) *n., πιτύδιον* (*quod legitur inde a saec. II*). *significatur fructus, nux pinastri*: PLIN. nat. 15, 36 quartum *genus* -a vocant e pinastris, singularis remedii ... in melle decoctis nucleis (pity- *cod. M,* pythi- *rell.; disting.*: sappiniae e picea sativa).

*?***pityida** *v. l. 27* **pityinus** *v.* pituinus.

pityis, (-idos) *f., πιτυίς. de scriptura*: pot- DIOSC.; *cf. l. 42. transisse in decl. I[am]* -da, -ae *videtur imprimis l. 31. significatur semen pinus* (*sc. nucleus fructuum*): DIOSC. 1, 76 p. 41, 16 semen *pinus* ... potuidas appellatur; similiter et peuces (*gr. πιτυίδες ... καλοῦνται*). CAEL. AVR. acut. 2, 29, 159 dabimus pityidas vel nucleos *eqs.* 2, 29, 160 *empirici* usi sunt ... pityida et ruta (*an pro* -e*?*). chron. 3, 1, 9 *cum* nucleo pineo, quem Graeci pity⟨i⟩da vocaverunt. ORIBAS. syn. 2, 39, 1 Aa p. 112, 13 nucleus totus virides, pitiides, butyrus *eqs.* (piti id est *cod.* [*cf.* La pyti id est]. *gr. πιτυίδες*).

pityocampē, *abl.* -ē, *ceterum* -as, -is, *f., πιτυοκάμπη. scribitur* pytesc- *in cod. vet. l. 50 (cf. l. 42), ceterum etiam* piti-, pitu-, *v. infra. nom. sing.* -i *pro* -e *l. 50.* [*falso trad.* PLIN. nat. 1, 30, 8–53 p. 103, 21 J.-M.] *genus erucae* (*v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 203 sq.*): **1** *nocet homini* (*cf. l. 47*): PLIN. nat. 23, 62 *sapae* usus contra cantharidas, buprestim, pinorum erucas, quas -as vocant, *eqs.* (*in simili serie*: 23, 80 contra ... -as. 28, 128 propter serpentium ictus potisve -is, bupresti *eqs.* [*restituit Jan,* phytoc-, pytosc-, potioc- *codd.*]). DIOSC. 1, 50 p. 28, 29 *melinum* pitiocampis bibitis subvenit (*gr. 1, 45, 2 πίνεται ... πρὸς ... πιτυοκάμπην*). **2** *affertur inter medicamenta*: PLIN. nat. 29, 95 eadem *vis* -is in picea nascentibus, eadem bupresti (*inde* 1, 29, 39 *ex* apibus, ... bupresti, ... -e). MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 3 si cui temere ... aconitum, pituocampas aut ... mandragoram *pigmentarius dedit.* DIOSC. 2, 41 p. 194, 24 de pitiocampas: super testu posit(a)e et conbust(a)e *eqs.* (*gr. 2, 61, 1 αἱ πιτύιναι ... κάμπαι*). ORIBAS. syn. 2, 44 Aa p. 113, 22 quae putrefaciunt: arsenicus ..., pytescampi *eqs.* (*gr. πιτυοκάμπη,* La p. 113, 23 pitiscaupi). *Spoth.*

pityōn, *acc. plur.* -ōnas *m., πιτυών, quod gr. non legitur. i. q. pinetum*: MART. 12, 50, 1 daphnonas, platanonas et aerios -as ... habes (*restit. Heinsius,* pyt(h)onas, phyonas, cyparissos *codd.*). *M. H.*

pitȳr(i)a, -ae *f., πίτυρον* (*quod gr. resp. praeter l. 59*). *scribitur* pitir-, pytir- *fere in codd.* DIOSC., *v. ceterum l. 60 sq. de* -ia *v. infra.*

i. q. furfur: DIOSC. 1, 142 p. 71, 19 *olynthum* -as capitis ... inposita curat ([-ias *codd.*]. 5, 51 p. 188, 1 [-ias *var. l.*]. 5, 131 p. 225, 12 [*gr. 5, 106, 6 πιτυριάσεσι*]). 4, 129 p. 60, 18 *adianton* alopicias et acoras et -as purgat (-ias *var. l.*). 5, 37 p. 182, 10. PS. DIOSC. herb. fem. 14 (phytiras *vel* pithiras *codd.*). 44 (43) l. 10 -as, id est furfures capitis (pytirias *vel* pitidas *sim. codd.*). GLOSS. III 572, 67 -ia: id est furfur.

deriv.: pityriacus.

pitȳriacus, -a, -um. *a* pityria (*sc. suffixo graeco, cf. e. g.* elephantiacus). DIOSC. 2, 59 p. 203, 28 *fel* leprosis et -is, id est qui furfures habe⟨n⟩t, ... curat (pitur- *cod., gr. 2, 78, 3 πρὸς ... πίτυρα*).

pitȳriasis *f., πιτυρίασις. scribitur in codd. fere* pitir-, pitur-, *et formis depravatis* pitr-, ptir-, pthir- *sim., quod infra fere negleximus. dat. sing.* -i *et acc. sing.* -in *hic illic infra, gen. sing.* -eos *p. 2229, 7 (an nom.* -eus*?), acc. plur.* -es *p. 2229, 5.* [*confusio c.* pthiriasis *fort. in scripturis depravatis invenitur, v. supra et l. 73. p. 2229, 10.*]

nomen passionum furfures generantium: **1** *in capite vel cute*: PLIN. med. 1, 2 tit. -i et prurigini (pthir- *sim. codd. ut* 1, 2, 1. 1, 2, 2 hyssopum ... instillatum capiti -i medetur. *ex his locis pendent* MARCELL. med. 4, 4 tit. 4, 4, 1 *et* 4 [*ubi semper* pitur- *cod. ut* 4, 4, 9]). THEOD. PRISC. *[Spoth]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eup. faen. 7 p. 8, 17 hoc etiam scabiis siccis utile est, quam Graeci -in appellant (triciasin *cod.*, petrasin *ed. Gel.*). CASS. FEL. 6, 1 cantabriem Graeci -in vocant. *ibid.* ut *loca capillosa* ... squamillas albi coloris emittant cantabro similes, unde nomen -in accepit. ALEX. TRALL. 1, 15 ad humidiores -es (-is *codd. Andecav. et Paris.*). *forma gen. gr.* -eos *non mutata (sc. passio?) vel ad nom.* -eus *referenda*: ALEX. TRALL. 1, 15 tit. (*vel* 1 capp. 15) ad -eos id est furfures (*gr. I 457 περὶ ... -εος*). 1, 15 -eos est ... velut furfureae squamulae in capite ... surgentes (*gr. ibid. -ις*. -eus *codd. Andecav. et Paris.; postea l. 5*). **2** *vesicae*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 60 (*inter passiones vesicae*) durities, -is, item psoriasis (*Drabkin,* phthir- *ed. Sich.*). GLOSS. -is velut furfurae (*vel* furfures) meiant. GLOSS.^{L} I Ansil. CA 1036 (med. p. 17) -is, id est illi, qui cum urinam faciunt, velut furfures supernatant (*sim.* PT 3 [med. p. 66]). PI 281 (med. p. 59) -is furfures, quae fiunt in urina (*sim.* PR 2780 [med. p. 65]). PT 4 (med. p. 66) -in patiuntur hii, qui capillos producunt per urinam et sentiunt gravedinem.

pitȳrōdēs *adi., πιτυρώδης.* ORIBAS. syn. 9, 27 La p. 330 quando pythirodis, id est forforibus similis scorticaturas (*i.* exc-, *sed fort. vox delenda est*), lamine per urinam exeunt (*gr. π. λέμματα, Aa* forforum lamminae).

pitys (pitus), *gen.* -(u)ī *f., πίτυς. scribitur* pyt- *in codice vetere l. 22. gen. sing.* -ti *vel* -tui (*l. 29. 30, sc. sec. formas gr. obliquas?*), *forma gr.* -tios (-tyos) ORIBAS. *l. 31 et in iunctura gr.* eup. 2, 1 *Π* 7 Aa p. 497 pytios flios, *v. p. 2045, 15.*

significatur pinus vel genus eius arboris (*cf.* ISID. orig. 17, 7, 31 pinum ... aliam *πίτυν,* aliam Graeci *πεύκην* vocant): DIOSC. 1, 80 p. 44, 22 sulfuri mixta et corio piti [nux] et furfures tritici (*gr. 1, 72, 2 μετὰ δὲ θείου ἢ πίτυος φλοιοῦ*). 3, 168 p. 445, 12 *planta* odore pyti habens (*gr. 3, 158, 1 πίτυος*). 4, 5 p. 12, 3 folia pity similia ([*gr. 4, 5 πίτυος φυλλάριοις*]. 4, 159 p. 78, 9 f. ... s. ⌞pituis⌟, sed mollia [*per dittogr. pro* -ui? *cf. gr. 4, 164, 8 τὰ φύλλα τοῖς τῆς πίτυος ὅμοια*]. 4, 160 p. 79, 5 pitui [*gr. 4, 165 τοῖς τῆς πίτυος*]). ORIBAS. eup. 2, 1 *O* capp. XVI La p. 492 pytyos cortex. *cf.* piccius.

pītysma *v.* pytisma.

pityūsa, -ae *f., πιτύουσα. nomen arboris* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 201*): PLIN. 24, 31 cum honore et -a ... dicitur, quam quidam in tithymali genere numerant; frutex est similis piceae, flore parvo *eqs.* (pitiu-, pyt(h)iu- *codd.; inde* 1, 24, 21 medicinae ex arboribus silvestribus: ... -a [pithyum *sim. var. l.*]). DIOSC. 4, 160 p. 79, 1 de -a: -a aut clema ... aut paralion ... dixerunt (pytias *cod. utrobique, gr. 4, 165 πιτύουσα*).

cf. Onom.

piūlcus *v.* pyulcus. *Spoth.*

***pius** (*?*pīus *l. 55*), -a, -um. [*in dialectis propinquis servatur* pīio- *producta* i *vocali, cf. e. g. osc.* piíhiúí *'-o' (dat.). linguae lat. deesse vid. testimonia certa, quibus* i *probetur longa esse; fortasse correpta est vocalis prius in vocibus longioribus, ut* ímpius, pietātem. *ortum est* pīio- *e* *pū-io- *et e radice* *pū *'purgare' derivatum, ut primus cognovit Thurneysen, Über Herkunft ... der lat. Verba auf -io, diss. 1879, 23; cf. nunc Meiser, Hist. Laut- u. Formenlehre, 1998, 86; ad suffixum cf.* infer-ius *sim. (Leumann, Grámm. 1977, 290). elucet significatio prisca quasi* 'pūrus' *maxime in vocibus q. s.* piare, piaculum; *cf. etiam* far, bellum -um (*Corssen, Krit. Beitr., 1863, 392*). *Fo.*] *de origine*: GLOSS.^{L} Ansil. PI 296 (cod. Paris.) -us a pietate vocatur, non pietas a -o *eqs. de mensura* (*v. etiam p. 2230, 31*): pī- *fere semper apud poetas inde a* PLAVTO (*syll. anceps est* PLAVT. Amph. 1086 TER. Hec. 152); pī- *testari potest* i *longa, si recte editur, in inscr. lib. rei publ. iam perdita l. 61 (cui litterae in posterioribus minus confidendum est, e. g. p. 2230, 21. 37, ut etiam scripturis* pii-, pei- *l. 62 sq.), cf.* pihi *in init. hexam. rudis* CE 541, 11 (*vix recipias coni.* ENN. ann. 110 pectora pīa [*Havet*; diu *in* dia *corr. cod. Cic.*]).

de singulis gradibus: 1) posit. -us (*?*piens *v. suo loco*): *scribitur, sc. in inscrr.*: pi- CIL I^2 665. 1259. *et saepe*; pI- CIL I^2 733 (*in cognom. Metelli, cos. a. 80 a. Chr.*). VIII 12604 (*saec. I/II*). *al.*; pii- CIL VIII 22421. *al.* (*cf.* piI- CIL VI 16123 [*saec. I/II, ut* CE 834]); pei- CIL X 7064; pih- CE 541, 11 (*saec. III*); pu- CIL VIII 23745; i *om.* CIL VIII 22361 (*in miliario Aureliani*) P(i)o Fe(lici). 26011 p(i)a. *abbreviatur* p *p. 2244, 39. 2245, 28. 36. 57,* pi *p. 2244, 40 et* CIL I^2 666; *potius superl. exspectes in titt. sepulcr., e. g.* CIL XIII 1196, 8 *et* 5711, 3 p., 4159, 8 pi. NOT. Tir. 63, 42 -us. *de formis: sing. gen. masc.* pi CIL VIII 14573 *et* 14577 (*a. 141*). *al., sc. fere aet. Severorum, fem.* piaes CIL XIII 3260 (*cf. cognom.* Pies VI 36584, 3); *voc.* -ie *probatur a gramm., e. g.* PROB. inst. gramm. IV 105, 15 SERV. Aen. 8, 77, *adhibetur* CE 465A, 1 (*saec. II^2*). CIL III 207 (*aet. Carac.*). OPT. PORF. epist. ad Constant. 7 HIST. AVG. Avid. 13, 2 PRVD. cath. 3, 2. *al.*; -ii *apud auctores non invenitur, apud gramm. affertur* CHAR. gramm. p. 55, 19. 99, 17 VARRO ... opinionem ... traditam infirmat, quod hic -us ... in vocativo -ii faciat. *plur. nom. masc.* piei CIL I^2 663 (*a. 130 vel 92 a. Chr.; de mystis Samothraces, ut* 667. 2505. *al.; cf.* pieis *de eisdem* CIL I^2 665, *ceterum* II 5350, 11 [*si vox integra servata*]); pi CIL VI 28599 (*saec. I/II*). VIII 11616. *al.; dat. vel abl.* pis CONST. veteran. (CIL XVI 139) int. 7 (*a. 221*; ext. 8 piis). CIL XVII 635 (*a. 253/60;* i *longa*), pies INSCR. Année Épigr. 1975 n. 365 (*a. 383/8; seq.* felices ac triumfatoribus). *2) compar. deficere testantur* PROB. inst. gramm. IV 57, 7 DON. gramm. mai. 2, 4 p. 618, 2 sq. *aliique praeter superl.* -issimus *fere laudantes periphrasin* magis -us (*qua utuntur* OV. Ib. 361 TERT. nat. 2, 9, 17. *al.* [*aliter* PLIN. paneg. 1, 6]); pior *dici posse negat e. g.* CHAR. gramm. p. 147, 28. *3) superl.* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 499; formam* -issimus *agnoscunt gramm. l. 7, vituperat* CIC. Phil. 13, 43 tu, *Antoni,* ... ne -os quidem, sed -issimos quaeris [*v. p. 2234, 21*], et, quod verbum omnino nullum in lingua latina est, id ... novum inducis [*cf.* GLOSS. V 93, 5 '-issimum' aput nos antiqui dicere noluerunt; nam '-us' ... non habet superlativum. *sim.* 133, 29]. *cf.* maxime -us *p. 2237, 18. 2244, 24,* plenissimus pietate *Cic. nat. deor. 2, 71* [*iuxta* optimus ... castissimus ... sanctissimus]. *Plin. epist. 8, 18, 2*): *forma* -issimus (*iuxta* -entissimus *e. g.* CIL XII 679 [*saec. I^2*; -entissimo *in eodem textu litt. neglegenter incisis repetito*]. VI 3585 [*saec. I/II, ut* 29639]. II 531 XII 864): *scribitur in inscrr.* piiss- INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 483 (*aet. Aug.*). CIL VI 15580 (*saec. I*). *et saepe* (*cum* i *longa* pIiss- CIL VI 6441 [*saec. I*]. *al.,* piIss- 1348 [*aet. Vesp.*]. *et saepe* [*cf.* pieis- II 2679], pIIss- 12819/20, 13 [*saec. I/II*]. VIII 11335), *ceterum e. g.* piess- CIL VI 18054 (*a. 50/150*). INSCR. Année Épigr. 1982 n. 814 (*e Pannonia*); piss- CIL IV 1261. VI 6442 (*saec. I*). *et saepius* (*cf.* pis- VIII 4540. *al.; cum* i *longa* pIss- VI 11206 [*saec. I*]. INSCR. Maroc. Gascou 439. *et saepius,* pIs- CIL VIII 3721). *abbreviatur e. g.* piIssi CIL VI 30640 X 4363, pissi VI 16969/70. IX 3229, piiss VI 15395 (*saec. I/II*). *et saepius* (*cum* i *longa*: pIiss 10217 [*saec. I/II*], piIss 18620 [*saec. I/II*]. VIII 21139. *al.*), piis VI 2321, 5 (*saec. I/II*). VIII 2028. *al.* (*cum* i *longa*: pIis VI 15644, piIs 15873. *al.*), pIss XII 1252, pis VIII 11621. 23415; *de* p *et* pi *v. p. 2229, 65 sq. de mensura*: piis- *una syllaba est* CE 141, 5 (*sen. iamb.*). *legitur apud auctores* (*praeter coni. dub. p. 2232, 59*): ANTON. epist. Cic. Phil. 13, 43 (*inde* CIC. *ibid.; an etiam* epist. frg. 17, 3*?*). SEN. contr. 9, 4, 14 SEN. dial. 11, 7, 4 CVRT. 9, 6, 17 PS. QVINT. decl. 6, 3 FRONTIN. aq. 31, 2. 88, 1 TAC. Agr. 43, 4. *et saepius; in inscrr. saepissime, v. supra. forma* -entissimus (*iuxta* -issimus *l. 17. 54*): *scribitur* pient- CIL VI 7473 (*aet. Aug.*). 7311 (*aet. Claudiorum*). *al.* (*cum* i *longa* 4553 [*aet. Claudiorum*]. 8737 [*saec. II^1*]. IX 2620. *et saepius; cf.* piient- III 4208. 7702, piaent- II 6299 VI 37354. *al.* [*adv.* piant- *p. 2246, 15*], piemt- VI 18798 [*saec. I/II*]. II 2632, 6, piint- INSCR. Ost. Thylander A 126 [*aet. Hadr. vel Ant. Pii*]. CIL XI 1478); *ceterum e. g.* pint- CIL VI 18227 (*a. 50/150*). III 11791 V 6512. *al.,* piet- II 6304 (*ibid.* pient-). III 8012 VI 3631. *al.,* pit- III 2564 VI 30603. *abbreviatur (ambigua vix ad posit.* piens *trahas) e. g.* pientiss CIL VI 3585, 5 (*saec. I/II*). *et saepe* (*cf. e. g.* pientis II 6303 VI 35414. *et saepius,* pientes(simi) V 368. VI 37958 [*saec. II^1*]. INSCR. Bulg. Gerov. 121, piets VI 37543, pentis XIII 8277 [*saec. II/III*]), pienti III 2313 VI 29025 VIII 10015. *al.,* pient VI 26565 (*saec. I/II, ut* 34256). III 2311. *et saepe* (*cf.* pint II 5320, *fort. etiam* pt VI 15558), pien II 2724 III 1553. *al.* (*cf.* pin INSCR. Ost. Thylander A 145 [*aet. Hadr.*]), pie INSCR. Ost. Thylander A 263 (*aet. Hadr. vel Ant. Pii*); *de* p *et* pi *v. p. 2229, 65 sq. legitur in inscrr. saepissime inde ab aet. Aug., v. supra, sc. frequentius quam* -issimus, *nisi quod in Africa raro invenitur (v. Sommer, Indogerm. Forsch. 11, 1900, 251 sq.); ceterum non nisi in* CONC.^{S} I 5, *e. g.* p. 352, 22 (*sed* 23 -issimos). 354, 36.

de notione: NON. p. 371, 29 -um dicitur misericors, religiosum (*affert* VERG. georg. 3, 513). 371, 31 -um, castum (*affert* VERG. Aen. 6, 662). SERV. auct. Aen. 1, 378 -us potest esse et purus et innocens et omni carens scelere (*seq. p. 2072, 60*). GLOSS. -us: *εὐσεβής. ὅσιος.* religiosus. GLOSS.^{L} I Ansil. PI 1 sqq. -i: puri, religiosi, casti. sancti. pudici. inmaculati. inviolati. 285 -us: misericors. 289 clemens. 290 sqq. (cod. Paris.) benignus. mansuetus. lenis, mitis. sanctus. nobilis. iustus. *al., e. g. p. 2239, 7 sq. 2240, 21. legitur quinquies apud* PLAVT., *singulis locis apud* ENN., TER., CATONEM, TRAG. inc., *bis apud* VARRONEM *et saepius inde a* CIC.; *de superl. v. supra; abiit in sermonem gr. p. 2245, 60.* [*it.* pio, *sard. centr.* piu, *francog. vet.* pieu, pie, *francog. rec.* pieux, -euse, *francoprov.* piu, *hisp., port.* pio. *cf. M.-L. 6552. Wartburg VIII 619. C. S.*] [*variat cum* prior, prius VERG. Aen. 3, 75 OV. met. 11, 62. *al.* (*in falsa var. l.* LVCR. 6, 1279 [*cf. Thuc. 2, 52, 4 πρότερον*]. VERG. Aen. 4, 464). *falso trad. e. g.* IVL. VICT. rhet. p. 67, 5 -us ... modus (is ... m. *Giomini sec. Quint. inst. 5, 14, 35*).]

significantur animantes, qui officia, fidem, reverentiam, amorem sim. illis praestant, quibus ea debent, nec non actiones, qualitates, affectus sim., quae talia praestantibus conveniunt, eave, quae ad talia explenda dantur, instituuntur, adhibentur sim.; respiciuntur nexus reciproci tam inter superiores et inferiores (e. g. parentes et liberos sub IA1b, reges sim. et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

subditos p. 2234, 58. 68, deos et homines sub II) quam inter aequales (e. g. fratres et sorores sub IA1c, amicos sim. p. 2233, 29, cives p. 2234, 15); accedit notio clementiae, humanitatis, misericordiae sim. saepe sub IA3 et IIB, v. etiam e. g. p. 2234, 5sqq. 2235, 15. 2245, 42; respicitur pietas eius, qui aliorum pietatem respicit, p. 2236, 14; minus elucente respectu officii erga certam personam vergit in notionem q. e. bonus, probus sub IA4; saepius accedere vid. notio originaria q. e. 'purus, inquinatione carens', qua maxime sacra et ad deos pertinentia -a esse dicuntur, cf. p. 2229, 50 et e. g. p. 2238, 19. 2239, 10sqq. 24. 43. 47sqq. 65sqq. 2240, 29. 2241, 7sqq. 2242, 39, et nota syn. castus, purus *l. 19. 21. in graecis fere respondet εὐσεβής, quod infra omisimus; ceterum e. g. θεοσεβής, εὐλαβής, θεοφιλής p. 2240, 39sqq., ἐλεήμων p. 2242, 5, ὅσιος p. 2242, 9 (cf. p. 2232, 7. 2240, 21), etiam δίκαιος* AMM. 23, 6, 53 Abii ..., genus -issimum (*sec. Hom. N 6 δικαιοτάτων ἀνθρώπων, ut* 23, 6, 62); *mire respondet δή* VET. LAT. psalm. (cod. 136), *sc. p. 2240, 25. 2242, 25 et* 117, 3 sq. (*ubi in Vulg. ceterisque vers. lat. ponitur fere* nunc, autem *sim., nisi neglegitur*), *sed vox q. e.* -us *orta esse potest e confusione particulae hebr. enclit.* נָא *his locis traditae cum aliqua voce notionem gratiae, misericordiae sim. exprimente, cf. Hier. epist. 20, 1. accedunt voces notionis affinis e. g.* castus CIC. dom. 105 (*etiam* religiosus, sanctus). SEN. Phaedr. 108. *al.,* iustus *p. 2234, 12. 2239, 69 et* CIC. Phil. 13, 37. *al.* APVL. Plat. 2, 23 p. 252. *al.,* purus OV. fast. 3, 336 LIV. 1, 32, 12. 10, 7, 4 APVL. apol. 63, 6. *al.,* religiosus *l. 20 et* VAL. MAX. 1, 1, 9. *al.,* sanctus *l. 20 et* ARNOB. nat. 5, 23 LACT. inst. 5, 9, 5. *al.* (*distinguitur* PAVL. NOL. epist. 13, 8). *opp. e. g.* impius CIC. leg. 2, 15 OV. met. 7, 339 SEN. contr. exc. 5, 4, 1 SEN. Med. 261. *et saepe,* nocens LVCAN. 5, 273 LAVS Pis. 99 CLAVD. 3, 14. *al.,* profanus *vol. X 2, 1663, 70. 1665, 18. 58 et e. g.* PAVL. NOL. carm. 26, 138, sceleratus OV. epist. 6, 137. *al.* SEN. Herc. f. 1318 QVINT. decl. 317, 13 PRVD. c. Symm. 2, 128, scelestus PLAVT. Pseud. 356 Rud. 26.

illustrantes imprimis, cui vel qua in re pietas praebeatur (saepe etiam respectu diverso e. g. p. 2232, 8. 65. 2233, 39. 2235, 8 [cf. de -o Aenea p. 2242, 64] vel usu generali l. 72. p. 2236, 59. 2243, 48sq.) breviterque p. 2242, 50 comprehendentes, quis -us vel quid -um sit, exemplaque sic digerenda esse putavimus:

I *respicitur pietas inter quoslibet animantes (fere hominum inter se):*
A *exempla varia:*
1 *inter coniunctos matrimonio, natu sim.: l. 75 (coniuges p. 2232, 3, parentes et liberos p. 2232, 20, ceteros p. 2232, 58).*
2 *inter varia ratione obligatos:* **a** *quolibet contextu: p. 2232, 71 (inter amantes sim. p. 2232, 72, patronos vel dominos et libertos vel servos p. 2233, 13, amicos, sodales sim. p. 2233, 29).* **b** *in rebus publicis: p. 2233, 67 (erga alios populos p. 2233, 68, erga patriam p. 2234, 15, inter reges et subditos p. 2234, 58; respiciuntur principes Romani p. 2234, 68).* **c** *in ecclesia christiana: p. 2235, 68.*
3 *pietas praestatur cuilibet: p. 2236, 14 (apud Christianos fere c. respectu largitatis p. 2236, 34).*
4 *sine respectu certae personae, cui pietas praestetur, vergit in notionem q. e. bonus, probus: p. 2236, 59 (de mortuis beatis eorumque sedibus p. 2237, 45).*
B *pietas praestatur mortuis, qui coluntur, flentur sim.:* **1** *c. respectu ultionis: p. 2238, 3.* **2** *cetera exempla: p. 2238, 15.*

II *respicitur pietas inter homines et deos, quam praestant:*
A *ei, qui deos colunt, reverentur; spectat ad:* **1** *quoslibet deos: p. 2238, 74 (respiciuntur bella p. 2239, 65, vates p. 2240, 5).* **2** *deum Christianorum et Iudaeorum: p. 2240, 19 (respiciuntur sancti p. 2241, 12; c. colore rectae fidei p. 2241, 24, humilitatis p. 2241, 42).*
B *dei:* **1** *in religione Romanorum, Graecorum: p. 2241, 54.* **2** *in religione Christianorum, Iudaeorum: p. 2241, 74 (-ae sunt res, quas deus clementer praebet sim., p. 2242, 22).*

appendix syntactica et stilistica: p. 2242, 50 (illustratur usus in inscr. sepulcralibus p. 2244, 38, adhibetur pro cognomine p. 2245, 23).

adv. piē: *p. 2246, 9.*

I *respicitur pietas exstans inter quoslibet animantes, sc. imprimis hominum inter se (animalium inter se p. 2232, 39sqq. 50. 2238, 25sqq., inter animalia et homines p. 2233, 42sq. 2235, 7; deorum inter se p. 2232, 38. 2233, 41; in imag. vel per prosopop. de pietate rerum inter se p. 2234, 43, erga homines p. 2235, 8. 2236, 30. 2237, 36sqq.):* **A** *exempla varia (usu generali e. g.* SEN. dial. 3, 12, 5 irasci pro suis non est -i animi sed infirmi [*postea*: pro parentibus liberis amicis civibus]. PRVD. psych. praef. 7 *Abraham docuit, qui sacrificat,* quod dulce cordi, quod -um, quod unicum, deo libenter offerendum credito): **1** *pietas exstat inter eos, qui matrimonio, concubinatu, affinitate, natu vel adoptione coniuncti sunt (de mortuis lugendis sim. v. sub B; vergit ad notionem q. e. carus, dulcis sim. e. g. p. 2233, 8sq.):* **a** *coniuges sim. (pauca selecta post* OV.; *cf. p. 2233, 15):* PLAVT. Amph. 1086 -am et pudicam esse tuam uxorem (OV. Pont. 3, 1, 60. *al., e. g. p. 2244, 49*). PROP. 3, 13, 24 fida Euadne, ... -a Penelope (OV. ars 3, 15). OV. am. 2, 13, 12 (*ad Isin*) sic tua sacra -us semper Osiris amet (*fortasse sublucet ὅσιος*). epist. 6, 137 (*Hypsipyle Iasoni*) quid refert, *Medea* scelerata -am si vincet? (*cf. 134* taeda pudica. *135sq.* rapui de clade *patrem* ... me mea Lemnos habet [*ut simul spectet ad bα et p. 2234, 15*]). met. 13, 301 (*loq. Vlixes*) me -a detinuit coniunx, -a mater Achillem (trist. 1, 2, 37. *al., e. g. p. 2244, 57*). *al.* PETRON. 76, 7 (*loq. Trimalchio*) Fortunata rem -am fecit, omne enim aurum suum ... vendidit et mi centum aureos in manu posuit. CIL XII 856 (*saec. I*) contubernali -entissimo (VIII 12597 XII 3910. *al.*). II 489 (*saec. I ex.?*) Pastori veterano ... Val(eria) vernacla, *sc. focaria,* hospiti -entissimo. XIII 2279 (*saec. II ex./III in.*) d(is) m(anibus) ... Anthidis ..., qu(a)e, dum nimia -a fuit, facta est inpia, ... Callistio coniux (*alii aliter interpretati sunt; v. e. g. Doignon, Hommages à L. Herrmann [= Coll. Latomus 44], 1960, 301sqq.*). *et saepe.*

b *natos et parentes (hucine iam* ENN. *p. 2239, 2?):* **α** *pietatem praestant liberi:* ① *usu sollemni (exempla selecta post* OV.): CATVLL. 39, 4 si ad -i rogum fili lugetur (*cf. titulos e. g. p. 2244, 50*). CIC. Tusc. 2, 20 (vers.; *Hercules ad Hyllum*) huc adripe ad me *matrem* manibus abstractam -is (*gr. Soph. Trach. 1066 χεροῖν σαῖν tantum*). off. 3, 90 -os ... cives in parentes. HOR. sat. 2, 1, 54 -a dextera (*ironice de eo, qui matri venenum dedit*). PROP. 4, 1, 44 umeros ... -os *Aeneae patrem portantis (cf. l. 43).* OV. ars 1, 199 induit arma tibi, *C. Caesar,* genitor patriaeque tuusque ...; tu -a tela feres, sceleratas ille *hostis* sagittas. 1, 200 *v. p. 2243, 43.* fast. 5, 49 *Maiestas* patres in honore -o matresque tuetur. *et saepius.* AETNA 624 incendia ... solis parsura ⌊-is⌋ (*ed. 1517*; dees *vel* deis *codd.; spectat ad fratres Catinenses, qui parentes e periculo eripuerunt, ut*: 634 -os iuvenes. SIL. 14, 197 -os ... fratres. SOL. 5, 15 campus -orum. CLAVD. carm. min. 17, 34 exempli ... monumenta -i). SEN. Herc. f. 1318 (*loq. Hercules*) artus alleva afflicti solo, Theseu, parentis *mei; mea* dextra contactus -os scelerata refugit. benef. 6, 36, 1 quis -um dicet Aenean, si patriam capi voluerit, ut captivitati patrem eripiat? VAL. FL. 2, 411 currus ... -os *Bacchi* (*quibus Hypsipyle patrem servavit; cf. l. 55*). STAT. Theb. 12, 640 ut *Athenienses* ... -is raptim dent oscula natis. MART. 9, 34, 6 -us Arcas (*i. Mercurius erga Iovem; vix ad IIB1a*). *et saepe. de ciconia ave (cf. p. 2245, 28):* AMBR. hex. 5, 16, 55 (*antea*: pascere patrem ..., *patris* membra portare) Romanorum usu -a avis vocatur (6, 4, 20). ② *per enallagen de parente quasi onere portando:* OV. epist. 7, 107 pater *Anchises,* -a sarcina nati. AETNA 639 uterque *frater Catinensis* -o sub pondere (*cf. l. 30sqq.*).

β *pietatem praestant parentes:* ① *quilibet:* HOR. epist. 1, 18, 26 -a mater (OV. epist. 19, 123. *al., e. g. p. 2244, 52*). TIB. 2, 5, 119 Messalla ... -a det spectacula turbae, *sc. in honorem filii triumphantis.* OV. met. 8, 499 (*loq. Althaea*) ubi sunt -a iura parentum? *al.* SEN. contr. 9, 4, 14 *tyrannum* -issimo patri tormentum quaesisse ex filiorum impietate (VAL. FL. 5, 336. *al.*). *et saepe. de avibus:* AMBR. hex. 5, 17, 56 egregie -o ... adfectu *hirundinis erga pullos.* ② *imperatores Romani:* AVSON. 4 (317 S.), 26 *Valentinianus* fratrem natumque -o complexus utrumque numine partitur regnum *eqs.* HIST. AVG. Avid. 10, 2 non ... -us est imperator, qui non cogitat uxorem et filios. CLAVD. 7, 130 cum ... velaret ... -os communis, *i. Theodosii et Honorii,* laurea currus (8, 205 *Theodosius* splendebat ... -o complexus pignora curru, *i. Arcadium et Honorium*).

c *fratres et sorores, vel quoslibet cognatos, affines (e coni. dub. variorum* CATVLL. 29, 23 o -issime *sim. pro* opulentissime [*v. app. crit.*]): PLANC. Cic. fam. 10, 24, 1 omnis gratas amicitias atque etiam -as propinquitates in tua observantia ... vincam. OV. epist. 14, 123 -ae ... sororis (met. 8, 520. SEN. Med. 779 [*opp.* impiae matris]. *al.*). met. 5, 152 socer. 11, 329 fratri (trist. 4, 5, 30 quo -us affectu Castora frater amat. INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 483 [*aet. Aug.*]. STAT. Theb. 6, 435 MART. 2, 41, 20. *al.*). *al.* LIV. 3, 25, 3 (*spectat simul ad p. 2234, 15sqq.*) *T. Quinctius Capitolinus,* quoniam neque Quinctiae familiae Caeso neque rei publicae maximus iuvenum restitui posset, falsum testem ... iusto ac -o bello persequebatur. 42, 5, 5 tam -o erga propinquos, tam iusto in cives ... regi. *al.* LAVD. Turiae 1, 50 -a liberalitate *dotes parantium. al.*

2 *pietas exstat inter eos, qui varia ratione obligati, coniuncti sunt:* **a** *quolibet contextu, sc. fere in vita privata; spectat ad pietatem:* **α** *erga amantes, amicas, pueros dilectos sim.:* TER. Hec. 152 -um ac pudicum ingenium narras Pamphili (*sc. qui ob amorem meretricis a virgine, quam invitus duxit, se abstinuerit; cf.* DON. *ad l.* 1 erga meretricem '-um', 'pudicum' erga virginem). VERG. Aen. 5, 296 Nisus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

insignis amore -o pueri ([*explicatur*: SERV. auct. casto, non infami. GLOSS.^{L} III Abol. AM 20 sancto et honesto]. *item de amore casto*: VAL. FL. 4, 2 -os ... a. *Heraclis Hylam amantis* [*cf. 25* pater]). SVLPICIA Tib. 3, 17, 1 -a cura puellae, *sc. aegrotae* (OV. am. 2, 16, 47 mei ... relicti). CIL IV 1261 (*si recte huc traximus*) futuebatur civium Romanorum ... cun(n)us, in qua nul(la)e aliae ⌞veces⌟ erant nisi[s]sei dulcis(s)im(a)e et pi(i)ssimae (⌞ ⌟ *i.* voces, *siquidem alludit ad Cic. Verr. II 5, 162* nulla vox alia). ANTH. 451, 1 -a foedera rupi. CIL XIII 10024, 39c ave, -a ([*cf. e. g. 39d* ave, vita. *39g* dulcis. *39i* fidelis]. *in anulo ut*: 10024, 74 -a. 94 vivas, mi -a, opptata). MAXIM. eleg. 3, 68 castus amor Veneris ... quando fuit? parcere dilectae iuvenis desiste puellae: impius hic (huic *var. l.*) fueris, si -us esse velis. *transfertur ad tempus amoris*: PROP. 2, 9, 47 utinam, si forte -os eduximus annos *eqs.* **β** *inter patronum et libertum, dominum et servum sim.: a parte liberti vel servi sim.*: CIL I^2 1259 Brutia Q(uinti) l(iberta) Rufa -a patrono, dum vixsit, placuit ([*eadem concubina fuisse intellegitur, cf. 1a*]. II^2 7, 405 [*saec. I*^{1}] Luclena ... l(iberta) grata -a frugi. VI 14073 [*saec. I/II*] l. -entissimae et incomparabili. *al.*). XI 600, 7 (*aet. Aug.; inter praecepta in testamento libertis data*) primum est -um esse *eqs.* (*postea suppl. ed. exempli causa*: ⟨domino bene⟩ cupias, ver⟨ere parentes ... ⟩idem bonam ⟨praestes⟩, *ut simul ad 1bα et 4a spectet*). VAL. MAX. 6, 8, 1 tam -um et tam fortem spiritum *servi torti.* STAT. silv. 2, 6, 10 famulum gemis ... -um, sed amore fideque has meritum lacrimas. CIL VI 34302 (*saec. I/II*) vern(ae) dulciss(imo) et -entiss(imo) (VIII 24839 -ae). CE 1792 (*saec. II/III*) in patrono meo semper -a. IVST. 18, 3, 8 qui *servus* miti ingenio ... dominos ... non truci feritate, sed -a misericordiae humanitate respiceret. *al.* *a parte patroni vel domini sim.*: CIL VI 29042 (*saec. I*) patrono suo -issimo (6191 [*saec. I*^{2}] p. indulgentissimo et -entissimo. *al.*). 14094 (*saec. I/II*) domino meo dulcisimo et -entisimo (*sic*).

γ *erga quoslibet amicos, sodales, commilitones sim.* (*exempla selecta inde ab* OV.; *cum respectu gratiae erga bene meritos e. g. l. 35 sqq. 46*): CIC. Sest. 4 -o dolori et iustae iracundiae ([*postea*: ex hominis de me optime meriti periculo]. de orat. 2, 201 iusto, ... -o dolore me esse adfectum [*cf. 200* pro meo sodali]). Phil. 13, 42 (*ironice*) fidem Dolabellae, sanctissimi viri, deserere *Antonius* homo -us non potest (VELL. 2, 71, 1 maius exemplum h. grati ac -i quam Corvinus in Caesarem, *qui eum servarat, non* fuit). Att. 9, 11^{a}, 3 (*ad Caesarem*) ut ... bonus vir, gratus, -us denique esse in maximi beneficii memoria possim. CATVLL. 73, 2 desine ... aliquem fieri posse putare -um; omnia sunt ingrata. VERG. Aen. 1, 305 -us Aeneas (5, 26. *al.*). HOR. carm. 1, 24, 11 tu, *Vergili,* frustra -us ... poscis Quintilium *mortuum* deos (*simul spectare vid. ad IIA1*). TIB. 3, 10, 25 te, *Phoebe,* felicem dicet -a turba deorum. PROP. 3, 13, 56 in hospitio non ... -o (*sc. Polymestoris, qui Polydorum necavit*). OV. am. 2, 6, 43 pro te, *psittace,* -a vota puellae (*vice versa -um est animal erga dominum*: MART. 8, 28, 8 -us ... Cyllarus, *equus Castoris*). rem. 813 reddetis sacro -a vota poetae, carmine sanati femina virque meo (*cf. l. 43*). fast. 3, 629 (*loq. Aeneas*) hanc *Annam* tibi cur tradam, -a causa, Lavinia coniunx, est mihi: consumpsi naufragus huius opes. trist. 1, 9, 31 quod -us ad manes Theseus comes iret amico. 5, 4, 43 pro quibus affirmat *poeta* fore se memoremque -umque. 5, 6, 4 officii ... -um ... onus (*cf.* -um officium: Pont. 4, 1, 8 *gratias agendi.* AVSON. 27, 21 [418 S.], 3 *scribendi*). Pont. 3, 2, 98 fidem (*Orestis Pyladisque, cf.* STAT. silv. 5, 2, 156 Pylades ... -us). VAL. FL. 3, 637 -us ingenti Telamon iam fluctuat ira, *sc. Hercule relicto* (*de eodem* 3, 722 -us Aeacides). CIL VI 24545 (*saec. I/II*) amico -entissimo (VIII 9291. *al.*). 9148 (*saec. II*^{1}) collegium ... fratri -issimo b(ene) m(erenti) (*sim. inter collegas*: II 1976 -us in collegio. *item huc pertinere vid.* 5812, 4 [*a. 239*] patronis ... -entissimis cives -entissimi et amicissimi Seg(isamonales?) [*v. Oliver, Eos 48, 3, 1957, 447 sqq.*]). VIII 2425 sodali -o. *al.* *per prosopopoeian -um est dolium vinarium, sc. ut vinum fideliter servans*: HOR. carm. 3, 21, 4 o nata mecum ..., seu tu querelas ... geris ... seu facilem, -a testa, somnum (*alii aliter explicant, ut -a sit e. g. quae vel somnum afferat* [*cf. 4aγ*], *vel Baccho serviat [cf. IIA1], vel ipsa quasi dea sit* [*cf. IIB1*]). **δ** *inter magistrum et discipulum*: CIL VI 10011a (*saec. I/II*) praeceptori -issimo. 10016 (*saec. I/II*) discenti -issimo. PAVL. NOL. carm. 10, 98 (*ad Ausonium*) cur remotus tamdiu degam arguis -oque motu irasceris? (*cf. 96* patrone, praeceptor, pater). CIL VIII 3322 Canopo paedagogo -entissimo b(ene) me(renti) (*nisi ad l. 14 sqq.*).

b *in rebus publicis* (*in imag. p. 2234, 43*): **α** *generatim; spectat ad pietatem*: Ⓘ *erga alios populos* (*singulos milites eorum p. 2234, 5 sqq.*): Ⓐ *vario respectu*: CIC. Balb. 35 nihil est ... aliud in foedere *Gaditano,* nisi ut -a et aeterna pax sit. LIV. 6, 26, 6 (*loq. Tusculani*) haec mens nostra *erga vos Romanos* est ... tam felix quam -a. 34, 50, 4 ut *Graeci* tam -o, tam (ac *var. l.*) necessario officio fungerentur, *sc. erga Romanos liberatores.* SIL. 1, 660 *Romani,* conservate -os *Saguntinos* (*de eisdem* 2, 651 fidei poenas ac tristia fata -orum). STAT. Theb. 12, 782 accedunt utrimque -o vexilla tumultu permiscentque manus, *sc. Thebani et Athenienses proelium recusantes.* CIL III 14387 (*saec. I*) ⟨regi⟩ magno *Iulio* Ag⟨rip⟩pae -o philocaesare et philoromaeo. CLAVD. 20, 228 (*Bellona ad ducem Gothicum*) *Romani* te ... iam timeant admirenturque nocentem, quem sprevere -um (*cf. 213 sq.* qui servat *foedera*). *al. apud eundem.*

Ⓑ *cum respectu bellandi: -i sunt homines erga hostem*: VERG. Aen. 10, 826 (*loq. Aeneas post occisionem Lausi patrem defendentis*) quid -us Aeneas tanta dabit indole dignum? (*de eodem*: LACT. inst. 5, 10, 9 nullo ... modo -us, qui ... precantes interemit. SERV. Aen. 12, 940 ex eo, quod hosti cogitat parcere, -us ostenditur. auct. Aen. 3, 691). MART. 1, 21, 3 -us ... hostis (*i. Porsena erga Mucium Scaevolam*). *-um est bellum, quod pro sociis pugnatur*: LIV. 30, 31, 4 et tunc Mamertinorum sociorum periculum et nunc Sagunti excidium nobis -a ac iusta induerunt arma. 39, 36, 12 (*loq. praetor Achaeorum*) pro vobis *Romanis* ... iustum -umque bellum suscepimus.

Ⓘⓘ *erga cives vel patriam suam*: Ⓐ *vario respectu* (*exempla selecta inde ab* OV.; *cf. p. 2241, 56*): CIC. fam. 6, 1, 3 officium iustum et -um et debitum rei publicae nostraeque dignitati videbamur sequi. Phil. 13, 37 (*ironice de Antonio*) o conservandus civis cum tam -o iustoque foedere (*antea*: sibi convenisse cum Dolabella, ut ille ... Brutum, Cassium ... necaret). ANTON. epist. Cic. Phil. 13, 43 Lepidi societatem violare, -issimi hominis (*inde* CIC. *p. 2230, 12*). POLLIO Cic. fam. 10, 33, 2 (*nisi ad l. 41 sqq.*) -um consilium meum. NEP. Con. 5, 2 ea ... -a et probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri quam regis maluit. PROP. 4, 1, 57 *Romae* moenia ... -o coner disponere versu (*sim. respiciuntur scripta*: OV. trist. 2, 322 -us est patriae facta referre labor. STAT. silv. 5, 3, 205 flere -o Vesuvina incendia cantu ... et gemitum patriis impendere damnis). OV. Pont. 1, 3, 31 sive -um vis hoc, seu vis muliebre vocari, confiteor misero molle cor esse mihi (*29* amor patriae). SEN. suas. 6, 19 -is contionibus, quibus *Cicero* multorum capita servaverat. SEN. benef. 5, 16, 1 ingratus est Coriolanus, sero et post sceleris paenitentiam -us. LVCAN. 8, 79 (*loq. Pompeius; an ironice?*) a me ... -a turba senatus ... discessit. PLIN. nat. 7, 179 (*e vaticinio*) inferis dis placere *Sex.* Pompei causas et partes -as (AMM. 26, 10, 13 -issimae). SIL. 7, 406 (*Fabius ad magistrum equitum*) magno te iure -oque dictator capere arma veto. STAT. Theb. 1, 639 -a ... arma *Coroebi, quibus patriam a monstro infantes devorante liberavit.* silv. 2, 7, 68 libertate gravem -a Catonem. 5, 3, 190 illi *milites* castra -a statione tenent. QVINT. decl. 305, 5 amplectebantur miseri *exules* -o furto extremum patriae solum. *al.* *in titulis municipalibus*: CIL XI 5382 (*Asisii, aet. fere Domit.*) ⟨p⟩raef(ecto) Aegypti -issimo munificentissimoque ⟨e⟩rga patriam. VIII 9049 municipem -issimum Auzienses, *sc. honoraverunt sim.* XII 3312 (*Nemausi*) ⟨i⟩n patriam -um ac strenuu⟨m⟩. Ⓑ *cum respectu bellandi* (*de impietate belli civilis l. 43. 51*): LVCR. 5, 381 (*de elementis quasi civibus eiusdem civitatis*) cum maxima mundi pugnent membra -o nequaquam concita bello (CIC. Att. 10, 4, 3 *Pompeius* b. ... comparat non iniustum ..., sed cum -um, tum etiam necessarium. FLOR. epit. 2, 19, 5 iusta illa et -a cum exteris gentibus b. [*opp.* illa civium scelera turpesque et impias pugnas]). VAL. MAX. 3, 3, 1 -i ... ac fortis propositi *Scaevolae Porsenam hostem occidendi* (*item iuxta* fortis: 5, 1 ext. 6 umbrae *ducum Romanorum pro patria occisorum.* 5, 3, 2f cum *P. Lentulus* ... C. Gracchi ... aciem -a ac f. pugna ... fugasset [*antea*: amantissimus rei publicae]). LVCAN. 1, 238 clangor ... tubarum non -a concinuit ... classica. 5, 273 (*ironice*) *nos milites* imus in omne nefas manibus ferroque nocentes, paupertate -i. QVINT. decl. 352, 2 pro salute ac libertate omnium -a arma cepisse. Ⓒ *cum respectu pietatis erga patriam avitam*: HOR. carm. 3, 3, 58 ne *Romani* nimium -i ... avitae tecta velint reparare Troiae. LIV. 37, 54, 19 certare -o certamine ... virtutis ausi sumus cum parentibus quaeque civitas et conditoribus suis, *sc. coloniae graecae in Asia sitae.*

ⓘⓘⓘ *inter varios inferiores et superiores, quam praestant: subditi* (*cf. l. 69*): CVRT. 6, 8, 10 quem ... -um et bonae mentis ... *compertis insidiis* non protinus ad regem fuisse cursurum? 9, 6, 17 (*loq. Alexander*) o fidissimi -issimique civium atque amicorum. *reges* (*cf. p. 2235, 14*): STAT. Theb. 11, 165 pacem et -a iura regentem *Adrastum.* CLAVD. 24, 115 numquam libertas gratior extat quam sub rege -o (DRAC. Romul. 7, 131. ENNOD. opusc. 2, 82 p. 313, 8 [*de Theoderico ut* CONC. Rom. a. 501 p. 426, 14]. *al.*; *cf. p. 2235, 58. 67*). ALC. AVIT. epist. 92 p. 99, 27 -issimi domni (*al.*; *cf.* domna: EPIST. Austras. 9 tit. nobis semper -issimae domne ... Brunehildae regine. 9, 9). *al.*

β *speciatim respiciuntur principes Romani domusque eorum inde ab Augusto*: Ⓘ *quibus pietatem praestant subditi* (*exempla selecta inde a* STAT.; *adde p. 2245, 56. 2246, 5*): OV. trist. 1, 2, 96 *v. p. 2243, 45.* 1, 2, 104 pro ... Caesare tura -us Caesaribusque dedi (-is *var. l.*; *cf.* 2, 59 -a tura dedi pro te, *Caesar*). 4, 2, 15 (*nisi ad IIA1*) plebs -a cumque -a laetetur plebe senatus. ELEG. in Maecen. 1, 40 defunctus erat ... miles ... Augusti fortiter usque -us. VELL. 2, 131, 2 (*nisi ad l. 15 sqq.*) *di,* destinate successores *principis* quam serissimos ... consiliaque omnium civium aut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a ⟨fovete aut impia opprimite⟩ (*haec in fine operis suppl. Vossius, alii alia*). VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 ad id *parricidium Seiani* lacerandum -o ... adfectu rapior. SEN. dial. 11, 7, 4 (*antea*: fas tibi non est salvo Caesare de fortuna queri) quod longe a sensibus tuis prudentissimis -issimisque abest, adversus felicitatem tuam parum gratus es. OCTAVIA 485 consensu -o (*sc. erga Neronem*). STAT. silv. 5, 1, 76 vidit *princeps* ... -i iuvenis ... fidem. MART. epigr. 17, 1 -us et supplex elephas te, Caesar, adorat. 9, 23, 5 livere potest -a quercus olivae, cinxerit invictum quod prior illa caput (*i. corona quercea victori agonis Capitolini data alteri coronae invidebit, quae effigiei Domitiani prius imposita est; an potius quia Iovi sacra, vel ad poetas pertinens [cf. p. 2239, 47. 2240, 14]?*). PLIN. paneg. 53, 2 primum erga optimum imperatorem -orum civium officium. PANEG. 10, 13, 1 hoc dicendi munus -um. *al.*

β *de rebus*: Ⓘ *variis*: VERG. Aen. 7, 764 -is ara Dianae (9, 585 -is ara Palici [SERV. ideo ... '-is ara', quia mitigata sunt eorum *Palicorum* numina. *cf. l. 7*]. PRVD. cath. 7, 203. *cf.* VVLG. Is. 60, 7 *arietes* offerentur super -i altari). APRING. in apoc. 22, 2 ipse dominus annus -is remissionis est (*v. p. 2252, 10*). *neutr. pro subst., sc. de verbis eius, qui non aegre fert*: ORIG. in Matth. ser. 100 p. 220, 10 (*interpretans Luc. 22, 48*) *ad Iudam proditorem* -ia dicit Iesus (*opp.* inproperans). Ⓘ *de ominibus laetis, sc. quibus procuratione non opus est*: SEN. nat. 2, 43, 1 id fulmen, quod solus Iuppiter mittit, -e est, perniciosum id, de quo *cum aliis deis* deliberavit (*cf. 2, 42, 1* placata). STAT. Theb. 3, 505 -e ... omen.

adv. **plācābiliter.** *i. q. modo placabili*: **1** *quo quis molliatur, mitigetur*: GELL. 6, 3, 19 *iudices* conciliandos esse ac propitiandos -r et leniter. HIER. in Tit. 3, 9 p. 596^{C} *responsio falsa potest* leniter et -r emendari. VEREC. in cant. 8, 10 sacrificium deo -r immolandum (*postea*: voluntas domini mitigatur). CASSIOD. var. 6, 17, 2 *referendarius* necesse habet a turbatis exquirere, quod nobis possit -r intimare. **2** *quo clementia agentis (i. imperatoris vel dei) appareat*: CASSIOD. var. 3, 4, 4 quae sunt *scandala* ... -r finire. 10, 33, 2. EPIST. Austras. 33, 2 -r excepti *legatarii*. COLLECT. ad psalm. R 40 *ut* medicinam animae -r largiaris, *deus*. IOH. BICL. chron. II p. 218, 587, 7 rex aliena a praecessoribus direpta ... -r restituit.

deriv.: placabilitas. *compos.*: implacabilis, *fort. et* explacabilis.

plācābilitās, -ātis *f.* *a* placabilis. [*confunditur c.* placibilitas SYMM. epist. 1, 19 (*cf. l. 37 sq.*).]

i. q. qualitas placabilis, clementia sim.: **1** *animi* (*saepe in descriptione mansuetudinis sim. eius, qui non laesus est, ita ut de confusione [etiam ipsorum auctorum?] c. voce* placibilitas *cogites, e. g. l. 50. 55. 59; opp. affectio irae; apud ecclesiasticos est virtus credentium vel dei [Christi]; cf.* ISID. synon. 2, 38 dissidentium corda pace concilia, habeto -em mentis, habeto animi benignitatem. GLOSS. II 303, 12 ἐξευμένισις: -s. 303, 36 ἐξιλέωσις: -s): CIC. off. 1, 88 *non* audiendi, qui graviter inimicis irascendum putabunt ...; nihil enim laudabilius ... -e atque clementia. HIL. in Matth. 4, 19 *deus,* quia nullum tempus vacuum adfectu -is esse permittit, cito ... reconciliari adversario benignitate praecepit. 18, 10 (*ad Matth. 18, 21 sq.*) nos ... molliendis ... turbidorum motuum nostrorum aculeis -is suae confirmat exemplo *Christus*. 19, 3 inhibendi *infantes* ... voluntas -i apostolicae non convenit. in psalm. 2, 13 cum laetitiam maeror, -em ira ... perturbat. 2, 17. 52, 15 p. 129, 25 (*ad I Cor. 10, 32 sq.*) qui ... omnia in profectum alienae utilitatis exerceat, necesse est, ut causam sibi inoffensae -is (-ci- *Bulhart, Wien. Stud. 67, 1954, 157*) adquirat, quia ... ex alienis utilitatibus placeat. 119, 23 turbulentas affectiones omni -is modestia continere. 125, 6. trin. 1, 2 patientiae et continentiae et -is virtutes. SYMM. epist. 1, 19 (*Ausonio absentiam excusat*) si mihi -s (-ci- *var. l.*) tua ... cognita est. HIER. psalt. sec. Hebr. 5, 13 ut scuto -is coronabis eum *iustum, deus* (*hebr.* רָצוֹן, *i. fere status eius, cui aliquid placet, sc. dei hominem probantis*). PS. MAX. TAVR. hom. 37 p. 307^{B} sanctificat ille ieiunium, qui flammas saevientis iracundiae mansuetae mentis -e restinguit. THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 14 permanere doctrinae ... diligenti suadens -e (-ci- *Bulhart, loco cit.*) adicit: 'noli neglegere gratiam, quae in te est'. VITA Mitriae (BHL 5973) 4 *Mitrias servus* -em illius *dei* huius *domini saevi* temptationibus mercabatur. **2** *medicaminis mitioris*: SALV. gub. 6, 91 *medici* quosdam *morbos* curant cauteriorum adustione, quosdam malagmatum -e.

plācābiliter *v.* placabilis.

plācāmen, -inis *n.* *a* placare. *i. q. instrumentum placandi*: LIV. 7, 2, 3 *pestilentia saeviente* ludi ... scaenici ... inter alia caelestis irae -a instituti dicuntur (7, 3, 2). SIL. 13, 415 ad fauces ... Averni duc ... duro -a Diti.

plācāmentum, -ī *n.* *a* placare. GLOSS.^{L} I Ansil. EX 930 expiamenta: -a.

i. q. instrumentum vel actio placandi: **1** *placantur dei* (*terra l. 74, daemones l. 75*): PLIN. nat. 8, 187 magna ... pecori (*i. ovibus*) gratia *est* ... in -is deorum. 21, 42 *irim* effossuri ... mulsa aqua circumfusa hoc veluti -o terrae blandiuntur. TAC. ann. 15, 44, 2 deum -is (*antea*: dis piacula). APVL. Socr. 13 p. 147 *daemones* ut nos pati possunt omnia animorum -a vel incitamenta (*pertinet etiam ad 2*). ARNOB. nat. 7, 8 ut parvuli pusiones ... passerculos ... accipiunt ..., ita di immortales -a ista sumunt, quibus iras atque animos ponant? IVLIAN. in Am. 5, 21 ('odi ... festivitates vestras *eqs.*') apud quam *censuram divinam* inter damna morum -a eiusmodi nihil valerent. **2** *placantur homines* (*addas* APVL. *supra*): TAC. hist. 1, 63, 2 stratis per vias feminis puerisque quaeque alia -a hostilis irae ... pro pace tendebantur.

plācanter, plācātē *v.* placo.

plācātio, -ōnis *f.* *a* placare. *de notione*: ISID. orig. 15, 4, 3 propitiatio ... -o est (*om. pars codd.*). GLOSS. II 303, 33 ἐξιλασμός: haec exoratio, -o. 332, 4 ἱλασμός: -o, exoratio. *legitur non nisi in oratione soluta apud* CIC. (*ter*), PLIN. nat. (*semel*), *et inde a* TERT.; *frequentant ecclesiastici; plur. non nisi l. 31. 39. 45. 53.*

i. q. actio vel effectus vel instrumentum placandi (*saepe indicatur is, qui placatur, per gen. vel pron. poss., per adi.* divina *l. 61. 70; ceterum accedit e. g. gen. eius, qui intercedendo placat l. 52 sq., peccati l. 56, praepos.* pro *p. 2255, 8. 10; pendet gen.* -is, -um *e subst. e. g. l. 36. 40. 48, in iunctura quodammodo abundanti l. 50. 71* [*vice versa l. 73*]): **I** *vario usu*: **A** *potius de actione, sc. animi commoti mitigandi*: CIC. Tusc. 4, 60 omnis eius modi perturbatio animi -e abluatur illa quidem, cum doceas *eqs.* **B** *potius de effectu, sc. de animo placato, benignitate*: NOVELL. Iust. 13, 5 *praetores populi* nostra -e non fraudabuntur (*gr.* εὐμενείας).

II *in rebus sacris*: **A** *potius de actione*: **1** *placantur dei paganorum sim.* (*daemones l. 31, umbrae l. 32*): CIC. nat. deor. 3, 5 quae *civitas nostra* numquam profecto sine summa -e deorum immortalium tanta esse potuisset (div. 2, 36). PLIN. nat. 8, 183 hinc (*i. de tauris*) victimae opimae et lautissima deorum -o (*nisi ad C*). AVG. civ. 2, 27 p. 94, 7 (*de ludis*) hanc talium numinum -em petulantissimam, impurissimam, impudentissimam (*ibid.* p. 94, 12). LEO M. serm. 27, 3 per istos *ministros diaboli* ... -es daemonum et depulsiones promittuntur umbrarum. ENNOD. dict. 19, 8 p. 480, 19 quorum *atavorum* -e ... circa parentes diligentia poterit ... sanciri.

2 *placatur deus Iudaeorum et Christianorum*: **a** *usu communi*: TERT. ieiun. 2 p. 275, 14 (*ad lev. 16, 29. 23, 27 sq.*) praecipit dominus Moysi decimam mensis septimi diem -is (HIER. in Ezech. 40, 1 l. 62 dies ieiunii et -is. *vice versa*: HIL. in psalm. 118 he 6 p. 403, 15 decimi ... diei in eo *mense septimo* -em). VET. LAT. I Macc. 1, 45 (rec. V, *sim.* B) holocausta et sacrificia et -es fieri in templo dei (*gr. et rec. L aliter*). HIL. in psalm. 58, 7 -um hostias deesse *Iudaeis* (LEO M. serm. 5, 1 nemo tam perfectus est pontifex ..., qui -is hostias pro populi tantum delictis, non etiam pro suis debeat offerre peccatis [*sec. Hebr. 7, 27*]. SACR. Leon. 270 [= Gelas. 912] hostias altaribus ... -is inponimus. Greg. 46, 2 [206 D.] -is et laudis [69, 2 = 297 D. *al.*]. *al.*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 385 p. 793 *arcam raptores* reportarunt, sanctum -bus expiantes (*gr. 5, 385 μειλιχτηρίοις*). IVLIAN. in Os. 9, 11 cum aeternum iudicem criminibus asperassent nihil de eius -e curantes. SACR. Leon. 33 (= Gelas. 1060) suscipe, domine, sacrificium -is et laudis (GILD. Brit. 70 p. 65, 24 votivae -is. PRIMAS. in apoc. 9, 14 GREG. M. epist. 11, 46 l. 27. *al.*). 1139 (= Gelas. 1668) per haec -is officia. GREG. M. moral. 9, 23 l. 14 *David* -is gratiam ... exegit *a deo* (*cf. p. 2252, 6*). *al.* *-em faciunt mediatores*: HIL. in psalm. 149, 3 p. 868, 8 aeterni sacerdotis, *i. Christi,* -em. SACR. Leon. 9 oblationes nostras sanctorum tuorum -bus propitiatus intende, *deus.*

b *usu deflexo*: α *accedit gen. delicti, ita ut in notionem expiationis sim. vergat*: HIER. in Ezech. 45, 18 l. 387 post -em ⌊peccatorum⌋ (*neutr.*). β *minus vigente aspectu mitigandi vergit in notionem cultus* (*gr. respondet θεραπεία*): CONC.^{S} II 3, 1 p. 48, 19 vellemus ... vos ... consuete ea, quae ad divinitatis -em pertinent, celebrare (*in altera vers. II 2, 1 p. 47, 4* ad placandam divinitatem). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 30 *viros* in dei -e praeparatos (2, 198 eius *dei*). 2, 186 culturam divinae -is (2, 192).

B *potius de effectu, sc. ut significetur status placabilis, benevolentia, venia, misericordia sim.* (*sc. dei*): PHILO vita contempl. 27 oriente ... sole *Essaei* eam sibi -em a deo dari precantur, quae possit mentes eorum caelestis luminis largitate saginare (*gr. metaphorice εὐημερίαν ..., τὴν ὄντως εὐημερίαν*). IVLIAN. in Os. 2, 18 l. 415 (*loq. deus*) sicut ei *Israel* omnes creaturas ... infensas indignatio nostra reddiderat, ita rursus benevolas ... faciat nostra -o. EPIST. pontif. 560 Thiel 16, 5 p. 168 benignitas eius *dei,* dum fiunt illicita per eos, qui sunt interpretes -is, offenditur. AVELL. 103, 19 divina -e. SACR. Leon. 628 -o tua nobis, domine, sit propinqua (1035 gratiam t. -is. Gelas. 164 [= 1214]. 875 *ut* sacramenta ... ad tuae nobis proficiant -is augmentum). 1265 (= Gelas. 19) nostrae reconciliationis ... -o. NOVELL. Iust. 77 praef. ut *homines* ... eius *domini* inveniant -em (*gr. resp. εὐμένειαν, ut ibid.* invocare eius -em). *al.*

C *potius de instrumento placandi, hostia, munere, sc. apud Chris-*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tianos vel in sacr. script.: VET. LAT. Rom. 48, 8 (cod. 421 = VVLG.) *homo* non dabit deo -em suam (*gr. ἐξίλασμα, cod. 303. al.* propitiationem. *cf.* AVG. in psalm. 48, serm. 1, 9 depropitiationem, ... id est -em, qua flectat deum. CASSIOD. in psalm. 48, 8 nulla oblatio, nulla -o potest compensare, quod nos divinitas est dignata redimere). *-o est Christus*: VET. LAT. Rom. 3, 25 (Hil. in psalm. 64, 4) quem proposuit deus -em per fidem in suo sanguine (*gr. ἱλαστήριον, cod. 78 et Vulg.* propitiationem). I Ioh. 2, 2 (Tert. pudic. 19. *sim. al.*) ipse -o est pro delictis nostris (*gr. ἱλασμός, Cypr. epist. 55, 18, 1. al.* deprecatio, *Vulg.* propitiatio). PS. CYPR. Iud. incred. 2 qui est satisfactio et -o pro nobis apud patrem.

plācātor, -ōris *m.* *a* placare. *i. qui placat*: AVG. civ. 2, 11 tit. *scaenici* -es deorum (*cf. 2, 8 tit.* in quibus *ludis scaenicis* dii ... placantur). *addas* GLOSS. *p. 2289, 24 sqq.*

f. **plācātrīx,** -īcis. *i. quae placat*: SALV. gub. 3, 44 ecclesia, quae in omnibus esse debet -x dei, quid est aliud quam exacerbatrix dei?

plācātōrius, -a, -um. *a* placare. *pro adi. i. q. ad placandum aptus, propitiatorius*: TERT. patient. 13, 2 quae ... negotiatio patientiae in corpore? inprimis afflictatio carnis, hostia domino -a per humiliationis sacrificium. *neutr. pro subst. significat locum placandi, ἱλαστήριον, sc. tabulam arcae foederis impositam*: VET. LAT. exod. 38, 5 *et* 8 (cod. 104), *v. vol. X 2, 2049, 42. 48.* *Reineke.*

plācātus *v.* placo. **placēns** *v.* placeo.

placēnsis *v.* platessa.

***placenta,** -ae *f.* (placentum, -ī *n. v. l. 33*). [*e gr. πλακοῦς, -οῦντος, sc. genere mutato ut* crātēra *fem. e masc. κρατήρ al. (Leumann, Gramm. 1977, 455); cum potius* *-unta *exspectes, ad explicandam formam* -enta *alii conferunt* placēns -entis (*Keller, Lat. Volksetym., 1891, 83; Ernout-Meillet, Dict. 1959, 511*), *alii rectius ut vid.* polenta (*Frisk, Gr. etym. Wb. II, 1970, 550 sq.*). *Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 107 (*nomen e gr. ortum*). ISID. orig. 20, 2, 17 -ae sunt, quae fiunt de farre; quae alii liba dicunt, eo quod libeant et placeant (GLOSS.^{L} III Abstr. PL 6 -ae: dulcia, eo quod p. edenti. *al.*). *de scriptura* -entia *v. l. 44.* NOT. Tir. 109, 24 -a. *generis et formarum neutr. exempla inveniuntur l. 45. 67. 72. p. 2256, l. 6. 8 et* HIER. epist. 128, 1, 1 (*in var. l.*). GLOSS. III 289, 2 -um. 653, 11 *δόθ' ἡμῖν γλυκέα πλακούντια*: date nobis dulcia -a. *huc fort. trahas* GLOSS.^{L} II Abav. PL 3 -a: dulcia vel delicias (*item* V Aa P 666 placentia). *de notione*: SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 25 crustula: -as. 2, 7, 102 ⟨libo fumante⟩: -ae genus. GLOSS. *πλακοῦς. πλακοῦς, ὁ ψαιστός.* dulcia. dulciamina. dulcia vel delicias. GLOSS. I p. 295 genus edulii, qui vulgo dicitur flad (*theod.*). *al., v. e. g. l. 30 sqq. p. 2256, 19 sq.* *legitur inde a* CATONE, LVCIL. [*val.* plăcintă *'genus lagani, operis pistorii'; cf. M.-L. 6556. C. S.*] [*confunditur in codd. maxime c. part.* placentem, placentes (*cf. l. 31 sq.*): HIER. epist. 29, 1, 2 MACR. Sat. 1, 7, 25. 2, 8, 2 (*restit. casus varii* GLOSS.); *c.* placentia: GLOSS.^{L} V Aa P 666 (*restit.* GLOSS.^{L} V Abba PLA 18); *vix recte trad. neutr.* CATO agr. 81 erneum ⌊placentum⌋ tamquam -am (⌊ ⌋ *tamquam adi. def. Mazzarino, seclusit Goujard,* sic facito *Keil et al.*); *e suppl. dubio* CAECIL. com. 84.]

i. q. operis pistorii genus quoddam dulce, bellaria (*ad rem v. Herzog-Hauser, RE XX 2, 1894, 41 sqq.; Hauri-Karrer, Lat. Gebäcksbezeichnungen, diss. Zürich, 1972, 23 sqq.*): **1** *quolibet contextu*: **a** *exempla varia*: CATO agr. tit. 76 -am sic facito ([*inde* capp. 85]. 76, 1. 77 uti -a fit. *ibid. iterum.* 78 *scriblitam* ad eundem modum f., uti -am. 81 [*v. l. 46*]. VARRO rust. 1, 2, 28 [*e Catone*]. *cf. p. 2256, 4. 17 sq.*). 76, 3 -am fingito. 76, 4 -am imponito *foco. ibid.* -a semodialis. 81 eadem omnia indito, quae in -am. HOR. sat. 2, 8, 24 *Porcius in convivio* ridiculus totas simul absorbere -as. PETRON. 35, 4 *in staterae* altera parte scriblita erat, in altera -a. 60, 4 iam illic repositorium cum -is aliquot erat positum. PLIN. nat. 7, 183 A. Manlius Torquatus consularis, cum in cena -am adpeteret, *obiit.* MART. 3, 77, 3 nec te liba iuvant nec sectae quadra -ae (6, 75, 1 cum mittis ... mihi q. ... -ae. *cf. l. 61. p. 2256, 17*). 7, 20, 8 ⌊buccis⌋ -ae sordidam linit mappam (⌊ ⌋ quadris *Harrison, Wien. Stud. 106, 1993, 170*). IVV. 11, 59 pultes coram aliis dictem puero, sed in aure -as. TERT. anim. 24, 5 si de -is *Berenice* regina ei *leoni* obtulerit, carnem desiderabit. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 19 terram audimus lacte et melle manantem, ⟨non tamen,⟩ ut de glaebis credas te umquam -as et Samias coacturum. HIER. epist. 128, 1, 1 quid ... horteris ad continentiam, quae -as desiderat, quae in sinu matris garrula voce balbuttit? (AVG. mor. Manich. 16, 51 -a carne carentia). c. Vigil. 1 ad -as liguriens. AVG. mus. 6, 14, 44 amare ... -as. MACR. Sat. 1, 7, 25 Cyrenenses ..., cum rem divinam ei *Saturno* faciunt, ... -as ... mutuo missitant, mellis et fructuum repertorem Saturnum aestimantes. 2, 8, 2 *Varro in quadam satura* de secunda mensa -as removit. MAX. TAVR. 42, 3 l. 64 esurientem rusticum -o delectare. *al.* *in tit. Atellanae*: NON. p. 209, 5 Pomponius in -a.

b *de sapore, odore*: **α** *proprie*: LVCIL. 585 iucundas ... puer qui lamberat ore -as. HOR. epist. 1, 10, 11 pane egeo iam mellitis potiore -is (*cf.* MAX. TAVR. 42, 3 l. 66 huic *rustico esurienti* -um amarum *est,* dum escam magis saturitatis exquirit). PETRON. 35, 4 omnes ... -ae ... *contactae* coeperunt effundere crocum. MART. 5, 39, 3 misi ... Hyblaeis madidas thymis -as. 11, 31, 8 hinc, *sc. e cucurbitis,* pistor fatuas facit -as. 11, 86, 3 *medicus* mella dari nucleosque iubet dulcesque -as (ANTH. 715, 9 misi⟨t⟩ ... dente levi ... libata ⌊-a nectare⌋ de labris dulcia [⌊ ⌋ -ae munera *Shackleton Bailey, Class. Phil. 77, 1982, 123*]. SCHOL. Iuv. 6, 631 ['livida ... adipata veneno'] dulcia -a veneno plena [*nisi cum Wessner post* dulcia *interpungas*]). **β** *in imagine, comparatione*: SEN. epist. 63, 6 amicos incolumes cogitare melle ac -a frui est. SCHOL. Hor. ars 374 *ut* inter opulenta et iucunda convivia offendit ... mala -a, ita *eqs.* HIER. epist. 29, 1, 2 non sunt suaves ⌊epulae⌋, quae non et -am redoleant (⌊ ⌋ *edd.* epistulae *codd.*). VITA Melaniae (BHL 5885) 23 *scribendi labore peracto* sicut -am mellis edens ad conversationem monachorum transibat, *sc. legendo* (*quasi mensa secunda fruens; gr. πλακοῦντα*).

2 *-a libatur deo*: MART. 9, 90, 18 libetur tibi *Veneri* candidas ad aras sectā plurima quadra de -a. VVLG. Ier. 7, 18 ut faciant -as reginae caeli et libent diis alienis (*in eadem re*: 44, 19). *in explicandis vel vertendis vocibus*: SERV. ecl. 7, 33 liba: -as. Aen. 7, 109 liba ... sunt -ae de farre, melle et oleo, sacris aptae. HIER. in Ier. 2, 38, 2 (*ad l. 17*) chauonim – quas nos '-as' interpretati sumus sive 'praeparationes' (*sim.* in Is. 16, 57, 6 nulli ... dubium, quin *χανῶνες* -as significent). in Os. 3, 1 l. 37 pro pemmatibus -as latine possumus dicere vel crustula, quae idolis offeruntur.

deriv.: *?*placentula. *compos.*: coptoplacenta. *Fiedler.*

placentārius, *v. sub* placuntarius.

placentia, -ae *f.* *a* placere (placens); *cf.* displicentia. [*vix huc pertinet* AVG. epist. 108, 10, *v. vol. V 1, 1419, 59.*] *i. qualitas vel actio eius, quod placet* (*per gen. vel pron. indicatur, quid placeat, l. 37, cui placeat, l. 34. 36*): APVL. Plat. 2, 6 p. 229 *per modestiam* ad -am, ad mediocritatem libido flectitur (*addubitat Thomas,* a displicentia *Beaujeu*). HIER. nom. hebr. p. 47, 6 (*ad IV reg. 16, 6*) *Raason* complacitio sive -a, quam significantius Graeci *εὐδοκίαν* vocant. EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 124, 14 (= IV 1 p. 89, 10) *episcopus quaedam* dicebat ad populi -am (*cf. Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 212, 24* ad placendum populo). CONC.^{S} IV 1 p. 82, 34 derivat dogmatum rectitudinem ad suam -am adversarius. ISID. sent. 3, 32, 8 *iniqui non* delectantur nisi -a propriae imbecillitatis.

cf. placentivus. *compos.*: sibiplacentia. *Reineke.*

placentīvus, -a, -um. *a* placere (placens) *vel* placentia (-ae), *cf.* absentivus, intentivus, recentivus. *i. q. placens, placitus*: GLOSS.^{L} V Aa P 667 -a: omnibus placens. GLOSS. II 244, 24 *ἄρεστος*: -us (*Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 75 adn.,* placentinus, plantinus *codd.,* placivus *ed. Stephani* [*cf.* optivus]; placitus *Goldast*).

***?*placentula,** -ae *f.* *a* placenta *deminutive.* *i. q. (parva) placenta*: PASCHAS. verba patr. 3, 5 facio tibi parvam -am (placentam *Freire cum var. l.; gr. Nau 1908, 51 n. 151 μικρὸν ⌊λακέντιν⌋* [⌊ ⌋ *subesse videtur πλακόντιον vel πλακούντιον*]).

placentum *v.* placenta. *M. H.*

***placeo,** -uī, -itum, -ēre. [*viri docti nonnulli putant* placēre *primitus 'planum esse' significasse* (*cf. e. g. iuncturam* placidum mare), *e* *plak- *'aequor' derivantes, quod in gr. πλάξ, lat.* du-plex *invenitur; v. Frisk, Gr. etym. Wb. II, 550. sunt etiam, qui comparent verbum tochar.* plāk- *'assentiri, concedere'; v. Lex. der idg. Verben^{2}, 2001, 485. Fo.*] *scribitur* plaquit CIL I^{2} 3449b (*saec. I a. Chr.?*). 3449i. II 1294, piacet INSCR. lat. Graec. Šašel Kos 173, 19 (*a. 101*). *notatur* p *in formula* q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret) d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt) *sim.* (*quam affert* PROB. litt. sing. 3, 20): ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 61. S. C. Frontin. aq. 100, 1. 104, 1. *al.* DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1420) 8. S. C. Larin. 6. *al. in titulis* (*sed perscribitur e. g.* S. C. de nund. salt. Beg. [CIL VIII 11451] 17); *ceterum fort.* DECRET. decur. Aquil. (CIL V 875) 13 p(lacere) h(uic) o(rdini) (*si recte suppl.*). pl(acuit) LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234) 11. *de genere verbi v. p. 2265, 10. 16.* *de formis:* *1) formae ordini alienae* (*inter verba secundi ordinis affert* CHAR. gramm. p. 476, 2): -it COD. Theod. 3, 7, 1, 1 (*cod. M*). GREG. M. dial. 2, 2, 5 (*M*), -iunt PS. TIT. epist. l. 644 (*iuxta* serviunt), -uierit REGVLA mag. 53, 30 (*P*). *2) formae pass.: usu impers.: perf.* -tum est, *sc. de actionibus sim. -entibus* (*c.* ut: PLAVT. Amph. 635 RHET. Her. 2, 1, 1 CIC. rep. 1, 18. *al., c. inf. sim.*: BRVT. Cic. fam. 11, 1, 6 LVCAN. 10, 416. *al.; saepe* TAC. ann.), *iuxta* -uit *testantur* DON. Ter. Andr. 443, 6 '-tum' ... dicebant, quod nos '-uit'. CHAR. gramm. p. 331, 21. *al.; praes., sc. de homine -ente, v. p. 2266, 55.* *usu pers. vi activa v. p. 2265, 16 sqq. (cf. p. 2270, 5 sqq.), vi passiva v. p. 2268, 53.* *3) raro invenitur imperat., sc.* -e *vel* -ete OV. ars 1, 322. 596. 2, 304 PELAG. in Rom. 12, 1 p. 94, 15 AVG. bon. viduit. 19, 23 sq. *al. apud eundem,* -eto FRONTO p. 51, 26. VET. LAT. gen. 17, 1 (Hier. adv. Pelag. 3, 12). *de notione*: SYNON. Cic. p. 445, 31 si libet. si videtur. si

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-et. si vacat. GLOSS. II 244, 20 *ἀρέσκει*: libet, -et. 244, 21 *ἀρέσκω*: -o. IV 377, 31 -et: conlibescit. *al.* *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.* [*val.* plăceà; *dalm.* plakar; *it.* piacere; *sard. centr.* piágere, *sept. vet.* (*Sassari*) placher; *raet. occ.* plažair (*vall. Rheni* plichér), *or.* plazi; *francog. vet.* plaisir, *rec.* plaire, *lugd. vet.* playre; *francoprov.* plazer; *cat. vet.* plaer, pler, *rec.* plaure; *hisp.* placer; *port. vet.* prazer. *cf. M.-L. 6557. Corominas*[2] *IV 572. C. S.*] [*confunditur in codd. maxime cum* placare, *v. p. 2284, 48 sqq., ceterum e. g. cum* complacere SALL. Iug. 102, 9 (*eadem variatio saepius in recensionibus scripturae sacrae invenitur, e. g. p. 2266, 32. 2268, 35*), valere RHET. Her. 3, 19, 32, patere MANIL. 3, 537 (*e coni. dub.* SEN. benef. 2, 24, 2); *part. perf. confunditur maxime cum* placidus, *e. g.* VERG. georg. 2, 425 Aen. 10, 15 OV. met. 7, 226 PLIN. nat. 29, 9 SIL. 14, 130 (*restit.* OV. epist. 20, 37 SEN. dial. 7, 8, 3 STAT. Theb. 12, 302; *e coni. dub.* SEN. Herc. O. 684; *falso trad.* CORIPP. Ioh. 7, 50; *in var. l. incerta p. 2271, 66*); *loco mutilo vel corrupto* SEN. suas. 6, 8 ADNOT. Fronto p. 142, 16. *al.*]

exempla sic digerenda esse putavimus:

CAPVT PRIVS: *usu sollemni fere i. q. probatum, iucundum esse, convenire sim.*:

I *de notione*:

A *-ent praesentia vel praeterita, ita ut ad favorem vel approbationem tantum spectet*: **1** *usu vario: l. 55.* **2** *specialia quaedam: p. 2259, 59* (*respicitur favor amantium p. 2259, 59, spectantium, lectorum sim. p. 2260, 25, opinio peritorum p. 2261, 16, approbatio deorum p. 2261, 56*).

B *-ent res futurae, agendae, ita ut ad voluntatem spectet*: **1** *variorum: p. 2262, 15.* **2** *deorum: p. 2262, 44.* **3** *hominum potestate quadam praeditorum: p. 2263, 10* (*senatus Romanorum p. 2263, 56*). **4** *paciscentium: p. 2264, 39.*

II *syntactica et stilistica*:

A *de usu personali et impersonali*:

1 *usus personalis: p. 2265, 11* (*depon., sc. gerund. vel part. perf. p. 2265, 14. 16*).

2 *usus impersonalis eius generis, quo*: **a** *actio vel status -et: p. 2265, 32* (*quid -at, indicatur per struct. verbalem p. 2265, 34, intellegitur e contextu p. 2266, 5. 38*). **b** *'-etur' i. q. 'homo -et' significat: p. 2266, 55.*

B *de indicationibus, quae accedere possunt: p. 2266, 65* (*cui p. 2266, 65, quatenus, qua de causa p. 2267, 23*).

CAPVT ALTERVM: *usu recentiore recipiuntur structurae non genuinae*: **I** *is, cui aliquid -et, pro subi. est: p. 2268, 24.* **II** *is, cui aliquid -et, per acc. indicatur: p. 2268, 45.* **III** *id, quod quodam modo tractare -et, pro subi. est: p. 2268, 58.*

part. praes. vel perf. pro adi. (adv.) vel subst. v. p. 2268, 62 sqq. 2270, 5 sqq., part. fut. p. 2260, 68. 2262, 66.

CAPVT PRIVS: *usu sollemni fere i. q. probatum, iucundum esse, convenire sim.* (*syn. vel notione affinia e. g.* delectare *p. 2258, 59. 2260, 32. al.* [*dist. p. 2259, 56. 58*], laudari *p. 2258, 75. 2259, 17. al.*, libere *vol. VII 2, 1323, 72*, probari *p. 2258, 60. 2260, 29. 35* [*cf.* adprobare *p. 2259, 42 et* AVG. civ. 11, 20 p. 488, 10], *opp.* displicere PLAVT. Men. 670 Mil. 614 *et e. g. p. 2258, 9. 12*, odio esse PLAVT. *l. 59. p. 2260, 30* TITIN. *p. 2259, 68. al.*, offendere *e. g. p. 2262, 6. 2266, 59, sim. al.; in lusu verborum c.* placare *v. p. 2285, 4*): **I** *de notione*: **A** *-ent praesentia vel praeterita, ita ut ad favorem vel approbationem tantum spectet*: **1** *usu vario*: **a** *-ent animantia eorumve partes sim.* (*dei l. 66 sqq., nymphae p. 2258, 5, res per prosopopoeiam p. 2258, 36 sq.*): **α** *aliis* (*exempla paucissima selecta*): PLAVT. Aul. 753 non mi homines -ent, qui, quando male fecerunt, purigant. Merc. 81 ego me ... invisum meo patri esse intellego atque odio me esse, quoi -ere aequom fuit. 462 vin me tecum illo ire? :: nolo. :: non -es (-et *var. l.*). 599 voltus neutiquam huius -et (SEN. contr. 10, 5, 11 -uit isti *pictori* v. *senis.* SEN. epist. 11, 10 *pro exemplo* elige eum, cuius tibi -uit et vita et oratio et ... v. *item de partibus corporis e. g.* PLAVT. Trin. 861 quam magis specto, minus -et mi haec hominis facies. SEN. Ag. 100 -et in vulnus maxima cervix *armenti, sc. leoni sim.*). Trin. 258 (257) apage te, Amor, non -es, nil te utor (*item de numinibus e. g.* LVCAN. 5, 510 sola -et *Caesari* Fortuna comes. TERT. apol. 5, 1 apud vos *paganos* de humano arbitratu divinitas pensitatur: nisi homini deus -uerit, deus non erit [*cf. 2d*]). TER. Eun. 1 (*spectat ad p. 2260, 26 sqq.*) si quisquamst, qui -ere se studeat bonis quam plurimis et minime multos laedere, in his poeta hic nomen profitetur suom. CATO agr. 145, 1 *operarios* eos dato, qui -bunt ⟨domino⟩ aut custodi. RHET. Her. 4, 35, 47 ostendite ... vobis homines impios non -ere. CIC. Sest. 133 bonis -ere cupiebam. Balb. 63 *Balbus* -uit homini prudentissimo (*sc. Caesari*); ... in praetura, in consulatu praefectum fabrum detulit (*item respicitur favor potentium e. g.* CATVLL. 93, 1 nil

nimium studeo, Caesar, tibi velle -ere. SALL. Iug. 22, 2 virtute, non malitia P. Scipioni, summo viro, -uisse. HOR. epist. 1, 17, 35 principibus -uisse viris non ultima laus est. EPICED. Drusi 42 tanto tam -uisse viro [*sc. Augusto*]). off. 3, 67 non -uisse maioribus nostris astutos. VERG. ecl. 10, 63 iam neque hamadryades rursus neque carmina nobis ipsa -ent. OV. am. 2, 6, 19 quid iuvat ... nostrae -uisse puellae? (*ad psittacum in deliciis habitum; de eodem* 2, 6, 61. *cf. e. g.* MART. 7, 87, 6 pica salutatrix ... tibi). SEN. contr. 9, 6, 6 cur non potius patri videatur similis *puella,* cui -et, quam matri, cui displicet? MART. 5, 28, 9 esse miserum credo, cui -et nemo. FRONTO p. 51, 26 vale, domine, patri -eto, matri dic salutem. CE 1521, 6 (*saec. II*[2]) cum cuncta parasset edendo, *sc. ludos,* -turus, ... obiit. VLP. dig. 19, 5, 20, 1 ut experiaris *mulas* et, si -uissent, emeres (*opp.* displicuissent). HIER. epist. 22, 27, 4 *homines* in hoc ipso -ere cupiunt, quod -ere contemnunt. *et saepe.* *in formula iurandi*: SEN. contr. 2, 2, 1 quaeris, quod iusiurandum fuerit? 'ita patri -am'.

β *sibi ipsis* (*speculo l. 29, arbitrio l. 44; sive in bonam partem sive in malam; pron. refl. suppleas l. 28?*): Ⓘ *-ent sibi homines ipsi* (*-et mens l. 34, mores l. 35; exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Poen. 1204 hoc ... maxumumst *vitium mulierum,* quom sibi nimis -ent minusque addunt operam, uti -ant viris. Trin. 321 qui ipsus sibi satis -et, ... *non* probus est (*opp.* quem paenitet). TER. Haut. 52 (*loq. prologus senex*) exemplum statuite in me, ut adulescentuli vobis -ere studeant potius quam sibi. CORNELIA epist. frg. 2 vereor, ne ... tantum laboris ... recipias, uti in nullo tempore tute tibi -ere possis. CIC. de orat. 2, 15 nunquam mihi minus quam hesterno die -ui (*sc. cum disputassem non convenientia*). Tusc. 2, 63 tibi si recta probanti -bis. Att. 1, 6, 2 nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illo venimus, -amus. OV. am. 1, 14, 38 (*ad puellam, cuius comae perierunt*) ut, *dum speculo te spectas,* -as, debes immemor esse tui (*cf.* ars 3, 681 *si* speculo ... -bit *iuvenis,* posse suo tangi credet amore deas). Pont. 2, 5, 24 vix sibi ... miseros posse -ere. SEN. benef. 6, 31, 4 illam, qua sibi -ret *rex,* multitudinem *militum.* dial. 2, 13, 3 non -bit sibi *sapiens,* si illum mendicus coluerit. nat. 1 praef. 5 non video, quare sibi -at, qui robustior est in valitudinario. epist. 13, 1 satis adversus fortunam -bas tibi. 32, 5 *ut mens tua* certa sit, ut -at sibi. 47, 21 hoc habent ... boni mores: -ent sibi, permanent. STAT. silv. 3, 4, 13 *Ida* licet sacrae -at sibi nube rapinae, *sc. Ganymedis* (*poetice per prosopopoeiam ut*: MART. 13, 109, 2 Iuleo quae *vindemia* sibi monte -et). MART. 3, 55, 3 nolo peregrinis -as tibi, Gellia, nugis (*i. fucis*). IVV. 10, 42 sibi consul ne -at, curru servus portatur eodem. FLOR. epit. 2, 8, 13 ne sibi -ant Athenae; in Antiocho vicimus Xerxen. VET. LAT. II Thess. 2, 12 (Cypr. laps. 33) *qui* sibi -ent in iniustitia (*gr. εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ,* Pacian. paraen. 11, 3 in iniustitiam, *Hier. in Is. 7, 19, 12* complacuerunt, *cod. 78. al. et Vulg.* consenserunt iniquitati). CYPR. domin. orat. 6 pharisaeus. COMM. apol. 85 eligite arbitrio vestro -entes, quis velit venenum aut suavia pocula vitae. *al.* Ⓘⓘ *-et alicui suum corpus, forma*: OV. ars 1, 614 nulli *puellae* non sua forma -et (met. 13, 841. *cf.* STAT. Theb. 4, 201 insignia formae). 3, 774 spectentur tergo *puellae,* quīs sua terga -ent. SEN. nat. 1, 5, 14 -ere tibi vires tuae (*sc. in speculo spectatae*). epist. 56, 2 cui vox sua in balineo -et. LVCAN. 2, 605 *taurus non* redit in pastus, nisi ... excussi -uere tori (*eadem comparatio*: STAT. Theb. 2, 326). PS. AMBR. laps. virg. 35 *corpus maceretur,* quia male sibi de pulchritudine -uit.

b *-ent res* (*cf. prosopopoeiam l. 36 sq.*): **α** *corporeae, sensu percipiendae* (*cui quid -at, non indicatur praecipue apud* PLIN. nat., *ubi agit de eis, quae in usu, popularia sunt*): Ⓘ *variae* (*exempla pauca selecta*): PLAVT. Bacch. 125 sq. (*paedagogus adulescenti*) non hic -et mi ornatus. :: ... mihi paratum est, quoi -et. Most. 773 si quid erit, quod illi -at *in aedibus meis,* de exemplo meo ipse aedificato. CATO agr. 1, 1 (*de eligendo praedio*) quotiens ibis, totiens magis -bit, quod bonum erit. CIC. Verr. II 1, 91 iste, quod argenti -uit, invasit. Flacc. 72 -uit oppidum, regio delectavit (*item de locis e. g.* Att. 9, 13, 5 illa *ἀλίμενα* video tibi non probari, quae ne mihi quidem -bant. HOR. carm. 3, 4, 24 seu mihi frigidum Praeneste ... seu liquidae -uere Baiae). off. 3, 55 ille *venditor,* quod non -bat, proscripsit, tu, quod -bat, emisti. Att. 2, 3, 1 mihi caligae eius *Pompei* et fasciae cretatae non -bant. PVBLIL. sent. M 18 maximo periclo custoditur, quod multis -et. SALL. Catil. 2, 1 *in initio* sua cuique satis -bant. PROP. 4, 5, 23 *si tibi* -et Coae textura Minervae ... seu quae ... mittunt venalia Thebae murreaque ... pocula. OV. met. 7, 226 *herbas* -tas ... revellit *Medea venefica* (*cf.* 7, 228 -uerunt gramina). LIV. 22, 26, 1 toga ... et forum -uere *iuveni ambitioso.* MANIL. 5, 153 femineae vestes (SEN. dial. 12, 16, 4 numquam tibi -uit v., quae nihil amplius nudaret, cum poneretur. COLVM. 12 praef. 9. *al.*). SEN. Phaedr. 207 subit libido: non -ent suetae dapes, non texta (*Cornelissen,* tecta *trad.*) sani moris aut vilis scyphus. Tro. 731 Herculis arma (PETRON. 119 vers. 56 a. -ent miseris. *cf. p. 2262, 42*). nat. 4, 13, 4 nihil illi *luxuriae* potest -ere nisi carum. PLIN. nat. 13, 5 *unguentum* irinum Corinthi diu maxime -uit (*postea*: crocinum ... diu maxime laudatum est). 13, 97 *in*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mensis citreis color maxime mulsi -et (33, 58 c. siderum -uisse in auro. MART. 14, 129, 2). 16, 11 civica iligna primo fuit, postea magis -uit ex aesculo. 21, 59 colore tantum -et Iovis flos, odor abest. 34, 14 -uere et lychnuchi pensiles in delubris. 37, 50 usus ... aliquis sucinorum invenitur in medicina, sed non ob hoc feminis -ent. *al.* Ⓘ *cibi, potus sim.* (*exempla selecta inde a* SEN.): PLAVT. Cas. 221 ubi amor condimentum inerit, cuivis -turam ⟨escam⟩ credo. Pseud. 797 hic solus illis *mortuis* coquere, quod -at, potest. Stich. 762 potio. *al.* OV. met. 2, 662 (*loq. nympha in equam mutata*) iam cibus herba -et. SEN. dial. 5, 15, 1 conditura. 9, 1, 6 -et cibus ... *non* multorum manibus ministratus, sed parabilis facilisque (epist. 95, 18 c., qui nisi esurientibus -ere non posset). epist. 36, 3 *vinum* (COLVM. 12, 19, 2 id ... praestantissimum est, quod suapte natura -ere potuerit. PETRON. 48, 1 si non -et, mutabo. PLIN. nat. 14, 71 suum cuique -et. *al.*). PETRON. 141, 8 *non* ulla caro per se -et, sed arte quadam ... stomacho conciliatur averso. PLIN. nat. 8, 210 -uere ... et feri sues. 10, 140 *non* in hoc mangonio *coquorum* quicquam totum -et, clune, alibi pectore *gallinarum* tantum laudatis. 12, 29 (*de pipere*) sola -ere amaritudine. 14, 39 in Italia Gallicam *uvam* -ere, trans Alpis vero Picenam. MART. 3, 45, 4 nihil *dapium* omnino te recitante -et. CIL XIII 10018, 222 (*in vase potorio*) -bo tibi. *al.* *in imagine*: MART. 9, 81, 4 cenae fercula nostrae, *i. epigrammata,* malim convivis quam -uisse cocis, *i. poetis aemulis.*

β *incorporeae* (*exempla pauca selecta*): PLAVT. Amph. 514 (*Alcumene ad Iovem, sc. qui eius maritum simulat*) heri venisti media nocte, nunc abis: hocine -et? Aul. 547 illud mihi verbum non -et '...' (CIC. fin. 3, 17 SEN. epist. 81, 9. *al.*). Capt. 180 quae mi atque amicis -at condicio magis (Rud. 1417 TER. Hec. 241 CIC. Cluent. 155. Att. 12, 25, 1 mihi et res et c. -et. PHAEDR. 3, 13, 12. *al.*). 586 filium tuom quod redimere se ait, id neutiquam mihi -et. Curc. 351 consilium -et (Merc. 349 dum servi mei perplacet mihi c., dum rursum haud -et. *al.* CIC. Att. 13, 41, 2 fam. 2, 18, 2 BRVT. Cic. ad Brut. 24, 9. *al.*). Epid. 396 omen -et (Merc. 274 nec o. ... nec auspicium. CIC. Verr. II 1, 99 LIV. 29, 27, 12). Men. 622 tristis admodum est; non mi istuc satis -et. Merc. 840 ubi ... id eripiatur, animo tuo quod -at maxume. Trin. 638 nullum beneficium esse duco id, quod, quoi facias, non -et (*cf.* SEN. benef. 2, 14, 4 beneficium demus, quod in usu magis ac magis -at). 670 minus -et, magis quod suadetur; quod dissuadetur, -et. ENN. scaen. 376 philosophandum est paucis; nam omnino haud -et (*de textu v. Jocelyn, comm. 1967, 252*). TER. Hec. 647 non tibi illud factum minus -et quam mihi (Ad. 737 OV. epist. 3, 121. *al.*). CORNELIA epist. frg. 2 *ut* quaecumque ageres, ea velles maxime mihi -ere. RHET. Her. 3, 4, 7 si qua res honestiori ordini -at, quae a deteriore ordine inprobetur (CIC. Att. 5, 4, 1 si iam res -at, agendi tamen viam non video. *al.*). CIC. Verr. II 2, 37 -uit ratio Verri ([*postea*: adprobat consilium]. fin. 5, 11 vitae ... degendae r. maxime quidem illis -uit quieta *eqs.*). 3, 208 -ent vobis hominum mores? -et ita geri magistratus, ut geruntur? (VERG. georg. 4, 197 illum ... -uisse apibus ... m. OV. am. 2, 14, 9. *al.*). fin. 1, 49 *ut* animo aequo e vita, cum ea non -at, tamquam e theatro exeamus (Tusc. 5, 100 v. illa beata quae ferebatur, plena ... mensarum, nullo modo mihi -uit [*vertitur Plato epist. 7, 326b οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσεν*]. OV. fast. 6, 590 pia v. SEN. epist. 70, 15 -et *v.*? vive; non -et? licet eo reverti, unde venisti). Att. 11, 7, 1 ita faciam ..., ut scribis istis -ere. SALL. Iug. 31, 20 illa *praeterita* quam haec tempora magis -ent. 85, 32 *non* litteras graecas didici; parum -bat eas discere. NEP. Arist. 1, 4 sibi non -ere, quod tam cupide elaborasset, ut ... 'iustus' appellaretur. HOR. epist. 1, 14, 11 cui -et alterius, sua nimirum est odio, sors (res *var. l.*). OV. met. 4, 91 pacta -ent (*Pyramus et Thisbe locum conveniendi statuerunt*). SEN. dial. 6, 16, 8 ut nihil magis -at quam quod amissum est. 7, 9, 2 voluptas ... *non* quia delectat, -et, sed si -et, et delectat (epist. 124, 3 nimium). epist. 39, 6 tunc ... est consummata infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam -ent. *et saepe.*

2 *specialia quaedam*: **a** *spectat ad favorem amantium* (*-etur fere animantibus ipsis, sed* toris *p. 2260, 13* [*nisi est abl.*], libidini CALP. decl. 2, *partibus corporis p. 2260, 15. 17; -ent animantes [sive viri sive feminae sive pueri] vel eorum corpora sim.*): PLAVT. Asin. 183 (*loq. lena*) *amator recens* volt -ere sese amicae, volt mihi. Aul. 174 *scio* hanc, *quam volo ducere uxorem,* esse pauperem; haec pauper -et. Cas. 48 postquam ea adolevit ad eam aetatem, ut viris -ere posset. 227 (*loq. senex*) unguor, ut illi *Casinae* -am; et -o, ut videor. Epid. 133 *ancilla* meo neque cara est cordi neque -et. Stich. 747 ut -at *meretrix* munditia sua ([OV. ars 1, 513 munditie -ant ... corpora]. *item c. abl. instr.*: TITIN. com. 58 sin forma odio sum, tandem ut moribus -am viro. OV. am. 3, 4, 27 facie [epist. 6, 83 f. meritisque. SEN. contr. 2, 7, 6]. epist. 18, 95 *Leandrum* nando. *al.* COLVM. 1, 8, 1 ne vilicum ex eo genere servorum, qui corpore -uerunt, instituamus [*si recte huc traximus coll. Pallad. 1, 6, 18*]. *al.*). PVBLIL. sent. M 32 mulier, quae multis nubit, multis non -et. HOR. epist. 1, 14, 33 *me* immunem Cinarae -uisse rapaci. TIB. 1, 4, 11 causam iusti semper amoris habent *pueri*; hic -et, ... quod *eqs.* PROP. 1, 2, 26 uni si qua -et, culta puella sat est. 2, 7, 19 tu mihi sola -es, -am tibi, Cynthia, solus. OV. am. 1, 3, 15 non mihi mille -ent, non sum desultor amoris. 1, 10, 12 munera poscis: haec te non patitur causa -ere mihi. 2, 4, 20 cui -o, protinus ipsa -et. 3, 2, 35 suspicor ex istis *cruribus* et cetera posse -ere, quae ... sub ... veste latent. epist. 12, 11 (*Medea Iasoni*) cur mihi plus aequo flavi -uere capilli et decor et linguae gratia ficta tuae? (fast. 2, 763). medic. 23 sit vobis cura -endi. ars 1, 63 *si* cupis iuvenem, *Romae* iuvenes tibi mille -bunt. met. 14, 150 (*loq. Sibylla*) nec amata videbor nec -uisse deo *senescens.* SEN. contr. 1, 6, 10 non aliam sibi magis -ere, sed illam displicere. SEN. Phaedr. 684 (*loq. Hippolytus*) merui mori: -ui novercae. PETRON. 119 vers. 25 omnibus ... scorta -ent fractique ... gressus et laxi crines. 127, 6 (*loq. Circe*) non sum ... Solis progenies, nec mea mater, dum -et, ... mundi cursum detinuit. STAT. Theb. 2, 296 heu quibus, heu -tura *Iocasta* toris! MART. 7, 30, 8 qua ratione facis, cum sis Romana puella, quod Romana tibi mentula nulla -et? (PRIAP. 68, 9 nisi Taenario -uisset Troica cunno m.). QVINT. inst. 9, 2, 69 (*exemplum sententiae ambiguae*) duxi uxorem, quae patri -uit. APVL. met. 6, 11, 2 *Amori* tuo immo et ipsius malo -uisti, *Psyche.* 8, 12, 1 quibus *oculis amatoris* male -ui. VET. LAT. I Cor. 7, 33 sq. (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) *vir* cogitat, ... quomodo -at uxori; ... *uxor* cogitat ..., quomodo -at viro (*gr. ἀρέσῃ utroque loco. huc spectat e. g.* TERT. castit. 9 l. 4). *et saepius.* *in imagine vel per prosopopoeiam*: MANIL. 2, 482 ut se diligerent semper sibique ipsa -rent *astra.* PALLAD. ins. 76 *Punica mala* sibi cognato picta rubore -ent (*cf. 4, 10, 6* in se tantum inseri potest). PRVD. perist. 14, 74 (*Agnes martyra de carnifice*) hic amator ... -et. *al.*

b *spectat ad favorem spectatorum, auditorum, lectorum*: **α** *in spectaculis, scaena, ludis sim. (huc spectat p. 2257, 69):* *-ent, qui spectantur, eorumve actiones*: PLAVT. Amph. 84 qui *histrio* ... quo -re[n]t alter fecisset minus, *puniendus est* (CIC. Cato 70 histrioni, ut -at, *non* peragenda fabula est, modo in quocumque fuerit actu probetur. *al.*). Capt. 1035 (*in fine fabulae*) si -uimus neque odio fuimus, ... plausum date. CIC. Att. 4, 15, 6. VARRO ling. 5, 178 actores (QVINT. inst. 11, 3, 178 diversis virtutibus [*antea*: delectant]). HOR. epist. 2, 1, 206 (*post plausum*) dixit adhuc aliquid *actor*? :: nil sane. :: quid -et ergo? :: lana *purpurea* (PORPH. *non* ars sola, sed vestis -et). STAT. silv. 1, 6, 69 *in spectaculis Domitiani* agnoscitur omne, quod theatris aut forma -et aut probatur arte. SVET. Nero 42, 2 cuidam scaenico -enti. Galba 12, 3 choraulae mire -enti denarios quinque donasse. Vit. 11, 2 citharoedum -entem. CIL XII 188 (*saec. III?*) *puer quidam* in theatro biduo saltavit et -uit. *al.* *-ent opera eorumve auctores*: PLAVT. Cas. 7 sq. antiqua opera et verba cum vobis -ent, aequom est -ere ante ⟨alias⟩ veteres fabulas (TER. Andr. 3. Hec. 21 ubi sunt cognitae, -tae sunt. PORPH. Hor. ars 319 saepe magis -uisse f., quae nudis narr⟨ar⟩etur verbis. *al.*). Poen. 1371 comoedia. TER. Hec. 39 (*loq. prologus*) primo actu -o (DON. studio dixit '-o' pro eo, quod est 'fabula -et' aut 'Terentius'. *ad rem cf.* DIDASC. Ter. Hec. 1 l. 8 *Hecyra* secundo ... relata est ...: non est -ta. *ibid.* l. 10 tertio relata est ...: -uit). VITR. 7 praef 6. **β** *in variis artibus* (*maxime in litteris vel arte oratoria; exempla selecta*): POMPON. Atell. 182 poema -uit populatim omnibus (*nisi ad α*). RHET. Her. 4, 23, 32 (*agit de exornatione*) quae sunt ampla atque pulchra, diu -ere possunt. CIC. Brut. 207 mihi -bat Pomponius maxime, vel dicam: minime displicebat (*item -ent oratores*: ac. 2, 10 nihil est iis, qui -ere volunt, tam adversarium *quam exspectatio auditorum. al.* EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 6 *Claudium* -ere mihi declamantem. SEN. contr. 3 praef. 4 [*de Cassio Severo*] magis -bat in his, quae inveniebat, quam in his, quae *praeparata* attulerat. *al.*). fin. 5, 85 Theophrasti ... tibi liber ille -et de beata vita? :: ... prorsus ... -et (Att. 2, 1, 2 ad Q. fr. 2, 8, 1 PLIN. epist. 8, 3, 1. *al.*). Att. 16, 2, 6 *eclogae Salvii* mihi valde -ent, mallem tibi. HOR. carm. 4, 3, 24 quod ... -o, si -o, tuum est, *Melpomene* (*item -ent poetae*: PROP. 3, 9, 43 inter Callimachi sat erit -uisse libellos. OV. rem. 363 dummodo sic -am, dum toto canter in orbe, ... impugnent unus et alter opus. trist. 2, 464 legitur ... Tibullus et -et. Pont. 4, 13, 21 Getico scripsi sermone libellum ... et -ui. *al.*). epist. 1, 19, 2 nulla -ere diu ... carmina possunt, quae scribuntur aquae (*non vini*) potoribus (MART. 9, 50, 2 brevitate. *al.*). ars 365 ut pictura poesis: ... haec -uit semel, haec deciens repetita -bit (*item respiciuntur effigies pictae vel sculptae*: PLIN. nat. 34, 18 -uere et nudae *effigies.* 34, 66 *Euthycrates statuarum artifex* austero maluit genere quam iucundo -ere. 35, 137 sunt quibus et Nicophanes *pictor* ... -at diligentia ...; nam Socrates *eius* iure omnibus -et. *al.*). OV. trist. 4, 10, 63 cum fugerem, quaedam -tura cremavi (*item part. fut. neutr. pro subst.*: BOETH. arithm. praef. 4 l. 64 *exspectatio iudicii amici* impulit pigram consilii moram; nimios enim mihi fructus -tura restituent). Pont. 3, 4, 73 scripta -ent a morte fere. SEN. contr. 1, 8, 13 Latroni non -bat hic color *orationis* (2, 4, 9. *al. apud eundem*). 1, 8, 16 quae *sententia* non in declamatione tantum posset -ere (SEN. epist. 114, 1 quare alias sensus audaces ... -uerint, alias abruptae s. et suspiciosae). SEN. epist. 100, 3 fere quae inpetu -ent, minus praestant ad manum relata. 107, 10

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versus (*opp.* displicuerint). PLIN. nat. praef. 16 peculiarem in studiis causam eorum esse, qui ... utilitatem iuvandi praetulerint gratiae -endi. STAT. silv. 3 praef. *summa ecloga* sermo est ... et qui persuadere malit quam -ere. QVINT. inst. 1, 11, 11. 4, 2, 39 *interdum* -et actio, causa non intellegitur. 12, 10, 56 instandum iis, quae -ere *iudici* intellexeris, resiliendum ab iis, quae non recipientur. SVET. Cal. 53, 2 *inter scriptores contempsit* Senecam tum maxime -entem. *al.* *-ent opera ipsis auctoribus*: CIC. Att. 1, 13, 5 quae laudas ex orationibus *meis,* ... valde mihi -bant. HOR. epist. 2, 1, 165 -uit sibi *Romanus poetas graecos vertens* (PORPH. se cognoscens probavit). SEN. contr. 7, 1, 27 *Cestius* in narratione ... -uit sibi in hac explicatione una et infelici: '...'. 9, 6, 12 multa ... dico, non quia mihi -ent, sed quia audientibus -tura sunt. MART. 6, 60, 4 ecce, rubet quidam, pallet ...: hoc volo, nunc nobis carmina nostra -ent. QVINT. inst. 10, 3, 7 omnia ... nostra, dum nascuntur, -ent. 10, 4, 1 *in emendatione* damnanda sunt, quae -uerant. *al.*

c *spectat ad opinionem peritorum, sapientium* (*ubi non indicatur, cui quid -at, saepe consensus peritorum intellegendus est; ad B vergunt e. g. l. 33 sq.*): **α** *usu impersonali quid -at, indicatur per struct. verbales vel intellegitur ex adv.* (*fere i. q. δοκεῖν, videri; exempla pauca selecta*): CIC. inv. 2, 156 -et in iudiciali genere finem esse aequitatem ...; in deliberativo autem Aristoteli -et utilitatem. rep. 1, 60 sub regno ... tibi esse -et omnis animi partes et eas regi consilio? :: mihi vero sic -et (PRISC. gramm. II 51, 4). fin. 1, 29 sic agam, ut ipsi auctori huius disciplinae -et (1, 39 *si* summa voluptas est, ut Epicuro -et, nihil dolere. Tusc. 1, 70 ut Aristoteli -et. *et saepe*). 1, 38 non -uit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem et voluptatem. ac. 2, 133 -et Stoicis omnia peccata esse paria; at hoc Antiocho vehementissime displicet. ALF. dig. 32, 60, 2 sic (*sc. ut in penu legata*) mihi -et et in lana fieri. MANIL. 1, 123 *mundum* natali ... egere -et semperque fuisse et fore. CELS. 5, 28, 12^{N} *non* ignoro multis -uisse linamentum ... *in fistulam* demitti. SEN. nat. 6, 12, 1 spiritum esse, qui moveat *terram,* et plurimis et maximis auctoribus -et. COLVM. 2, 11, 2 quidam negant eam *sartionem* quicquam proficere ...; pluribus tamen sariri -et. QVINT. inst. 1, 4, 11 etiam Ciceroni -uisse 'aiio' ... geminata 'i' scribere. 4, 1, 23 Theodoro -ere ..., ut ex singulis quaestionibus singuli sensus in prooemium conferantur. IVLIAN. dig. 33, 5, 9, 2 puto Mucianae sententiae adsentiendum, qua -et ipsa libertate legatum peremi, non datione statutae libertatis. PAVL. dig. 16, 2, 21 posteaquam -uit inter omnes id, quod invicem debetur, ipso iure compensari. *et persaepe, praecipue apud iuris consultos.* **β** *usu personali* (*exempla selecta*): CIC. de orat. 2, 2 *cum* ea disceremus, quae Crasso -rent. off. 1, 89 *mediocritas* -et Peripateticis, et recte -et. 2, 51 quod scribere ... non auderem, nisi idem -ret gravissimo Stoicorum Panaetio. VAL. MAX. 1, 6, 9 non -ere sibi (*i. haruspici*) exta. SEN. nat. 7, 12, 1 quibusdam antiquorum haec -et ratio *cometarum: eqs.* (COLVM. 4, 22, 5 haec ... r. minime nobis -et. PLIN. nat. 2, 119 CHAR. gramm. p. 155, 27. *al.*). COLVM. 8, 2, 5 *Graeci* praecipue Tanagricum genus *gallorum* ... probabant ...; nobis nostrum vernaculum maxime -et. SCRIB. LARG. praef. 8 quam non -at Asclepiadi usus medicamentorum. PLIN. nat. 7, 194 Gellio Toxius ... lutei aedificii inventor -et. 30, 91 (*de remedio quodam*) māgīs -et draconis cauda ... adalligata. QVINT. inst. 7, 3, 14 quibusdam *non* ... -uit ... haec ... ad morem dialecticorum formata conclusio. VEL. gramm. VII 73, 2 'delirus' -et Varroni, non 'delerus'. GAIVS dig. 41, 1, 10, 4 quod ... -uit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore. AVG. c. acad. 1, 9, 25 Academici (2, 7, 16 novi A. *cf.* civ. 8, 12 p. 339, 16 Plato sectandus). ORIG. in Matth. 13, 1 p. 174, 28 quod scripturarum non -et veritati (*gr. ἀρέσκει*). *al.*

d *spectat ad favorem vel approbationem deorum* (*cf. B2; v. etiam notionem ironice versam p. 2257, 68*): **α** *apud paganos* (*exempla selecta*): CIC. div. 1, 55 (*de praesule in ludis, v. vol. X 2, 947, 65 sqq.*). CATVLL. 30, 4 facta impia ... caelicolis *non* -ent. HOR. carm. 4, 12, 12 cui *Pani* pecus et nigri colles Arcadiae -ent. TIB. 1, 10, 29 sic (*sc. deos colens*) -am vobis, *lares*: alius sit fortis in armis. OV. met. 13, 964 (*queritur Glaucus*) quid dis -uisse marinis ... iuvat? fast. 4, 412 parva bonae Cereri, sint modo casta, -ent. PHAEDR. 3, 17, 3 olim, quas vellent esse in tutela sua, divi legerunt arbores: quercus Iovi et myrtus Veneri -uit. SEN. clem. 1, 1, 2 (*verba Neronis*) egone ex omnibus mortalibus -ui electusque sum, qui in terris deorum vice fungerer? epist. 74, 20 -at homini, quidquid deo -uit. PLIN. nat. 7, 179 inferis dis -ere Pompei causas et partes pias. MART. 4, 40, 10 hoc (*sc. ut patronus ingratus sit*), Fortuna, -et? TERT. apol. 11, 14 deos facite criminosissimos quosque, ut -atis deis vestris. *al.* **β** *apud Iudaeos et Christianos* (*usu impers. p. 2262, 3*): VET. LAT. gen. 17, 1 (Hier. adv. Pelag. 3, 12, *sim.* Aug. civ. 16, 26; *deus ad Abraham*) -eto in conspectu meo (*gr. εὐαρέστει ἐναντίον ἐμοῦ, Rufin. Orig. in gen. 3, 3* complace coram me, *Vulg.* ambula coram me). Sirach 34, 23 (cod. 167) ⟨non⟩ -bunt altissimo oblationes inpioru⟨m⟩ (*gr. 31 [34], 23 εὐδοκεῖ ... ἐν, Vulg.* non probat). TERT. apol. 50, 2 ea victoria *in martyrio parta* habet ... gloriam -endi deo. bapt. 13, 1 Abraham ... fidei sacramento deo -uit. cult. fem. 2, 5 l. 6 *mulieribus* non supergrediendum ultra quam simplices ... munditiae concupiscunt, ultra quam deo -et (-ere *var. l.*). 2, 10 l. 22 quomodo -bimus deo gaudentes rebus illorum, qui iram ... dei ... provocaverunt? adv. Iud. 2, 13 nos ... sine legis onere Moysis deo -ere posse. uxor. 2, 7 l. 15 quae domino non -ent, utique dominum offendunt, utique a malo inferuntur. IREN. 3, 4, 2 hanc fidem qui sine litteris crediderunt, ... -ent deo conversantes in omni iustitia. CYPR. epist. 4, 5, 2 Christo ... praecepta eius servando -amus. HIL. myst. 1, 6, 4 solae in adipibus -ent ovium primitiae, ... conscientiae nostrae sacrificia delectant *deum.* HIER. epist. 31, 1 apud deum ... nihil voluptuosum ... -et. AVG. civ. 10, 1 p. 403, 21 ea *opera misericordiae* ... sibi vel pro sacrificiis vel prae sacrificiis -ere testatur *deus.* *al.*

B *-ent res futurae, agendae, ita ut ad voluntatem spectet* (*huc vergunt quaedam supra allata, maxime sub A2c*): **1** *variorum* (*exempla pauca selecta*): PLAVT. Amph. 310 non -et me hoc noctis esse; cenavi modo. RHET. Her. 2, 1, 1 nobis -tum est, ut ea, quae difficillima essent, potissimum ⟨con⟩scriberemus. CIC. Cluent. 47 ei *amico* -uit, ut Diogenem *servum* Habitus emeret a Cleophanto. Balb. 17 me recusante -uit ambobus *aliis patronis* adhiberi hunc a me ... laborem. Tusc. 1, 7 nobis -et nec pristinum dicendi studium deponere et in hac maiore ... arte versari. Att. 2, 10 ludos Anti spectare non -et. fam. 1, 7, 6 -bat illud, ut ... auxiliis eum ... adiuvares. 4, 2, 1 his -uit, ut tu in Cumanum venires. BRVT. Cic. fam. 11, 1, 2 cum in his angustiis versarer, -tum est mihi, ut postularem legationem liberam. SABID. Schol. Verg. Veron. Aen. 10, 241 (*formula imperatoris dicenda post augurium proelii acceptum*) ⟨di⟩, uti -et, a legionibus invocentur. EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 3 spectare eum *Claudium* circenses ex pulvinari non -et nobis. OV. met. 11, 391 non -et arma mihi contra nova monstra moveri (movere *var. l.*). SEN. Thy. 436 -et ire, pigris membra sed genibus labant. COLVM. 8, 2, 6 cui -bit sequi nostra praecepta, consideret oportet *eqs.* APVL. met. 4, 9, 7 -uit, ad hunc *virum* primum ferremus aditum. *al.* *pro subi. est subst.* (*exempla pauca potiora*): CIRIS 8 *mens* -tum paucis ausa est ascendere collem **(**[*sc. sophiae*]. *item part. perf.*: COLVM. 1 praef. 3 mensurarum ... modum rimantes -tae disciplinae ... magistrum *consectantur.* VAL. FL. 2, 509 *Herculem* -tae furiis crudescere pugnae. 3, 416 [*sacerdos de ritu*] flecte gradum, -tis sileant age litora coeptis. *al.***)**. OV. epist. 3, 67 (*Briseis Achilli*) si tibi iam reditusque -ent patriique penates. met. 10, 378 mors -et; ... laqueo ... innectere fauces destinat *Myrrha* (SEN. Oed. 1031. STAT. Theb. 4, 22 quis *pugnaturis* ferrum modo, quis m. ipsa -bat). PETRON. 26, 7 vulneribus confossis fuga magis -bat quam quies. SIL. 4, 193 cui *militi* fugere ignotum atque ... -bat rebus in adversis exceptum pectore letum. STAT. Theb. 7, 562 arma iterum furiaeque -ent (11, 498. *cf. p. 2258, 72. 2263, 20*). *al.*

2 *deorum, fati sim.* (*cf. A2d*): **a** *apud paganos*: **α** *exempla varia* (*saepe deis -ere dicuntur ea, quae hominibus displicent, aliter e. g. l. 53; exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Amph. 635 ita di⟨vi⟩s est -tum, voluptatem ut maeror comes consequatur (HOR. sat. 2, 6, 22 sic dis -tum. OV. Pont. 4, 11, 7. LIV. 8, 5, 4 vires ... aequari dis immortalibus -uit. 30, 30, 26. LVCAN. 10, 417 Latium sic scindere corpus dis -tum. *al.*). CIC. fam. 1, 7, 4 *ut Ptolomaeus* sine multitudine reducatur, quem ad modum homines religiosi Sibyllae -ere dixerunt. SALL. Iug. 102, 9 *fortunae* -uit et vim et gratiam nostram te experiri (SEN. dial. 11, 16, 6 si nondum illi *fortunae* genus humanum -uit consumere. *al.*). VERG. Aen. 1, 283 sic -tum *est*: veniet ... aetas, cum *eqs.* 2, 659 si nihil ex tanta superis -et urbe relinqui (LVCAN. 4, 808 sq. felix Roma ..., si libertatis s. tam cura -ret, quam vindicta -et. 7, 339 s. -uisse diem. *al., cf. l. 64 sq.*). 10, 15 (*Iuppiter in consilio deorum cupiens bellum finire*) -tum (placidum *var. l.*) laeti componite foedus (SERV. auct. aut mihi scilicet aut fatis aut quod velim vobis -ere). 12, 503 (*exclamatio poetae*) tanton -uit concurrere motu, Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras? HOR. carm. 1, 33, 10 cui *Veneri* -et imparis formas atque animos sub iuga aenea ... mittere. 2, 17, 16 sic potenti Iustitiae -tumque Parcis. OV. epist. 16, 41 sic -uit fatis (PHAEDR. 4, 21, 13 sic f. -et. SEN. dial. 12, 7, 10 ita fato -uit, nullius rei eodem semper loco stare fortunam. *al.*). LVCAN. 2, 57 perdere nomen si -et Hesperium, superi. 7, 58 hoc -et, o superi, ... nostris erroribus addere crimen? STAT. Theb. 1, 707 tu, *Phoebe,* doctus ... praenosse ... -tura Iovi. *al.* **β** *formula* si dis -et *sim.* (*est exclamatio obstupescentis ad rem quam narrat; saepe cum indignatione, cf.* DON. Ter. Eun. 919 proprium est exclamantibus propter indignitatem alicuius rei): PLAVT. Capt. 454 expedivi ex servitute filium, si dis -et. Truc. 647. TER. Eun. 919 vide ut otiosus it, si dis -et. Ad. 476. CIC. S. Rosc. 102 dis immortalibus. Tusc. 5, 31 *Epicuro* etiam, si dis -et, videtur semper sapiens beatus. *al.* LIV. 4, 3, 9 quin etiam, si dis -et, nefas aiunt esse consulem plebeium fieri. 6, 40, 7. *al.* PLIN. nat. 14, 140. *al.* *formula iocose variatur*: CATVLL. 56, 6 si -et Dionae, *puerum* protelo rigida mea cecidi. PRIAP. 50, 1 si -et hoc tibi, Priape.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *apud Iudaeos et Christianos, sc. spectat ad bonam voluntatem*: VET. LAT. Iudith 8, 17 (cod. 109) *deus* exaudiet voces nostras, si -tum est illi (*gr. ἐὰν ᾖ αὐτῷ ἀρεστόν,* cod. 131. *al.* si fuerit ipsi -tum, 130 [*sim.* 151] sicut ei -et). Phil. 2, 13 (cod. 75. *al.*) *deus* operatur in vobis et velle et operari, prout -et (*gr. ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, Vulg.* pro bona voluntate, *Theod. Mops.* pro bono placito). HIER. epist. 39, 2, 6 plango, quod accidit, sed quia sic -et domino, aequo animo sustinebo. AVG. civ. 10, 15 p. 425, 9 sic ... divinae providentiae -uit ordinare temporum cursum, ut *eqs.* SVLP. SEV. chron. 2, 30, 4 ita deo -tum, ut ... gens impia internecioni daretur. *al.*

3 *eorum, qui publica potestate sim. praediti*: **a** *consulunt* (*sc. in consilio deliberantium quid faciendum sit proponunt, suadent, sive in vita publica sive in re militari; fere impersonaliter [aliter l. 21. 26]; exempla selecta*): CIC. Phil. 14, 31 -et ... mihi, patres conscripti, legionis Martiae militibus ... monumentum fieri quam amplissimum. div. 2, 52 rex Prusias, cum Hannibali apud eum exulanti depugnari -ret, negabat se audere. CAES. Gall. 3, 3, 4 maiori ... parti -uit ... castra defendere. 7, 15, 3 deliberatur de Avarico in communi concilio *Gallorum,* incendi -at an defendi. civ. 3, 83, 3 Domitius in consilio dixit -ere sibi bello confecto ... tabellas dari ad iudicandum iis, qui ordinis essent senatorii. SALL. or. Phil. 2 bellum atque arma, quamquam vobis *senatoribus* invisa, tamen, quia Lepido *hosti* -ent, sumunda sunt. LIV. 5, 36, 9 ne id, quod -bat, decerneret in tantae nobilitatis viris, ambitio obstabat (*disting. actus decernendi ut* 26, 29, 9). 5, 46, 7 consensu omnium -uit ... Camillum acciri, sed antea consulto senatu. 10, 25, 15 (*Ap. Claudius in senatu*) sibi -ere ... consulem ... in Etruriam ... proficisci, L. Volumnio Samnium provinciam dari. 44, 2, 6 aliis per Pythoum -bat via, aliis *eqs.* CVRT. 6, 11, 10 *rex* amicos convocari iubet; et ceteris quidem -bat ... *reum* obrui saxis, Hephaistio autem et Craterus ... tormentis veritatem exprimendam esse dixerunt. TAC. hist. 3, 40, 2 *non* deerant, qui monerent, ut ... per occultos tramites ... Hostiliam ... pergeret; aliis -bat ... valida manu perrumpere. PLIN. epist. 8, 14, 17 fingamus ... *iudicum* uni -uisse perire libertos, alteri relegari, tertio absolvi. APVL. met. 6, 31, 5 (*unus in consilio latronum, qui de poena disserunt*) hunc *asinum* ... iugulare crastino -at. *al.*

b *decernunt* (*sive iubent sive vetant; cui quid -at, saepius incertum, e. g. l. 52 sq.*; -ere *pendet e verbo decernendi l. 55. 61. 64 [disting. ab actu decernendi supra l. 21 sq.]; usu fere impersonali [aliter e. g. l. 70. 73]; ad A vergunt e. g. l. 39. 72*): **α** *in re publica*: Ⅰ *Romana* (*in colonia l. 51*): Ⓐ *varia exempla* (*selecta*): EDICT. cens. de rhet. Suet. rhet. 25, 1 haec nova, quae praeter ... morem maiorum fiunt, neque -ent neque recta videntur; quapropter ... visum est faciundum, ut ostenderemus nostram sententiam: nobis non -ere. RHET. Her. 2, 13, 19 *iudicata* saepe diversa sunt, ut aliud alio iudici aut praetori aut consuli aut tr. pl. -tum sit (*syn.* decreverit aut iudicarit). EDICT. praet. Cic. Quinct. 84 dominum ... invitum detrudere non -et. CIC. Catil. 3, 5 quid fieri -ret, ostendi *consul praetoribus*; illi ... negotium susceperunt. Phil. 11, 18 rogatus est populus, quem id bellum gerere -ret. leg. 1, 56 (*iocose in imag.*) quam ... sententiam dicimus *fines scholis philosophiae statuentes*? :: requiri -ere (*sc. nobis litis arbitris*) terminos, quos Socrates pegerit, iisque parere. 2, 52 -uit ... pontificibus maximis ... eos ... sacris alligari. LEX Vrson. (CIL I^2 594) 64, 13 sq. *duumviri* at decuriones referunto ..., quos et quot dies festos esse et quae sacra fieri publice -at et quos ea sacra facere -at. OV. fast. 6, 208 *a templo Bellonae* solet hasta ... mitti, ... cum -et arma capi. LIV. 1, 33, 6 *Ianiculum* ponte ... coniungi urbi -uit. 3, 45, 3 -ere ... patrem arcessiri (*decretum Ap. Claudii decemviri*). 37, 19, 3 quid de ea re consuli -at, quid senatus censeat aut populus iubeat. 38, 52, 8 tribuni plebis ... ita decreverunt: ... sibi -ere *eqs. al.* Ⓑ *de eis, quae -ent senatui Romanorum* (*saepe in formula* senatui -et; *exempla pauca selecta*): S. C. Cic. Verr. II 2, 95 de absente iudicium nullum fieri -ere et, si quod esset factum, id ratum esse non -ere. CIC. Verr. II 2, 95 consules faciunt mentionem -ere statui, si patribus conscriptis videretur, ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium. Catil. 1, 20 si hic ordo -ere sibi decreverit te ire in exilium, obtemperaturum te esse dicis. Phil. 5, 41 (*verba S. C. propositi*) *Lepido* statuam ... ex huius ordinis sententia statui -ere. 5, 46 ita censeo decernendum: ... senatui -ere C. Caesarem ... senatorem esse. Att. 4, 2, 4 senatui -ere mihi domum restitui. SALL. Iug. 28, 2 senatus a Bestia consultus est, -retne legatos Iugurthae recipi moenibus, iique decrevere ..., uti *eqs.* S. C. de mense Aug. (Macr. Sat. 1, 12, 35) -ere senatui, ut hic mensis *Sextilis* Augustus appelletur. LIV. 9, 8, 1 quo creati sunt *consules* die, eo – sic enim -uerat patribus – magistratum inierunt. 40, 3, 1 *Philippum* fecisse, quae senatui -uissent (*Polyb. 23, 9, 6 πεποίηκε ... τὰ προσταττόμενα*). 43, 8, 7 quae Chalcidenses querantur acta, ea senatui non -ere. S. C. de Pisone 85 saltum *Pisonis* -ere Ti. Caesari Augusto ... reddi. 120 remitti ... poenam Plancinae -ere. TAC. ann. 3, 34, 4 -uisse quondam Oppias leges. PLIN. paneg. 4, 1 parendum est senatus consulto, quod ex utilitate publica -uit. *et saepe.*

Ⅱ *externorum*: SALL. Iug. 12, 1 *Micipsa mortuo* primo conventu *regum Numidarum* ... -uerat dividi thesauros finisque imperi singulis constitui. NEP. Them. 3, 1 huius consilium plerisque civitatibus displicebat et in terra dimicari magis -bat. LIV. 4, 31, 7 Fidenatium populo rebellare -uit. 25, 29, 1 praetores ... prius creari quam legatos nominari -uit (*sc. contioni Siculorum*). 32, 23, 3 *populis Achaeorum* tris legatos ad L. Quinctium mitti -uit *eqs.* 34, 61, 16 mitti ... legatos Romam ... -uit (*sc. senioribus Carthaginiensium*). *al.*

β *in re militari* (*exempla selecta*): CAES. Gall. 1, 34, 1 -uit ei *Caesari,* ut ad Ariovistum legatos mitteret. 7, 37, 7 -uit, uti Litaviccus decem illis milibus ... praeficeretur. POMP. Cic. Att. 8, 12^a, 4 -tum est mihi *pro consule* ..., ut Brundisium ducerem hanc copiam. SALL. Iug. 87, 4 reges ... divorsi in locos difficilis abeunt; ita Iugurthae -uerat speranti mox effusos hostis invadi posse. VERG. Aen. 11, 332 centum oratores ... Latinos ire -et pacisque manu praetendere ramos. 11, 435 (*Turnus ad consilium Latinorum*) quod si me solum Teucri in certamina poscunt idque -et, *non recuso.* OV. met. 14, 804 pace ... sisti bellum nec in ultima ferro decertare -et Tatiumque excedere regno. LIV. 6, 4, 11 publicari praedam tribunis *militum* -bat. 7, 12, 11 dictatori neutiquam -bat ... fortunae se committere. 8, 23, 5 (*Samnites ad legatos Romanos*) minime paenitere se virium suarum, si bellum -at, *sc. Romanis.* 24, 34, 16 consilio habito ... absistere oppugnatione ... -uit. 34, 19, 6 si utique bellum -at, diem locumque *Celtiberi* constituant. LVCAN. 2, 598 -uit (*sc. Pompeio*) ... referri signa. 2, 688 ut tempora ... -uere fugae. 3, 335 foedera si -ant, sit, quo veniatis inermes. SIL. 10, 333 proxima lux -et, *sc. Hannibali, ut Romam proficiscatur. al.*

γ *in ecclesia*: VET. LAT. act. 15, 22 (cod. 50, *sim. al. et* VVLG.) -uit apostolis et senioribus cum omni ecclesia ... viros ... mittere in Antiochiam (*gr. ἔδοξε, cod. 5* visum est). CYPR. epist. 55, 7, 2 ab his non recedere, quae semel in concilio nostro de communi conlatione -uerunt. 55, 13, 1 *infirmis,* sicut -uit, in periculo subvenitur. HIL. coll. antiar. p. 86, 23 'unusquisque debet dicere, an rectum sit, quod prosecutus sum ...'; ab universis episcopis dictum est: '-et'. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 67, 22 quae *capitula,* si -et, ⌊legimus⌋ (*gr. I 1, 2 p. 39, 3 παρίσταται. ⌊⌋ praes. pro fut., ut*: p. 83, 22 'quam *definitionem* ..., si -et sanctitati vestrae, relegimus'; sancta synodus dixit: 'prolata definitio ... legatur' [*gr. I 1, 7 p. 88, 4 παρίσταται*]). REGVLA mag. 13, 70 excommunicati ... fratres ..., si -uerit abbati, de monasterio expellantur. *al.*

4 *eorum, qui paciscuntur, pactione aliquid constituunt* (*cf.* NON. p. 270, 33 convenire -ere, constitui. 271, 13 convenire -ere, certum fieri. *praevalet usus impersonalis* [*aliter e. g. l. 42. 48. 56*]): LIV. 32, 35, 2 Quinctius ... ad Nicaeam – is enim locus -uerat, *sc. ut eo convenirent* – ad constitutum tempus venit. 38, 38, 17 (*ex foedere Romanorum cum Antiocho*) controversias inter se iure ... disceptanto aut, si utrisque -bit, bello. VELL. 2, 77, 2 in hoc pacis foedere -uit Siciliam Achaiamque Pompeio concedere. VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 cum inter Karthaginem et Cyrenas ... contentio esset, ... -uit utrimque ... iuvenes mitti *eqs.* LVCAN. 4, 365 ut primum iustae -uerunt foedera pacis. STAT. Theb. 1, 138 alterni -uit (*sc. Eteocli et Polynici*) sub legibus anni exilio mutare ducem. LEX cur. Iov. Simitth. (CIL VIII 14683) a 6 -uit inter eis et convenit secundum ⟨d⟩ecretum publicum ⟨o⟩b⟨s⟩ervare: si quis flam⟨en e⟩sse volue⟨rit⟩, d(are) d(ebebit) vini amp(horas) (tres) (LEX conviv. [Querol. p. 60, 6] -uit c. que, ut *eqs.* LEX Sal. Merov. prol. 1. *al.*). PAPIN. dig. 20, 1, 1, 3 pacto -uit, ut ... fructus ... compensarentur (COD. Iust. 10, 8, 2 [*a. 224*]). TRYPH. dig. 23, 4, 30 quasi inter duos -uisset ... partem dotis remanere apud maritum. VLP. dig. 2, 11, 2 pr. nisi contrarium specialiter partibus -uerit. 2, 14, 1 pr. quid ... tam congruum fidei humanae quam ea, quae inter eos -uerunt, servare? 2, 15, 9, 1 de quibus *rebus* inter convenientes -uit. VET. LAT. Matth. 20, 2 (Arnob. Iun. *ad l.*) -uit illi cum operariis singulis denariis diurnis (*gr. συμφωνήσας ... μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου, cod. 3. al. et Vulg.* conventione ... facta. *cf. p. 2268, 26*). COD. Iust. 2, 3, 1 (*a. 200*) facta, sicut -uit, divisione. 2, 3, 9 (*a. 223*) ut fetus eorum *pecudum* portionibus, quibus -uit, inter dominum et pastorem dividantur. AVG. serm. 101, 1 -uisse dicit *Paulus* inter se et ipsos *apostolos,* ut *eqs.* (*v. Gal. 2, 9*). CONC.^{S} II 3, 3 p. 4, 15 sqq. sicut -uit *duobus episcopis* ..., ut ... *unius* ecclesia habeat ... Arabiam, ... *alterius* tres habeat Palaestinas, quae inter eos -uerunt, confirmo (*gr. II 1, 3 p. 6, 8 ἔδοξε. 12 τὰ μεταξὺ αὐτῶν δόξαντα*). PASS. Anastas. 10 priusquam -uerit cum artifice, qui eum *deum* fecerit. *al., maxime apud iuris consultos.* *part. perf.*: SALL. Iug. 81, 1 in locum ambobus (*sc. Iugurthae et Boccho ducibus*) -tum exercitus conveniunt. SIL. 1, 11 iuratum ... Iovi foedus ... Sidonii fregere duces atque impius ensis ter -tam (placidam *var. l.*) suasit temerando rumpere pacem. MOD. dig. 22, 1, 41, 2 *mutuam pecuniam* reddam ... cum suis usuris -tis inter nos (*cf.* COD. Iust. 4, 2, 6 pr. [*a. 293*] ad modum -tum usurae ... exigi). NEMES. ecl. 4, 9 (*8* condictas ... ulmos) fagos -tas. COD. Iust. 2, 55, 2 (*a. 283*) poenae. 4, 49,

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10 (*a. 293*) tempore -to (LEX Visig. Eur. 296 ad -tum t. [= Visig. 5, 4, 5]). 4, 44, 11, 2 (*a. 293/4*) pretium (4, 38, 9 [*a. 294*]. PAP. Tjäder 29, 2 [*a. 504*] -to et defin⟨i⟩to p. *al.*). 7, 14, 11 (*a. 294*) *si servi* operas mercede -ta locastis (11, 48, 8, 1 [*a. 367/375*] m. -tam consecuti. AVG. pecc. mer. 2, 18, 32 [*cf. Matth. 20, 9 sqq.*] aliis -tam m. reddentem, aliis etiam non -tam largientem. *al.*). AVG. doctr. christ. 2, 74 consultationes et pacta ... cum daemonibus -ta atque foederata (c. Petil. 2, 32, 73 hoc p. tam iusto -to atque firmato). *al.*

II *syntactica et stilistica*: **A** *de usu personali et impersonali* (*utriusque generis testantur* DIOM. gramm. I 398, 23 sq. MACR. exc. gramm. p. 43, 8 sqq. *al.*): **1** *usus personalis* (*iuxta impers. e. g.* LVCAN. 2, 353. 5, 552 PLIN. nat. 36, 179): **a** *verbum activum: supra passim* (*hic illic accedit praedic., ita ut fere pro struct. verbali accipi possit, v. maxime sub B3d*). **b** *gerund. vi activa* (*cf. Risch, Gerundivum und Gerundium, 1984, 111*): PLAVT. Trin. 1159 si illa *mulier* tibi -et, -enda dos quoque est, quam dat tibi. **c** *part. perf. vi activa* (*ad p. 2270, 5 sqq. refert* DON. gramm. mai. 2, 14 p. 645, 16 *quaedam nomina,* cum participia videantur, verborum tamen significatione privata sunt, ut ... '-ta' ...; nam ... '-or' ... non dicitur [*cf.* SERV. Aen. 8, 195 participium sine verbi origine. POMP. gramm. V 262, 33]. *ceterum v. e. g.* SERV. Aen. 8, 144 '-o' *facit* et '-ui' et '-tus sum'. gramm. IV 437, 17; *exempla selecta post* OV.): TER. Hec. 21 ubi sunt cognitae *fabulae,* -tae sunt. 241 vostrarum *matrum* nulla est, quin gnatum velit ducere uxorem; et, quae vobis -tast condicio, datur. RHET. Her. 2, 13, 19 *iudicata* saepe diversa sunt, ut aliud alio iudici ... -tum sit. CIC. Verr. II 4, 1 quin ... quod -tum sit abstulerit (*nisi est impers.*). SALL. Iug. 81, 1 *v. p. 2264, 69.* VERG. Aen. 10, 15 CIRIS 8 OV. met. 7, 226. VAL. FL. 3, 297 si iam bella manebant et -tum hoc superis. SIL. 12, 507 (*Hannibal ad se ipsum*) 'dabitur circumdare Romam'; haec postquam -ta et tenuit sententia mentem, *eqs.* GELL. 6, 18, 6 permutatio *captivorum* senatui non -ta. APVL. met. 2, 24, 1 sic -to. 9, 4, 1 isto -to (CONC.^{S} II 3, 2 p. 123, 21 [*gr. II 1, 2 p. 117, 28 τούτου ... δόξαντος*]). *al.*

2 *usus impersonalis*: **a** *eius generis, quo actio quaedam vel status -et* (*verbo activo vel part. perf.* [*v. p. 2256, 66 sqq.*]): **α** *quid -at, indicatur per struct. verbalem*: Ⓘ *inf.* (*cf.* PRISC. gramm. III 294, 3 sq. '-et illi vincenti triumphare' et '-et illi vincentem triumphare'. *sed dat. c. inf. exemplis certis non invenimus, vix p. 2258, 26*): Ⓐ *solum: passim.* Ⓑ *acc. c. inf.: passim; praeparatur per adv.* ita CIC. fin. 3, 43 ac. 2, 99. *al., per pron. e. g.* HIL. c. Const. 2. *in struct. mancis subaudias vel suppleas acc.* CIC. Att. 10, 11, 1 LIV. 39, 48, 4. *al., inf.* CIC. Att. 13, 16, 2. 13, 44, 1. *al., et acc. et inf.* PLIN. nat. 20, 102. *in struct. mixta variat cum* ut *vel coni.*: CIC. Phil. 5, 53 ita censeo decernendum: 'senatui -ere ... militiae vacationem esse utique ... consules ... cognoscerent, qui ager ... coloniis esset ...; de agro Campano separatim cognoscerent *eqs.*'. 9, 16. CAES. civ. 3, 83, 3 LIV. 8, 6, 11. 38, 36, 1. Ⓒ *nom. c. inf.*: SORAN. p. 3, 14 -uit cateperotianorum brevitatem fuisse secutus.

Ⓘ *enunt. secund.*: Ⓐ *fin.*: ut: *saepe inde a* PLAVTO Amph. 635 ita divis est -tum, ... ut *eqs.* (*item c.* ita *e. g.* RHET. Her. 2, 1, 1 ita nobis -tum est, ut *eqs.* APVL. apol. 87, 10; *cf.* sic ..., ut *e. g.* MART. 11, 53, 7); *c. pron. praepar. e. g.* CIC. ac. 2, 104. *coni. solus* (*c. pron. praepar.* ASCON.; *saepe de* ut *omisso [e. g. l. 52 sq.] vel coniunctivo pro inf. perperam trad. cogitatur; hucine iam* LVCIL. *vol. VII 2, 1851, 70?*): CAES. civ. 3, 83, 3 LIV. 35, 23, 8. 38, 36, 1. ASCON. Mil. p. 37, 5 (ut *inseruit Clark*). S. C. Iunc. (dig. 40, 5, 28, 4; ut *inserunt edd.*). APVL. met. 4, 9, 7. *al.* ne: CALP. ecl. 2, 7 S. C. Larin. 7. DECRET. centumvir. Veient. (CIL XI 3805) 13. S. C. Maced. (dig. 14, 6, 1 pr.). *al.* quatenus: CONC.^{S} II 3, 3 p. 9, 32 -uit ... *episcopis,* ⌊q.⌋ ... ecclesia Hierosolymitanorum tres Palaestinas habeat (⌊ ⌋ *gr. II 1, 3 p. 6, 8 ὥστε, altera versio* II 3, 3 p. 4, 15 ut).
Ⓑ *quodlibet*: quod (*c. pron. praepar. praeter* NEP., SYMM.): PLAVT. Capt. 586 *v. p. 2259, 27.* NEP. Arist. 1, 4 LIV. 27, 26, 14 SEN. contr. 1, 2, 12. 2, 1, 37 SEN. Herc. f. 411 TAC. hist. 2, 91, 3 SYMM. epist. 4, 54, 3. *al.* cum: PLAVT. Cist. 313 ut, quo⟨m Ven⟩us adgreditur, ⟨place⟩t! si: CAES. civ. 3, 10, 9 id ... ipsis -ere oportere, si uterque ... iuravisset se ... exercitum dimissurum (*sed interpunctio incerta est*). COLVM. arb. 23, 2 *v. p. 2267, 61.* NOVELL. Theod. 15, 1 pr. *al.* quia: TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 25 AMBROSIAST. in II Tim. 2, 24.

Ⓘ *enunt. primar., sc. per parataxin indicativi*: LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 23 -uit: quisquis ... decesserit, eum sequentur ex arca ... *tot* n(ummi). 1, 26. *al.* DECRET. fabr. Pisaur. (CIL XI 6335) 14 -ere: ... properamus.

Ⓘ *struct. contaminatas; post* ut *ponitur: acc. c. inf.*: S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) -et, ut actiones, quae in heredem ... dari solent, eas neque in eos ... dari, qui *eqs.* LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 17 -uit, ut, quisquis quinquennalis in hoc collegio factus fuerit, is a sigillis ... immunis esse debebit et ei ex omnibus divisionibus partes dup⟨las⟩ dari. 2, 21. *indicat. fut.*: LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 1, 20 ⟨plac⟩uit universis, ut, quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit ... *tot* n(ummos). 1, 22. *al. ibid.* (*iuxta acc. c. inf. p. 2265, 73*). *imperat. fut.*: LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 25 -uit, ut quisquis ... transierit, ei multa esto.

β *quid -at, adumbratur per voces vel locutiones accedentes*:
Ⓘ *vario modo* (*fere adv.; hic illic c. struct. ad inf. subaudiendum referenda, e. g. l. 19 sq.; exempla selecta*): PLAVT. Persa 366 quae praeter sapiet quam -et parentibus (LIV. 2, 28, 5. 7, 12, 10 SEN. nat. 6, 14, 1). Stich. 285 age, ut -et, curre, ut lubet (CIC. dom. 63 si, ut multis ... -uit, vi ... contra vim decertare voluissem [*item in parenthesi*: Brut. 233 interponam, ut -et, alios *oratores. al.*]. fin. 1, 29 uti oratione perpetua malo quam ... interrogari. :: ut -et [*item in responso e. g.* BOETH. cons. 4, 7, 7]. *al.; cf.* PLAVT. Mil. 255 -et, ut dicis [983]). Trin. 235 ita faciam, ita -et (CIC. Flacc. 96 si ita -et. fam. 14, 2, 4 longius, quoniam ita vobis -et, non discedam. *al.*). CIC. Sest. 109 venio ad comitia, sive magistratuum -et sive legum (*cf. l. 47 sqq.*). de orat. 1, 265 -uit sic omnibus (rep. 1, 60 mihi ... sic -et. *al.*). fin. 2, 41 aliter ... vobis -et (ac. 2, 143 a. Diodoro, a. Philoni, Chrysippo a. -et). Att. 5, 10, 2 elaboratur ... a me, sicut tibi sensi -ere (fam. 4, 2, 4 PAVL. dig. 41, 3, 4, 18. *al.*). 9, 19, 2 pergamus ..., quo -et. LIV. 23, 33, 12 bellum ..., cum quibus regi -ret, gererent. *al.*

Ⓘ *per praepos.* (*cf. abl. p. 2264, 59*): Ⓐ de: CIC. dom. 53 *si* populus Romanus de ista re consultus esset ..., nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege -ret, de exulibus Byzantiis displiceret? (*locut. curtatam agnoscit Nisbet ad l.: 'sc. id, quod [de Cyprio rege] rogatum erat'*). VLP. dig. 2, 15, 9, 1 *transactio* de his tantum, de quibus inter convenientes -uit, interposita creditur. *in struct. coacervatis*: CAEL. Cic. fam. 8, 4, 4 de qua *successione Caesaris* ... -tum est *senatui,* ut ... ad urbem reverteretur Cn. Pompeius (GAIVS inst. 2, 91. *al.*). LIV. 38, 36, 1 de exercitibus ita -uit: ex Gallia legiones ... in Bruttios traduci ... et classem ... Romam reduceret ... propraetor. *al.* Ⓑ in *c. abl.*: VET. LAT. Iudith 15, 10 (cod. 130. *al.*) fecisti bona cum Israhel, *Iudith,* et -uit in eis deo (*gr. εὐδόκησεν ἐπ' αὐτοῖς ὁ θεός, cod. 109* conplacuit). Sirach 25, 1 in tribus -tum est spiritui meo (*gr. ἐν τρισὶν ἠρέσθη, cod. 171* delectata ⟨sum⟩). HIER. tract. in psalm. I p. 335 l. 213 sq. (*ad psalm. 146, 10* in tibiis viri *non* beneplacitum est ei) non -et deo in fortitudine, non -et in tibiis viri, -et autem in timore suo. Ⓒ super: VET. LAT. Sirach 29, 30 s. minimum et magnum -at tibi (*gr. 29, 23 ἐπὶ μικρῷ ... εὐδοκίαν ἔχε*).

γ *quid -at, omnino deest*: Ⓘ *varia exempla* (*selecta; saepe in responsis*): PLAVT. Amph. 292 quis hic est homo, quem ante aedes video hoc noctis? non -et (Asin. 286. 289 socium ad malam rem quaerit ...; non -et. *al.* CIC. ad Q. fr. 3, 1, 17 Oppium miror quicquam cum Publio; mihi enim non -uerat. *al.*). Asin. 773 Mil. 869. Stich. 47 nostrum officium meminisse decet. :: -et. 297 nunc ultro id deportem? hau -et. TER. Andr. 102 Chremes ... venit, ... gnatam ... filio uxorem ut daret; -uit, despondi. Ad. 910 traduce et matrem et familiam omnem ad nos. :: -et. CIC. Att. 13, 26, 2 effeci epistolam ad Caesarem; tibi enim -bat. *al.* Ⓘⓘ *in enunt. secund.*: si -et (*est formula urbanitatis praecipue adhibita in precibus, iussis sim.*; si -tum SIDON. epist. 2, 2, 3 [-et *var. l. et pars edd.*]; *formulam* si dis -et *v. p. 2262, 66*): TER. Phorm. 379 peto, si tibi -ere potis est, mihi ut respondeas. Eun. 1067 quod cum dixero, si -uerit, facitote. AFRAN. com. 355 parcas istis verbis, si -et. CIC. Verr. II 3, 184 fin. 3, 9. *et saepe.* SALL. Iug. 103, 3. LIV. 26, 24, 9 si -ret vellentque. *et passim. cetera exempla*: CIC. leg. 1, 12 cum -bit, experiendum tibi id censeo (PRVD. psych. 712). ac. 1, 19 pergamus ..., quoniam -et (Att. 3, 7, 3. *al.*). *al.*

b *eius generis, quo '-etur' fere 'homo -et' sim. significat* (*non nisi pass. praes.; gerund. l. 61*): VET. LAT. Hebr. 13, 16 (Aug. civ. 10, 5) communicatores esse nolite oblivisci; talibus enim sacrificiis -etur deo (*gr. εὐαρεστεῖται ὁ θεός*). CYPR. Demetr. 10 sic peccatur, quasi magis per ipsa peccata -atur. epist. 2, 2, 1. 59, 8, 2 si hominibus -etur, dominus offenditur. HIL. in psalm. 52, 15 studium, quod, ut hominibus tantum -atur, impenditur, ad id, quod deo -endum est, non refertur, quia tantum eorum causa, quibus -etur, adhibetur. AVG. civ. 5, 20 p. 232, 8. MVTIAN. Chrysost. hom. 22 p. 373$^{ex.}$ unde ... -etur deo? (*gr. p. 157 ἐντεῦθεν ... ἡ εὐαρέστησις*). *al.*

B *de indicationibus, quae accedere possunt*: **1** *cui quis vel quid -at* (*ubi indicatio deest, fere elucet e contextu, cui aliquid -at, alioquin intellegitur generaliter -ere, e. g. p. 2258, 75 sqq. 2260, 51*): **a** *per dat.: passim, fere animantibus* (*refl.* -ere sibi *e. g. p. 2258, 16 sqq. 2261, 8 sq.* [sibi ipsi AVG. civ. 14, 13 p. 33, 26], *reciproce* -ere sibi MANIL. 2, 482), *eorum menti vel sensibus e. g.* PLAVT. Merc. 840 animo (SIL. 15, 66. *al.*). OV. trist. 4, 8, 7 menti. PETRON. 93, 2 vers. 2 palato. MART. 2, 86, 12 auribus (FAV. EVL. 1, 3 VITA Caes. Arel. prol. 2. *al.*), *rebus variis p. 2258, 74. 2259, 60. al.* **b** *per praepos.*: ante: VET. LAT. gen. 24, 40 (Aug. loc. hept. 1, 86) dominus, cui -ui a. ipsum ([*gr. ᾧ εὐηρέστησα ἐναντίον αὐτοῦ. abundantiam notat* AVG.]. *item iuxta dat. sec. gr.*: 48, 15 [cod. 100. *al.*]).

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iud. 14, 3 (cod. 100) a. oculos meos ([*gr. ἐν ὀφθαλμοῖς μου,* VVLG. oculis meis]. 21, 24 [Ps. Philo antiq. 48, 4] quod -um erat a. oculos eius [*gr. 21, 25 τὸ εὐθές*]). Luc. 10, 21 (cod. 15. *al.* = VVLG.) sic -uit a. te, *deus* (*gr. εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου*). *al.* apud: HIER. epist. 31, 1 a. deum ... nihil voluptuosum ... -et (DIDASC. apost. 30, 13). coram: VET. LAT. gen. 5, 24 (Cassiod. in psalm. 114, 9) -uit Enoch c. deo (*gr. εὐηρέστησεν ... τῷ θεῷ,* Cypr. mortal. 23. *al.* -uit Enoch deo). psalm. 55, 13 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) ut -am c. domino (*gr. 55, 14 τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*). *al.* cum (*respiciuntur paciscentes*): *v. p. 2264, 59 (iuxta dat.). 68. 2265, 6.* in (*c. abl.*): VET. LAT. iud. 14, 1 (cod. 100) *mulier* -uit in conspectu eius *Samson* ([*gr. ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ*]. *al.*). I Macc. 8, 21 (rec. B) -erunt haec *verba* in senatu (*gr. ἐνώπιον αὐτῶν,* recc. L *et* V in conspectu eorum). PASS. coron. 6 in sensu et visu oculorum tuorum. VVLG. I reg. 18, 26 -uit sermo in oculis David (24, 5. *al.*). CONC.^{S} II 3, 3 p. 9, 40 tenere ..., in utrisque partibus quae -uerunt (*gr. II 1, 3 p. 6, 16 τὰ ἑκατέροις τοῖς μέρεσι δεδογμένα, versio altera* II 3, 3 p. 4, 22 *c. dat.*). inter: *respiciuntur paciscentes p. 2264, 55. 57sq. al.; aliter p. 2261, 37 et* SEN. frg. 114 i. unguentatos -ere. RVT. NAM. 1, 505 (*de vicario Britanniarum*) plus palmae est illos i. voluisse -ere, i. quos minor est displicuisse pudor. **c** *per adv.* (*iuxta dat.* POMPON.): POMPON. Atell. 182 populatim omnibus (*v. p. 2260, 47*). STAT. Theb. 8, 560 in ... vicem. GAIVS inst. 3, 158 generaliter.

2 *quatenus, qua re vel qua de causa aliquis vel aliquid -at*: **a** *indicatur per casum, sc. abl.: saepe inde a* PLAVTO, *v. e. g. p. 2258, 1. 2259, 67sqq. 2260, 75* (*gerund. p. 2258, 11. 2259, 70. et* SEN. clem. 2, 2, 2 adulando); *c. duplici abl.* SALV. eccl. 4, 30 magna causa est, qua tibi abstinentia ac ieiunio tuo -as, qui *eqs.* **b** *elucet e praedic.* (*fere adi. vel part., sed fort. addas subst. sub 3a; inducitur praedic. per* ut COMMENT. Lucan. 2, 276, quasi *l. 35; exempla selecta*): PLAVT. Aul. 174 *v. p. 2259, 64.* OV. am. 2, 4, 17 *si* es docta, -es raras dotata per artes. EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 6 *Claudium* -ere mihi declamantem. SEN. contr. 10 praef. 15 *Latro* negabat ... ulli se -ere posse nisi totum (PLIN. nat. 10, 140). MART. 1, 72, 6 cerussata sibi -et Lycoris. TERT. test. anim. 2 p. 136, 3 non -emus deum praedicantes ... unicum. CYPR. domin. orat. 22 ne quis sibi quasi innocens -at. *al.* **c** *indicatur per praepos.* (*subst. vice praepos. l. 42. 52*): ob: *v. p. 2259, 5, addas* CIC. Tusc. 2, 9 SEN. dial. 7, 25, 3. *al.* in *c. abl.: v. p. 2258, 13. 41. 2260, 53. al. (gerund.* GAIVS inst. 3, 14 aliud in ipsarum *feminarum* hereditatibus capiendis -uit, aliud *eqs.* HIER. epist. 60, 11, 2. *al.); iuxta* ad *l. 70,* per *l. 51.* in *c. acc.*: LVCAN. 8, 589 tantum in fluctus -o comes? ab: OV. epist. 15, 45 omni ... a parte -bam. ex: SEN. epist. 21, 9 ex parte. PALLAD. Maximin. c. Ambr. fol. 336^{v}, 46 ex delicto. *al.* gratia: QVINT. inst. 9, 2, 77 quae *controversiae* difficultatis g. -ent. propter: FRONTO p. 139, 16 id, p. quod *tibi* -es. PANEG. 4, 4, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 104, 28. de: APVL. met. 2, 8, 4 *feminae* de cutis roseo rubore ... -turae. TERT. castit. 9 l. 8 de forma ... et cultu -ere. CYPR. domin. orat. 11 ut, quomodo nos nobis -emus de deo patre, sic sibi -at et ille de nobis. OPTAT. 7, 5, 6 LVCIF. Athan. 1, 35 l. 6. *al.* per: VET. LAT. I Cor. 10, 33 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) omnibus per omnia -o (*gr. πάντα πᾶσιν ἀρέσκω*). TERT. cult. fem. 2, 2 l. 4 studium -endi per decorem. CYPR. Demetr. 10 sic peccatur, quasi magis per ipsa peccata -atur. epist. 2, 2, 1. 4, 5, 1 per omnia. PELAG. in Rom. 2, 26 in qua *gratiae promissione* erat per castitatem -endum. *al.* causa: HIST. AVG. Car. 20, 2 -uisse principes illos c. ludorum. **d** *indicatur per adv.*: QVINT. inst. 1, 2, 15 sit incommodum; nam quid fere undique -et? 1, 10, 31 quae mihi et quatenus musice -at. CYPR. zel. 10 unde (AVG. civ. 1, 28 p. 44, 19 MVTIAN. *p. 2266, 63. al.*). COMM. instr. 1, 14, 2 inde ... -et *Silvanus* eo, quod bene fistula cantat. **e** *indicatur per enunt.*: VET. LAT. Luc. 18, 9 (cod. 2) qui sibi -bant, quia sunt iniusti (*sed gr. πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶν δίκαιοι, cod. 3. al. et Vulg.* confidebant).

3 *finis*: **a** *per dat.*: LIV. 24, 20, 15 hibernis -bat locus. SEN. contr. 7, 5, 2 nox -et sceleri. COLVM. arb. 23, 2 remedio ⌊-uit⌋, lapides tres si *eqs.* (⌊ ⌋ erit *loco gemino 5, 10, 16*). LVCAN. 2, 688 *v. p. 2264, 24.* PLIN. nat. 16, 173 licet populi vitibus -ant. 22, 58 *heliotropium* si decoquatur, invenio cibis -ere. 22, 118 non -ent remediis tam longe nascentia. 35, 182 *bitumen* -et ... tinguendo ferro (*item gerund.* 36, 54). *al.* **b** *per praepos.*: ad: *e. g.* OV. met. 15, 802 *non* locus ullus in urbe ad facinus *Caesaris occidendi* ... -et nisi curia. CVRT. 9, 6, 3. VET. LAT. Rom. 15, 2 (cod. 78. *al.* = VVLG.) unusquisque vestrum proximo suo -at in bonum ad aedificationem (*gr. ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν,* cod. 75. *al.* ad bonam ae., 77 in bonam ae., Rufin. Orig. in Rom. 10, 6 in bono ad ae.). CONC.^{S} I 3 p. 114, 1 si ... -et vestrae potentiae ad suptiliter agnoscendum (*gr. I 1, 3 p. 33, 22 παρίσταται ... ὑπὲρ κτλ.; item c. gerund. p. 2268, 4*). MAXIM. eleg. 1, 86 carnis ad officium carnea membra -ent. in *c. acc.: e. g. l. 68* (*iuxta* ad) *et* SEN. Ag. 100 *p. 2257, 64.* benef. 6, 32, 1 forum ipsum ... filiae *Augusti* in stupra -uisse. dial. 9, 7, 6 tristes ..., quibus nulla non causa in querellas -et. STAT. Theb. 2, 113 in foedera vitae ... -uit ... Tydeus *Adrasto.* **c** *per inf.*: VET. LAT. gen. 3, 6 (Aug. gen. ad litt. 11, 1) *lignum* -et oculis videre (*gr. ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν,* Aug. civ. 14, 17. *al.* -et oculis ad videndum). VICTORIN. Christ. 88 *latro in cruce* -uit comes ire deo. **d** *elucet e praedic., fere subst., e. g.* auctor CIC. Font. 16 Att. 6, 2, 3 LIV. 2, 31, 9, comes LVCAN. 5, 510. 8, 589, *sed gerund.* AVG. civ. 8, 12 p. 339, 16 Plato sectandus. 11, 21 tit. REGVLA mag. 92, 49.

4 *gradus -endi per adv.* (*cf.* totum *p. 2267, 32,* ex parte *p. 2267, 41,* a parte *p. 2267, 40*): **a** *affirmativa* (*selecta*): PLAVT. Asin. 773 satis (Cas. 296. *al.* TER. Haut. 1066 ⌊s. -et⌋ [perplacet *var. l.*]. Ad. 239 SALL. Iug. 74, 1. *al.* LIV. 33, 31, 6. *et saepius*). Merc. 103 valde (CIC. Att. 7, 1, 5. fam. 6, 20, 2 prorsus v. *al.* SEN. suas. 3, 6. 7. *al.*). 840 maxime (CORNELIA epist. frg. 2 CIC. Brut. 207 Att. 2, 4, 1. *et saepe*). Most. 841 vehementer (CIC. Mur. 44 Brut. 249. *al.*). Poen. 1204 nimis (MART. 6, 29, 8. *cf.* nimium: SEN. epist. 124, 3 MART. 7, 76, 5). CIC. Att. 14, 20, 4 egregie (LIV. 40, 46, 4). LIV. 34, 19, 6 utique (QVINT. decl. 283, 4). SEN. dial. 9, 1, 8 bene. *al.* **b** *negantia, temperantia* (*selecta*): PLAVT. Capt. 586 neutiquam (Merc. 599 LIV. 7, 12, 11). CIC. Tusc. 5, 100 nullo modo (off. 3, 63 LIV. 23, 2, 5). fam. 5, 20, 4 non nimium (*cf. l. 15*). SALL. Iug. 85, 32 parum. LIV. 28, 40, 2 haudquaquam (32, 36, 5. *cf.* nequaquam: 34, 26, 6 SVLP. SEV. dial. 3, 11, 6). COLVM. 4, 22, 5 minime (PRISC. rhet. 6, 17 p. 555, 18). *al.*

CAPVT ALTERVM: *usu recentiore recipiuntur structurae non genuinae*: **I** *is, cui aliquid -et, pro subi. est*: **A** *fere i. q. pangere, conveniendo cum aliquo constituere sim.* (*cf. p. 205, 67*): VET. LAT. Matth. 20, 13 (cod. 10) nonne denarium -uisti mecum? (*gr. δηναρίου συνεφώνησάς μοι,* cod. 5 denario, *7. al. et Vulg.* convenisti; *huc et ad* Matth. 20, 2 [*p. 2264, 59*] *spectant*: RVFIN. Orig. in lev. 3, 8 p. 315, 2 qui *denarius* cum mercenariis -tus est. AVG. serm. 87, 4 -uit cum eis mercedem denarium. *ibid.* mercedem denarium -uit. *ibid.* quem *denarium* cum ipsis -uerat. *ibid.* quod -ui, reddidi tibi; ... quod pactus sum, reddidi). LIB. iubil. 28, 27 *Laban et Iacob* -uerunt de mercede, ut det illi (*sequentia desunt*). *fort. addas p. 206, 75sq.* **B** *fere i. q. gaudere, laetari: c. praepos.* in (*vertit gr. εὐδοκεῖν ἐν*): VET. LAT. Matth. 3, 17 (cod. 5, *sim. al.*) tu es filius meus dilectus, in quo bene -ui (*cod. 9. al. et Vulg.* mihi complacui). Hebr. 10, 38 (cod. 64) si subtimuerit me, non -bit anima mea in illo (cod. 78 = VVLG. non -bit animae meae, 75. *al.* non -bit animae meae in eo). EPHR. de die iudic. fol. 37^{r} sine hac charitate si fuerit anima, non ⌊-bit⌋ in ea deus nec delectabitur super eam (⌊ ⌋ *sic ed. vetustior [Hain 8305] et Assemani,* sibi -et *Menchusius, gr. εὐδοκεῖ ἐν αὐτῇ*). *c. inf.*: DRAC. Romul. 6, 70 Pan calamis perflare melos Bacchaeque rotari ... -ent. VEN. FORT. carm. 3, 8, 22 (*ad episcopum doctum*) quod poterat per plures illa *Roma* docere, te contenta suo Gallia cive -et. **C** *fere i. q. probare sim.*: SERM. Migne suppl. 4, 2032 *diabolus* Iob -ente deo ... violenter adgressus est.

II *is, cui aliquid -et, per acc. indicatur, fere i. q. delectare* (*vix probes lectionem locorum, ubi notio placandi exspectanda est, sc.* VET. LAT. gen. 32, 20 [cod. 100] *p. 2285, 46.* PACIAN. paraen. 6, 4 illum *dominum* -ere [*def. Anglada, Vet. Christ. 31, 1994, 286sq.,* -are *recc.*]. SACR. Leon. 1054): VET. LAT. Sirach 9, 17 (Patric. epist. 12) iniuria iustorum non te -at (Vulg. *al.* tibi, *gr. 9, 12 εὐδοκήσῃς ἐν*). PS. CYPR. tract. 13 acceptis singillatim mercium quantitatibus, prout quis dominum -ret, ad mensam protulit (*cf. Matth. 25, 15*; placaret *vix recte coni. Reitzenstein* [*sec. Luc. 19, 21sqq.?*]). *part. perf. pass. de deo* (*vix agnoscas* CAES. AREL. serm. 36, 8 [= PS. AVG. serm. 272, 8] haec deo -to [-ta *et* placato *var. ll.*], quae accepistis): CONC.^{S} IV 1 p. 57, 21 bona ... dei voluntas, quam faciat illis -tus, qui ei adhaerere festinant (*gr. Theod. Mops., ed. Swete II 294, 36 ἀρεσθείς*).

III *id, quod quodam modo tractare -et, pro subi. est, sc. usu pers. pro impers.: part. perf. vi activa*: COD. Iust. 8, 37, 6 (*a. 293*) quae sub transactione dari -ta sunt (*exspectes* -tum est). *verbo act.*: REGVLA mag. 87, 59 *res non* illi dari -ant, cui ... displicet disciplina (*exspectes* -at).

part. praes. ※**placēns,** -entis *pro adi. vel subst.* (*exempla minus dubia*). *compar. et superl. desunt, sed v.* super omnia *p. 2269, 74* (*cf. etiam* maxime -s *p. 2261, 7*). *legitur in orat. soluta singulis locis, nisi aliter monuimus, apud* QVADRIG., CIC., SEN. *philos.* (*sexies*), PETRON., PLIN. nat., AVR. *imp. al. (saepius apud Christianos), in versibus apud* HOR. (*semel*), PRVD., COMM. *al.*

I *usu sollemni i. q. gratus, iucundus, acceptus, probatus. cui aliquid placeat, indicatur fere per dat. (fere personae* [*refl. sub A1a*], auditui *p. 2269, 50), per praepos.* in *c. abl.* VET. LAT. Col. 3, 20 (cod. 75) *et var. lect. p. 2269, 31,* coram VET. LAT. I Petr. 3, 4 (Hier. adv. Iovin. 1, 7), *cf.* in conspectu *p. 2269, 67; ceterum saepe elucet e contextu; hic illic, ubi talis indicatio omnino deest, intellegitur aliquid generaliter hominibus placere. quo respectu vel qua de causa aliquid placeat, indicatur per abl. e. g. p. 2269, 26. 33sqq. 41, per praepos.* in *c. abl. p. 2269, 21,* de *p. 2269, 16.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 44, ob *l. 11,* per *l. 35. 58, per* hinc ..., quod AVG. civ. 10, 6 p. 411, 5. *accedunt adv.* minus *l. 26,* multum *l. 19. 22 sq. locut. periphrasticam* -em esse *pro* placere *invenis e. g. l. 15. 37. 66.*

A *quolibet contextu*: **1** *de hominibus* (*eorum animo l. 10 sq.; de re per prosopopoeiam l. 22; masc. pro subst. l. 13. 18*): **a** *reflexive* (*fere in malam partem, sed in bonam l. 10 sq.; cf.* GLOSS. III 179, 41 *αὐτάρεστος*: sibi -s): QVADRIG. hist. 87 cum partim copiis (*pro 'parte copiarum'*) hominum adulescentium -em sibi. SEN. benef. 5, 7, 4 *reprehenditur* -s sibi et se suspiciens, ut ita dicam, adsentator suus. epist. 59, 14 si ... par et aequalis animi tenor erecti et -is sibi est, pervenisti ad humani boni summam (115, 18 dum sit magnus et opinionum securus et ob ipsa, quae aliis displicent, sibi -s). 88, 37 ista liberalium artium consectatio molestos, verbosos, intempestivos, sibi -es facit. PETRON. 46, 5 magister. AVR. Fronto p. 249, 11 te *de amore scribentem* multo -is illos sibi et provocantis Atticos antevenisse. TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 541, 7 semper sibi -es erant Samaritani de montibus. VET. LAT. II Tim. 3, 2 (Cypr. unit. eccl. 16) *in novissimis diebus* erunt homines sibi -es, superbi *eqs.* (*gr. φίλαυτοι, cod. 75. al. et Vulg.* se ipsos amantes). CYPR. laps. 33 iniuste sibi -es ... domini praecepta contemnunt. patient. 2 *philosophos* sibi multum -es et hoc ipso, quod sibi placeant, deo displicentes (*opp.* humiles). unit. eccl. 19 *haereticus* tumens in peccato suo et in ipsis sibi delictis -s. LACT. inst. 5, 18, 11 sapientiam ... terrenam extollentem se altius sibique multum -em. Ps. HIL. libell. 19 p. 90, 10 quam plurimi ... iracundi sunt et ebriosi ..., tumidi, multum sibi -es. *al.* **b** *cetera exempla*: HOR. carm. 2, 14, 21 linquenda tellus et domus et -s uxor (*item de femina amata*: MAXIM. eleg. 5, 16 haec erat egregiae formae ... nec minus arte -s [potens *var. l.*]). VET. LAT. Eph. 6, 6 (cod. 75. *al.* = VVLG.) servi obaudite dominis carnalibus ... non ad oculum servientes, quasi hominibus -es, sed ut servi Christi (*gr. ἀνθρωπάρεσκοι*). HIL. in Matth. 11, 4 (*ad Matth. 11, 7*) in arundine ... homo talis ostenditur ... exterior -s et nullus interior. VVLG. deut. 33, 24 sit -s ⌊fratribus⌋ suis *Aser* (⌊ ⌋ in f. *var. l.*). DAMIG. lapid. 19, 8 *lapis* facit ... securos et gratos et -es gestantes eum (omnibus -es *var. l.*). CORIPP. Iust. 3, 225 *armiger* morum probitate -s. ARATOR act. 2, 528 (*ad act. 18, 2*) *Aquila* hac quoque parte -s, *i. nomine bonae significationis.* REGVLA mag. 22, 11 *fratres* per bonam factorum operam -es (*sc. abbati*) ad honorem sperandum ... pervenire. PASS. Secundian. (BHL 7550) 1 omnibus illustribus erat -s. VEN. FORT. carm. 4, 21, 8 *nobilis* plebis amore -s. *al.*

2 *de rebus* (*de animali l. 41*): **a** *pro adi.*: CIC. fin. 3, 27 illud ... perabsurdum, ... expetendum *esse aliquid,* quod non -s. SEN. epist. 59, 5 sunt, qui ad id, quod non proposuerant scribere, alicuius verbi -is decore vocentur. PLIN. nat. 32, 152 -em cauda melanurum (*ex Ov. hal. 113* laude insignis caudae melanurus). AMM. 26, 4, 1 quasi tuta consilia quam sibi -ia secuturus. ORIENT. comm. 1, 195 illa -s merito sententia. ARATOR act. 2, 48 fluctus ... suis stetit exsul ab oris pulvereo de calle -ens (*sc. Iudaeis per mare rubrum gradientibus*). *de medicamento suavi*: ORIBAS. syn. 3, 139 pr. La p. 878 *collyrium* servat cum suavitate oculos -s (*gr. ἥδιστον καὶ προσηνέστατον, Aa deest*). **b** *neutr. pro subst. de dictis sim.* (*non nisi in malam partem*): SEN. epist. 94, 68 virtus, quae mendacia et contra verum -ia exstirpet. HIL. trin. 10, 1 *v. p. 2274, 20.* 12, 18 adiciant *inimici* ... haec arguta satis adque auditui -ia: '...'. AMM. 14, 1, 2 falsa et -ia sibi discentes. 21, 14, 1 licet *praesagia* interpretantes -ia responderunt. 28, 4, 20. VVLG. Is. 30, 10 (*populus ad prophetas*) loquimini nobis -ia.

B *usu christiano*: **1** *de eis personis vel rebus, quae habent gratiam dei*: **a** *pro adi.*: VET. LAT. Rom. 12, 1 (Cypr. Fort. 8. *al., sim.* VVLG.) ut constituatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, -em ([*gr. εὐάρεστον*]. Phil. 4, 18 [cod. 75. *al.* = VVLG.] h. acceptam, -em domino [*v. p. 2270, 32*]. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 54, 3. *al.*). Col. 1, 10 (cod. 78. *al.* = VVLG.) ut ambuletis digne deo per omnia -es (*gr. εἰς πᾶσαν ἀρεσκείαν, Aug. epist. 177, 5* in omne placitum, *cod. 75* in omne, quod placeat). I Petr. 2, 5 (Hier. in Zach. 2, 9, 16. *al.*) spiritales victimas -es deo (*gr. εὐπροσδέκτους, Priscill. tract. 5, 91. al. et Vulg.* acceptabiles). IREN. 5, 5, 1 Enoch -s deo, in quo placuit corpore, translatus est (*gr. εὐαρεστήσας*). HIL. in Matth. 5, 5 pauperes spiritu deo -es. in psalm. 118 ain (= 16) 2 -ia deo opera. HIER. hom. Orig. in Luc. 32 p. 184, 8 (*ad Luc. 4, 19* [= *Is. 61, 2*] annum domini acceptum) annus domini futurus est -s (*ambigue de anno iubeleo simul deo et hominibus grato*). psalt. sec. Hebr. 18, 15 sint -es sermones oris mei, meditatio cordis mei in conspectu tuo, domine (ORIENT. comm. 1, 28). *al.* **b** *pro subst.: neutr.*: IREN. 4, 33, 11 -ia facientes deo. SACR. Leon. 98 *ut* tibi -ia ... sequamur. *masc.*: SACR. Leon. 25 prosint nobis ... suffragia collata sanctorum, ut, quae nostris non possumus orationibus optinere, -ium tibi praecibus adsequamur (*petitur intercessio ut*: 74. 1173 interventione tibi -ium. *al.*).

2 *de deo hominibus grato* (*cf. etiam l. 65*): AVG. in psalm. 76, 14 *cum natura rerum inspicitur,* invenitur *artifex* nusquam displicens et super omnia -s.

?**II** *usu novato -s est is, cui aliquid placet*: COMM. apol. 212 si fuerat castus, incestus proficit inde (*a spectaculo obsceno*) et ⌊-s adridens, quem⌋ tunc mala gaudia temptant (⌊ ⌋ -s arridet, quae *Pitra,* placent adridٍent, quae *Dombart*).

p. p. p. ⁸**placitus,** -a, -um *pro adi.* (*exempla potiora, cf. e. g. p. 2265, 16 sqq.*). *explicationes gramm. v. p. 2265, 17 sqq. scribitur* -ce- CE 1369, 8 (*saec. VI*). *superl.* -issima STAT. Theb. 12, 302 (*Gronovius,* placidissima *codd.*), *cf.* maxime -am *l. 46, ceterum formam compar.* magis ... -um *l. 34. legitur inde a* VERG. *singulis vel paucis locis in orat. soluta vel in versibus dactylicis* (*octies apud* OV.), *saepius in sacr. script. et apud ecclesiasticos.* [*confunditur in codd. maxime c.* placidus, *v. p. 2257, 11 sqq.; restituendum vid. pro* placatus *p. 2284, 50 sq. vix recte coniecit Marx* -am *pro* †flaticam LVCIL. 680.]

fere i. q. placens, gratus sim. cui iudicanti quid vel quis placeat, indicatur passim per dat., per praepos. apud *l. 52,* in domino VET. LAT. Col. 3, 20 (cod. 78 = VVLG.); *cf. e. g.* in conspectu *l. 29. al.; ubi non indicatur, supplendus est vel cogites de eis, quae omnibus placent, ut l. 62. 65. indicatur, quatenus vel qua re quid vel quis placeat, per abl. l. 42, praepos.* per *l. 36; quam ad rem per dat. l. 62, praepos.* ad *l. 47 et* NICET. vigil. 8 l. 29. *accedunt adv.* probe *l. 58,* bene AVELL. 238, 14 SACR. Gelas. 35, male *l. 67. 75.*

1 *usu speciali; respicitur favor, approbatio*: **a** *deorum: apud paganos*: VERG. georg. 2, 425 -am Paci ... olivam. SIL. 14, 130 Cereri -os ... campos. STAT. Theb. 10, 769 si vos -a (placida *codd. fere omnes et Schol.*) hostia iuvi. 12, 302 (*loq. Iuno*) cultrix -issima (*Gronovius,* placidissima *trad.*) nostri. AVSON. 14, 18 (374 S.), 8 non -um divis tolle monostichium. *apud Iud. et Christ.*: TERT. spect. 24 p. 24, 10 nihil ex his, quae spectaculis deputantur, -um deo esse. VET. LAT. deut. 12, 28 (cod. 100, *sim.* VVLG.) si feceris, quod bonum et quod -um est in conspectu domini (*gr. τὸ ἀρεστόν*). Phil. 4, 18 (Cypr. domin. orat. 33) sacrificium acceptum et -um deo (*gr. εὐάρεστον, cod. 75. al. et Vulg.* hostiam ... placentem). PRVD. perist. 7, 2 Quirinum *martyrem* -um deo. AVELL. 91, 2 -a deo cogitatione persistere. 92, 15 orthodoxas et deo -as ... personas. 238, 16 melius est ... et magis deo -um, si ... ecclesiastico corpori iungantur abscisi. SACR. Leon. 142 *ut* tibi nos -os sacramenti virtute perficias. FVLG. RVSP. c. Arian. 4 l. 360 David ... deo per omnia -us. *et saepius.* **b** *amantium* (*de animali l. 40; de ipso amore l. 38. 46*): VERG. Aen. 4, 38 (*Anna Didoni*) despectus Iarbas ...; -one etiam pugnabis amori? (*sc. tibi; aliter* SERV. auct. -o alii volunt vel universis hominibus, id est coniugali amori, vel legibus dictum). OV. am. 1, 10, 28 non aries -am munere captat ovem. 2, 4, 18 sive es docta, places raras dotata per artes, sive rudis, -a es (places, placeas *al. var. ll.*) simplicitate tua. medic. 46 *aetate proficiente* -us rugis vultus aratus erit. ars 1, 37 -am exorare puellam (epist. 20, 37 per gladios alii -as rapuere puellas [placidas *codd. plerique*]). 3, 535 formae (fast. 2, 777 MAXIM. eleg. 3, 63). STAT. Theb. 7, 190 *Antiopae* ardor. SVET. Cal. 36, 2 cum maxime -am (*sc. feminam*) sevocasset. MIN. FEL. 22, 4 adulterum. AVG. quaest. Dulc. 7, 2 -ae regibus ad coniugium feminae. **c** *doctorum, artium scriptorum* (*dub.* VARRO frg. gramm. suppl. p. CCVI, 6 [24 F.]): AVG. civ. 8, 4 p. 326, 9 quae ab aliis dicta esse narravit *Plato* ..., quae sibi -a viderentur. DIG. de confirm. dig. 7ª quae de operis novi nuntiationibus ... veteribus auctoribus -a sunt. COD. Iust. 3, 1, 14 pr. rem ... antiquis ... legislatoribus -am. 7, 7, 2 pr. apud omnes iuris peritos hoc -um est, ut *eqs.* INST. Iust. 2, 6 pr. (*de quodam constituto*) cum hoc -um erat ..., nobis melior sententia resedit.

2 *usu vario*: **a** *de rebus*: OV. epist. 17, 98 (*Helena Paridi*) disce meo exemplo formosis posse carere: est virtus -is abstinuisse bonis. FRONTO p. 160, 1 (*ad Sall. hist. frg. 1, 19*) 'antiquitatis' verbum usitatum, sed nusquam isto sensu usurpatum neque ideo probe -um. HIL. trin. 5, 23 huius *dei* -as benedictiones Ioseph vertici impraecatur *Moyses* (*cf. deut. 33, 16 δέκτα, Vet. Lat. cod. 100* accepta eius). AVSON. 24, 96 (295, 5 S.) consociant dulces -a sibi sede liquores *Arethusa et Alpheus.* 25, 9 (344 S.), 11 quod ... cibo et potu -um, ... mel. HIER. psalt. sec. Hebr. 101, 15 -os fecerunt (*i. aestimaverunt*) servi tui lapides eius *Sion* (*cf. gr. εὐδόκησαν ... τοὺς λίθους, cod. 75. al.* beneplacitum habuerunt ... in lapides). AVG. gen. ad litt. 3, 24 p. 92, 10 oculum ... -um atque laudatum ... si separatum a corpore videremus, non diceremus tam pulchrum quam in illa conexione membrorum. PETR. CHRYS. serm. 115, 2 male -i habitus turpitudinem. *al.* **b** *de hominibus*: VET. LAT. II Macc. 14, 30 (recc. B *et* M) Nicanorem ... non, sicut consueverat, -um, sed ferociter erectum (*rec. V. al. et gr. aliter*). SYMM. epist. 1, 66 ama Gelasium mihi iam dudum -um, tibi me spondente placiturum (*hominem fratri commendat, ut*: 1, 71 hominem -um mihi. 1, 72 Bassum optimis viris -um). BACHIAR. repar. laps. 8 ne, quaeso, ... fratrem ... aliquando nobis -um relinquamus. CE 684, 5 (*ca. a. 421; fort.* PAVL. NOL.) ⟨pl⟩acito laetatur in hospite *in eius ecclesia sepulto* Felix. CONC.ˢ II 3, 3 p. 14, 21 Eutychis male -i *haeresis* (*gr. brevius*).

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

subst. masc. **placitus,** -ī. *is, qui gratus, acceptus est: deo*: HIL. myst. 1, 6, 6 (*de Cain et Abel*) invidet ... -o displicens. SACR. Leon. 279 exultet plebs tua, domine, -orum tibi fulta praesidiis. PS. PROSP. carm. de prov. 296 nulla ... -os domino non edidit aetas. PS. BOETH. fid. cath. l. 185 M. non prophetas neque alios sibi -os ... deus ... nasci constituit. FVLG. RVSP. epist. 2, 7 bene viventem quendam deoque -um. *hominibus*: SYMM. epist. 2, 43 aliis ... -os (-us *trad., em. Schoppe*) amore dignari.

subst. neutr. ✻**placitum,** -ī. *de origine*: ISID. orig. 5, 24, 19 -um ... similiter *ac pactum a paciscendo* ab eo, quod placeat. *de notione*: SYNON. Cic. p. 435, 5 mens ... consilium. sententia. iudicium. voluntas. -um. GLOSS. II 244, 23 ἀρέσαν: -um. III 460, 12 -um: σύμφωνον. *al. legitur semel apud* VERG. *et inde a* SEN. *philos.*, COLVM.; *saepius invenitur apud auctores christ. et in sermone iuris.* [*e notione infra sub II illustrata in dial. Curictarum* aplič *'lis', raet. or., francog., francoprov.* plait, *sic. vet.* chiaitu *et rec.* čaita *'sermo ineptus, nugae', raet. occ.* pled, *hisp. et port.* pleito, *port.* preito, *cat.* plet *'lis', hisp. rec.* plazo, *port.* prazo *'tempus statutum'; accedunt deriv. multa. cf. M.-L. 6561. Wartburg IX 6. Corominas-Pascual IV 577. C. S.*] [*confunditur in codd. maxime c.* placidum, *v. p. 2257, 11.*]

i. q. res placita vel actio vel affectio eius, cui aliquid placet. cui placeat, indicatur sec. structuram verbi per dat. p. 2272, 32. 35. 2274, 21. al. (cf. praepos. inter *p. 2273, 3,* ante *et* coram *p. 2272, 50,* cum *p. 2273, 10. al.), sec. structuram substantivi per gen. vel pron. poss. e. g. l. 39. 42 sq. 44 sqq. quid placeat vel ad quid -um pertineat, indicatur per gen. p. 2273, 5. 11. 41. al. (gerund. l. 74. p. 2273. 43 et* COD. Iust. 5, 12, 21 [*a. 294*]), *dat. p. 2272, 49, praepos.* circa *p. 2272, 38,* de *l. 43. p. 2272, 20,* pro LEX Visig. 5, 5, 1, in *c. abl.* COD. Iust. 2, 3, 26 (*a. 294*), *enunt. c.* ut *p. 2273, 26. 28, elucet ex adi. p. 2273, 54. abl. modi* -o *iuxta adv. p. 2273, 57.*

I *praevalet notio approbationis*: **A** *-um est id, quod probatur*: **1** *usu vario*: VERG. ecl. 7, 27 si ultra -um laudarit *me aemulus,* baccare frontem cingite, ne vati noceat mala lingua futuro (SERV. id est nimie, irrisorie, ultra quam placeo et mereor. PHILARG. si plus laudaverit, quam mihi placuerit. *utrum de deorum an hominum iudicio cogitandum sit, non elucet*). TAC. ann. 3, 69, 3 (*sententia Tiberii*) sic a maioribus institutum, ut, si antissent delicta, poenae sequerentur: ne verterent sapienter reperta et semper -a (*nisi ad IIB1; cf.* 14, 22, 1 -a maiorum colebat). **2** *speciatim; -um est opinio probata: doctorum, sc. i. q. dogma, praeceptum* (*fere plur., sed sing. e. g. l. 48*): SEN. epist. 66, 45 *bona aequalia sunt*; nec est, quare hoc inter nostra -a mirereris: apud Epicurum *eqs.* 95, 10 nulla ars contemplativa sine decretis suis est, quae Graeci vocant dogmata, nobis vel decreta licet appellare vel scita vel -a. 95, 37 philosophiae -a. COLVM. 9, 2, 1 veterum auctorum -a. PLIN. nat. 2, 191 Babyloniorum -a. 14, 143 medicorum. 15, 20 Catonis -a de olivis. 29, 6 *Themison medicus* -a mutavit. 30, 20 cetera ex eo animali -a eorum (*magorum ut*: 30, 95). *al.* TAC. dial. 19, 4 praecepta rhetorum aut philosophorum -a. hist. 3, 81, 1 -a Stoicorum. ann. 16, 19, 2 sapientium. VINDIC. med. 1 *Alexander* Diogenis -is consentiens. CONC.^{S} I 5 p. 272, 4 *ad* scientiam ... perfectam et secundum sacrarum -um litterarum (*gr. I 1, 6 p. 132, 11 τὸ τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν δοκοῦν, alia versio p. 157, 6* praecepta). *al. vulgi, imperitorum* (*nisi ad IIB2*): LACT. inst. 1, 15, 28 quis ... tam demens, qui consensu et -o innumerabilium stultorum aperiri caelum mortuis arbitretur? 7, 14, 1 mortales quosdam decretis -isque mortalium deos esse factos.

B *-um est actio, affectio probantis*: **1** *hominis (rei per prosopopoeiam l. 56): cuiusvis*: TERT. anim. 38, 2 *sicut Eva,* concupiscentia oculis arbitris utitur et communicat -um (*cf. gen. 3, 6* ἀρεστόν). *consentientis* (*nisi ad IIB2*): OPTAT. 2, 19, 5 *sacrilegus quidam* de -o et de coniuratione vestra securus. AVG. epist. 87, 3 *furtum amici* cordis -o accipere. gen. ad litt. 12, 15 p. 400, 9 quae *impudica* vigilantes etiam cogitamus, non cum -o consensionis. c. Parm. 3, 4, 23 consensione atque -o conscientiae recedebamus *ab iniquis.* **2** *dei*: AVG. civ. 11, 20 p. 487, 27 (*ad gen. 1, 4* et vidit deus, quia bona est *lux*) ne simul cum luce ... tenebris testimonium -i sui perhibuisse videretur (*cf.* gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 10 [*ad gen. 1, 7*] de -o eius, quo vidit, quia bonum est).

II *praevalet notio voluntatis*: **A** *usu vario*: SEN. Tro. 246 -a nunc subito improbas? (placida ... probas *Madvig,* placidam *et* probat *var. ll.*). dial. 7, 8, 3 maneant illi *sapienti* semel -a (placida *trad.*) nec ulla in decretis eius litura sit. ARNOB. nat. 3, 23 p. 181, 5 (*antea*: consilia) -orum ... mutatio. SYMM. epist. 1, 11, 2 -a differri. AVG. conf. 6, 14, 24 totum illud -um ... dissiluit in manibus. 8, 6, 15 narrato -o et proposito suo (*item iuxta* propositum: 8, 12, 30). 8, 11, 25 iam ibam in -um, iam paene faciebam et non faciebam. 12, 27, 37 *quidam* cogitant deum quasi hominem ... novo quodam et repentino -o ... fecisse caelum et terram. OROS. hist. 2, 5, 1 *Brutus consul iuvenes* revocandorum in urbem regum -o insimulatos in contionem traxit. *al.*

B *speciatim; respicitur voluntas*: **1** *ex quadam potestate orta, ita ut -um sit fere i. q. decretum, edictum, iudicium sim.*: **a** *hominum*: **α** *varia exempla*: TAC. ann. 1, 80, 2 taedio novae curae semel -a pro aeternis servavisse *Tiberium.* COD. Iust. 3, 36, 2 (*a. 211/7*) secundum iuris pridem -um (6, 50, 12 [*a. 290*]). 3, 38, 2 (*a. 229*) quod quisque eorum *sociorum* secundum -a (-um *var. l.*) *iudicum* possedit. 6, 24, 4 (*a. 238*) auferendam ei successionem divi Severi et Antonini -is continetur. 7, 57, 4 (*a. 239; antea affert minas iudicis*) -um eiusmodi ne rei iudicatae auctoritatem obtineat, iuris ratio *declarat.* EPIST. imp. Diocl. frg. Vat. 282 (*a. 286*) *ut* iuxta legum -a praesidis provinciae auxilio utaris (COD. Iust. 8, 10, 5 [*a. 290*] praeses provinciae ... l. -a custodiat). INSCR. suppl. Ital. n. s. 2 p. 129 n. 3, 13 (*a. 384*) *patronus honoratur* secundum -um omnium ... nostrorum. VVLG. II reg. 20, 5 *Amasa* moratus est extra -um, quod ei constituerat *David.* OROS. hist. 5, 18, 2 tribunus plebi Latinos omnes spe libertatis inlectos, cum -o explere non posset, in arma excitavit (-um, -a *var. ll.*). IORD. Get. 131 Vesegothae ... communi -o legatos in Romania direxerunt. INST. Iust. 1, 2, 3 scriptum ius est: lex, plebi scita, senatus consulta, principum -a *eqs. al. in ecclesia*: CYPR. epist. 55, 6, 1 singula -orum *synodi* capita. EPIST. pontif. 212 Lucif. epist. 5 l. 125 -um ... scriptura teste firmatur. AVG. adv. Donat. 29, 50 p. 151, 16 de iterando baptismo ... eius *Cypriani* -a vel decreta. *al.* **β** *de tempore finito* (*nisi ad 2*): LEX Sal. Merov. 40, 7 *qui repetit, domino* in septem noctes -um facere debet, ut servum suum *noxium* ad supplicia tradat. 40, 8 ⟨usque⟩ ad alias septem noctes -um faciat. 45, 2 decem noctes ad -um ⟨suum⟩ addat. 47, 1 in ipso -o. *ibid.* intra -um istum. *al. ibid.*

b *dei*: **α** *apud paganos*: STAT. Theb. 3, 67 -o ... ignara moveri Atropos (*cf. Snijder ad l.*). PS. APVL. Ascl. 8 -um ... dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus. CLAVD. DON. Aen. 10, 5 p. 289, 20 (*Iuppiter in consilio deorum*) rescinditis ea, quae semel in -um ducta sunt.

β *apud Iudaeos et Christianos*: Ⓘ *varia exempla* (*quaedam ad IA trahere possis, e. g. l. 41 sq.*): TERT. castit. 3 l. 15 vult nos deus agere quaedam sibi -a. cult. fem. 2, 11 l. 26 secundum gentilium an secundum dei -um incedere Christianos oportet? patient. 15, 2 *patientia* omnia ... -a eius *dei* tuetur, omnibus mandatis eius intervenit. LACT. inst. 7, 25, 8 statuta eius *dei* et -a. HIER. psalt. sec. Hebr. 39, 9 ut facerem -um tibi ... volui. 102, 21 qui facitis -um illius *dei.* VVLG. gen. 24, 50 a domino egressus est sermo; non possumus extra -um eius quicquam aliud tecum loqui. PAVL. NOL. epist. 46, 1 domini circa vos -o. AVG. gen. ad litt. 6, 15 p. 190, 15 hoc (*sc. hominem creari*) ... non erat in condicione creaturae, sed in -o creatoris, cuius voluntas rerum est necessitas. SACR. Leon. 655 fac nos semper tibi -a postulare (*Gelas. 1195* quae sunt placita). 1082 tibi non -a refutare et ... amare, quae recta sunt. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 50, 24 his, quae ... ad dei -um pertingunt, ... subvenire (*gr. I 1, 1 p. 115, 35* ἀρέσκειαν). COD. Iust. 1, 3, 54 pr. quae ... ad dei -um fieri properamus. 1, 27, 1, 8 eas *provincias* secundum suam voluntatem ac -um gubernare. PS. BOETH. fid. cath. l. 117 M. *non defuerunt, qui* eius *dei* ... -is inservirent. *al.* Ⓘⓘ *i. q. bona voluntas* (*ad* -um *vel* bonum -um *resp. gr.* εὐδοκία): VET. LAT. psalm. 105, 4 (cod. 300) mementō nostri, domine, in bono -o populo tuo (*cod. 303. al. et Vulg.* in beneplacito populi tui). Matth. 11, 26 (cod. 3. *al.* = VVLG.) sic fuit -um ante te (cod. 1 coram te, Iren. 1, 20, 3 in conspectu tuo, *cod. 4. al.* beneplacitum, *9* placuit). Eph. 1, 5 (cod. 75. *al.*) *deus fecit nos filios suos* secundum -um voluntatis suae (*Vulg.* propositum). 1, 9 (Pelag., *sim. al. et* VVLG.) ut notum faceret nobis mysterium voluntatis suae secundum ⟨bonum -um⟩ eius, quod proposuit in eo *Christo* (⟨ ⟩ cod. 75 -um, *76. al.* beneplacitum). IREN. 1, 9, 3 secundum patris -um incarnatus pro hominibus *filius.* 4, 6, 3 bonum ... -um patris filius perfecit. 5, 1, 3 'non ex voluntate carnis ...' (*Ioh. 1, 13*), sed ex -o patris manus eius vivum perfecerunt hominem (*sc. Christum*). *al.*

2 *paciscentium sim., ita ut -um sit fere i. q. pactum, conventio* (*per* -um *explicatur* pactum *l. 70 et* PS. ASCON. Verr. p. 209, 26 *et* 29, *sed opp.* ISID. orig. 5, 24, 19 [*antea p. 2271, 9*] alii dicunt pactum esse, quod volens quisque facit; -um vero etiam nolens compellitur *eqs.*; pactum *saepe iuxta ponitur, e. g. p. 2273, 25. 41. 63, ceterum* consensus *l. 71,* consensio *p. 2273, 43* [*v. etiam* -um conventionis *p. 2273, 4*]): **a** *proprie; spectat ad*: **α** *varia* (*maxime in iure; exempla selecta*): PAPIN. dig. 8, 1, 4 pr. ⟨per⟩ pacti ... exceptionem occurretur contra -a servitutem vindicanti (46, 3, 96, 2 si legatum c. -um peteret. HERMOG. dig. 2, 15, 16 si c. -um fecerit rato manente pacto. *al.; cf.* COD. Iust. 2, 4, 10 [*a. 244*] c. fidem ... -orum [HERMOG. dig. 5, 1, 53]). VET. LAT. Tob. 2, 12 (cod. 109) soluta mercede totius -i (*gr. τὸν μισθὸν πάντα*). VLP. dig. 2, 14, 1, 2 pactum ... est pactio duorum pluriumve in idem -um et consensus. COD. Iust. 2, 55, 1 (*a. 213*) ut metu eius *poenae* a -is non recedatur (2, 4, 5 [*a. 227*]. *cf.* EPIST. imp. Valent. Consult. 9, 4 [*a. 365*] a fide -i recessisse). 4, 47, 1 (*a. 229*) *tibi* ex vendito actio, ut -is stetur, non competit (2, 3, 14 [*a. 241*]. *al.*). 2, 4, 7 (*a. 238*) transactionis -um ... nihil petitioni tuae derogavit. 4,

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10, 3 (*a. 286*) colonos pensionibus ex -o satisfacientes (2, 4, 13, 2 [*a. 290*] ex -is teneri atque obligari. AVG. civ. 16, 37 p. 183, 21 primatus maioris [*sc. Esau*] transfunditur in minorem [*sc. Iacob*] ex pacto et -o inter illos. *al.*). 4, 23, 1 (*a. 293*) -um conventionis implere (4, 64, 8 [*a. 294*]. AVG. epist. 238, 2 LEX Visig. 11, 3, 4). HERMOG. dig. 2, 14, 45 divisionis -um, nisi traditione ... sumat effectum, ad actionem, ut nudum pactum, nulli prodesse poterit. VVLG. gen. 30, 33 (*Iacob ad Laban*) quando -i tempus advenerit coram te. AVG. civ. 4, 4 p. 150, 22 manus *latronum* ... pacto societatis astringitur, -i lege praeda dividitur. c. Iulian. 3, 1, 4 si tu hoc induxisti pactum et -um cum Pelagianis, ut *eqs.* CASSIAN. conl. 9, 36, 3 sub -o plenioris tractatus iterum reversuri ... discessimus. 11, 7, 1 *tamquam mercennarium* -i praemium ... expetere. COD. Iust. 1, 2, 14, 9 (*a. 470*) post statutum ... tempus et -um temporum redituum. GREG. TVR. Franc. 7, 47 p. 366, 20 inito -o. *ibid.* p. 367, 1 postposito -o. LEX Visig. 5, 7, 9 *si manumissor* dicat, quod sub alio -o eum liberaverit (8, 5, 3. 11, 1, 3 sub certo -o). 7, 1, 1 se per -um *constringere* (10, 1, 12). *et saepe.*

β *foedera publica* (*quae fiunt inter duces, populos sim.*): VET. LAT. II Macc. 12, 25 (rec. P) ⌊offirmante illo fidei -um⌋ redditurum hos *captivos* inlaesos (⌊ ⌋ *gr. πιστώσαντος ... ὁρισμόν, cf. vol. IX 2, 528, 29sqq.*). DICT. 5, 10 (*antea*: firmatores pactae pacis) Antenor ... -um confirmat. AMM. 27, 12, 1 (*antea*: calcata fide ... pactorum) -orum abolita firmitate. 30, 2, 3. CLAVD. DON. Aen. 12, 210 p. 578, 24 (*Latinus ad Aenean*) *non* movebor a praesentibus -is. AVG. civ. 4, 29 p. 183, 6 nisi -o pacis illic imperii fines constituerentur (PROSP. chron. I p. 475, 1324 Gothi p. -a [placida *var. l.*] perturbant). serm. 32, 3 *pugnabant duo in monomachia* pacto et -o addito, ut ... parti, unde *victor* steterat, tribueretur victoria. OROS. hist. 7, 43, 14 *ceteri* reges eodem nobiscum -o depecti forent. GREG. TVR. Franc. 6, 34 *legati* venerunt ... -um accipientes cum Chilperico rege, ut *eqs.* 7, 6 (*rex ad regem*) depraecor, ut -a, quae inter nos ... sunt innexa, custodiantur. *al.* *respicitur pax in ecclesia*: CONC. Carth. a. 345/348 p. 9 l. 193 (*tit.* ut pacta inter episcopos custodiantur) contra disciplinam ..., contra pacis -a. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 177, 4 *si* opus fuerit -o aut ecclesiastica pace (*gr. I 1 3 p. 37, 23 συμβιβασμοῦ, cf. I 4 p. 63, 28* pacto). II 3, 3 p. 4, 21 duorum patrum contentio amicali -o terminata est; optinere igitur volumus ea, quae utrisque partibus placuerunt (*gr. II 1, 3 p. 6, 15 συμβάσει φιλικῇ, versio p. 9, 39* consensum). p. 5, 7 per -um ... Maximi ... et Iuvenalis ... facta consensio (*gr. II 1, 3 p. 6, 37 σύμβασιν, versio p. 10, 18* consensum, *II 2, 2 p. 19, 11* concordiam). **γ** *modum nominandi, significandi communem, sc. ab hominibus fixum, non e natura ortum*: ARNOB. nat. 1, 59 p. 55, 14 (*de genere vocum*) humana ista sunt -a. AVG. conf. 1, 18, 29 (*antea*: pacta litterarum et syllabarum) sonorum vetera -a. doctr. christ. 2, 93 una figura litterae ... aliud apud Graecos, aliud apud Latinos valet non natura, sed -o et consensione significandi. BOETH. herm. 16a19 (*inde* CASSIOD. inst. 2, 3, 11) nomen ... est vox significativa secundum -um sine tempore ([*gr. κατὰ συνθήκην ut*: 16a27 s. -um ..., quoniam naturaliter nominum nihil est, sed quando fit nota. *al.*]. in herm. comm. sec. 1, 2 p. 54, 31 sq. [*iuxta* positionem *ut*: 2, 4 p. 92, 30. *al.*]. p. 56, 17 s. -um voluntatemque ponentis. *al. apud eundem*). in herm. comm. pr. 1, 4 p. 70, 16 sqq. cuius ... rei partes ad -um sunt, ipsa quoque est ad -um; sed orationis partes nomen et verbum sunt, haec autem sunt ad -um, non natura. ISID. orig. 1, 4, 17 figuras *litterarum* ... partim ex -o, partim ex sono litterarum formaverunt, ut puta I et O, quarum uni sicut exilis sonus, ita tenuis virgula *eqs.* *al.* **δ** *sponsalia, nuptias*: AVG. conf. 4, 2, 2 quid distaret inter coniugalis -i modum ... et pactum libidinosi amoris. quaest. hept. 5, 34 (*ad deut. 22, 28sq.*) noluit licere *raptori uxorem dimittere,* ne ... videatur ... potius finxisse, quod eam uxorem duxerit, quam vere -oque duxisse. POSSID. vita Aug. 27, 5 *ut* eorum *coniugatorum* iam ⌊pacta vel⌋ -a firmarentur *a sacerdote* (⌊ ⌋ facta *var. l.*). INTERPR. Cod. Theod. 3, 5, 11 quaecumque *persona* de puellae nuptiis -um fecit. 3, 10, 1 parentum -o copulantur *sponsi.* LEX Burg. lib. const. 52, 3 fidem ... -i libidinis amore succensa disrumpens. *al.* *transfertur ad adulterium*: AVG. bon. coniug. 4, 4 p. 193, 6 *si adultera* ad castitatem rediens coniugalem pacta ac -a adulterina rescindat. **ε** *conventionem cum deo factam*: AVG. conf. 8, 8, 19 fremebam ..., quod non irem in -um et pactum tecum, deus meus. in psalm. 38, 21 *de corpore* migra: non enim cautionem tecum fecit et -o quodam se obstrinxit *deus.* 77, 33 pacto ... quodam et -o dixerunt (*exod. 19, 8*): 'omnia, quae locutus est dominus ..., faciemus'. serm. 56, 13 'dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris': sponsionem facimus cum deo, pactum et -um (*de eadem petitione*: 58, 7 pactum et -um firmumque chirographum. 83, 4. *al.*). PETR. CHRYS. serm. 59, 18 (*de symbolo*) hoc spei pactum, hoc salutis -um. 62, 3 -um vel pactum quod lucri spes venientis continet ..., symbolum nuncupari contractu etiam docemur humano. *al.*

b *metonymice de conventu, concilio sim.*: GREG. TVR. Franc. 5, 5 *reus parricidii* facto -o ... Lugduno dirigitur et ibi ... se sacramento exuit. 7, 7 in -o ..., quem habemus, cuncta decernimus. 7, 13 in -o, quod inter se ... reges habent. 7, 23 -um in regis Childeberthi praesentiam posuerunt *iudices.* 7, 33 nonnulli ... in hoc -o abire timuerunt. 8, 20 dies -i advenit et episcopi ... collecti sunt. LEX Sal. Merov. 49, 1 *si* testes nolunt ad -um venire. *ibid.* manire ... ad -um. *al.*

III *praevalet notio delectationis, voluptatis*: HIL. in psalm. 146, 13 quomodo ... deus iumentis faenum producit ..., cui non est beneplacitum in equis? necessitatis namque ministerium, non providentiae benignitas est, alimonia praebere non -is. VVLG. prov. 10, 32 labia iusti considerant -a et os impiorum perversa. PRVD. ham. 803 (*agit de libero arbitrio*) omnibus una subest natura, sed exitus omnes non unus peragit -orum segrege forma (*nisi ad II*). VINDIC. epist. ad Valent. 1 sicut rudis gubernator turbatum mare sulcans ... dubius salutis cuncta rimatur, ita et mortalium natura, quae perpetua sanitate optat fieri, -a quaeque desiderat (*an* placida*?*). PAVL. PELL. euch. 131 *ne* -is (*sc. venandi*) ... solus frueretur *pater* (*130* ludicra, *133* ludi). PS. PROSP. carm. de prov. 557 cum recta queas discernere pravis, deteriora legis -isque improvidus haeres. *opp.* verum: HIL. trin. 10, 1 *ubi his, quae volumus, rationem conquirimus,* non iam veri manebit ratio, sed -i, quam sibi voluntas magis ad defensionem placentium coaptaverit. *ibid.* inter veri adsertionem et -i defensionem pertinax pugna est. SVLP. SEV. chron. 2, 2, 1 *ne* non vera, sed -a regi ex somnio coniectarent *Chaldaei.*

adv. **placitē.** [*in falsa var. l. pro* placitum PS. APVL. Ascl. 8.] *i. q. modo placito (accedit dat. praeter l. 30):* *in religione*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 23, 18 omnibus secundum orthodoxam ... fidem iuste et deo -e constitutis (*gr. II 1, 1 p. 30, 28 ὡς τῷ θεῷ φίλον, alia versio II 2, 2 p. 5, 6* prout divinitati est gratum). THEOD. MOPS. in Col. 1, 22 illi -e conversamini. in I Thess. 1, 2 -e deo ista facitis (*syn.* secundum dei ... voluntatem, *gr. ἀρέσκοντες τῷ θεῷ*). *in lege*: LEX Visig. 8, 5, 1 tit. de porcis in glande presumtive an -e missis (placito, placitum *var. ll.*).

[*vix agnoscas adv.* **placitō** *loco corrupto* SACR. Gelas. 1483.]

deriv.: placentia, placesco, placibilis, 1. placidus, placitio, 1. placito, placor; *cf.* placenta, placentivus, placo.

compos.: beneplaceo, complaceo, displiceo, perplaceo.

cf. Onom. (Placitus). *Reineke.*

placēsco, -ere. *a* placere. *scribitur* -ess- *l. 39,* -isc- *l. 41sq.* *notione incohativa detersa significatur:* *intrans. i. q. placere*: LVX. anth. 353, 12 (*de venatore Aegyptio*) sic placet obscuros elefans ... ob artus, sic turis ... nigredo -it. *trans. i. q. placitum facere, pacisci*: EPIST. Austras. 48, 5 si in vos vigor pontificii non consistit, ut iam ... possitis haec omnia fiducialiter -ere vel finire (*sim. ibid.* quibus *legatis* sit potestas ... cuncta -ere vel finire. *cf. etiam ibid.* ut ... inter partes figantur placita oportuna).

placesso *v. l. 36.* *N. H.*

placibilis, -e. *a* placere. [*it. et tusc. vet.* piacevole, *langob. vet.* piaxeuel, *venet.* (*Belluno*) piaseole *'mansuetus' (de animali); raet. occ.* pažaivel *et* plascheivel (*Vrin*) *'suavis', or.* plazéul; *francog.* paisible; *francoprov. vet.* (*Lugduni*) pleisible, *francoprov.* pazible; *cat.* pahible; *hisp.* ap(l)acible; *port.* aprazivel. *cf. M.-L. 6558. C. S.*] [*variat maxime c.* placabilis, *v. infra l. 58.*]

fere i. q. capax placendi, gratus, acceptus (*fort. addas, quae s. v.* placabilis *p. 2251, 70sq. attulimus*): VET. LAT. Rom. 12, 1 (Tert. resurr. 47, 16) *corpora exhibere* hostiam ... -em deo (*gr. εὐάρεστον, cod. 75. al. et Vulg.* placentem, *Ambrosiast.* acceptabilem. *huc spectat* TERT. *ibid.* quomodo -em *hostiam,* si damnata sunt *corpora*? [*inde p. 2252, 14*]). II Cor. 5, 9 (*ibid.* 43, 6) gestimus ... -es deo esse (*gr. εὐάρεστοι ... εἶναι, cod. 75. al. et Vulg.* placere). MARCELL. chron. II p. 95, 498, 3 -em plebi commutationem (-ca- *recc.*). REGVLA mag. 88, 11 -i disciplina (89, 1 [-ca- *utrobique var. l.*]).

deriv.: placibilitas.

placibilitās, -ātis *f.* *a* placibilis. *i. q. status placendi, propensio, favor sim.* (*addere possis e coni. p. 2253, 50. 59*): EVSEB. EMES. serm. 28, 7 *anima bonum deserit* propter -em ... sui: sibi enim placere tenebrae sunt animae; sed quae apud homines putantur placida, contrariam habent virtutem: odium enim et non -s est.

placida, -ae *f., v. p. 2282, 47.* **placidē** *v. p. 2282, 56.*

⁎placiditās, -ātis *f.* *a* 1. placidus. *plur. non invenitur nisi p. 2275, 29.* *legitur in orat. soluta singulis locis apud* VARRONEM, GELL. *et inde a saec. IV.*

i. q. qualitas, status placidorum (*locus placidus p. 2275, 44*): **1** *animantium*: **a** *animalium*: VARRO rust. 2, 1, 4 in quis *animalibus mansuefaciendis* primum ... putant oves adsumptas ... propter ⟨p⟩laciditatem; maxime enim hae natura quietae. LACT. inst. 6, 15, 3 *nemo potest* detrahere ... aut ... iram feris aut -em pecudibus. CASSIAN. c. Nest. 7, 5, 3 ingenium, iram, ..., -em, concordiam *apium.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *hominum et deorum eorumve animi, affectuum, sermonis; agitur potius:* **α** *de habitu leni, pacifico, propitio sim.* (*opp.* ira *sim. l. 4. 15. al.*): GELL. 13, 23, 19 *secundum Servium Claudium grammaticum* 'Nerio' dictum quasi 'Neirio', hoc est sine ira et cum -e, ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur (*sim. respicitur -s deorum*: CLAVD. DON. Aen. 8, 40 p. 119, 28 [*antea*: lenitatem]. AMBR. epist. 7, 51, 8 in voluntate et -e dei nostri). CHALC. transl. p. 18[A] *civitatis custodibus* animorum ... -em constituebamus in delinimentis ... musicae (*cf. gr.* πρᾶοι). AMM. 16, 12, 8 *Iulianus milites* alloquitur genuina -e sermonis (26, 7, 17 CLAVD. DON. Aen. 1, 520 p. 103, 27). 22, 8, 38 Aremphaei, iusti homines -eque cogniti. 29, 1, 44 ex vicario Britanniae, -is homo iucundae. SCHOL. Stat. Theb. 4, 530 Minos ... meruit -e mentis, ut illum ... moribus ... homines mirarentur ([*postea*: vitā clemens; mansuetudo]. AMBR. off. 2, 7, 29 [*iuxta pos.* benignitate]. AVG. catech. rud. 11, 2). AMBR. in psalm. 36, 44, 1 pauperem mysticum audientem de -e et non irascentem. HEGES. 1, 10, 1 cum simulata eius *Alexandri occupatoris* -e se circumveniri *Iudaei* arbitrarentur. CASSIAN. inst. 8 capp. 5 cuius -is monachum esse conveniat (*cf. 8, 5* ab omni irae furorisque vitio alienus). EPIST. pontif. 615 Schwartz p. 80, 31 *quiddam* sua post deum -e concedat *imperator.* DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 295, 2 novum ... videtur ..., si Scythia ... viros semper eduxerit ... morum -e mirabiles (*opp.* barbaris). *al.* **β** *de statu non turbato, de tranquillitate*: SYMM. or. 7, 5 video, Iuliane, causas consultissimae -is tuae: tali filio ... securus es. AMBR. epist. 7, 52, 4 *somnus sanctorum* tranquillitatem menti invehens, -em animae. epist. extra coll. 14, 82 ieiunii labor compensatur mentis -e (off. 1, 43, 211 quae *verecundia* socia ... est m. -i [*210* tranquillitas animi]). inst. virg. 2, 10 -e animi et tranquillitate. in psalm. 38, 11, 3 iusti in Abrahae sinu requiescere leguntur, quod ... in eius requie, in eius -e requiescant. HIPPOCR. aer. 23, 5 *hominibus in statu caeli indifferenti* placi⟨di⟩tates insunt (*opp.* labores corporis et animae; *gr.* ῥᾳθυμίαι, *quod respondet ibid.*: de aequitate et -e timor crescit, de labore autem ... virtutes). MART. CAP. 1, 34 ei qui -em afferre solitus *est* (*sc. Iunoni Apollo, i. allegorice aëri sol*). CASSIAN. conl. 14, 10, 3 *angeli* -em pectoris tui iugiter protegent et a ... *daemonum* incursibus obumbrabunt. *al.* *de statu plebis a seditione recedentis*: SYMM. epist. 8, 65 abesse ... longum -s me civium sinit consiliis tuis, *sc. praefecti urbi,* parta (*antea*: quietis urbanae; *ad rem v. Seeck p. LXXsq.*).

2 *rerum fere naturalium* (*cf. l. 31, portus* HEGES.): AMM. 27, 4, 3 *Thraciae* terras immensa quondam camporum -e aggerumque altitudine fuisse porrectas. CLAVD. DON. Aen. 1, 160 p. 38, 28 *tempestate iactatis* -s ... fuerat pelagi procuranda. 7, 25 p. 8, 24 mare ... repentina -s straverat. 8, 85 p. 127, 20 tanta illius fluminis -s fuit, ut ... remotis tumoribus praeberet faciem stagni. AMBR. hex. 5, 10, 30 *ubi* ventorum mollior sit -s. 5, 13, 40 repentinae -is *maris* (*sc. diebus Alcyoneis*). HEGES. 4, 27 p. 285, 24 *portus Alexandriae* statio tuta, -s maxima quavis tempestate. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1, 5 p. 350[C] maris ... facies ... maxima tunc (*sc. mundo perfecto*) erat ⌞-e et tranquillitate⌟ ... constituta (*postea*: quietissimi ... motus undarum; tenuissimis ... flatibus; ⌞⌟ *gr.* πρὸς ἡσυχίαν τε καὶ γαλήνην). *al.* (*apud* CLAVD. DON.). *Reineke.*

placido, -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. placidus. [*huc pertinet, nisi latet adi.,* GLOSS.[L] V Aa P 668 -o: tranquillo (*item* V Abba PLA 25 *in parte codd.*). *v. etiam p. 2284, 14.*] *i. q. placidum reddere (fere fluctuantia sim. praeter l. 57):* *sedando*: AMBR. Cain et Ab. 1, 3, 11 graves motus ... adulescentiae fida senectutis statione -antur (Iac. 2, 6, 28 adversum ... fluctus saecularium procellarum mentem inmobilem f. s. -are. *cf.* in psalm. 45, 3, 2 *fluctuantes cogitationes* definitionis stabilitate -antur). fid. 1, 17, 113 (*spectat ad Matth. 14, 32*) -ta aequora (placida *var. l.*). *reconciliando*: AMBR. epist. 6, 29, 12 (*spectat ad Eph. 2, 15*) *homo* -ans eos, *sc. hominem exteriorem et interiorem,* in semetipso. *liberando*: AMBR. virginit. 17, 107 ubi *anima caelestia petens* cursus suos ab aequorum perturbatione -verit (HEGES. 4, 27 p. 286, 4 *portus mole obiecta* summovetur a tempestatibus, -atur a fragoribus).

placidulus, -a, -um. *a* 1. placidus *demin.* *i. q. placidus* (*cum pio affectu dictum*): AVSON. 10, 27 (186 S.), 3 cinis uti -us ⌞operiat amitam⌟ *mortuam* (⌞⌟ operta vigeat *cod., v. Green, comm. 1991, ad l.*).

[*adv.* **placidulē** *coni. Ritschl pro* placidē PLAVT. Trin. 726.]

placidum *adv., v. p. 2282, 53.* *M. H.*

1.[≈]**placidus,** -a, -um. *a* placere. *scribitur* placed- NOT. Tir. 22, 14 *et hic illic in codd. rec.* *compar.* -ior *inde a* VARRONE, LIV., *superl.* -issimus *inde a* CIC., VERG. *de notione et differentia*: DON. Ter. Ad. 864, 6 'clemens' est circa recte agentes, '-us' etiam circa delinquentes. 864, 8 'clemens' animo, '-us' vultu. SYNON. Cic. p. 432, 20 lenis. -us. mansuetus. mitis. quietus. ... tranquillus *eqs.* p. 446, 8 tranquillum. -um. quietum. lene. mite. serenum. GLOSS. *εὐάρεστος. εὐκατάστατος.* lenem. tranquillum vel pac⟨a⟩tum. GLOSS.[L] Corp. P 447 -us: qui hominibus placet (*sim.* GLOSS.[L] I Ansil. PL 40. *utrobique* -acit- *restit.?*). GLOSS. biling. I 10, 19 -us: *εὐμαρής. al.* (*cf. supra p. 2275, 50*). *legitur inde a* PLAVTO, *praecipue apud poetas.* [*dial. it. sept.* (*Lucae*) pácito, *mer.* (*Rhegii*) práčitu. *cf. M.-L. 6560. C. S.*] [*confunditur in codd. plerumque c.* placitus (*v. p. 2257, 11sqq.*); *c. adv.* placide *fort. p. 2282, 26* (*restit. p. 2281, 12*); *in lect. dub.* VAL. FL. 5, 197. *ceterum v. sub* placodes.]

notione originaria (v. p. 2256, 50) significari videtur status planus, non perturbatus tam proprie (v. maxime p. 2281, 9sqq.) quam in imagine (v. maxime p. 2278, 51); verisimile est ex usu figurato, ubi statui -o opponitur perturbatio affectuum erga alios asperorum, immitium sim. vel ferorum (v. l. 23 et cf. p. 2278, 53), exortam esse notionem communem q. e. lenis, mitis, mansuetus sim. (*v. sub IA1 et B1, cf. etiam p. 2256, 53*).

I *pertinet ad animantes eorumque affectus, mentem, habitum, statum sim. vel partes* (*merum motum pigrum v. p. 2281, 45sqq.; huc trahendas censuimus res quasdam in usu audaciore, fort. per enallagen explicando, v. praecipue p. 2278, 12*): **A** *respiciuntur homines vel dei* (*addidimus quasdam prosopopoeias, v. e. g. p. 2277, 10. 68, sidus Virginis l. 54 [cf. p. 2281, 58sqq.], animal in fabula quasi hominis affectu praeditum l. 55; saepe adhibetur praedic., e. g. l. 55. p. 2277, 7. 2279, 63*): **1** *sensu potius activo pertinet ad eos, qui sunt lenes, propitii, pacifici, modesti sim., non cum vi aut vehementia agunt* (*sc. plerumque erga alios sub a; ad notionem v. e. g. Austin, comm. 1971, ad* VERG. Aen. 1, 127 *p. 2277, 53; erga quem aliquis sit -us, indicat saepius dat., e. g. l. 32. 48. p. 2279, 10,* invicem *l. 58*). *disting. vel opp. ira, saevitia sim. l. 32. 37. 58. p. 2277, 19. 29. 40. al.,* aequus *p. 2277, 47; iuxta ponitur* mitis *l. 47. p. 2278, 6. al.,* lenis *l. 57. p. 2277, 10. al.,* quietus *l. 52. 75. p. 2277, 48. al.,* tranquillus *l. 44. al.; hic illic iuxta ponitur status perturbatus, v. maxime l. 33. p. 2277, 19. 27sq. 2278, 34.*

a *generatim*: **α** *de ipsis animantibus* (*saepius de eis, qui erga inferiores agunt sim., e. g. l. 36. 61. p. 2277, 4sqq.; rarius vice versa, e. g. l. 40. 53 et* CLAVD. 26, 426, *cf. p. 2277, 68*): Ⓘ *de hominibus* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Curc. 727 hisce *pugnis* ego, si tu me irritaveris, -um te hodie reddam. Merc. 965 uxor tibi -a et placatast (*962* iram ... sedatam). TER. Ad. 534 cum fervit maxume, tam -um quam ovem reddo. 864 clemens, -us, nulli laedere os (*861* facilitate ... clementia). CIC. Caecin. 28 *testem* -um mollemque reddidi (*opp.* vehemens acerque). VERG. catal. 9, 38 dominatus Roma superbos mutavit -is ... consulibus (*cf.* CLAVD. 17, 222 [*Manlio consuli*] sontes expulsa corrigis ira et -us delicta domas). CIRIS 509. OV. met. 8, 57 victoris -i ... clementia (PRVD. psych. 391). fast. 1, 17 (*Caesari Germanico*) da mihi te -um (*1, 6* numine dexter ades). 5, 524 -i verba ... senis *Hyriei* (*sc. erga Iovem*). 6, 92 Concordia ..., -i numen ... ducis, *sc. Augusti* (6, 582 [*de Servio Tullio*]. *cf.* STAT. silv. 3, 3, 167 ductor -issime, *Domitiane*). 6, 259 regis *Numae* ... -i, quo non metuentius ullum numinis ingenium terra Sabina tulit ([*de eodem v. l. 62*]. SEN. clem. 1, 13, 1 -o tranquilloque r. fida sunt auxilia. STAT. Ach. 1, 845 -issimus [*sc. Lycomedes, ad quem Vlixes* 1, 729 regum -issime]. IVVENC. 3, 634 [*cf. Matth. 21, 5; nisi spectat ad humilitatem*]. *al.*). trist. 4, 5, 20 dum veniat -o mollior aura deo (*sc. principe*). 5, 8, 5 *non* mala te reddunt mitem -umque iacenti nostra? Pont. 1, 2, 103 (*amicum ad Augustum mittit*) -o ... iudice pro *me* ... lacrimis ora resolve (VAL. MAX. 8, 1 absol. 2 [*de populo Romano*]). 2, 2, 117. 3, 4, 9 non opus est magnis -o lectore poetis: quemlibet invitum difficilemque tenent (*item de legentibus*: IVV. 1, 21. *cf. p. 2277, 73*). LIV. 3, 14, 5 nihil *patriciis* ... -ius aut quietius erat (*6* permulcendo ... mansuefecerant plebem). 3, 15, 1 accipiunt civitatem -iorem consules. GERM. 104 Iustitia ..., -issima virgo (*de eiusdem sidere*: 140). PHAEDR. 2, 1, 7 cui *homini territo* -us ille *leo* 'non est, quod timeas' ait. SEN. Phaedr. 1126 minor in parvis Fortuna furit, ... servat -os ... quies (*cf. de humilitate e. g. p. 2282, 20*). TRO. 694. dial. 5, 5, 1 cum lenes quoque naturā et -os in saevitiam ... evocet *ira.* 5, 26, 4 -iores ... invicem simus (*postea*: mutuae facilitatis). LVCAN. 8, 476 iam -us senio fractisque modestior annis. VAL. FL. 1, 410 *Achilles puer discat* eques -i conscendere terga magistri (STAT. Theb. 5, 231 *fera* rabiem -o desueta m. *cf. p. 2277, 43*). STAT. Theb. 2, 219 (*opp.* bellator *ut*: CLAVD. 8, 493 -o ... Numa). silv. 2, 1, 167 (*de amico delicatum lugente*) Melior -issime quondam (*168* hilaris comisque). 5, 1, 252 *Charon* manes -us locat ... cumba (*de eodem*: PRVD. c. Symm. 1, 389 [*387* placatus crimine sacro]). *al.* MART. 5, 23, 3 censoris. 8, 70, 1 quies -i ... Nervae. PS. QVINT. decl. 10, 14 *filius* -us et mitis et matri propitius. FRONTO p. 53, 17 *Orphea ita instituisse amicos inter se diversos, ut* congregarentur mites cum ferocibus, -i cum violentis *eqs.* VET. LAT. I Petr. 2, 18 (Cassiod. compl. in I Petr. 2, 13) *servi oboedientes* dominis ... non tantum ⌞-is⌟ (*gr.* ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, *Vulg.* bonis et modestis). AMM. 23, 6, 67 Seres, armorum ... expertes, ⌞utque hominibus sedatis et -is otium est voluptabile⌟ (*fere idem* 31, 2, 22). HIST. AVG. Pius 2, 1 fuit vir ... moribus clemens, ... vultu -us *eqs.* (*cf. p. 2275, 71. 2277, 67*). DRAC. laud. dei 2, 745 *deus* -is saevisque iubet procedere solem (*spectat ad Matth. 5, 45* super bonos et malos). PALLAD. hist. mon. I 18, 34 p. 276[A] ⌞-us et quietus⌟

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*gr. p. 56, 9 πραΰς. item de monacho*: 47, 4 p. 320^{D} ⌊mitis et -us⌋ [*gr. p. 137, 6 πρᾶος*]). 46, 9 p. 320^{A} rec. α mansuetus et -us (rec. β *nemo* mansuetior, fortior et -ior). *al.*

Ⅱ *de deis* (*Somno l. 10. 22. 69 [cf. p. 2279, 2], Christo, deo l. 16 sqq.; principem Romanum pro deo v. p. 2276, 41. 47*): Ⓐ *exempla varia*: PLAVT. Trin. 827 -o te *Neptuno* et clementi ... usus sum in alto. VERG. Aen. 4, 578 adsis o -usque iuves. HOR. carm. saec. 33 condito mitis -usque telo supplices audi pueros, Apollo. TIB. 1, 1, 36 Palem. 2, 1, 80 ille felix, cui -us leniter adflat Amor. PROP. 2, 16, 47 Iuppiter (ARNOB. nat. 7, 9 p. 352, 21. *cf. p. 2281, 59*). SEN. Herc. f. 1075 *Somnus* -us fessum lenisque fovens. Med. 985 numina (Tro. 880 -um ... n. aequoris tumidi Thetis. *cf. l. 45*). Phaedr. 628 nisi forte amori -us et Pluton sedet. STAT. silv. 3, 2, 3. INSCR. Dac. II 144 domna⟨e⟩ -a⟨e⟩ ... votum (*suppl. Bordenache, Studii Clasice 7, 1965, 315 sqq., quae de Hecate agi censet ut etiam ibid.* 338 reginae. *cf. et l. 25, ubi alii Isidem Veneremve suspicati sunt*). ARNOB. nat. 1, 63 p. 60, 8 *Christus* lenis, ... -us ..., humanas miserias indolescens. PAVL. NOL. carm. 6, 159 (*Elisabeth de Iesu nondum nato*) mitis -usque suis cultoribus adsit. SACR. Leon. 497 -us adspice, domine, plebem tuam. DRAC. laud. dei 2, 706 (*ad deum*) quotiens commotus eris, -issimus extas. *al.*

Ⓑ *iunctura* deus -us (dea -a *l. 25,* deorum -issimus *l. 22; cf. p. 2276, 47*): VERG. Aen. 3, 266 di, ... ⌊-i⌋ servate pios (placide *var. l.*). TIB. 2, 1, 26. OV. met. 11, 623 -issime, Somne, deorum (*sim.* STAT. silv. 5, 4, 1). SEN. benef. 7, 31, 4 -i ac propitii. frg. 123 -um et maiestate leni verendum. SIL. 8, 142. TERT. adv. Marc. 1, 6 p. 297, 23 *Marcionis d.* alterum iudicem, ferum, bellipotentem, alterum mitem, -um *eqs.* INSCR. Dac. II 198 deae placid⟨ae⟩ pro salute *alicuius* (*cf. l. 13 sqq.*). ARNOB. nat. 3, 28 quod ab omni perturbationis adfectu dii ... amoti sunt, quod lenes, -i, mites (*sim.* 7, 5, *ubi seq.* fervidorum pectorum indignatione sedata). AVG. conf. 4, 9, 14 (*opp.* iratum). *al.*

β *de rebus ad animantes pertinentibus, quibus intellegitur eorum placiditas*: Ⓘ *de cogitatione, affectibus, moribus sim.*: SALL. Iug. 20, 2 *Iugurtha* ipse acer, bellicosus, at is *Adherbal* ... quietus, inbellis, -o ingenio *eqs.* (LIV. 3, 45, 6 -um quoque i. tam atrox iniuria accendisset. APVL. apol. 77, 6. *al.*). VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 -i et misericordes ... omnique suavitate temperati mores Phocionis (STAT. silv. 4, 8, 57. AMM. 18, 10, 4 *regem Persarum* humanitate ... et m. iam -is magnitudinem temperasse fortunae. *al.; cf. p. 2280, 60*). 4, 6 pr. a -o et leni adfectu, *sc. verecundia,* ad ... aliquanto ardentiorem et concitatiorem pergam, *sc. amorem coniugalem* (5, 7 pr. det nunc vela pii et -i a. parentium erga liberos indulgentia). 6, 5, 1 *populus Romanus erga dedentes se* iram -a mente deposuit (VAL. FL. 4, 103 non ... colunt -as ... iura tenentia m. MART. 9, 79, 5 *aulicorum* tam -ae m., tanta est reverentia nostri *eqs.* 10, 103, 11. CLAVD. 22, 66 [*Stilichoni quasi magistro*] *Honorium* sic -a formas, sic m. severa, ut *eqs.* CIL IX 2641, 4 [*non ante saec. IV*^{2}] -ae m. s⟨e⟩veritate. AVG. epist. 33, 1. *al.*). SEN. Thy. 132 advertat -um numen. dial. 5, 9, 3 *lassitudo* consumit ..., quidquid in nobis mite -umque est, et acria concitat. epist. 123, 5 si *animus* non tantum aequus molestias, sed -us aspexit (PS. SIL. 8, 160 -um ... a. mentemque quietam. *al.; cf. p. 2278, 66 sq.*). QVINT. inst. 6, 2, 13 *dicentium* ἦθος ... mite ac -um (*disting.* blandum). APVL. flor. 9, 35 gravitas iucunda, mitis austeritas, -a constantia (*aliter p. 2279, 7; sim. oxymoron*: FIRM. math. 6, 32, 10 *hominem* cum -a severitate terribilem. *cf. l. 43 sq.*). OPT. PORF. carm. 8, 18 pietate (RVST. HELP. benef. 148). PRVD. psych. 274 moderaminis. *al.* Ⓘⓘ *de partibus corporis*: VERG. Aen. 1, 127 *Neptunus* -um caput extulit unda ([SERV. auct. -um naturale *Neptuni epitheton.* GLOSS. IV 458, 30 venerabile et propicium]. *inde* SIL. 7, 254). 1, 521 Ilioneus -o sic pectore coepit *loqui* (OV. met. 15, 657 *Aesculapius in somnio visus* -o tales emittere p. voces: 'pone metus *eqs.*'. STAT. silv. 2, 3, 64 *Melioris amici* -o posuere in p. sedem blandus honos hilarisque ... cum pondere virtus *eqs.; cf. p. 2278, 57 sqq.*). 4, 440 *Aeneae* -as ... deus obstruit auris, *sc. erga Didonem* (OV. Pont. 1, 2, 129 [*Augusti*]. STAT. Theb. 5, 732. CONC. Carth. a. 525 p. 275 l. 128 nobis a. -am inclinare. *al.*). 7, 194 *Latinus* haec ... -o ... edidit ore: *'eqs.'* (*spectat ad sermonem ut*: 11, 251 haec -o sic reddidit ore. OV. met. 3, 146. *al.* SIL. 6, 457. *al.; ad vultum* [*fere principum*]: OV. Pont. 2, 2, 79 *Augustus triumphans* -o spectabilis ore. MART. 6, 10, 6 -o nostras legerat ore preces *Domitianus.* 6, 13, 4 [*statuae Iuliae*]). HOR. carm. 4, 3, 2 lumine. TIB. 2, 4, 59 si modo me -o videat Nemesis mea vultu (OV. met. 15, 692 [*de Aesculapio*]. fast. 2, 17 ades et -o ... mea munera v. respice, *Caesar.* 4, 161. 5, 23 -o ... decens Reverentia v. MART. 5, 6, 10. *al., cf. p. 2278, 70*). OV. met. 8, 823 lenis ... Somnus -is Erysicthona pennis mulcebat. fast. 4, 661 -am redimita papavere frontem Nox (SEN. benef. 2, 13, 2 quae *beneficia* humana f., certe leni -aque tribuuntur *eqs.* STAT. silv. 3, 4, 17). trist. 3, 1, 2 da -am fesso, *sc. libro timido,* lector amice, manum (STAT. silv. 3, 2, 106). *al.* Ⓘⓘⓘ *de dictis, scriptis sim.* (*cf. bα*): OV. met. 1, 390 *pavidam* -is ... dictis mulcet (4, 652 [*opp.* fortia]. LVCAN. 10, 175. *al.*). fast. 1, 227 -is ... verbis adloquor

deum. LIV. 28, 25, 4 -o sermone permulcentibus (VAL. FL. 1, 298 APVL. met. 6, 31, 2. IVVENC. 3, 399 *Christus* -o doctor s. profatur. *al.*). 36, 12, 6 -ā oratione (ARNOB. nat. 1, 2 p. 2, 10. *cf. l. 31*). 37, 6, 7 responso. SEN. Med. 538 (*Iason Medeae*) sana meditari incipe et -a fare (*item neutr. pro subst.*: STAT. silv. 5, 5, 37 nil iam -um manabit ab ore *maerentis*). STAT. Theb. 7, 195 orsa. 12, 298 voce. PS. QVINT. decl. 4, 9 lex -a, mitis. APVL. met. 6, 27, 6 me *asinum* -is gannitibus *puellae* ab impetu revocatum. PALLAD. hist. mon. I 35, 16 p. 303^{A} ⌊cum risu -o et iocis⌋ dicit: *'eqs.'* (⌊ ⌋ *gr. p. 104, 8 χαριεντιζόμενος*). *al.* *spectat potius ad id, de quo agitur*: VAL. MAX. 1, 6, 11 (*loco nondum sanato*) vellem ... -ius *referre sim.* (*sc. quam de clade ad Carrhas accepta; estne adv., ut ad p. 2283, 61 sqq. pertineat?*). 6, 3 pr. *severitatis exemplа* minime ⌊in -o et quieto paginarum numero⌋ reponenda (⌊ ⌋ *sc. in paginis, quibus narrantur -a et quieta, ut ad 2ba vergat?*). Ⓘⓥ *de variis*: MANIL. 4, 511 *sub Ariete natos* tantum audere iuvat; ... non illos ... mollia per -as delectant otia curas. VAL. MAX. 4, 1 ext. 3 *Dio* sibi condicionem exilii -iorem reddidit. 5, 1 ext. 6 *humanitati non* difficile est inter arma contraria ... -um iter reperire; vincit iram *eqs.* (PLIN. paneg. 20, 1 [*ad redeuntem e bello*] -um ac modestum et plane a pace redeuntis). SEN. clem. 1, 5, 4 sua *potestate* in melius -iusque uti (*item neutr. pro subst.*: PRVD. c. Symm. 2, 681). SIL. 14, 87 -a indomitos accepit *Hieronis* regia mores *successoris* (*de Hierone v. p. 2284, 6*). MART. 12, 9, 2 -o fruitur pax peregrina iugo (VET. LAT. Matth. 11, 30 [Ps. Cypr. adv. Iud. 7, 4; *loq. Iesus*] est ... i. meum -um [*gr.* χρηστός, *Vulg.* suave]. AVSON. 27, 24 [417 S.], 8 *amicitiae*). AMBROSIAST. in Rom. 7, 7, 3 rec. β (*sim.* γ) saecularibus ... hominibus nihil tam ... -um quam voluptas (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 28, 7 quae apud homines putantur -a). PRVD. apoth. 987 -um qui *numerus* (*sc. septem*) conficit annum cuncta remittentem (*cf. lev. 25, 8*). MAXIM. eleg. 5, 67 -o ... ludo *amoris* (placito *var. l.; sim. ad amorem spectant p. 2277, 59. 66*). *al.*

b *speciatim*: **α** *de stilo dulci, summisso, iucundo sim.* (*distingue p. 2279, 44*): CIC. de orat. 2, 183 *non* semper fortis oratio quaeritur, sed saepe -a, summissa, lenis. Brut. 276 dicendi -um et sanum genus ([*postea*: suaviter dicere]. QVINT. inst. 6, 2, 19 [*iuxta pos.* mite, *opp.* superbum]). SEN. contr. 7, 4, 8 nihil in illa *compositione Calvi* -um, nihil lene est, omnia excitata et fluctuantia. STAT. silv. 1, 2, 201 *L. Arruntius Stella,* Latios inter -issime vates. HIER. epist. 58, 10, 1 *Tertullianus* difficilis in loquendo; ... Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit et -us (*in imag. simili* RVFIN. Basil. hom. praef.). *al.* **β** *de moribus cultu, humanitate mitigatis, non feris* (*hucine p. 2277, 41? cf. p. 2282, 9*): OV. ars 1, 12 *Chiron Achillis* animos -a (molli *var. l.*) contudit arte feros (3, 545 *poetarum* ingenium -a mollitur ab a.). trist. 1, 8, 37 (*amico perfido*) non ego te genitum -a reor urbe Quirini ..., sed scopulis. SEN. contr. 2, 1, 10 *bella inter se non decent homines,* -um proximumque divino genus. SEN. dial. 5, 8, 3 *convictu nostro* retunditur omnis asperitas *ferae* paulatimque inter -a dediscitur. 6, 7, 3 magis barbaros quam -ae eruditaeque gentis homines. ARNOB. nat. 2, 5 p. 69, 22 *omnis natio* eius *Christi* amore versa *mollivit* ... asperitatem suam et in -os sensus adsumpta tranquillitate migraverit (*cf.* PRVD. c. Symm. 1 praef. 4 *Paulus* Christum per populos ritibus asperis immanes -o dogmate seminans). *al.*

2 *sensu potius passivo pertinet ad eos, qui perturbatione (affectuum malorumve) liberi, tranquilli, quieti sim. sunt* (*saepius sublucet imago sumpta ex usu sub IIA1 et B illustrato*): **a** *generatim* (*iuxta ponitur* aequus *l. 67,* lenis *p. 2279, 2. 33,* mitis *l. 75,* quietus *p. 2279, 7. 14. 59,* tranquillus *l. 68. 71. p. 2279, 57. al.*): **α** *de rebus ad homines vel deos pertinentibus*: Ⓘ *de sede affectuum, animo, vultu sim.*: PLAVT. Persa 178 amas pol misera, id tuos scatet animus; ego istuc -um tibi ut sit faciam (*v. p. 989, 74 sq.*). LVCR. 6, 75 *templa non* -o cum pectore adibis ([*cf. 78* animi tranquilla pace]. CVLEX 97 pastor ... securam -o traducit p. vitam. SEN. Herc. f. 219 [*item* Phoen. 187] remisso ⌊p.⌋ ac -o [⌊ ⌋ lumine *var. l.; cf. 220* serenis vultibus]. SIL. 12, 201. *al.*). OV. met. 13, 214 ut longi taedia belli mente ferant -a (QVINT. inst. 6 prooem. 7 -ae et ... altae. CLAVD. DON. Aen. 11, 250 p. 446, 6 sqq. cum -a est m. nec aliqua commotione turbatur; ... non potest ... de -o aliquid existere turbulentum. *al.; cf. p. 2277, 40 sqq.*). SEN. Herc. O. 1746 -a frons *Herculis in rogo.* clem. 2, 5, 5 *sapiens* eandem semper faciem servabit -am, inconcussam. benef. 7, 26, 1 *ingrati ferendi sunt* -o animo, mansueto, magno (dial. 2, 8, 3 *si mortem* aequo -oque a. accipimus. *al.* APVL. met. 5, 1, 1 [*antea*: mentis perturbatione sedata]. AMM. 17, 10, 3. *cf.* TERT. anim. 1, 2 -a atque tranquilla *anima Socratis* ... vel in hoc tantum mota, ne moveretur *eqs.*). dial. 3, 19, 2 *iudicis* -us esse debet et in statu vultus (STAT. Theb. 1, 202 *Iuppiter* -o quatiens tamen omnia v. TERT. patient. 15, 4 v. illi *Patientiae* tranquillus et -us. BOETH. cons. 1, 5, 1 *Philosophiae. cf. p. 2279, 66*). SIL. 6, 536 *Regulum supplicia* -o ore ferentem (*cf. p. 2279, 67*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 232, 26 cum *anima* ... in mansuetudine et tranquillitate persistit, -um mitemque reddit aspectum (*opp. vultum* turbatum et ferum). *al.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *de statu qualitateve tranquillitatis, somno, otio, nocte sim.*:
A *exempla varia*: ENN. ann. 5 somno leni -oque revinctus (OV. rem. 575. fast. 4, 549 -i ... silentia s. *al.* HOMER. 634. *al.*). LVCR. 6, 73 -a cum pace quietos *deos* ([*opp.* irarum ... fluctus]. *sim. de tranquillitate animi*: CIC. Tusc. 5, 48 in animo eius *sapientis* esse -issimam p. [*antea*: ab omni concitatione animi ... vacare]. *aliter p. 2280, 12*). CIC. Tusc. 4, 10 *animi* tranquillitatem, id est -am quietamque constantiam (*opp.* motus turbidos). VERG. Aen. 4, 522 -um ... soporem (8, 405 *Vulcanus* -um ... petivit ... per membra s. [SERV. auct. 8, 406 *quidam* accipiunt '-um per membra' pro eo, quod est '-um membris']. OV. epist. 16, 100. *al.*). 7, 427 -a cum nocte iaceres (SEN. epist. 90, 41 *tuti* -as transigebant sine suspirio n. SIL. 15, 180 -issima. *cf.* STAT. Theb. 12, 661 noctem ... -asque operi [*sc. itineri magno*] iunxere tenebras [*an evanido respectu hominis dormientis ad p. 2282, 32?*]). SEN. dial. 3, 1, 1 *excepta ira affectibus* aliquid quieti -ique inest (*item neutr. pro subst.*: epist. 115, 3 *boni viri* faciem ... ex magnifico -oque fulgentem. *adde p. 2278, 63*). *al.* CYPR. ad Donat. 14 -a ... tranquillitas ..., si qui ab ... saeculi turbinibus extractus *eqs.* (ARNOB. nat. 2, 39 p. 111, 21 [*iuxta pos.* placata]. POMER. 3, 19, 1 *temperantia* mentem -a t. componit). B -a quies (*cf. p. 2280, 14. 36. 2281, 38. 43 sq.*): *de somno, ut vid.*: VARRO AT. carm. frg. 8 omnia noctis erant -ā composta q. (*v. l. 28*). VERG. Aen. 1, 691 Venus Ascanio -am per membra q. inrigat (SERV. aut adeo -am dixit, quia est quies, quae potest etiam somniorum terrore turbari). *al.* CIRIS 343 OV. met. 9, 469 SVET. Cal. 50, 3. *al.* *de otio*: VERG. Aen. 9, 187 pugnam ... invadere ... mens agitat mihi nec -ā contenta q. est (*Serv. Aen. 9, 185* quiete: ... otio). APVL. met. 9, 32, 2 (*loq. asinus*) otiosus -a q. recreabar. *de tranquillitate animi*: SEN. Ag. 60 numquam -am sceptra q. ... tenuere. dial. 2, 9, 3 *sapiens* altae q. et -ae. epist. 56, 6 (*antea l. 20*) nulla -a est q., nisi quam ratio composuit *eqs.*

III *exempla varia*: LVCR. 2, 1094 deum tranquillā pectora pace ... -um degunt aevom vitamque serenam (MART. 10, 23, 1 [*3* tutos ... annos]. *cf. p. 2280, 33*). 5, 1122 *ut* -am possent opulenti degere vitam (5, 1154 -am ac pacatam. SEN. dial. 5, 43, 1. *al.*). CIC. Cato 13 est etiam quiete et ... eleganter actae aetatis -a ac lenis senectus ([*sc. propter recordationem iucundam*]. HOR. carm. saec. 46 di, ⌞senectuti -ae⌟ quietem ... date [⌞⌟ *an stat pro 'senibus -is', ut ad l. 69 sqq. pertineat?*]. *cf.* AVSON. 10, 1 [160 S.], 3 senectae [MARCELL. med. carm. 74 validam -amque]). OV. epist. 19, 92 (*Hero Leandro*) facias -um per mare tutus iter (VAL. MAX. 2, 6, 8. 6, 9 ext. 5 [*in imag.*] omnes ... conatus eius *Polycratis* -o excipiebantur i. CVRT. 8, 9, 3 *plana Indiae* amnibus ... -um ... i. praebent. *cf.* OV. epist. 19, 208 vias). Ib. 215 *nascenti non* quicquam -um spondentia Martis sidera *et Saturni*. Pont. 4, 10, 12 *Vlixi iactato* et -ae ... fuere morae. SEN. epist. 23, 7 *verum bonum subit* ex -o vitae et continuo tenore unam prementis viam. 114, 15 quidam praefractam et asperam *compositionem* probant; disturbant de industria si quid -ius effluxit (*an est adv., ut ad p. 2283, 43 sqq. pertineat? cf. usum p. 2278, 30 sqq. illustratum*). VAL. FL. 2, 118 *Iuppiter Famam* -is regionibus arcet aetheris. STAT. silv. 4, 3, 150 *annos Nestoris*. PLIN. epist. 3, 1, 2 iuvenes confusa adhuc quaedam et quasi turbata non indecent, senibus -a omnia et ordinata conveniunt (*antea*: vita ... disposita). 5, 6, 45 *in villa mea* -a omnia et quiescentia (*antea*: otium ... pinguius). APVL. met. 9, 1, 3 *ne* convivium -um ... petulantia dissiparem. IVVENC. 2, 717 (*ad Matth. 12, 43*) *daemon* requiem -ae sedis sibi repperit (CYPR. GALL. gen. 582 [*de terra Israhelitis promissa*]. DRAC. laud. dei 1, 571 [*de paradiso*]). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 113 *si epileptici* somnos ... sine ullo impedimento duxerint et vigilias -as. *al.*

β *de ipsis hominibus vel deis*: I *praevalente respectu animi ira alieni, tranquilli sim.* (*respic. ἀταραξία sapientis vel dei e. g. l. 62. 64*): SEN. clem. 1, 5, 5 magni ... animi proprium est ⌞-um⌟ esse tranquillumque et iniurias ... despicere; muliebre est furere in ira *eqs.* (⌞⌟ *sc.* animum, *ut ad p. 2278, 66 sqq. pertineat?*). dial. 1, 2, 2 *vir fortis* quietus -usque contra incurrentia attollitur. 3, 14, 1 -ior solutusque adfectibus. 5, 41, 2 vulgo -i pro inertibus habentur (*postea*: non segnitiem illam animi esse, sed pacem. *item masc. pro subst.*: epist. 99, 20). epist. 59, 14 *sapiens est* hilaris et -us, inconcussus. *al.* SIL. 15, 58 imperturbatā -us tenet otia mente (*deus ut*: TERT. adv. Marc. 2, 27 p. 374, 2 -o et ... philosophorum deo. adv. Val. 7, 4). STAT. silv. 3, 3, 43 senior -issime (*cf. 106* tibi rara quies animoque exclusa voluptas). MART. 5, 78, 24 (*invitat amicum*) vultu -us tuo recumbes. TAC. hist. 2, 48, 1 *Otho* -us ore, intrepidus verbis (*cf. p. 2278, 73*). AVSON. 8 (322 S.), 34 *liberi* securam -o mihi permulsere senectam. *al.* II *quolibet respectu*: SEN. dial. 7, 21, 1 in multa senectute -us viret (*cf. l. 33*). VAL. FL. 8, 14 (*Medea Aeetae*) tu precor haec longā -us mox sceptra senectā tuta geras (*spectat ad incolumitatem regni, cf. l. 27*). SIL. 12, 219 seu bella cieret seu Musas -us doctaeque silentia vitae mallet *iuvenis* (*cf. de otioso*: STAT. silv. 1, 3, 22. *cf. l. 24 sqq.*). AVSON. 2, 8 (157 S.), 38 me sinite, *mala somnia,* ignavas -um traducere noctes. MACR. Sat. 1, 7, 2 conventui.

b *speciatim respicitur*: **α** *status a bello liber, pax* (*transfertur ad scholam l. 21; de ipsis hominibus l. 26*): I *de statu (publico), coetu hominum, tempore*: PLAVT. Persa 753 hostibus victis ..., re -a, pacibus perfectis *eqs.* (*in simili formula*: Poen. 524 in re populi -a atque interfectis hostibus. Truc. 75 re -a atque otiosa, victis hostibus. *ceterum*: PS. PROSP. carm. de prov. 63 -as res mundi et tempora pacis). VERG. Aen. 7, 46 *Latinus* urbes ... longa -as in pace regebat (*item plur.*: AVIEN. Arat. 304 [*in saeculo aureo*]. *al.*). OV. fast. 1, 121 Pacem -is emittere tectis *Iani*. STAT. Ach. 1, 696 -i ... Tritonia custos litoris *Scyri* (AMM. 15, 11, 5). AMM. 27, 3, 11 administratio quieta ... et -a. DRAC. laud. dei 3, 228 temporibus -is Christo regnante. *al.* II *de ipsa pace*: LVCR. 1, 40 *Venus* petens -am Romanis ... pacem (VERG. Aen. 1, 249 -a compostus p. quiescit *Antenor*. 8, 325. OV. am. 2, 6, 26 [*epicedium psittaci*] -ae p. amator eras. *al.*). MART. epigr. 4, 1 turba gravis paci -aeque inimica quieti (AMM. 30, 7, 9. *al.*). PRVD. c. Symm. 2, 594 -issimus ... foederis humani consensus, *sc. pacis Romanae.* III *de eis, quae pacis sunt propria (nisi per prosopop. intellegenda ad 1 trahas):* *actionibus*: PROP. 4, 6, 70 bella satis cecini: ... *Apollo* ad -os exuit arma choros. MART. 14, 34, 1 (*loq. falx*) pax me ... -os curvavit in usus. AMM. 14, 10, 11 *a bello gerendo* ad -iora deverti. *rebus variis*: VAL. FL. 3, 434 lauro. STAT. silv. 3, 1, 139 tubae, *sc. ludorum, non belli.* AVSON. 14, 21 (364 S.), 15 -is schola consona disciplinis (*opp.* certat dialectica turba sophorum). PRVD. ham. 366 *olivae* sucum (*cf.* CARM. de resurr. 5 olivas). CLAVD. carm. min. 46, 5 -os ... cinctus et mitia pacis ornamenta dabat *mater Achilli.* IV *de ipsis hominibus* (*pacificos v. sub 1, e. g. p. 2276, 62. 71; v. etiam p. 2279, 72*): OPT. PORF. carm. 16, 13 cum *Romani* -i spectent hostiles mille triumphos.

β *quies mortuorum* (*cf. imaginem infra p. 2282, 19*): I *de loco, statu, tempore sim.*: VERG. Aen. 6, 371 (*Palinurus Aeneae*) tecum me tolle ..., sedibus ut saltem -is in morte quiescam (VAL. FL. 1, 793). 6, 522 quies -ae ... simillima morti (9, 445 -ā ... demum m. quievit [*Serv. Aen. 9, 443* aut proprium est mortis epitheton aut ex affectu pereuntis dictum est, qui cum amico moriebatur]. *cf. p. 2281, 68*). 6, 705 domos. LVCAN. 6, 803 sinu. AVSON. 13, 38 (254 S.), 5 -um ... per aevum condatur *mortuus.* CE 734, 6 (*saec. IV*) -a sic pace repostus (*usu christ. ut*: CE 1964, 2 [*saec. IV*] ⟨pl⟩acida securus p. quiescit. *al.*). INSCR. christ. Diehl 2034, 4 (*saec. IV/V*) vitam. CE 2141, 2 (*saec. V²*) quietem. *al.* II *de ipsis mortuis*: STAT. Theb. 4, 623 (*Tiresias Laio*) -um ... *te* pia tellure reponam. silv. 3, 3, 22 -i ... manes (CE 1143, 5 [*saec. I²*]. AVSON. 10, 2 [161 S.], 7. *al.*). CE 541, 2 (*saec. III?*) hic ego ... -us ... quiesco (AVSON. 11, 2 [192 S.], 31). AVSON. 11, 11 (201 S.), 6 esto -us *eqs.*

B *respiciuntur animalia eorumve partes, mores sim.* (*cf. p. 2281, 46 sq.*): **1** *naturā mansueta, innoxia aut ab homine domita, mansuefacta* (*mansueta erga alia animalia l. 55 [fort. et l. 65]; opp.* ferus *l. 56 sq. al.,* indomitus *sim. l. 59. 65*): **a** *usu vario*: PLAVT. Most. 852 *haec canis* tam -ast quam feta quaevis (*cf. p. 2281, 5*). VARRO rust. 2, 3, 3 *oves sunt* -iores, *sc. quam capellae* (OV. epist. 16, 55. *al.* SER. med. 964. *cf.* OV. met. 15, 116 oves, -um pecus. *v. et l. 54. p. 2276, 33. 2281, 4*). 2, 7, 15 *equos* ad castra ... acres, ... in viis ... -os (*postea*: quietiorēs. *cf. l. 51. 54*). OV. met. 4, 603 dracones (*602 non* vulnere laedunt. *cf.* VAL. FL. 3, 457 angues. SER. med. 6 *Aesculapius* -a tectus sub pelle draconis). 7, 369 columbam (DRAC. Romul. 8, 454). trist. 4, 6, 4 *equus frena* -o ... accipit ore (SEN. dial. 4, 31, 6 intra domum ursorum leonumque ora -a tractantibus). MANIL. 5, 700 -as ... gentis *ferarum reddunt.* PAVL. FEST. p. 126 ab animo -iore *ovis.* PHAEDR. app. 2, 7 equi ... -am mansuetudinem. SEN. dial. 4, 8, 3 illae *ferae* inter se -ae sunt. nat. 4, 2, 13 cocodrillos ab animalibus -is, *sc. delphinis,* ... victos (PLIN. nat. 1, 28, 33 [*opp.* ferus *ut*: 1, 29, 14. *al.* LACT. opif. 14, 6]. *al., cf.* 8, 220 complura ... sunt nec -a nec fera, sed mediae ... naturae). COLVM. 6, 2, 5 *si* -i et quieti boves erunt (6, 2, 9 ex domitis bubus ... -issimum cum indomito iungimus. SER. med. 1071). 6, 2, 14 mores *bovis* ... probabiles habentur, qui sunt propiores -is quam concitatis, sed non inertes (6, 20, 1 *taurorum.* 9, 3, 2 [*de apibus; opp.* saevior]). 9, 8, 4 apes (*cf. loc. antea cit. et* PS. QVINT. decl. 13, 3 -i gregis, *sc. apium*). PLIN. nat. 8, 9 *elephans* clemens -usque (*cf.* SOL. 25, 6 *elephanti* itinera sibi blanda et -a manu faciunt). *al.* **b** *neutr. pro subst.*: *de animalibus*: HOR. ars 12 non ut -is coeant inmitia, non ut serpentes avibus geminentur, tigribus agni. SEN. benef. 7, 19, 6 ferae inter nos *homines* educatae si in silvas eruperunt, aliquid mansuetudinis ... retinent tantumque a -issimis absunt, quantum a veris feris. *de moribus*: COLVM. 6, 29, 4 *equorum* mores ... laudantur, qui sunt ex -o concitati et ex concitato mitissimi (*inde* PELAGON. 3 CHIRON 781).

2 *non excitata, quiescentia, aliena a feritate solita* (*a furore quodam* SVLP. SEV.; *cf. p. 2276, 55*): SEN. contr. 10, 4, 9 lupa oblita feritatis -a *aluit Romulum et Remum.* SEN. Oed. 336 -one vultu sacra ... patiuntur *tauri*? PLIN. nat. 8, 49 *cauda est* inmota ... -o *leoni* (STAT. silv. 2, 5, 13 -i tumuere leones. MART. 1, 22, 1). 10, 209 *aquatilia dormire existimantur*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non oculorum argumento, ... ⌊verum ipsa quiete: cernuntur -a⌋ ceu soporata neque aliud moventia quam caudas (*cf. Arist. hist. anim. 537a4 ἀτρεμίαις.* ⌊ ⌋ *sunt, qui aliter interpungentes* quiete ... -ā *iungant, ut locus ad l. 45 sqq. pertineat*). SVLP. SEV. dial. 2, 9, 4 ove -ior *bucula a daemone liberata.* BOETH. cons. 3 carm. 12, 13 cantu *Orphei* -um canem.

II *pertinet ad res fere naturales* (*motum animantium l. 45 sqq.; cetera ad animantes pertinentia v. sub I*): **A** *sensu potius activo ad eas, quae non vehementes, lenes, tranquillae, innoxiae sunt*: **1** *respicitur motus non citatus* (*in imag. de situ l. 52*): **a** *de aquis* (*aquas fere stantes v. e. g. l. 18; ad B trahere noluimus mare ventis non conturbatum, v. maxime l. 14. 15; cf. p. 2282, 18 sqq. 22 sq.; ceterum v. l. 41 sqq.; exempla inde a* VERG. *selecta*): ENN. ann. 384 verrunt ... -um mare ([placide *trad.*]. CATVLL. 64, 269 -um m. ... horrificans zephyrus. SALL. hist. frg. 3, 8. VERG. ecl. 2, 26 cum -um ventis staret m. LIV. 44, 28, 3 VAL. MAX. 4, 2 praef. SEN. Tro. 201. nat. 3, 26, 8 *m. non* tantum tempestate fluctuque, sed tranquillum quoque -umque purgatur. *al.*). LVCR. 2, 559 (= 5, 1004) ponti (OV. epist. 18, 23 LVCAN. 5, 638). VERG. Aen. 8, 88 *Thybris* fluvium ... tumentem leniit, ... mitis ut in morem stagni -aeque paludis sterneret aequor aquis *eqs.* (APVL. met. 1, 19, 7). 8, 96 -o aequore *Tiberis* (10, 103 premit -a a. pontus. PROP. 1, 8, 20. *al.*). TIB. 1, 2, 78 *sonitus* -ae ... aquae (1, 4, 12 *puer nando* -am ... pellit a. 1, 7, 14. PROP. 3, 21, 20 *fluminis stagnantis. al.; in imag. e. g.* OV. trist. 3, 4, 16 haec mea per -as cumba cucurrit a.). PANEG. in Mess. 126 rapidum -is ... mare constitit undis (OV. met. 13, 899. fast. 1, 241 Thybridis. *al.*). VALG. carm. frg. 3 Padusam. SEN. Herc. f. 680 -o quieta labitur Lethe vado. MELA 1, 51 *Nilus* (*opp.* atrox ... fervensque). PLIN. nat. 3, 54 *Tiberis* mercator -issimus. VAL. FL. 1, 265 fluctu (CE 279, 13 [*saec. IV*^{2}]. ARATOR act. 2, 1213). TAC. ann. 2, 6, 4 *Rhenus* ad Gallicam ripam latior et -ior adfluens. *al.* **b** *de ventis, aëre*: LVCR. 3, 302 -o ... aëre ([*cf. 292* pacati status aëris]. SEN. nat. 1, 2, 9 [*8* quies aëris et otium et tranquillitas]. LACT. mort. pers. 1, 4 [*in imag.; opp.* violentos turbines]. *cf.* SEN. nat. 5, 2 quietum et -um aëris statum). VERG. Aen. 5, 763 -i straverunt aequora venti (COLVM. 4, 19, 2. VAL. FL. 4, 422 -i tendebant carbasa v. *al.*). OV. met. 1, 107 -i ... mulcebant zephyri ... flores. 8, 3 austri (AMM. 19, 10, 4). Pont. 2, 7, 59 hiemem. COLVM. 3, 19, 3 silentis vel certe -i spiritūs. *al.* *neutr. pro subst.*: GLOSS. III 433, 52 *νηνεμία* (*ἀνε- cod.*): placid[i]um. **c** *de ipso motu (de immobilitate l. 38. 43 sq.):* *cuiuslibet rei*: LVCR. 1, 463 *neminem* tempus sentire ... semotum ab rerum motu -aque quiete. OV. met. 3, 113 *signa in aulaeo picta* paulatim -oque educta tenore ... patent. VITR. 9, 1, 10 *stella Iovis* -ioribus gradibus scandens *quam Martis.* VAL. FL. 4, 83 cursu *navis. al.* *fluminis sim.*: OV. met. 9, 95 dum flumina *Acheloi* ... -os habeant lapsus totaeque residant ... aquae (PLIN. paneg. 30, 4 *Nili*). SEN. Med. 211 flexibus *Phasidis.* CLAVD. carm. min. 2, 5 -am discit servare quietem (*sc. mare in portu; sim. in imag.* BOETH. cons. 3 carm. 10, 5). *al.* *animantis* (*cf. l. 3*): OV. fast. 6, 500 *maris nymphae* -o lapsu ... ferunt *Inonem et Melicertem.* PHAEDR. 2, 7, 6 quieto ... et -o gradu *muli humilis* ([*opp. alter mulus, qui* celsa it cervice eminens]. APVL. met. 11, 12, 2 [*verba asini*] -o ac prorsus humano g. ... sensim inrepo [*opp.* inclementi ... cursu; ... repentino ... impetu]). PASS. Perp. 18, 2 sequebatur Perpetua lucido vultu et -o incessu (*gr. πρᾴως*). *al.* **d** *de variis rebus:* *loco leniter declivi* (*sc. per imag. motus; cf. locut. pleniores p. 2283, 47 sq.*): VAL. FL. 2, 635 urbs *Cyzicos* -is demissa iugis. *sidere tarde occidente*: MART. 8, 21, 3 -i ... pigra Bootae plaustra (*cf. comm. Schöffel, 2001, ad l.*). *cantu tibiarum lente prolato* (*distingue p. 2282, 1 sqq.*): GELL. 1, 11, 15 *fistulae* sonis tum -is tum citatis.

2 *respicitur quilibet effectus lenis, non violentus sim. vel utilis, iucundus sim.*: **a** *de sideribus, caelo, tempestate sim.*: SEN. suas. 4, 2 *inquirunt,* contrane dirus steterit an -us adfulserit Sol *homini nascenti* (*item de sidere*: GERM. frg. 4, 10 *Iuppiter* -issimus ... rapidos et temperat aestus. PS. QVINT. decl. 4, 16 p. 78, 6 stella. CLAVD. 7, 167 flammam ... nocentem Gradivi -umque Iovem. *cf. p. 2276, 54*). COLVM. 3, 1, 6 qualitatem caeli ... grandinosam ventosamque vel -am. 4, 8, 3 si est hiems in ea regione -a (*opp.* violentior; *inde* PALLAD. 11, 5, 2. *cf. l. 34*). SIL. 3, 379 ver. GELL. 14, 1, 9 tempestates ... alibi -as, alibi violentas. CYPR. epist. 11, 8 (*in imag.*) rogemus ... post procellas et turbines -am lenitatem. CARM. de resurr. 35 (*de suo carmine*) *exponam* laetum -is venientem nubibus imbrem. *al.* **b** *de morte, veneno*: VAL. MAX. 9, 12 ext. 7 -um vitae finem *Pindari, qui dormiens mortuus est* (AVSON. 5 [319 S.], 58. *cf.* mors, *sc. non violenta, dolorosa*: TERT. anim. 52, 1. AMM. 23, 6, 4 -a m. decessit. AVG. civ. 5, 24 p. 236, 29). VAL. FL. 1, 571 *fulminis fax* -a ... in frontibus haesit (*572* innoxia). SIL. 13, 275 *Capuanus* -is exarmet fata, *sc. genus mortis crudele,* venenis (CLAVD. rapt. Pros. 1, 183 qui *dracones Cybeles* -is humectant frena v.). **c** *de eis, quae leniter afficiunt singulos sensus:* *visum*: CALP. ecl. 1, 78 -a radiantem luce cometem (*opp.* igne cruento). APVL. met. 2, 9, 1 capillis color ... -us renitet (*disting.* vegetus fulgurat). *auditum* (*sc. de sonis, cf. l. 54; aliter p. 2281, 55*): OPT. PORF. carm. 20b, 25 -os ... cantus *hydrauli.* PS. DAMAS. epigr. 21, 4 prophetam celebrans -o modulamine. AVIEN. Arat. 498 *fontis* -o susurro. *gustum*: EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 10 labiorum sensui gustuique -issimus videtur humor *pomorum maturorum* (*gr. λεῖον*). VEN. FORT. carm. 7, 5, 11 -issima mella. **d** *de vita*: SEDVL. carm. pasch. 5, 52 *melius fuisset, si Iudas* luminis huius non hausisset -as flabris vitalibus auras (*cf. op. pasch. 5, 3 p. 276, 5* aetheriae lucis iucunda).

3 *respicitur status cultu mitigatus, sc. de plantis in usum hominis versis* (*cf. p. 2280, 42*): PLIN. nat. 16, 16 *glandiferarum arborum* sunt aliquae silvestres, aliae -iores, quae culta optinent (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 8, 2 ἥμερον*). SEDVL. carm. pasch. 1, 45 (*in imag. ad paganos*) labruscam -is quid adhuc praeponitis uvis? (*cf. op. pasch. 1, 1 p. 178, 5* bonae viti).

B *sensu potius passivo pertinet ad eas, quae turbatae non sunt, sc.*: **1** *mari turbido, tempestati non expositae* (*de ipso mari v. p. 2281, 10*): VERG. Aen. 3, 78 *Delos* fessos tuto -issima portu accipit. PROP. 1, 20, 21 oris (SEN. Herc. O. 684 tenuit -as Daedalus o. [placitas *Gronovius*]). 3, 19, 7 -um Syrtes portum ... nautis *non praebet* (OV. trist. 4, 4, 58 OCTAVIA 314. *saepius in imag., e. g.*: SEN. Ag. 592 libera mors ..., p. aeterna -us quiete. PROSP. carm. de ingrat. 536 humiles -o consistite p. *cf. p. 2281, 44*). PLIN. nat. 9, 12 *ballaenas* condi ... in quodam sinu -o *Oceani.* STAT. silv. 2, 2, 1 -o lunata recessu ... aequora (MART. 10, 58, 1). 3, 1, 49 Limon *insula. al.* *?de nave* (*nisi latet term. techn. l. 47 sqq., sc. per subst. appos. illustratus*): CARM. inscr. Ost. Thylander A 125, 10 (*a. 117/167*) *Parcae puerum* Tyrrhenum per iter -a labante karina Italiam misere (*nisi errore lapicidae pro adv.*). **2** *ab intemperie caeli, nubibus sim. liberae*: PANEG. in Mess. 169 -us nobis, *sc. inter zonam frigidam et torridam positis,* ... labitur annus. OV. met. 11, 745 per ... dies -os, *sc. Alcyonios* (COLVM. 11, 2, 88 Idibus Novembris d. incertus, saepe tamen -us [*sim.* 11, 2, 93]. PLIN. epist. 5, 6, 14 *villa* accipit ... auras quamlibet sereno et -o die *eqs.* APVL. met. 11, 7, 4 pruinam ... d. apricus ac -us *insecutus est*). ELEG. in Maecen. 131 -a sub nocte nitentem Luciferum (PLIN. nat. 2, 80 -a n. leniter inlustrante eas *stellas. cf. p. 2279, 11*). GERM. frg. 4, 121 *Mercurius* -um nautis spondet caelumque fretumque (SIL. 12, 667 *non credas esse* -o commota tonitrua c.). COLVM. 3, 1, 7 -a et serena regio nullam *vitem* non recipit (*cf.* PALLAD. 1, 6, 10 locis ... -ioribus [*opp.* molestioribus; *cf. 3, 12, 3* in l. clementioribus]). DRAC. laud. dei 1, 586 serenum. *in iunctura* -um est (*nisi ad A*): GELL. 16, 3, 9 cum serenum atque -um est (*opp.* in diebus frigidissimis; *affert gr. ἐν ταῖς εὐδίαις*).

3 *quiete nocturna sopitae*: NEMES. cyn. 86 *Phoebe,* quae saltus -os (-as *var. l.*) silvasque pererras. **4** *discordia non fractae*: PRVD. ham. 246 laxa licentia rerum *naturae* turbavit -as rupto moderamine leges.

appendicula *spectans ad usum*: **1** *pro subst.*: **a** *neutr. inde ab* HOR.; *de animantibus v. p. 2278, 44 (?). 2280, 65 sqq., de re, actione v. p. 2278, 4 sq. 10 sq. 19 sq. 2279, 14 sq. 2280, 19. 69. 2281, 36.* **b** *masc. inde a* SEN., *v. p. 2276, 56 sq. 68. 74. 2279, 60 sqq. al.* **c** *fem.* **placida** (*sc.* navis *sim.*) *de genere navigii parvi remis armati* (*ita figuratur l. 52; de appellatione non constat [i. quae lente movetur?]. huc fort. spectat l. 25* [*in elogio itineris transmarini navi parum apta facti*]): GELL. 10, 25, 5 (*inter* navium ... appellationes) camarae, -ae, cydarum *eqs.* CIL VIII 27790, 16 (*saec. III/IV; in opere musivo supra imag. navis*) -a. VERS. inc. (*ibid., mutilatus; sub imag. navis*) -a ... onus.

2 *pro adv., sc. acc.* -um *i. q. placide*: CVLEX 149 quae *unda* levibus -um rivis sonat acta liquorum (liquorem *var. l.; cf. l. 1*). TERT. scorp. 12 p. 173, 25 sub altari martyrum animae -um quiescunt.

adv. ⁂**placidē.** *fort. scribitur* -ae CE 684, 2 (*v. p. 2283, 39*). *compar.* -ius *inde a* SALL., *superl.* -issime AVG. conf. 6, 1, 1 *et p. 2284, 8.* a *brevem testatur* LVCIL. 354. *legitur in versibus inde a* NAEV., PLAVTO (*20*^{ies}), *in orat. soluta inde a* CIC. [*falso trad. p. 2281, 12, in falsa var. l. pro* blandissime CIC. Cluent. 72; *e vers. falsa* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 142, 16 (*gr. I 1, 3 p. 50, 5 ἐπιεικῶς. cf. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 131*); *e coni. dub.* ANTH. 405, 7 (*cf. Watt, Class. et Med. 47, 1996, 265*).]

i. q. modo placido (*fere pendet e verbo, ex adi. p. 2283, 47. 62. 2284, 3; solum ponitur p. 2283, 15 sqq.*): **1** *pertinet ad rationem, condicionem ipsius actionis tranquillam sim.*: **a** *generatim respicitur potius*: **α** *qui (quod) agit sine festinatione, sumpto sibi tempore debito, per otium sim.*: Ⓘ *usu vario*: NAEV. trag. 3 contempla -e formam ... virginis (*sim. c. verbo percipiendi*: PLAVT. Mil. 521 vise ad me intro; ... -e noscita). PLAVT. Asin. 326 (*verba servi anhelantis*) -e ... unum quidquid rogita, ut adquiescam (*item c. verbo dicendi*: Mil. 1221 cum ipso ... sum locuta, -e ..., otiose. Trin. 881 si unum quidquid singillatim et -e percontabere). Bacch. 707 -e volo unum quidque agamus: hoc ubi egero, tum istuc agam (Poen. 545 -e otioseque [*opp.* si properas; *versum del. Leo, v. app. crit.*]). TITIN. com. 154 hodie hostes fugavit, spolia -e posterius

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leget (*an ad γ?*). Ⓘⓘ *cum verbis movendi*: PLAVT. Curc. 158 -e egredere et sonitum prohibe forium. Pseud. 242[b] quid ... tam ⌊-e is⌋? ([placidis *codd.*]. TER. Phorm. 867 suspenso gradu -e. LACT. inst. 6, 17, 13 -e ac leniter [*opp.* concitate]). CAES. Gall. 6, 8, 2 *Labienus* -e progrediebatur. BELL. Afr. 70, 2 -e leniterque procedens. VERG. Aen. 5, 86 *anguis* amplexus -e tumulum (SERV. quiete, SERV. auct. molliter). CVRT. 4, 15, 26 -e volantem aquilam. COLVM. 6, 2, 5 *ad boves* -e et cum quadam vocis adulatione venito. 7, 6, 9 ne procurrat *capra,* sed -e ac lente pabuletur. PLIN. paneg. 23, 2 sensim et -e. GELL. 5, 14, 11 sensim atque -e tamquam noscitabundus ad hominem accedit *leo.* APVL. met. 2, 7, 3 *puella* spinam mobilem quatiens -e. 10, 32, 3 *saltatrix habitu Veneris* -e commoveri cunctantique lente vestigio coepit incedere. *respiciuntur flumina*: CVRT. 3, 4, 8 -e manantis *Cydni* (*antea*: leni tractu ... labens). 9, 2, 17 flumen, quo latius fusum est, hoc -ius stagnat. ITIN. Eucher. p. 128, 5 largis ... ac -e (placidis *var. l.*) fluentibus aquis *Iordanis.* Ⓘⓘⓘ *sine verbo* (*fere monetur, ne quid fiat propere, temere*): PLAVT. Bacch. 833 forem ... aperi; -e, ne crepa. Merc. 137 loquere ... :: -e, volo adquiescere. 159 dice. :: at enim -e volo. 167 dissolve iam me *ab ignorantia* ... :: -e, multa exquirere ... volo. Mil. 220 propere hoc, non -e decet. Pseud. 242 quid properas? -e (*item* 922 [*920* otiose]). Rud. 1162. 1274.

β *qui (quod) agit sine vehementia, vi non adhibita sim.* (*huc vergit l. 11 sq.*): PLAVT. Men. 178 iam fores ferio? ... :: -e pulta. Rud. 425 *abstine manum.* :: non licet saltem sic -e bellam belle tangere? CIC. Tusc. 4, 13 cum ratione animus movetur -e atque constanter, tum illud gaudium dicitur (*opp.* cum ... inaniter et effuse ... exultat). SEN. nat. 6, 17, 1 *aer* quamdiu non impeditur, it -e; cum offenditur ..., insanit et moras suas abripit. FRONTO p. 233, 9 *Somnum oportet* -e et clementer pinnis teneris ... advolare. RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 7 splendor *dei* ... se ... mortalium oculis -ius et lenius offerens. PAVL. NOL. carm. 17, 35 *aer* flatibus puris -e ... spiret. *al.*

γ *qui agit, degit a vexatione, perturbatione liber*: PLAVT. Epid. 103 huc concedam, orationem unde horum -e persequar. Trin. 726 dormibo -e (*cf.* FRONTO p. 86, 22 nox, quae sequitur, fac iam -e quiescas sine ullius ... officii cogitatione). CIC. Tusc. 3, 25 his ... perturbationibus ... repugnandum est, si volumus ... *vitam* tranquille -eque traducere (*cf.* -e vivere: OV. am. 2, 9, 24 [*i. sine amoribus*]. trist. 4, 8, 30 optabam -e v. posse senex). *respiciuntur mortui*: TIB. 2, 4, 49 bene ... -eque ... quiescas (TAC. Agr. 46, 1. CE 2180 [*saec. II*[2]] iam -e posita Lethes in morte quiesce. *cf.* 684, 2 ⌊-[a]e⌋ requiescit in aula [⌊ ⌋ *nisi fuit* ⟨paci⟩s ... -ae]). CE 500, 14 precamur, ut iaceas -e.

b *speciatim*: **α** *in arte rhet. respicitur: stilus suavis, non concitatus sim. medii illius generis dicendi*: CIC. orat. 92 (*antea*: suavitatis) *cuiusdam* oratio ... sedate -eque ⌊liquitur⌋ (labitur *Purgold; cf. p. 2278, 30. addasne p. 2279, 44?*). *pronuntiatio sermocinantis non nimis festinans sim.*: IVL. VICT. rhet. p. 105, 4 loquere opportune, honeste, latine, dilucide, -e, plano ore, vultu quieto, clamore nullo *eqs.* **β** *in descriptione loci, qui paulatim se attollit*: LIV. 38, 20, 4 -e adclives ... colles esse. AMM. 22, 8, 20 attollitur Carambis -e collis contra septentrionem Helicen exsurgens.

2 *pertinet ad animum agentis non concitatum, aequum sim. vel mitem, benignum sim.* (*sc. erga inferiores e. g. l. 70. p. 2284, 3, superiores e. g. l. 61. p. 2284, 4*): **a** *in ferendo, patiendo sim.*: CIC. Verr. II 2, 84 *iniurias* hospitis -e ferendas arbitrabatur (Tusc. 2, 58 dolorem -e atque sedate. SEN. dial. 2, 6, 3 *homo* dura -e ferat et secunda moderate. *al.; cf.* PS. AVR. VICT. epit. 14, 9 quem *morbum* diu -e pertulerat). VAL. MAX. 9, 12 pr. accipere lucem prospere et reddere -e. SEN. dial. 9, 15, 5 humana vitia -e accipere. epist. 82, 1 in isto te vitae habitu compone -e, non molliter. PLIN. nat. 10, 41 *picus* sedit ita -e, ut manu prehenderetur. PLIN. epist. 7, 1, 6 -e leniterque dimissa *spe boni cuiusdam.* APVL. met. 9, 4, 2 aurium flexus ... -e patiebar. RVFIN. hist. mon. 11, 9, 13 dorsum suum ad vehendum -e praeparavit *crocodilus.* **b** *in loquendo* (*scribendo l. 66; cf. p. 2278, 10*): LABER. mim. 106 mente clemente edita summissa -e blandiloquens oratio *Caesaris.* SALL. Iug. 72, 1 -e respondit ([*postea*: iram oppresserat]. LIV. 6, 21, 9 AMBR. epist. 1, 3, 3). 83, 2 satis -e verba facit (102, 12 -e et benigne. HIST. AVG. Did. 4, 5). PS. QVINT. decl. 2, 14 tam -e, tam quiete *pater filium exhereditavit.* GELL. 1, 19, 7 rogat. 4, 1, 4 intercessit. 13, 20, 5 -e admodum leniterque ... inquit *reprehendens* (19, 1, 13 -e et comiter. AMBR. epist. 8, 57, 6 benigne satis et -e). 13, 25, 19 pervicaciam ... leniter ... ac -e obiurgaret. *al.* **c** *qualibet in re* (*agit stella apud* GERM.): SALL. Catil. 39, 2 quo plebem in magistratu -ius tractarent *nobiles* (Iug. 41, 2 populus et senatus ... -e moderateque inter se rem publicam tractabant. SEN. Med. 559 [*Iason Medeae*] precor ..., fervidam ut mentem regas -eque tractes: miserias lenit quies). LIV. 2, 3, 7 -e oratio accepta est (PS. CATO dist. 1, 20 munus. AVG. c. epist. fund. 27 p. 227, 2 -e modesteque. *cf.* excipere: MART. 9, 58, 5 libellos. CYPR. GALL. gen. 864). 25, 12, 10 qui *deus* vestros campos pascit -e. GERM. frg. 4, 57 *Venus* -e lucens ... temperat aestus *in Leone.* SEN. Herc. f. 739 quisquis est -e potens. clem. 1, 13, 4 qui potentiam suam -e ac salutariter exercet (AVR. VICT. Caes. 1, 1 victoriam). CVRT. 6, 3, 10 suis quis⟨que⟩ ... -ius paret (*sc. quam externis dominis*). SIL. 14, 79 his ... mitis -e dominator ... praefuerat terris Hieron (TAC. Agr. 8, 1). AMM. 22, 9, 1 *Iuliano* orbem Romanum -e iam regenti. PRVD. c. Symm. 2 praef. 30 *Iesus Petro supplicanti* -e adnuens (*spectat ad Matth. 14, 28*). AVG. epist. 23, 1 audi -issime, quae sequuntur (*an vocativus?*). serm. 294, 20 habete cum illis *errantibus* amice, fraterne, -e, amanter, dolenter. *al.*

deriv.: placiditas, placido (-are), placidulus.

compos.: dis-, implacidus. *cf. Onom.*

2. placidus *v. p. 2289, 11.*

[placillat: placat GLOSS.[L] V Aa P 680. *vix recte trad.*; 'placidat?' *Heraeus in exemplari suo.*]

placīsco *v.* placesco. **placitē** *v.* placeo.

placitio, -ōnis *f.* *a* placere. *i. q. placibilitas*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 5 p. 414, 29 *superbia* inferiori subicit inflationem et quandam -em sui. *Reineke.*

placītis *f.*, *πλακῖτις.* *genus cadmeae* (*cf.* placote): PLIN. nat. 34, 102 *cadmea tertia* dicitur -is ..., planitie crustă verius quam pumex.

1. placito, -āre. *a* placere. [*vix antiquitati tribuendum vid.* GLOSS. V 601, 68 inforare: in foro -are (*v. Loewe, Prodromus, 1876, 261 sq., qui confert Plaut. Curc. 401, et Du Cange VI 347 sq. s. v.* -are).] *i. q. placere*: PLAVT. Bacch. 1080 *non* -ant mores, quibus video volgo in gnatos esse parentes.

[2. placitō *v. p. 2274, 31.*] **placitum** *et* **placitus** *v.* placeo.

*?**placium** est stuppa et quasi crassedo serici et est Graecum nomen ISID. orig. 19, 27, 5 (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PL 65). *obscurum, nisi corruptum; vocis gr. πλακίον notio est aliena.*

placīvus *v. sub* placentivus. *M. H.*

***plāco,** -āvī, -ātum, -āre. *vi causativa iuxta* plăcēre, *ut e. g.* sēdāre *iuxta* sĕdēre, *cf. Leumann, Gramm. 1977, 550.* *scribitur* plak- *fortasse l. 54.* NOT. Tir. 64, 39 -at. *corripitur* pla- DRAC. laud. dei 3, 34 (*addasne* INSCR. christ. urb. Rom. 4155, 12 [*a. 561; dactyl.*] corda -ta [păcata *De Rossi*]?). *de notione et differentia*: SYNON. Cic. p. 434, 3 mulcet. lenit. -at. mitigat. temperat. exorat. p. 445, 19 sedare. ... -are. DIFF. ed. Beck p. 76, 16 *v. vol. VIII 1562, 6.* GLOSS. -o: *ἐξιλεοῦμαι. ἐξευμενίζομαι. ἱλάσκω.* -at: *ἱλάσκεται, καταστέλλει.* mollit. -vi: *ἐπράϋνα.* -or: *ἱλάσκομαι.* GLOSS.[L] I Ansil. PL 20 -a⟨s⟩tis: -tos fecisti⟨s⟩. *al.* *de constructione*: PRISC. gramm. III 302, 11 sq. illi *'ἀρέσκω αὐτὸν' καὶ 'ἀρέσκομαι αὐτῷ'*, nos '-o illum' et '-or ab illo' vel '-or illi' et 'placeo illi'. *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN. (*v. p. 2286, 61*), TER., LVCIL., *in prosa orat. inde a* RHET. Her., CIC., *per totam latinitatem.* [*pedem.* (*Canavese*) balkar, *monteferr.* barké, *langob.* balká, *aemil.* balké *'desinere, deficere', raet. occ.* abalker (*fort. etiam* plajer). *cf. M.-L. 6555. Wartburg IX 1. C. S.*] [*confunditur saepius in codd. cum* pacare, *v. p. 21, 7 sqq., cum* placere *e. g.* PLAVT. Men. 600 CIC. leg. 2, 22 LVCR. 4, 1158 SEN. contr. exc. 6, 1, 2 (*in falsa var. l. e. g.* PLIN. epist. 8, 3, 1 VVLG. lev. 10, 19; *falso trad.* ANTH. 479, 2. SACR. Leon. 93 hostiae tibi -tae [*cf. 776* placitam]. Gelas. 780 sacrificium tibi -tum [*cf. Leon. 956* placitum]; *cf. p. 2268, 46 sqq. 2286, 52*); *ceterum variat cum* complacare EPIST. Alex. p. 204, 12 (*v. ed. Boer, 1973, 27*). *incertum an recte legatur* GALL. carm. frg. 1, 9 plakato iudice (*sic Hutchinson, v. Zeitschr. Pap. Epigr. 41, 1981, 41 sq.; nomen* Kato *legunt alii*); *falso editur* ENN. frg. var. 105 -ans *sec. codd. rec.* Lact. inst. 1, 11, 63 (precans *antiquiores*); *falso trad.* CORIPP. Ioh. 7, 419 (*v. p. 2304, 67*).]

fere i. q. placidum, mitem reddere vel servare (cf. p. 2287, 14), lenire, mitigare, conciliare. *-at vel agens quidam vel instrumentum (v. l. 70; cogitatio per enunt. secund. significata p. 2285, 30); accedit pron. refl. p. 2285, 63. 2286, 3., cf. p. 2285, 25; mediopass. (exempla certiora) v. p. 2285, 66. 75.* *hic illic accedit vis conandi, e. g. p. 2285, 12. 2287, 3 et* DRAC. Orest. 466 (*cf.* DON. *p. 2285, 14*); *vergit in notionem persuadendi sim. sub IA1b, expiandi p. 2287, 18. 74.* *cui quis concilietur, indicatur per dat. p. 2285, 62 sqq. 2286, 66. 2287, 60. et saepe (refl. p. 2285. 68. 70. p. 2287, 63; cf. p. 2288, 21), per* in *c. acc. p. 2285, 65 (cf. p. 2288, 10); instrumentum conciliandi per abl. indicatur saepe inde a* PLAVTO Poen. 850 (*gerund.* LIV. 23, 8, 4 SEN. dial. 5, 1, 2 SIL. 13, 52; *cf. praepos.* per *e. g.* OV. met. 13, 461, de PS. APVL. herb. 80 l. 33 DRAC. Romul. 8, 167, in *p. 2285, 45. 2287, 64,* ex *p. 2287, 71*), *rarius pro subi. ponitur, sc.* PLAVT. Men. 600 *et e. g. p. 2285, 26. 2286, 11. 72. 2287, 4. 44; qua actione quis -tus abstineat, indicatur per* ab *p. 2285, 35,* ne *p. 2287, 62.* *fere pro syn. accedunt e. g.* exorare CIC. Mur. 61. 63 SEN. contr. 10, 3, 6 SIL. 13, 52. *al.*; expiare PETRON. 105, 4 CLAVD. 18, 20. *al.*; lenire CIC. Phil. 7, 25 fin. 1, 47 COD. Theod. 1, 2, 3. *al.*; mitigare LIV. 9, 1, 5 FRONTO p. 166, 14. *al.*; propitiare

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Poen. 850 (*cf. 848*). VAL. MAX. 1, 1, 1 CYPR. Demetr. 20. *al. fere opp. e. g.* concitare AVG. civ. 4, 11 p. 162, 4, *cf. p. 2288, 17*; irasci (*sc. passivo* -ari) PLAVT. Men. 600 CIC. fam. 4, 14, 4. *et saepius, cf. p. 2288, 13*; perturbare CIC. orat. 65. *in lusu verborum iuxta* placere AVG. civ. 6, 6 p. 256, 6 serm. 48, 2.

I *varia exempla*: **A** *-antur animantes vel partes, affectus, appetitus, coëtus sim. eorum (fere homines; animalia l. 39. 58, dei inter se agentes l. 41. 66)*: **1** *potius cum respectu animi, mentis (accedit abl.* animo *l. 65)*: **a** *vigente vi leniendi*: **α** *non indicatur, cui (rei) quis -etur*: Ⓘ *absolute vel obi. e contextu supplendo*: PLAVT. Men. 600 iratast ... nunc mihi; -bit palla, quam dedi (*sc. amicam ut*: LVCIL. 729 cum pacem peto, cum -o ..., cum appello meam. PETRON. 130, 8). TER. Haut. 1044 quod principium incipiam ad -andum, *nescio*. Ad. 144 ita est homo: quom -o, advorsor sedulo et deterreo (DON. id est, cum volo -are). RHET. Her. 4, 20, 28 (*exemplum homoeoteleuti*) audaciter territas, humiliter -as. CIC. dom. 45 multa ... ad -andum atque ad misericordiam reis concessa sunt. SALL. Iug. 71, 5 -andi gratia. Ⓘⓘ *c. acc. obi.* (*exempla selecta post* CIC.): TER. Phorm. 965 vereor, ut -ari possit *uxor*. ACC. carm. frg. 7 -are hostem ferocem inimiciterque accensum (CIC. Catil. 4, 22 eos *patriae hostes* ... beneficio -are. AVG. civ. 10, 21 p. 435, 19 donis). CIC. Font. 46 quae *virgo Vestalis* pro vobis ... tot annos in dis immortalibus -andis (*ad IIA1*) occupata est, ut ea nunc pro salute sua ... animos vestros -are possit (Balb. 62 si certorum hominum mentes ..., iudices, -are *non* possumus, vestros quidem a. ... confidimus ... humanitate vestra esse -tos. Phil. 10, 6 -a ... a. istum aliquando, *i. tuum. al.* VERG. Aen. 11, 300 SEN. epist. 56, 8. QVINT. decl. 321, 21 infestos a. -vere mensae. TAC. ann. 14, 4, 1. *al.; cf. p. 2288, 18. 70*). dom. 86 *in exilium pulsi* ab eodem populo -to sunt in ... dignitatem restituti. Mil. 95 plebem muneribus (FRONTO p. 213, 15 congiarieis). Tusc. 3, 71 quid hos aliud -vit, *mortuis filiis,* nisi quod luctum ... esse non putabant viri? *al.* HOR. epist. 2, 2, 102 genus inritabile vatum. PROP. 2, 33, 21 nostro nimium ⌞-ta⌟ dolore es (⌞ ⌟ pia facta *Barber, alii alia. item -atur amica, puella amata sim.* [*cf. l. 11*]: 3, 23, 5 *tabellae* iam sine me norant -are puellas. OV. epist. 20, 74. CALP. ecl. 3, 40 Phyllida carmine). LIV. 4, 33, 5 *Fidenas* beneficiis -are non potuistis. SEN. Tro. 51 -are quem non potuit a caede effera *Priamus senex eqs.*? (*alii* quem *pro pron. relat. accipientes vel ad Pyrrhum vel ad ensem referunt*). epist. 116, 7 irascemur, sed -bimur. LVCAN. 10, 386 -emus caede secunda Hesperias gentes (AMM. 18, 4, 1). PETRON. 72, 8 *atriensis* canem -vit (*item -antur animalia*: CORIPP. Ioh. 7, 487 rabidos lenire leones et -are feras). VAL. FL. 8, 275 (*loq. Absyrtus*) me ... una ... mersa sufficiet -are ratis? STAT. silv. 1, 2, 134 (*loq. Venus*) nisi me longis -asset Iuno querelis. QVINT. inst. 4, 3, 16 plurima sunt, ... quibus iudex ... -atur (8 prooem. 12. 11, 3, 170. *cf. e. g. l. 16. 23. 54*). CALP. decl. 24 -bo dexteram meam (*i. patris offensi me interficere volentis*). VET. LAT. gen. 32, 20 (Aug. quaest. hept. 1, 103; *loq. Iacob*) -bo vultum eius *Esau* in muneribus (*gr. ἐξιλάσομαι, cod. 100* placebo faciem eius, VVLG. -bo illum [*postea*: propitiabitur mihi]). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 210 p. 746 populi principes -bat obsequiis ([*gr. ἐχρῆτο ταῖς θεραπείαις*]. CASSIOD. hist. 3, 6, 9 ut videretur princeps -ari sermonibus [*prave vertitur Sozom. 2, 27, 11 διαλλάσσειν*]). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 189 muneribus eum *regem* -ans (*gr. θεραπεύων*). PALLAD. hist. mon. I 68, 3 p. 338[B] nonnullos pacifica concordatione -ando (*gr. p. 164, 4 εἰρηνεύων*). *al.* *-antur affectus sim.*: CIC. dom. 44 -vi odia improborum. har. resp. 63 nostrae nobis sunt inter nos irae discordiaeque -andae (PANEG. in Mess. 47 *si* iudicis i. sit -anda, tuis poterit mitescere verbis. LIV. 25, 6, 18. *al.; cf. l. 67. p. 2287, 6. 71*). Planc. 11 populi voluntates ... -are turbatas. HOR. sat. 2, 3, 13 invidiam -are paras virtute relicta? (STAT. Ach. 1, 145). PHAEDR. 4, 7, 4 severitatem frontis. STAT. Theb. 10, 289 *tigridis* immenso rabies ⌞-ta⌟ cruore (pacata *var. l.*). PAPIN. dig. 29, 6, 3 *vir* offensam aegrae mulieris maritali sermone -verat. *al.*

β *indicatur, cui (rei) quis vel quid concilietur (fere per dat.*; in *c. acc. l. 65, subst. copulata l. 73): respicitur, quocum aliquis in gratiam redeat sim.*: TER. Phorm. 784 fac, illa ut -etur nobis. CIC. Phil. 7, 25 *Antonius* ipse se -bit et leniet provinciae Galliae, a qua expulsus ... est? (*cf. 7, 24* esse pacatus). fam. 4, 14, 4 alteros tibi iam -tos esse intellego, alteros numquam iratos fuisse. *al.* NEP. Pel. 5, 2 numquam animo -ari potuit in eum, a quo erat violatus. OV. fast. 6, 761 Phoebe, ... -are parenti *tuo Iovi.* Pont. 4, 9, 52 ut mihi -etur principis ira. LIV. 8, 33, 1. 40, 20, 5 *Demetrius* spem habebat patrem sibi -ari posse (CASSIOD. Ios. antiq. 7, 196 p. 199 *his* gestis populo s. -to [*gr. τούτοις δημαγωγῶν τὸ πλῆθος*]). *al.* SEN. contr. exc. 6, 1, 2. SEN. Med. 846 -ate vobis munere ... novercam. STAT. Theb. 11, 379. MART. 4, 22, 1 primos passa toros et adhuc -anda marito *mulier quaedam.* FRONTO p. 166, 14 quod ... memoriae eius -em te ac mitigem. HIST. AVG. Max. Balb. 9, 4 populus et milites usque adeo -ti sunt, ut ... in concordiam redirent. *respicitur, cuius commodo aliquis se leniat*: SEN. Med. 507 ira concitum pectus doma, -are natis.

b *debilitata vel prorsus evanida vi leniendi -antur, quibus persuadetur aliquid verum esse*: MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 8 p. 713 probatio erat necessaria, si non ipse temetipsum -asses (*postea*: satisfactum tibi fuisse). ORIG. in Matth. 15, 15 p. 392, 1 si ... de divinis scripturis -ari quis vult, quoniam *eqs.* (*gr. πεισθῆναι*). 15, 22 p. 413, 22 auditorem ... -are de honestate sensus ([*gr. πεῖσαι*]. 16, 7 p. 488, 31 [*gr. δυσωπῆσαι*]. in Matth. ser. 124 p. 259, 17). *al. apud eundem.*

2 *potius cum respectu corporis, sc. reficiendi, curandi; spectat ad*: **a** *fessos*: ACC. praetext. 18 sopore -ans artus *meos* languidos. PRVD. cath. 6, 28 quies ... pectus ... feriatum -at rigante somno. **b** *esurientes, sitientes*: LVCR. 5, 938 quod terra crearat sponte sua, satis id -bat pectora donum. HOR. sat. 2, 8, 5 quae prima iratum ventrem -verit esca. OV. met. 15, 94 -are voracis ... ieiunia ventris. STAT. Ach. 1, 773 ut -ta *est* fames. MART. 1, 49, 17 avidam ... -bit sitim *fluvius quidam.* **c** *aegros (cf. l. 27 sqq.)*: MARCELL. med. 14, 2 cum diutius vexatae sunt partes supra dictae, *i. fauces sim.*, ut facile -entur. 35, 25 nervos (35, 33. 36, 74).

B *-antur res variae*: **1** *quolibet usu; respiciuntur*: **a** *varia molesta, incommoda, ingrata*: **α** *offensae, dissensiones sim.*: CIC. Att. 1, 17, 2 confidebam ... fore, ut omnia -rentur inter vos (*sc. in vita privata*). LIV. 3, 9, 10 (*praef. urbis alloq. senatum*) *tribunum plebis* tribuniciam potestatem invisam ... facere; quam -tam (pac- *var. l.*) reconciliatamque patribus de integro in antiqua redigi mala. PS. AVR. VICT. epit. 15, 9 *ut Pius* maluerit ... -are quam ulcisci seditionem (HIST. AVG. Gord. 7, 3 CASSIOD. compl. in act. 13, 42). INST. Iust. 1, 5, 3 per quas *decisiones* ... antiqui iuris altercationes -vimus. **β** *pestes, morbi sim.* (*cf. p. 2287, 15*): VET. LAT. Sirach 45, 2 *deus* in verbis *Mosis* ... monstra -vit (*gr. var. l. κατέπαυσεν*). PANEG. 2, 3, 4 (*in imag.*) parcam ... -tum ulcus offendere ([vulgus o. *var. l.*]. ORIBAS. syn. 9 add. Aa p. 375 -ando ... u. purgare). MARCELL. med. 35, 32 ad ... contusiones -andas doloresque sedandos. 36, 5 hoc ... medicamen ... -at dolores. 36, 69 fel apri ... optime -at podagram. *al.* **γ** *leges severae*: COD. Theod. 1, 2, 3 rigorem iuris -are aut lenire. 15, 14, 14 -tarum legum.

b *venti furentes, caelum sim.* (*cf. p. 2287, 12*): LVCR. 1, 9 *adventu Veneris* -tum ... nitet diffuso lumine caelum. 6, 48 sq. (*loco corrupto*) -entur (*sc. venti?*) ...; -to ... furore (*Lambinus*; favore *codd.*). PROP. 1, 17, 7 -tae ... fortuna procellae (*cf. p. 2287, 37*). VAL. FL. 1, 596 *Aeolus* -at ... fera murmura *ventorum.* STAT. silv. 3, 4, 4 mitis Cytherea ... -bit ... notos. APVL. mund. 22 p. 339 fulminat caelum ..., imbres rumpuntur, et rursus, -tis omnibus, amoena laetitia mundi reseratur. CORIPP. Ioh. 5, 192 -tis ... ventis (*Mazzucchelli,* placidis ... nautis *cod.*).

c *aquae (cf. p. 2287, 16 sq. 2288, 44): mare turbidum, quod tranquillum fit*: VERG. Aen. 1, 142 (*135* componere fluctus) *Neptunus* tumida aequora -at ([SERV. sedari, CLAVD. DON. placidum fieret]. OV. met. 11, 432. 15, 723 a. -to [pac- *var. l.*]. SVLP. SEV. dial. 3, 14, 2). PORPH. Hor. carm. 1, 3, 14 *Notus exercet* dominationem ... vel ad extollendos fluctus ... vel ad -andos (CLAVD. DON. Aen. 1, 65 p. 26, 3 [*opp.* erigendi; *cf. Verg. Aen. 1, 66* mulcere]). *al.* *fons amarus, qui dulcis fit*: EVCHER. laud. her. 11 has *aquas Moses* -vit (*exod. 15, 25*).

2 *per prosopopoeiam* (*cf. p. 2288, 33 sqq.*): CIC. fam. 9, 1, 2 (*antea: me* redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam) -tis iis utor. STAT. silv. 2, 2, 111 (*si recte legitur*) *ne* saepius isti *domini* ... -ent vineta *sua Tarentina, sc. illa visentes* (istis ... placeant *var. l.*).

II *respiciuntur res sacrae* (*sc. ita, ut fiat propitiatio deorum sim.* [*hominum, qui dei appellantur, sub A2a*]): **A** *quorumlibet*: **1** *generatim*: **a** *-antur ipsi dei eorumve mentes, affectus sim.* (*obi. e contextu subauditur l. 63 sq., quibus accedit locus incertus* LVCIL. 207, *v. vol. VII 2, 1851, 69*): **α** *varia exempla*: PLAVT. Poen. 850 meretrices ... primis hostiis Venerem -vere ([*cf. 848* propitiare]. CATVLL. 66, 90 [*coma alloq. Berenicen*] -bis festis luminibus v. LVCR. 4, 1158. *al.*). Rud. 23 *putant* scelesti ... Iovem se -are posse donis, hostiis (OV. ars 3, 654 donis. *al.*). SERV. Aen. 1, 281 bello Punico secundo, ut ait ENNIVS (ann. 291), -ta Iuno coepit favere Romanis (DRAC. Romul. 8, 166). ACC. trag. 298 nunc pergam, ut suppliciis -ans caelitum aras expleam (*sim. obi. supplendo*: MIN. FEL. 24, 12). CIC. Verr. II 4, 108 *e libris Sibyllinis* inventum est Cererem antiquissimam -ari oportere (OV. fast. 1, 671. VAL. MAX. 1, 1, 1 [*postea*: ad eam propitiandam]). 5, 36 mihi *aedili* Floram matrem populo *Romano* ... ludorum celebritate -andam *esse.* Font. 31 si quando ... deos -andos esse arbitrantur (*al.* HOR. sat. 2, 3, 206 -vi sanguine divos. carm. 1, 36, 2 fidibus ... -are ... custodes Numidae d. [PORPH. -are pro eo quod est gratiam ferre intellegendum, non ut -ari irati dicuntur]. *al.* OV. fast. 4, 777 dea *Pales.* LIV. 5, 17, 1 rite [27, 38, 1]. 9, 1, 5 ad -andos d. mitigandosque homines. *al.* GERM. 420 dona ... -tura d. *et saepius; cf. p. 2287, 32. 56. 2288, 48. 68*). Cluent. 194 pietate ... deorum mentes ... posse -ari (har. resp. 23 ludorum instauratione). dom. 140 divinum numen scelere violatum -are precibus (carm. frg. 22, 9 divom -antes numina tauris. CAES.

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gall. 6, 16, 3. AETNA 339 ture. OV. met. 13, 461 per tale sacrum. *al.* VAL. MAX. 2, 4, 4. SEN. Oed. 200 voto. *et saepius; cf. l. 35. 52. p. 2288, 54*). HOR. carm. 2, 14, 6 si trecenis ... -es illacrimabilem Plutona tauris. *al.* PANEG. in Mess. 14 parva ... caelestīs -vit mică. *et saepissime.* **β** *-atur ira sim. deorum* (*cf. B1b*): CIC. leg. 2, 22 impius ne audeto -are (*edd. vulgo,* -ari, placeri, placere *codd.*) donis ira'm deorum (OV. met. 12, 28 sanguine virgineo. LIV. 4, 25, 3. 8, 33, 7 SIL. 8, 234. *al.*). ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 2 ad -andas ... mitigandasque [ad] numinum furias. AVG. civ. 18, 9 p. 266, 29 ut iracundia *Neptuni* -retur.

b *-antur res vario modo ad deos pertinentes vel pro eis positae*: **α** *res naturales* (*sc. sacrificiis sim.; aliter sub IB1*): VERG. Aen. 2, 116 sanguine -astis ventos et virgine caesa (3, 115 -emus v. et Cnosia regna petamus [CLAVD. DON. non quia tunc asperi fuerant, ... sed ut ... flatus semper placidos exhiberent]). PAVL. FEST. p. 45 ad -andum caniculae sidus. PLIN. nat. 2, 15 dum esse -tas *pestes* ... cupimus (*postea*: Febris fanum ... dicatum est *eqs.*). VAL. FL. 4, 338 sacro -ti gurgitis amne (*cf.* TAC. ann. 6, 37, 2 cum ... *Tiridates* equum -ando amni adornasset). **β** *omina sim.* (*ita ut vergat in notionem expiandi*): LYGD. 4, 10 hominum genus omina noctis farre pio -ant. CLAVD. DON. Aen. 2, 185 p. 174, 4 religionis ... -andae causa factum esse ..., ut expiarentur *scelera.* **γ** *deorum imagines, vel arae, loca sacra sim.* (*cf. l. 46*): OV. met. 15, 574 *Cipus* -at odoratis herbosas ignibus aras (CLAVD. 18, 20). fast. 4, 759 tu, dea, ... fontes fontanaque -a numina *eqs.* SEN. Thy. 1059 caede votiva focos -vi. PRVD. perist. 5, 28 haec saxa, quae princeps colit, -ate fumo et victima. 10, 417 -anda *sunt* nobis pro triumphis principis delubra. CORIPP. Iust. 4, 153 -andis ... templis.

2 *specialia quaedam; respiciuntur*: **a** *homines vivi, qui instar deorum sunt: iocose*: PLAVT. Pseud. 329 (*loq. adulescens et leno*) *sacrificare volo* huic ... summo Iovi ... :: nolo victumas; agninis me extis -ari volo. *honorifice spectat ad potentes, vel qui dei appellantur, vel quibus sacrificia offeruntur*: OV. trist. 1, 3, 40 -to possum non miser esse deo (*i. Augusto ut*: 4, 4, 88. 5, 8, 22. *cf. p. 2288, 50*). Pont. 2, 1, 33 *Germanicum* iustitiam ... sui caste -asse parentis *Tiberii* (*nisi -atur Iustitia dea, ut locus ad 1a pertineat*). 4, 8, 23 di tibi sint (sunt *var. l.*) Caesar iuvenis, *i. Germanicus,* tua numina -a. SIL. 11, 251 te, *Hannibal,* sanguine laetum humano, *non* sit fas caesis -asse iuvencis. OPT. PORF. carm. 6, 35 cum munere sacro mentis devotae -arint fata procellas (*i. cum imperator mihi poenam remiserit; cf. Polara, comm. 1973, ad l.*). CLAVD. 5, 277 dabitur tibi, *Stilicho,* debita pridem victima; promissis longe -bere sacris (*sc. occiso Rufino*). **b** *di manes* (*cf. p. 2183, 64*): VERG. georg. 4, 547 -tam Eurydicen vitula venerabere caesa (SERV. auct. placabilem). HOR. epist. 2, 1, 138 carmine di superi -antur, carmine manes (OV. met. 13, 448 -et Achilleos mactata Polyxena m. fast. 2, 570 LIV. 1, 20, 7. SEN. Med. 971 victimā. LVCAN. 2, 174 sanguine. 8, 857. VAL. FL. 3, 408 [= 5, 98] carmina ... -antia m. TAC. ann. 1, 49, 3. *al.; cf. p. 2288, 59*). OV. met. 13, 468 is ..., quem caede mea -are paratis. fast. 2, 33 -tis ... sepulcris. 2, 533 animas ... paternas. SEN. Oed. 562 quidquid ... -at leves ... umbras (Phaedr. 1181. LVCAN. 6, 310 sanguine fuso. STAT. Theb. 4, 613 PORPH. Hor. epist. 2, 2, 209). LVCAN. 8, 772 -are peremptum *Pompeium* ... plenos et reddere mortis honores. 9, 1092 -ate caput *Pompei. al.* **c** *principes Romani eorumve propinqui post mortem dei facti*: MART. 9, 1, 6 supplex ... -bit matrona divae dulce Iuliae numen. PRVD. c. Symm. 1, 247 posteritas ... Augustum ... vitulo -vit et agno.

B *Christianorum vel Iudaeorum*: **1** *respicitur placatio dei*: **a** *pro obi. est ipse deus vel Christus eorumve qualitates, attributa*: TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 419, 9 deum optimum, si reddit -tus quod et abstulerat iratus (IREN. 2, 11, 2 -antes d. de his, quae ... blasphemaverant. CYPR. Demetr. 20 pro ... salute vestra propitiantes et -antes d. HIER. epist. 60, 17, 1. VVLG. I reg. 2, 25 si peccaverit vir in virum, -ari ei potest deus. *al.*). 4, 36 p. 547, 14 *caeco* satisfacienti quodammodo -tus filius David restituit lumina (*Luc. 18, 38sqq.*). CYPR. laps. 17 dominus nostra satisfactione -andus est (22. VVLG. exod. 32, 14 -tus ... est d., ne faceret malum, quod locutus fuerat [*cf. vol. X 2, 2051, 52sqq.*]. lev. 1, 3 ad -andum sibi d. Dan. 9, 19 exaudi, domine, -are, domine. Mich. 6, 7 in milibus arietum. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 2 precibus. *al.*). PRVD. cath. 7, 147 ieiuniis -are Christum (perist. 5, 558. CONC.^{S} I 3 p. 175, 1 [*gr. I 1, 3 p. 65, 21 θεραπεύειν*]). AVG. civ. 2, 29 p. 96, 26 his artibus *non* -atur divina maiestas. CASSIOD. Ios. antiq. 8, 24 p. 219 his petitionibus -ta est divinitas (*gr. ἥσθη*). *al.* **b** *pro obi. est ira sim. dei*: CYPR. laps. 16 p. 248, 22 ante offensam -tam indignantis domini (19 p. 251, 6. 36 p. 264, 2 [*iuxta* iram]). FILASTR. 11, 2 putantes dei iram ex hac vana observantia posse -are (*l. 70 et* QVODV. temp. barb. 1, 4, 1). **c** *absolute*: VVLG. exod. 30, 10 *Aaron* -bit super eo *altari* in generationibus vestris.

2 *respicitur placatio hominum, sc. qui expiantur, deo grati redduntur, quibus deus conciliatur*: RVFIN. hist. 5, 2, 5 *martyres* -bant omnes, accusabant neminem, ⌞solvebant cunctos, ligabant nullum⌟ (*sec. Matth.* 16, 19; gr. *πᾶσι ... ἀπελογοῦντο. cf. 5, 2, 6* vitam petebant eis a deo).

p. p. p. ※**plācātus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* *compar.* -ior CIC. Att. 11, 21, 3 LIV. 2, 60, 3. *al.* PLIN. nat. 2, 159. *al., superl.* -issimus CIC. Tusc. 1, 97. *de notione*: GLOSS. -us: *διηλλαγμένος*. delenitus. propitius vel propitiatus. GLOSS.^{L} I Ansil. PL 19 -a: tranquilla. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LVCR. [*e coni. incerta* LVCAN. 8, 665 ⌞-am⌟ ... deis faciem *Pompei mortui* (⌞ ⌟ *Francken, alii alia*; iratam *trad.*).]

i. q. placidus, lenis, mitis (*masc. pro subst. l. 32, neutr. pro subst. l. 44; c. dat. personae l. 15. 23. 26. al. [refl. l. 21; cf.* in *c. acc. l. 18. 22. 27], rei, sc.* vitiis, *l. 52; fere pro syn. accedunt e. g.* aequus *l. 24 et* CIC. orat. 34, mitis *l. 21. 55. 56,* placidus *l. 15,* propitius *l. 30. 35. 58. vol. X 2, 2053, 36,* quietus *l. 20sq. 40. 54,* tranquillus *l. 38. 40. al.; opp. e. g.* irascens *l. 32,* iratus *l. 68 et* CIC. Tusc. 4, 48. *al.,* turbulentus *l. 39*): **1** *varia exempla*: **a** *-i sunt animantes eorumve animi sim.*: PLAVT. Merc. 965 uxor tibi placida et -ast. CIC. Cluent. 138 populum Romanum sua sponte esse -um, hominum seditiosorum vocibus ... concitari. Sest. 87 consulis alterius summum studium, alterius animus paene -us (NEP. Iph. 3, 3 vixit ad senectutem -is in se suorum civium a. LIV. 6, 25, 3 satis -o a. 37, 45, 8 quanto ... maiore et -iore a. *al.; cf.* CIC. Tusc. 5, 16 animi quietus et -us status). Tusc. 4, 37 qui ... quietus animo est sibique ipse -us. Att. 5, 1, 3 nihil tam vidi mite, nihil tam -um, quam tum meus frater erat in sororem tuam. 11, 21, 3 scribis ... *Caesarem* per me Quinto fore -iorem. *al.* Q. CIC. pet. 46 ii possunt ab te -i aequique discedere. LVCR. 5, 1203 -a posse omnia mente tueri ([-a *trad.*; pacata *edd. praeter necessitatem, ut nos supra p. 23, 56; v. Smith, Class. Rev. 16, 1966, 265*]. SEN. Phoen. 183). LIV. 2, 60, 3 cum duci, tum ... patribus quoque -ior exercitus rediit. 28, 32, 1 vultu ac sermone in omnes -o. 37, 45, 6 -iore eo ... regis spe invento. OCTAVIA 85. TAC. ann. 1, 29, 1 ut *Tiberius* -us legionum preces exciperet. 2, 8, 1 (*iuxta* libens). FRONTO p. 25, 6 Hadrianum ..., ut Ditem patrem, propitium et -um magis volui quam amavi. p. 112, 16 quam ... -o ... ore nos adfatus es. AMM. 15, 12, 2 voces ... -orum iuxta et irascentium. HIER. epist. 49, 1 si ... te -um iudicem habuero (pacatum *var. l.*). *al.* *res per prosopopoeiam*: GERM. 117 fructus ... dabat -a colono sponte sua tellus (MART. 6, 52, 5 sis licet ..., tellus, -a levisque *eqs.*). AVR. Fronto p. 60, 26 propitiae -aeque sint *uvae* (*v. vol. X 2, 2056, 28*).

b *-ae sunt res variae* (*cf. l. 33*): **α** *incorporeae*: CIC. p. red. ad Quir. 2 si mihi tranquilla et -a omnia fuissent. orat. 63 de rebus -is ac minime turbulentis ... loquuntur. fin. 1, 71 ut *Epicurus* omnes bene sanos in viam -ae, tranquillae, quietae, beatae vitae deduceret. Tusc. 1, 97 *somnus* -issimam quietem adfert. SEN. Phaedr. 1190 o mors ..., confugimus ad te; pande -os sinus. AVR. Fronto p. 83, 6 cum tua valetudo -ior esse nobis coeperit. *neutr. plur. pro subst.*: AVELL. 8, 1 aliquantos -a miscere delectat ... *et* frequens strepitus excitatur. **β** *aquae*: CIC. Att. 8, 3, 5 ut ... -is utamur fluctibus. VERG. Aen. 3, 69 -a ... venti dant maria (CLAVD. DON. mare placidum fuerat).

2 *respiciuntur res sacrae*: **a** *quorumlibet*: **α** *-i sunt dei eorumve animi sim.*: CIC. off. 2, 11 deos -os pietas efficiet et sanctitas (OV. trist. 1, 1, 32 ille ..., -os miseris [misero *var. l.*] qui volet esse d. [*spectat etiam ad Augustum pro deo habitum, cf. p. 2287, 32*]. SEN. Ag. 582 redde ... Grais ... -os d. epist. 110, 1 [*v. vol. X 2, 2054, 56; iuxta* faventes *ut*: EDICT. imp. Diocl. coll. Mos. 6, 4, 1]. PLIN. nat. 28, 27 vitiis nostris). TIB. 1, 10, 21 *Lar* -us erat, seu quis libaverat uvam *eqs.* (*cf.* APVL. Socr. 15 p. 152 *Lar* -o et quieto numine domum possidet). PROP. 1, 14, 23 *Venus* mihi dum -a aderit. OV. met. 4, 31 -us mitisque ... adsis, *Liber.* 14, 593 *Iuno* -o ... adnuit ore. fast. 3, 789 mite caput, *Liber* pater, huc -aque cornua vertas. GERM. 646 si⟨s⟩ vati -a, precor, Latonia virgo. SEN. Oed. 248 quisquis deorum regna -us vides. PLIN. nat. 12, 83 *dei non* minus propitii erant mola salsa supplicantibus, immo vero ... -iores. *al.* *de dis manibus*: CE 2136 (*saec. I*) sint tibi -i manes. **β** *-a sunt cuiusdam generis fulmina, quae mittit Iuppiter* (*ad rem v. vol. VIII 337, 3sqq.*): FEST. p. 129 manubiae Iovis tres creduntur esse, quarum ... minimae moneant -aeque sint, alterae *eqs.* SEN. nat. 2, 41, 1. 2, 42, 1 laeta ... et -a fulmina.

b *Christianorum vel Iudaeorum* (*-ae sunt qualitates dei l. 71 et* SACR. Gelas. 268 iustitiam): CYPR. epist. 73, 12, 2 quomodo spiritus sanctus -us esse ei potest, qui aut filii aut patris inimicus est? AVG. in euang. Ioh. 113, 4 *Christus* respondet vera -us. SVLP. SEV. chron. 2, 15, 7 *Iudaeos* secundum merita iratum aut -um deum vicissitudine expertos. PAVL. PELL. euch. 434 *te, Christe,* -um rebar nostris adsistere votis. CASSIOD. in psalm. 40, 13 1. 242 *Christus* -o animo ibat ad crucem, tranquilla mente moriturus. VITAE patr. Iurens. 139 clementiam divinam ... habere -am. *al.*

adv. **plācātē,** *compar.* -ius. *i. q. animo placato, placide, leniter*: CIC. fam. 6, 1, 4 ut ... omnia humana -e et moderate feramus (6, 13, 3 remissius et -ius).

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. **plācanter.** *i. q. modo placandi (sc. se, iram suam), ut sit i. q. placide, leniter*: CONC.[S] II 5 p. 64, 19 ut nostras humiles voces dignemini -r accipere.

deriv.: placabilis, placamen, placamentum, placatio, placator (-trix), placatorius; *cf.* placor.

compos.: com-, de-, replaco, implacatus; *cf.* supplico *una cum tmesi* sub vos placo *Fest. p. 190. 309.* *Pieroni.*

placōdēs, -es, *πλακώδης, quod gr. respondet.* *i. q. formam habens tabulae vel plancae, planus sim.*: DIOSC. 5, 176 p. 241, 2 *genus ges Samias,* qui dicitur aster (astra *cod.*) placo[n]des (*corr. sec. gr. 5, 153, 1*). *trad. forma* placidus: ORIBAS. syn. 2, 56, 63 La p. 128, 1 auripimento optimus est ⌞-us⌟, auro similis (⌞ ⌟ *om. Aa*). 2, 56, 83 Aa p. 129, 22 afronitrus optimus esse videtur levior et -us (La levissimus et plagodis).

?**placontia,** (-ae) *f., a gr. πλακόντιον* (*Pap. Lond. 964, 20 pro πλακούντιον*) *sec.* placenta. [*vix recte trad. utroque cod.* CAEL. AVR. salut. praec. 48 -a utimur, quae plurimum nutriunt, ut ... pecorum carnes (pulmentis *Rose; pro glossemate ad 49 in textum venisse censuit Bulhart*).] *i. q. placenta*: GLOSS. III 87, 81 *πλακοῦς ἔγχυτος* -a libus (*an latet* placentia *pro* placenta*? cf. p. 2255, 44*).

placor, -ōris *m.* *a* placere (*cf. Quellet, Dérivés lat. en -or, 1969, 41 sq. et passim; cum* placare *vel* placidus *coniungere vid.* GLOSS. *l. 30. 32*). NOT. Tir. 22, 13 -r (*antea*: placet; *seq.* plecedus, conplacuit, displicuit). [*vix recte trad.* GLOSS. II 589, 55 planctio: planctus; -r: placator, *ubi* 'piator?' *Heraeus in exemplari suo (cf. var. lect. p. 2073, 25); an est scribendum* planctio: planctus, plangor; ⟨piator⟩: placator*? sim. sanandum esse vid. Gloss. I p. 42* planctio: planctus; plangor: placator.]

significatur status, quo aliquid alicui placet: **1** *deo* (*sapientiae l. 28*): VET. LAT. Sirach 4, 13 qui vigilaverint ad illam *sapientiam,* complectebuntur -em eius (*gr. ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης. huc spectat* GLOSS. Leid. Hessels 12, 7 -em: placationem). 39, 23 in praecepto ipsius *dei* -r fit et non est minoratio in salute illius (*gr. 39, 18 εὐδοκία. inde fort.* GLOSS. -r: tranquillitas). GILD. Brit. 42 chron. III p. 52, 1 *deus* ostendens, quomodo placaretur, ait: 'lavamini ...' (*Is. 1, 16 sq.*); quasi ⌞-is⌟ vicissitudinem adiungens ait: '... *peccata vestra* quasi nix dealbabuntur ...; si volueritis ..., bona terrae manducabitis; quod si nolueritis *eqs.*' (*Is. 1, 18 sqq.*; ⌞ ⌟ prelatoris, placationis *var. ll.; explicatur* GLOSS. Leid. Hessels 6, 22 -is: voluntatis). **2** *cuilibet*: VIRG. gramm. epit. 6, 7, 10 sicut Homerus ait ...: lunam potens ... spiritus ignit in -em lucis. GLOSS. -r: *ἀρέσκεια.*

placōtē *f., πλακωτή.* *genus cadmeae* (*cf.* placitis): DIOSC. 5, 95 p. 200, 2 est et alia cadmia, quae -e dicta est (*gr. 5, 74, 1 πλακωτή*).

placuntārium, -ī *n., πλακουντάριον.* *i. q. (parva) placenta*: GLOSS. III 15, 35 *πλακοῦς*: placuntaria (*transiitne plur. in nom. fem.?*). 47, 44 (*fab. de mure*) carnium ... diversitatem etiam et piscium super et placuntari⟨or⟩um dulciorum (*compar. an* dulci[or]um*? gr. πλακούντων. cf. 101, 59* placentarum).

placuntārius, -ī *m., πλακουντάριος.* *i. qui placentam facit vel vendit*: PAVL. sent. 3, 6, 72 (*inter urbana ministeria*) coqui, ⌞-i⌟, tonsores, pistores (⌞ ⌟ -cont- *codd.; cf. l. 14*). PALLAD. hist. mon. I 7, 8 p. 258[B] rec. *α* in hoc monte et -i habentur et medici, utuntur quoque vino (-cont- *var. l.,* -cent- rec. *β*; *gr. p. 26, 3 πλακουντάριοι*). GLOSS. II 408, 34 *πλακουντάριος*: -us, dulciarius.

placūs: *πλακοῦς* GLOSS. III 372, 22. *cf.* 87, 81 (*l. 18*).

placūsia *v.* plagusia.

pladarōsis, *acc.* -in *f., πλαδάρωσις* (*quod gr. alibi legi non vid.*). *nomen morbi, sc. plados*: CASS. FEL. 42, 1 reumatismum stomachi ... sive humectationem, quam -in vocant (*cod. P* pladaron).

pladōn, *acc. plur.* -untas (*pro* -ontas) *m., πλαδῶν.* *i. q. umore nimio laborans*: ORIBAS. syn. 3 add. p. 895 *emplastrum* ad stomaticos -as.

plados, *acc.* -on *m., πλάδος.* *nomen morbi*: CAEL. AVR. gyn. 1, 71 stomachi ... eversio sive humectatio, quam Greci pladon appellant (platon *cod., gr. p. 36, 20 πλαδήσεως* [*Rose*; *πλεδης εως cod.*]).

pladuntas *v. l. 57.* *M. H.*

1.[※]**plāga,** -ae *f.* [*dor. πλᾱγά́ (= att. πληγή); fort. sumptum e lingua servorum, qui fere plagis obnoxii erant, cf. poetas comicos* (*p. 2290, 21 sqq.*). *Fo.*] *de origine*: DON. Ter. Phorm. 220 plectar: feriar, unde et plectrum et -ae dictae. ISID. orig. 5, 27, 14 verbera dicta, quia ... aerem verberant; hinc flagra et -ae et flagella, quia cum flatu et strepitu in corpore sonant; nam -ae quasi flagae *eqs.* *scribitur* plac- *hic illic in codd. rec.* NOT. Tir. 91, 97 -a (*nisi ad* 2. plaga). *de prosodia*: VLT. SYLL. gramm. IV 260, 19 -a, cum pro verbere posita fuerit, primam syllabam longam habebit ..., cum vero pro zona caeli (*i.* 2. plaga), ... brevem. *de notione et differentia*: NON. p. 368, 35 -ae sunt verbera (*affert p. 2290, 36. 43*). p. 369, 1 -ae: vulnera (*affert p. 2290, 35. 43 et* VERG. Aen. 12, 299; *quae sequuntur, v. p. 2296, 23 sqq.*). DIFF. ed. Uhlfelder 210 ulcus per se exit, vulnus ferro; -a potest esse planus ictus; ... -ae etiam verbera vocantur. GLOSS.[L] II Philox. PL 8 -a: *πληγή*. 27 -ae. Abav. PL 7 -a: nigra vivex (*sim. s. v.* vibex *in indice ed. Goetz*). I Ansil. PL 79 -a: libor (*i.* liv-). *sim. al.; parum liquet de* GLOSS. taureae -ae: nervi genitales tauri (*significari vid. flagellum*). *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL., CATONE *per totam latinitatem.* [*val.* plagă, *it.* piaga, *sard. centr.* piae, *raet. occ.* (*Obereng.*) pleja, *or.* playe, *francog.* plaie, *francoprov.* plaga, *hisp.* llaga, *port.* chaga, praga *'exsecratio'. et var. deriv.; cf. M.-L. 6562. C. S.*] [*loco interpol.* LVCR. 2, 1020 MANIL. 1, 171, *lacunoso* PLIN. nat. 17, 257.]

i. q. πληγή, actio vel effectus percutiendi, feriendi, incidendi sim. (*fere de -a, quae fit vi magna vel cum noxa magna, sed de motione leni cogites e. g. p. 2291, 18. 64; gr. plerumque resp. πληγή, quod infra non attulimus, resp. aliud e. g. p. 2295, 2; stat metonymice pro re -am efficiente fort. l. 3. p. 2291, 7, pro homine p. 2294, 72 sqq.*): **I** *proprie; significatur*: **A** *potius actio* (*variat in contextu c.* ictus *l. 63. 73. p. 2291, 48. al., iuxta pos.* verbera *l. 28. 64* [*ubi disting.* vulnus]): **1** *percutiunt animantes, sc. fere homines (sed daemon l. 71, animalia l. 43. 72), aut eorum instrumenta*: **a** *infestando, laedendo (fere comminus, sed eminus p. 2291, 1. 6 sqq.*): **α** *animantes eorumve corpus (plerumque hominem, sed animal l. 29. 41. 43 sq. 56. 61. al.; exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Amph. 705 Bacchae bacchianti si velis advorsarier, ... feriet saepius; si obsequare, una resolvas -a. Asin. 419 (*servus ad servum*) latera conteram tua, quae occalluere -is (*item percutiuntur servi puniendi*: 557 [*loq. servus*] qui me vir fortior ad sufferundas -as? Epid. 121 irrigatum -is. Pseud. 136 -is costae callent. *al.* TER. Phorm. 781 [*servus sibi*] -ae crescunt, nisi prospicis. LVCIL. 768 [*si recte huc traximus*] cui saepe mille inposui -arum in diem. ALF. dig. 9, 2, 52 pr. si ex -is servus mortuus esset. SEN. contr. 2, 7, 4 -as deterrimi mancipi. *et saepius*). TER. Eun. 244 (*quidam parasitus fieri non vult*) -as pati *non* possum. CATO orat. 42 iniurias, -as, verbera, vibices *eqs.* SISENNA hist. 33 *equi* multis -is adversis icti (*in pugna ut e. g.*: BELL. Alex. 52, 4 iacentem ... levibus sauciat -is. SALL. hist. frg. 2, 87 A 18 superstantes ... saxa, pila, sudes iacere et multos ... comminus -is aut omni re deturbare. VERG. Aen. 10, 797 -am ... ferentis Aeneae ... mucronem). CIC. Verr. II 3, 56 *arator quidam* vi, malo, -is adductus est, ut frumenti daret *tantum.* 5, 119 adulescentes *capitis damnati* cum Sextio ... de -a et de uno illo ictu loquebantur (*item de -a per lictorem illata*: 5, 140 -is confectum ... a lictoribus tuis civem Romanum. *al.* PAVL. FEST. p. 115 delinquentibus -as ingerunt). Flacc. 65 Phrygem -is fieri solere meliorem (*proverbium, cf. Otto, Sprichw. n. 1409*). Brut. 243 pugnos et -as ... ferre possunt *pugiles* (*item respicitur pugilatus*: Tusc. 2, 56 -a vehementior. 2, 57 gravior. SEN. epist. 78, 16 athletae quantum -arum ore ... excipiunt!). LVCR. 5, 1072 *canes* fugiunt summisso corpore -as. 6, 805 -ae mactabilis instar (*cf.* -a mortis: VET. LAT. Sirach 25, 31. *al.*). VERG. georg. 3, 226 *taurus* gemens ... -as ... superbi victoris *tauri.* 4, 301 *vitulo immolando* -is ... perempto ... solvuntur viscera. PROP. 4, 8, 67 *Cynthia* nostris lassavit bracchia -is, *quia infidi fuimus.* OV. met. 3, 88 *draco* se retrahebat ab ictu *Cadmi* ... -amque sedere cedendo arcebat. 3, 328 (*Tiresias ad serpentes*) est vestrae si tanta potentia -ae, *sc. ut sexum meum mutetis* (*325 serpentes* baculi violaverat ictu). Ib. 608 teli ... -a novi. PAVL. FEST. p. 191 *pueri* puviendo coercentur, id est -is (*item verberantur liberi*: SEN. clem. 1, 16, 3 pater ..., qui adsiduis -is liberos ... conpescet. AVSON. 8 [322 S.], 27 -as ... sonantes [*24* verbere multo]. *al.*). CELS. 3, 18, 10 in quibus *insanis* continendis -ae quoque adhibentur (*sim. -is coercentur insani*: 3, 18, 21 fame, vinculis, -is. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 175 [*antea*: flagellis ... coercendos] -arum dolore vexentur. *ibid. iterum*). PHAEDR. 4, 1, 6 *asinus* cum labore et -is esset mortuus, detracta pelle sibi fecerunt tympana *Galli Cybebes* (*seq.* 11 *tympano facto* aliae -ae congeruntur mortuo. *item verberatur asinus*: COLVM. 7, 1, 2 *asellus* -arum et penuriae tolerantissimus. APVL. met. 4, 3, 3 *hortulanus* cum grandi baculo ... decurrit ... *et* me *Lucium* totum -is obtundit. *al.*). QVINT. inst. 1, 3, 14 *discipulus illiberalis* ad -as ut pessima quaeque mancipia durabitur (*antea*: caedi ... discentes. *item verberantur discentes*: SOL. 52, 44 si quando ad discendum -is sit admonendus *psittacus.* ARNOB. nat. 2, 19 p. 89, 2 -arum coercitione). SVET. Iul. 82, 2 tribus et viginti -is confossus est uno modo ad primum ictum gemitu ... edito. Vit. 10, 2 *milites Vitelli* verbera et -as, saepe vulnera, nonnumquam necem repraesentantes adversantibus. TERT. fug. 3, 2 *si persecutio affert* aut -am aut sanationem (*sim. -a afficiuntur martyres e. g.*: CYPR. epist. 10, 2, 2 saeviens diu -a repetita *tortoris.* PASS. Andr. long. 7 [*gr. πληγάς et αἰκισμούς*]). VET. LAT. Luc. 10, 30 (cod. 3. *al.* = VVLG.) *latrones* -is impositis abierunt. IVVENC. 4, 649 vertice ... in sancto *Christi* -is lusere nefandis (*spectat ad Matth. 27, 30*). VITA Anton. 9 p. 25, 6 *sanctus* non poterat stare propter -as daemonum. VVLG. num. 21, 6 ad quorum *serpentium* -as et mortes plurimorum venerunt ad Moysen. *et saepe.*

β *rem*: LVCR. 6, 169 ante fit, ut cernas ictum *caedentis procul arborem,* quam -a per auris det sonitum (*item -a infertur arbori caedendae*: OV. met. 10, 373 -a novissima). VERG. Aen. 7, 383 *pueris* dant animos -ae

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

turbini datae. NVX 168 sumit tela viator atque oculis -ae destinat ante locum (*cf. 69* pertica dat ... vulnera, *70* lapidum verbera. *in eadem re*: 171). SEN. dial. 3, 2, 5 (*antea: pueri* si ceciderunt, terram verberari volunt *quasi irati*) deluduntur ... imitatione -arum. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 31, 13 sicut lux nullam sentire possit -am vulneris, et ita auctor lucis nullam poenam senserit passionis. *al.* *respiciuntur machinae bellicae* (*hic illic fort. meton. de missili ipso, imprimis l. 8*): VITR. 1, 1, 8 *bracchia ballistarum* pariter utraque -am mittere debent (*postea*: telorum missionem). 10, 10, 6 vehementiorem. 10, 13, 2 *faber genere arietis invento* vementibus -is deiecit ... murum. 10, 13, 5 *Diades turres suas* tegebat ... coriis ..., ut ab omni -a essent tutae. 10, 14, 3 *testudinibus* reicientur -ae ballistarum (10, 16, 12. *item c. gen.*: 10, 16, 4 -am lapidis ballista inmissi. HEGES. 3, 11, 2 arietis). 10, 15, 1 *ut testudines* non planis frontibus excipiant -as.

b *curando, arte tractando, utendo (exempla certiora selecta, cetera v. p. 2292, 15 sqq. 59 sqq.); percutiuntur*: **α** *partes machinarum*: VITR. 10, 1, 1 cum spiritus et expressionibus inpulsus et -ā est vocesque ὀργανικῶς exprimuntur. 10, 16, 10 vasa pendentia ad -as ferramentorum sonare coeperunt. **β** *corpus animantis, sc. in medicina*: CELS. 3, 21, 12 tumores incidere altis -is oportet (4, 7, 3 satis altis. 7, 26, 1^{C} recta -a coles incidendus. 7, 26, 2^{H} -a lunata). 7, 2, 5 *quidam abscessus* rectam -am desiderant. 7, 19, 2 aperiendum ... audacter est, donec summa tunica ... incidatur; -a facta foramen deorsum versus subest (7, 26, 2^{H} altera transversa -a facienda est). APVL. flor. 16, 21 *talum luxatum* ingenti -a reconcilio. HIL. trin. 10, 14 *medicato potu sopitus* alti vulneris -am sensus carnis emortuus ... evadit. CHIRON 64 sub ipsum palpebrum intus scalpello -a⟨m⟩ directam das. CASS. FEL. 21, 5 levibus -is scarifabis. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 59 *Themison existimat* -is ferulae caedendas partes *aegrotas. al.* **γ** *vitis, arbor* (*ad putandum vel ut emanent umores*): COLVM. 4, 9, 1 putatio non debet secundum articulum fieri ..., sed medio fere internodio ea -a obliqua falce fit. 4, 10, 1 *surculus* umoris plenus facilem -am et levem et aequalem accipit. 4, 24, 21 *peractae hebete falce* -ae asperae atque inaequales vites lacerant (*postea*: ictu). PLIN. nat. 12, 58 laxatur hic *cortex turis* -a, non adimitur. 16, 57 aperitur picea ... non -a, sed vulnere ablati corticis. SOL. 35, 6 *balsamum* in sola cortice artifici -a vulneratur (*e* PLIN. nat. 12, 116, *v. p. 2292, 51*). *al.*

2 *percutiunt res naturales*: **a** *quolibet contextu*: LVCR. 4, 263 fieri ... perinde videmus corpore ... -as *venti* in nostro, tamquam aliquae res verberet (*cf.* 6, 309 ipsius -ae vis, *sc. qua ventus percutit nubem* [*311* ictu]). 5, 1095 caeli ... -a (*de fulmine ut*: 5, 1220 fulminis horribili cum -a ... tellus contremit). 6, 336 quod ... naturā pondera deorsum omnia nituntur, cum -ast addita vero, ... impetus ille gravescit, ut ... (339) obvia discutiat -is. SEN. nat. 1, 2, 2 cum *aer* spissior factus est, sentire -am *lucis* potest (*postea*: ex ictu ...; aer ... lumine percussus). 2, 12, 5 (*ex Arist. meteor. 369a29; de tonitru*) *terrarum vapor nubes ferit*; haec -a cum sono incutitur (*cf.* PLIN. nat. 2, 112 esse tonitrua inpactorum ignium -as). 6, 12, 1 is, qui *in concava terrena* supervenit, spiritus priorem et premit et elidit ac frequentibus -is ... cogit. GELL. 5, 15, 7 -a ipsa atque percussio, id vox est. OROS. hist. 1 prol. 10 ictibus fulminum -isque grandinum. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 18 (*de ictu noxio intra corpus febricitantium quodam, v. p. 1238, 39*). chron. 1, 4, 101 *ut vis somni* fatigata corpora ... irruente spiritu crassiore afficiat percussioni vel quassationi similes -as ingerendo. **b** *in doctrina Epicuri (Democriti l. 60) percutiunt atomi*: LVCR. 1, 633 *genitalis materia debet habere* conexus, pondera, -as, concursus, motus, per quae res quaeque geruntur. 2, 129 *corpora composita* multa videbis ... -is ... percita caecis commutare viam (*136* ictibus ... caecis). 2, 285 in seminibus ... esse aliam praeter -as et pondera causam motibus ...; (288) pondus enim prohibet, ne -is omnia fiant *eqs.* (*huc spectant*: CIC. fat. 22 *secundum Epicurum* tertius quidam motus oritur extra pondus et -am cum declinat atomus intervallo minimo. 46 *atomi* aliam ... quandam vim motus habebant a Democrito impulsionis, quam -am ille appellat *eqs.*). 2, 810 -ae quoddam genus, *sc. simulacri,* excipit in se pupula, cum sentire colorem dicitur album *eqs.* (*de ictu visibilium ut*: 4, 357 perit eius *imaginis anguli* -a *eqs.; de ictu odoris*: 4, 703. *generaliter*: AVG. util. cred. 1, 1 [*de hominibus nimis in corporalia progressis*] quas ab his *sensibus* -as atque imagines acceperunt, eas *solum* secum volvunt). 4, 940 (*de somno*) cum perveniant -ae *aëris* per parva foramina nobis corporis ad primas partis. 5, 188 (= 423) primordia rerum ... percita -is ponderibusque suis ... concita. 6, 1003 qui *aestus seminum e magnete fluentium* discutit aëra -is, *sc. inter lapidem ferrumque* (*in eadem re*: 6, 1020). *al.* LACT. opif. 4, 13 illas minutorum seminum -as et concursiones fortuitas.

B *potius id, quod efficitur percutiendo, incidendo sim.* (*variat in contextu c.* vulnus *p. 2292, 14. 31. 47. 62. al., iuxta ponitur vel distinguitur p. 2292, 20. 28. 36 et e. g.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 4, 2): **1** *de eo, quod efficitur actione animantis* (*sc. hominis praeter p. 2292, 23 sqq., imprudenter agentis p. 2292, 6. 39*): **a** *in corpore hominis vel animalis, sc. agitur plerumque de vul-* nere, incisione, morsu sim. (*sed de callo, vibice sim. l. 4. 10. 33. [cf. p. 2290, 1. 22. 24. 28.], de cicatrice l. 39. 41 [cf. l. 56], de adustione l. 19. 39; exempla selecta inde a* CELSO): PLAVT. Asin. 276 de tergo *meo* ducentas -as (*sc. callos sim. verberibus domini effectos*) praegnatis dabo. CIC. Phil. 7, 17 luculentam ... -am accepit, ut declarat cicatrix (*an ad A?*). VARRO rust. 2, 11, 7 siqua *ovis* in tonsura -am accepit, eum locum oblinunt pice liquida. LIV. 38, 21, 9 sq. *Gallorum nude pugnantium* foediores patebant -ae ...; (10) sed non tam patentibus -is moventur: interdum insecta cute, ubi latior quam altior -a est, etiam gloriosius se pugnare putant. PAVL. FEST. p. 369 vibices: -ae verberum in corpore humano (*cf. p. 2290, 1*). SEN. contr. 7, 5, 4 aspice corpus *mortuum* patris: quam gravis -a, quam alte adactus est gladius! CELS. 5, 26, 9 pulmone icto ... sanguis ... ex -a ruber. 5, 26, 23^{A} si -a in molli parte est, sui debet ...; si vero in carne vulnus est *eqs.* 5, 26, 27^{C} si late -a non patet. 5, 28, 13^{C} ulcere ablato super -am medicamenta danda sunt (*sim. -a fit a medico secante e. g.*: 7, 2, 6 ut -a ad similitudinem myrtei folii fiat. COLVM. 7, 11, 1 [*sus castratur*] cum duobus vulneribus inpressis per unamquamque -am singuli exprimuntur testiculi. *v. etiam l. 38; urente*: ORIBAS. syn. 8, 13, 3 Aa p. 222 vulnus ... adurere et post haec ipsa -a ne sanetur diu servare *eqs.* [*gr. 8, 12, 3* ἕλκος, *La* ulcus]). 8, 4, 9 -am, si ex vulnere est *eqs.* SEN. Oed. 141 atrā turpis e -a *hostiae* sanies profusa. CVRT. 9, 8, 20 cum etiam leves -ae insanabiles essent (*sc. veneno infectae*). LVCAN. 9, 740 *nihil mali* -a minatur (*de morsu animalis ut e. g.*: PLIN. nat. 20, 169 *semen quoddam* contra serpentes ... tritum -ae inponitur [*cf. Diosc. 3, 29 θηριοδήκτοις*]. 22, 103 *quiddam circumlinitur* scorpionum ... -is [*antea*: vulneribus; *cf. Diosc. 3, 80, 4 σκορπιοπλήκτων*]. 29, 91 *prodest* scorpio ipse suae -ae inpositus. FILASTR. 21, 2 [*ad num. 21, 9*] *Iudaei aspicientes serpentem aeneum* salvabantur a -is atque diversis vulneribus). PLIN. nat. 26, 141 lysimachia recentibus -is medetur. 28, 4 -is ... ferarum (*antea*: vulnerum). STAT. Theb. 8, 168 lavare vulnera et ... efflantes internectere -as. TAC. Germ. 7, 4 *pugnantes* ad coniuges vulnera ferunt nec illae numerare et exigere -as pavent. APVL. met. 8, 18, 7 fasciolis hiantes vincire -as. VET. LAT. Is. 53, 5 (Barnab. 5, 12, *sim.* Faustin. trin. 3, 4 l. 26) -a corporis illius *servi dei* omnes sanati sumus (*gr. μώλωπι, Vulg.* livore. *hinc pendet* I Petr. 2, 24 [Ambr. spir. 1, 9, 109] vulnere -arum [*Vulg.* livore; *vergit ad p. 2293, 39*]). FIRM. math. 6, 32, 43 -as, vulnera minora corporum, *eqs.* PRISCILL. tract. 1, 26 mitte manus in fissuras -arum manum mearum (*sec. Ioh. 20, 25–27*). CHIRON 710 dextra sinistra parte ipsius pulmonis (*i. ulceris*) -as scalpello aperias. VVLG. lev. 13, 28 -a combustionis est (*postea*: cicatrix est conbusturae). PRVD. perist. 9, 11 picta imago martyris *Cassiani* -as mille gerens. BACHIAR. repar. laps. 10 strenuum bellatorem cicatricum suarum -a commendat. *et saepe.*

b *in rebus; efficitur -a*: **α** *quatiendo, incidendo sim.*: VARRO rust. 1, 55, 2 *rami oleae* ita quati debent, ut harundine potius quam pertica feriantur; gravior enim -a medicum quaerit. OV. met. 13, 119 *Aiacis clipeus* tela ferendo mille patet -is (*cf.* PLIN. nat. 16, 209 *ea ligna* scutis faciendis aptissima, quorum -a contrahit se protinus cluditque suum vulnus). VITR. 7, 8, 1 *minii gleba* ex -is ferramentorum crebras emittit lacrimas argenti vivi. 7, 13, 3 *conchylia* ferramentis circa scinduntur, e quibus -is purpurea sanies *profluit.* PETRON. 40, 5 *servus* cultro latus apri ... percussit, ex cuius -a turdi evolaverunt (*in re simili*: 49, 10). 135, 4 sincipitis vetustissima particula mille -is dolata. PLIN. nat. 12, 116 *balsami* sucus e -a manat (*cf. Theophr. hist. plant. 9, 6, 2 ἐντομή*). 16, 60 *in picea* expletur ... -a resina, non cortice nec cicatrice (*cf. gr. ibid. 9, 2, 6 κοιλώματα*). 23, 134 altior -a (*opp.* summo cortice desquamato). 24, 57 *sucus salicis* manat in -a ... exciso cortice. SIC. FLACC. grom. p. 108, 15 *arbores finales* -is, id est latis cicatricibus, signatae inveniri debent, ut intellegantur eorum esse dominorum *eqs.* (*cf. l. 39*). MARCELL. med. 33, 26 cerasum ... mediam findito ita, ut per -am puer *aeger* traici possit, *eqs.* **β** *abscidendo, putando* (*ut significetur trunci planum, quod relinquitur parte abscisa*): COLVM. 3, 19, 2 *malleolus* cum fere circa -am, qua matri abscisus est, plenus sit germinum. 4, 7, 2 *non* eatenus -a constitit, qua vestigium fecit acies *falcis,* sed aestivis caloribus falce vulnus penitus inpressum ... inarescit. 4, 22, 5 *vineae detruncatae* vastior -a ... solis halitu torretur. 4, 24, 6 adlevatas -as terra *madefacta* ... linere. 4, 29, 12 dum -a trunci ducat cicatricem. *al.* PLIN. nat. 17, 84 -a deputati cacuminis. 17, 177 *lignum quoddam vitis* -is nascitur, non matre. 17, 259 (*nisi ad 2*) *stercore* -is ... arborum medentur (18, 328. 329). *al.*

2 *de scissuris, damnis sim., quae fiunt vi quadam naturali* (*neglectu, vetustate l. 72 sq.*): **a** *in rebus*: AETNA 504 emicat examen *lavae* -is, ardentia saxa ... incolumi fervore cadunt. TERT. pall. 2, 3 -a discidii (*sc. Italiae et Siciliae*). VVLG. lev. 14, 34 si fuerit -a leprae in aedibus (14, 35). CYPR. GALL. Ios. 303 *follis* -a negat vincire liquorem *vini* (*cf. Vulg. Ios. 9, 13* utres vini ... rupti sunt). VAL. CEM. hom. 10, 2 scissa -is vestimenta sarcire. **b** *in corpore hominis*: VVLG. lev. 13, 2 in cuius carne ... ortus fuerit diversus color sive pustula aut quasi lucens quippiam,

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

id est -a leprae (13, 3. *al.; cf. p. 2292, 71 et distingue p. 2295, 4*). 13, 26 *si non* humilior -a, *sc. leprae,* carne reliqua. 13, 32 (*29* in cuius capite vel barba germinarit lepra) si non creverit macula ... et locus -ae carni reliquae aequalis. 13, 34 stetisse -a (*37* stetisse macula). Ps. Mvsa herb. Vett. l. 139 ad carbunculum: ... Vettonicam ... tritam -ae inponat (*an coll. p. 2292, 15 spectat ad vulnus exciso carbunculo effectum, ut ad Ia pertineat?*). Plac. med. 12, 2 rec. α ad -as de facie tollendas: ... mulier de pulvere *eboris* si cotidie faciem ... fricaverit, -as mundabit.

II *in imagine vel translate, sc. de actione, qua quis clade, damno, perditione sim. afficitur, vel de statu ita effecto* (*distingui vid.* vulnus *l. 24. 56. 64, variat in contextu p. 2294, 69. 70*): **A** *vigente respectu eius, qui fere prudens -am efficit*: **1** *-a infligitur a quolibet infestante* (*sc. fere ab homine [aliter l. 28]; -a infligitur fere aliis [rei publicae l. 17], sed ipsis percutientibus l. 24 et hic illic sub b*): **a** *usu vario*: Cic. Verr. II 3, 133 cum ... in foro ... hoc ... tibi obiectum esset, tu umquam tantam -am tacitus accipere potuisses, nisi *eqs.*? Sest. 44 (*de suo exilio*) -a ... sanabilis. Vatin. 20 mortiferam -am ... auguratus tui (*antea*: volnera, quibus rem publicam putasti deleri). prov. 16 *cum Albucius* hac una -a conciderit: ignominia senatus. orat. 228 (*orator comparatur cum gladiatore*) orator nec -am gravem facit, nisi petitio fuit apta *eqs.* Tusc. 3, 59 ut ex illo *malo* necopinato -a maior sit. nat. deor. 1, 70 *Epicurus disputando* graviorem ... -am accipiebat, ut leviorem repelleret. fam. 16, 12, 4 maximam ... -am accepit *Caesar,* quod ... T. Labienus socius sceleris esse noluit. *al.* Lvcr. 4, 1070 *furor amoris* gravescit, si non prima novis conturbes volnera -is (*cf. p. 2294, 3 sqq.*). Nep. Eum. 5, 1 *Eumenes absens capitis damnatus est*; hac ille perculsus -a non succubuit. Hor. epist. 2, 2, 97 *in certamine poetarum* caedimur et totidem -is consumimus hostem. Ov. Pont. 4, 16, 5 (*alloq. invidum*). Apvl. met. 4, 34, 4 invidiae nefariae letali -a percussi. Tert. scorp. 9 p. 165, 28 *sciebat Christus* priorem esse pudoris quam corporis -am. Vet. Lat. I Macc. 13, 32 (rec. L, *sim. cett.*) *usurpator* fecit -am magnam in terra (*respici vid. populatio sim. ut*: 15, 29 [recc. L, V, X] fines eorum desolastis ⟨et fecistis⟩ -am magnam super terram [*rec. B* caedem magnam]. Hyd. chron. II p. 18, 49 Hispani ... residui a -is barbarorum). Cypr. ad Donat. 11 laceratae domus -ae ..., rei familiaris exhaustae damna. Avg. in epist. Ioh. 5, 1 *si* dixerit se ... non habere peccatum, accipit ... -am ex ... epistula (*sc. 1, 8*): 'si dixerimus ..., veritas in nobis non est'. ord. 1, 1, 3 -as quasdam opinionum, quas vitae cotidianae cursus infligit, ... liberalibus medicant disciplinis. Barnab. 7, 2 filius dei ... passus est, ut -a illius vivificaret nos (*item generaliter de passione et morte Christi*: Caes. Arel. serm. 142, 4 [*spectat ad Is. 53, 3 sqq.*] *Christus* in -a homo, ante -am deus, post -am homo deus. *cf. p. 2292, 33 sq.*). *al.* *de clade militari* (*cf. l. 30 sqq.*): Cic. off. 1, 84 haec, *sc. apud Arginusas accepta,* ... Lacedaemoniis -a mediocris, illa, *sc. apud Mantineam accepta,* pestifera. Att. 5, 20, 4 *Bibulus* cohortem primam totam perdidit ...; sane -am odiosam acceperat (11, 16, 1 in Asia). Vet. Lat. I reg. 4, 10 (cod. 115. *al., sim.* Vvlg.) facta est -a magna valde et ceciderunt ex Israel tria milia virorum (II reg. 18, 7 [cod. 115] f. est ... -a magna valde: xxv mil(ia) virorum [*gr.* θραῦσις, Vvlg. -a ... viginti milium]. *al.*). II Macc. 12, 27 (rec. X) post horum *hostium* -am (*gr.* τροπὴν καὶ ἀπώλειαν, *rec. V* fugam et necem, *M* stragem). Heges. 1, 32, 7 *ea* -a humiliati Arabes. Greg. Tvr. Franc. capp. 8, 12 de ... -a super Ratharium. *al., v. e. g. p. 1242, 34 sqq. et cf. p. 2295, 25.* **b** *in sacra script. et apud Christianos c. respectu salutis aeternae, fidei sim.* (*quae pereunt noxa diaboli, peccato, doctrina pagana, rebus terrenis sim.*): Tert. scorp. 4 p. 152, 23 de dei voluntate conpungimur et ingeminat scorpius -am. Vet. Lat. Is. 1, 6 (Rufin. Orig. in lev. 8, 5 p. 402, 13, *sim.* Vvlg.) non est vulnus neque livor neque -a cum fervore. Iren. 4, 2, 7 (*spectat ad num. 21, 6 sqq.*) non aliter servari homines ab antiqua serpentis -a, nisi credant in eum *Christum salvatorem* (4, 24, 1 Avg. c. Iulian. 1, 3, 5). Cypr. laps. 4 (*cum respectu lapsorum*) corporis nostri -a ..., populi ... multiplex ... iactura. Novatian. Cypr. epist. 30, 7, 1 si pectoris et conscientiae suae letalem -am ... medica manu tractant *lapsi* (Evseb. Gallic. hom. 23, 8). Firm. err. 16, 4 ut per vos *imperatores* vulneris istius, *sc. cultus cuiusdam pagani,* -a curetur. Hier. hom. Orig. in Luc. 34 p. 191, 25 (*ad 10, 30, v. p. 2290, 68*) quae sunt -ae, quae vulnera ...? vitia atque peccata. Prvd. c. Symm. 1, 15 publica morum -a (*sc. erroris gentilis*). Avg. nupt. et concup. 1, 12, 13 iuste redigitur in usum generandi -a peccati (*i. carnalis concupiscentia*); huius -ae quidam pruritus in adulteriorum ... foeditatibus regnat, in conubiorum vero necessitudinibus servit. util. cred. 2, 4 propter peccata mea ... -is veternosarum opinionum sauciatum oculum animae gerens. Prosp. sent. 101 bona est peccati confessio, si et curatio consequatur; nam quid prodest detegere -am et non adhibere medicinam? Lavrent. eleem. p. 113[D] *ut* evellas ... de visceribus tuis -as *peccati.* *al.*

2 *-a infligitur a deo, sc. fere castigandi, emendandi sim. causa* (*hic illic vergit ad notiones q. s. poena, malum sim.*): **a** *a quolibet deo paganorum*: Cic. Tusc. 3, 72 existumant ... diis inmortalibus se facilius satis facturos, si eorum -a perculsi adflictos se ... esse fateantur. Ov. Pont. 2, 7, 42 continuo Fortunae vulneror ictu vixque habet in nobis iam nova -a locum. Sen. Phaedr. 281 non habet latam data -a *Cupidinis* frontem, sed vorat ... medullas (*cf. p. 2293, 24 et* Mart. 6, 21, 10 *Venus* percussit pectora ...; -a iuvat. Porph. Hor. carm. 3, 26, 11 ['flagello tange Chloen'] vult ... Chloen ... percuti vel una amoris -a ⟨a⟩ Venere).

b *a deo Iudaeorum et Christianorum (cf.* Cassiod. in psalm. 38, 11 -ae sunt correptiones, quae de flagello veniunt, quibus pro nostris peccatis iustissime verberamur. *opp.* beneficium *l. 26,* venia *l. 16,* indulgentia *l. 30); -a afficit*: **α** *quoslibet*: Tert. apol. 41, 4 ut omnes saeculi -ae nobis ... in admonitionem a deo obveniant, vobis in castigationem. ieiun. 16 p. 295, 3 (*spectat ad I reg. 4, 17 sqq.*) eliditur pro templi foribus senior Heli, filii eius in acie ruunt ...; hanc enim meruerat a deo -am domus impudens *eqs.* adv. Marc. 1, 24 p. 324, 24 fulminibus ... *et* bellis et pestibus aliisque -is creatoris *obiectus.* 4, 23 p. 498, 14 (*spectat ad IV reg. 1, 10 sqq.*) ignium -am Helia postulante. resurr. 20, 8 Israhelis -as aut venias, captivitates, restitutiones ... perorant *prophetae.* Vet. Lat. num. 11, 33 (cod. 100. *al., sim.* Vvlg.) dominus indignatus est in populum et percussit populum -a magna nimis et vocatum est nomen loci illius, *sc. sepulturae,* memoria concupiscentiae. II par. 26, 20 (cod. 109 = Vvlg.) *Ozias lepra correptus sensit* -am domini (*gr. ἤλεγξεν αὐτὸν κύριος. an ad I?*). psalm. 38, 11 (cod. 304. *al.*) amove a me -am tuam (*gr. μάστιγας,* cod. 303. *al. et* Vvlg. -as meas, *cod. 300* flagella tua). Iren. 5, 34, 2 'dolor ... -ae' (*Is. 30, 26*) est, per quam percussus est homo initio in Adam inobaudiens, hoc est mors *eqs.* Cypr. Demetr. 5 in -as generis humani censuram dei indignantis accendi (*antea*: bella ..., sterilitas et fames *eqs.*). 23 ut *deus,* qui beneficiis non intellegitur, vel -is intellegatur. Lact. inst. 5, 22, 13 -is ac verberibus emendat *deus.* Gavdent. serm. praef. 43 quibusdam mortiferae sunt istae -ae, quibusdam salutares. Pass. Thom. 8 *in gehenna* finis -ae nullus occurrit (*disting.* -a transitoria; *opp.* indulgentia). Hier. in Dan. 9, 11[a] ut correpti in -a ad te reverteremur. in Mich. 1, 6 l. 253 *Samaria* sagitta domini vulnerata et -am sermonis accipiens suum cognoscet errorem (*cf.* Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 8 -am verbi). Vvlg. lev. 26, 28 corripiam vos septem -is propter peccata vestra (*cf. 26, 18* correptiones ... septuplum). Iob 23, 2 (*loq. Iob*) manus -ae ⌊meae⌋ (*i. quae me percusserunt*). Ier. 30, 14 (*loq. deus Israhel*) -a ... inimici *ego* percussi te castigatione crudeli. Rvfin. Orig. in num. 19, 4 p. 183, 20 -am, quae in fine saeculi impiis veniet, effugiunt. Avg. in epist. Ioh. 8, 9 -a caritatis. *al.* *pendet gen. indicans, qua in re constet -a*: Tert. anim. 57, 7 -a caecitatis (*spectat ad act. 13, 11; cf. p. 2295, 21*). Vet. Lat. exod. 12, 13 (Priscill. tract. 6, 110) -a exterminii (Vvlg. -a disperdens). Gavdent. serm. praef. 41 in omni tribulationum -a. Avg. in psalm. 32, enarr. 2, serm. 2, 10 christianum cor in deum pressurarum -is extenditur. Salv. gub. 4, 10 -a iustae coercitionis. *al.* **β** *Pharaonem et Aegyptum, sc. sec. exod. 7, 14 sqq.*: Tert. paenit. 12, 8 Aegyptius imperator ... post tot documenta -arum *in mari periit.* Vet. Lat. exod. 11, 1 (cod. 101, *sim.* Vvlg.) adhuc unam -am ego inducam in Faraonem. 12, 13 (Cypr. testim. 2, 22. *al., sim.* Vvlg.) non erit in vobis -a deminutionis, cum percutiam terram Aegypti. Iudith 5, 10 (cod. 151. *al., sim.* Vvlg.) percussit deus totam terram Aegypti in -is. Iren. 4, 30, 4 *ex libro apoc. intellegitur* easdem -as universaliter accipere gentes, quas tunc particulatim accepit Aegyptus. Gavdent. serm. 7, 10 *Farao* multiplicibus -is cum suo populo verberatus hanc excepit poenae ultimam -am, ut omnes primi nati Aegyptiorum ... interirent. Vvlg. exod. 9, 14 mittam omnes -as meas super cor tuum (*15* percutiam te et populum tuum peste). Rvfin. Orig. in exod. 4, 1 p. 171, 23 in prima ... -a (*item -ae numerantur e. g. ibid.* 4, 4 p. 174, 22. 175, 2 Avg. civ. 10, 8 p. 413, 30 in tertia -a). Prvd. apoth. 360 Aegyptia -a. Oros. hist. 7, 27, 3 diversae ibi -ae Aegyptiorum, diversae hic calamitates Romanorum. *al.* decem -ae (*cf. p. 2295, 64*): Rvfin. Orig. in exod. 4, 6 p. 177, 9 *ut Moses Aegyptum* d. -is, id est d. mandatis, quae in decalogo continentur, corripiat (*cf.* Avg. serm. 8, 2 d. sunt -ae ..., d. sunt praecepta. *al.*). Svlp. Sev. chron. 1, 14, 6 d. -is corporis et regni sui contusus *Pharao.* 2, 33, 3 (*transfertur ad apoc. 13, 1*) d. -is mundum afficiendum pronuntiatum est, ita cum iam viiii fuerint, quae superest (*sc. Antichristi*), ultima erit. Oros. hist. 7, 27, 15. *al.*

B *evanescente respectu eius, qui -am efficit* (*hic illic nimirum de deo infligente cogitare possis, maxime sub 3*): **1** *respicitur mors propinqui cuiusdam* (*huc pertinet, si recte suppl.,* CE 2106, 1 [*saec. I a. Chr.*]): Sen. dial. 6, 1, 5 ut scires hanc quoque -am esse sanandam, ostendi tibi aeque magni vulneris cicatricem. 12, 1, 1. epist. 99, 29 severius ista -a curanda est. Stat. silv. 2, 1, 4 vulnus hiat magnaeque patet via lubrica -ae. *al.* Apvl. met. 4, 13, 1 orbitatis duplici -a petiti *latrones* (*sc. sociis occisis*). *al.* *meton. de ipso homine, cuius mors -am attulit*: CE 1218, 3 Antoni fratres, ⌊vivorum -a parentum⌋, perfuncti fato (⌊ ⌋ *inde suppl.* 1057, 1).

2 *respiciuntur certi morbi graviores* (*in serie longiore v. p. 2295, 25*): Plin. nat. 20, 105 *bulbi* silvestres interaneorum -as et vitia ... sedant. Vet.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LAT. Marc. 3, 10 (cod. 4, *sim. al. et* VVLG.) ut illum *Iesum* tangeret, quicumque habebant -as (*gr. resp.* μάστιξ *ut*: Luc. 7, 21 [*ibid.*] *Iesus* curabat multos a languoribus et -is [*cod. 2* flagellis, *3 et 6* verberibus]. *al. in euang.*). VVLG. deut. 24, 8 ne incurras in -am leprae. VINDIC. epist. ad Valent. 9 *ne vox* languescat pulmonique et stomacho -am inferat. IOH. BICL. chron. II p. 213, 573, 4 mortalitas inguinalis -ae exardescit (p. 214, 574, 4). ARATOR act. 1, 780 (*spectat ad paralyticum sanatum sec. act. 9, 32 sqq.*) octavus ut aegrum solveret a -is exstincti corporis annus. *al.* **3** *respiciuntur quaelibet calamitates, damna, aegritudines sim.*: TERT. ieiun. 13 p. 292, 6 spiritus sanctus ... ex providentia imminentium sive ecclesiasticarum temptationum sive mundialium -arum ... huiusmodi officiorum remedia mandabat. VET. LAT. Ier. 15, 18 (cod. 177. *al., sim.* VVLG.; *propheta queritur sortem suam*) -a mea solida est! unde sanabor? CYPR. mortal. 25 non deo gratias agis ..., quod ... *morte maturiore* -is imminentibus exuaris? GAVDENT. serm. praef. 12 non semper aegritudinum -as pro peccatorum cumulo nostris corporibus irrogari ([*13* ae. ... vexatione]. 44 *si deo* gubernaretur hic mundus, numquam promiscue bonos et malos tribulationum, dolorum, aerumnarum atque ae. -ae conficerent, quoniam *eqs.*). AVELL. 2, 112 (*a. 383/4*) unde sunt tot -ae, quibus orbis Romanus quatitur? VVLG. Tob. 2, 13 non est contristatus contra deum, quod -a caecitatis evenerit ei (*12* hanc ... temptationem ... permisit dominus evenire illi). Iob 4, 5 (*loq. amicus*) nunc ... venit super te -a et defecisti. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 4, 2 de praesenti ... hac -a et vastatione (*de eadem re*: 8, 16, 4 ipsa praesentis -ae molestia). HYD. chron. II p. 18, 48 quattuor -is ferri, famis, pestilentiae, bestiarum ubique ... saevientibus (*sec. Ezech. 15, 21*). p. 18, 49 subversis memorata -arum grassatione Hispaniae provinciis. *al.*

appendicula iuncturarum: **1** *iuncturae verbales potiores*: **a** *-am pati sim.*: PLAVT. Asin. 557 ad sufferundas -as (*cf.* ferre: CIC. Brut. 243 Tusc. 2, 46 AMBR. exc. Sat. 1, 40; perferre: CIC. Tusc. 2, 41). TER. Eun. 244 pati (VITR. 10, 16, 4). CIC. Verr. II 3, 133 accipere (Sest. 44. *al.* VARRO rust. 2, 11, 7 COLVM. 4, 10, 1. *al.; cf.* excipere: VITR. 10, 15, 1 AMBR. exc. Sat. 1, 40; *sim.* LVCR. 2, 810 -ae quoddam genus. SEN. epist. 78, 16 quantum -arum). **b** *-a percutere sim.*: PLAVT. Epid. 121 inrigatum. Pseud. 159 retunsast. SISENNA hist. 33 icti (LVCR. 1, 528. MANIL. 1, 171 [*interpol.*]). CIC. Tusc. 3, 72 perculsi (NEP. Eum. 5, 1). LVCR. 1, 1025 percita (*al. apud eundem*). BELL. Alex. 52, 4 sauciat. NEP. Eum. 4, 2 vulneratur (LVCIF. reg. apost. 6 l. 57. *al.*). CELS. 3, 21, 12 incidere (*al. apud eundem; cf.* excidere: CELS. 8, 6, 2; intercidere: CHIRON 707). APVL. met. 4, 34, 4 percussi (PORPH. Hor. carm. 3, 26, 11. *et saepe, v. e. g. p. 1242, 34 sqq. 1247, 36 sqq.*). **c** *-am inferre sim.*: CATO orat. 42 facere (CIC. orat. 228 CELS. 7, 19, 2. *al.; cf.* efficere: COLVM. 4, 25, 2). CIC. Mur. 48 -a est iniecta (AVELL. 139, 5. *al.*). Sest. 44 imposuisset (VAL. MAX. 9, 10 ext. 2 PETRON. 105, 4. *al., cf. iam* LVCIL. 768 mille ... -arum). Vatin. 20 inflixisses (TERT. pudic. 21 p. 269, 11 VEG. mil. 1, 9, 7. *al.*). LVCR. 6, 336 -ast addita (*cf.* dare: SEN. Phaedr. 281 CHIRON 64. 650). VERG. Aen. 10, 797 -am ... ferentis (12, 299. *cf.* inferre: VAL. MAX. 3, 2 ext. 2 CELS. 8, 10, 7[J] PLIN. nat. 28, 243. *al.*). PAVL. FEST. p. 115 ingerunt (APVL. met. 9, 11, 6. *cf.* congerere: PHAEDR. 4, 1, 11).

2 *iuncturae nominales vel cum praepos.*: **a** *pendent struct. indicantes: quis vel quid -am inferat: gen. animantis vel pron. poss. saepe, e. g. p. 2290, 43. 72. 2292, 26. 2294, 22, nota p. 2294, 36; gen. rei p. 2291, 11 (sc. instrumenti ut p. 2292, 47. 2294, 16. 32. al.). p. 2291, 39. 48. al., fort. p. 2294, 10; praepos.* CIC. fam. 9, 16, 7 haec levior est -a ab amico quam a debitore, *v. et p. 2294, 13, vix pendet* ex *p. 2293, 36. quis vel quid -a afficiatur: gen. vel pron. poss. saepe, e. g. l. 13. p. 2290, 27. 2292, 50. 2293, 48; adi. pro gen. l. 11. p. 2294, 57. 71; praepos.* PROSP. in psalm. 134, 8 haec ... pessima -a in homines, *v. et* super *p. 2293, 51. qua in re constet -a (certiora): v. p. 2293, 17. 34. 2294, 6. 39. al., e. g.* CYPR. laps. 14 -as hiantium viscerum *ostendere; nota* -a vulneris *p. 2291, 5. 24. 2293, 62 et* PASS. Fabii 9. *al.* (*vice versa sub b*). **b** *gen.* -ae, -arum *pendet e nomine* (*pauca notabiliora*): APVL. met. 9, 39, 6 prioris -ae vulnere (PRIMAS. in apoc. 16, 3 secundo v. deterioris -ae percussi. CAES. AREL. serm. 100, 1 -arum *Aegypti* decem vulneribus. *adde p. 2292, 35*). ARNOB. nat. 2, 19 p. 89, 2 -arum coercitione (*vice versa p. 2294, 44*). PRISCILL. tract. 1, 26 fissuras -arum manum (*vice versa l. 60*). CHIRON 150 ictu -arum. BENED. reg. 28, 3 -arum virgae. **c** *locutio* in -a (positus *sim.*): VET. LAT. Is. 53, 3 (Tert. carn. 15 l. 8. *al.; de servo dei*) homo in -a et sciens ferre imbecillitatem (*gr.* ἐν πληγῇ, Tert. adv. Iud. 9, 28. *al.* in -a positus [Hier. epist. 120 praef. 4 in -is p.], *Vulg.* virum dolorum [*cf. var. l. gr.* ἀλγηδόνων]). AMBR. Iob 3, 3, 9 in -a non motus est *Iob.* RVFIN. Orig. in lev. 4, 8 p. 327, 6 sanatur, si in -a est. AVG. in psalm. 105, 21 l. 8 *stetit* in -a. *al., e. g. p. 2293, 40.*

deriv.: plagarius, 1. plagella, *?*plagitor, plago, plagosus.

compos.: plagiger, plagigerulus, plagipatida.

2.plaga, -ae *f.* [*notio antiquissima erat fort. 'tractus'* (*e. g. textile oblongum; cf.* plagula); conferas potius adi. germ. *flak-a- < *plag-o- (*saxon. vet.* flak, *theod.* flach) *quam gr.* πλάγ-ος *(n.) 'latus',* πλάγ-ιος *'ad latus conversus', quarum notiones paulo longius distare videntur. Fo.*] *scribitur* plac- *in cod. saec. VI* PRVD. apoth. 540 *et hic illic in recc.; de* NOT. Tir. *v. supra p. 2289, 69. de prosodia v. p. 2289, 71. de notione v. l. 22 sqq. p. 2297, 42 sq. 2300, 36 sqq. legitur usu sub I illustrato in versibus inde ab* ENN., ACC. (*loco manco, v. l. 27*), VARRONE (*l. 32*), CIC. (*p. 2300, 21*), *in orat. soluta rarius inde a* LIV. (*bis ut apud* SEN. nat., COLVM.), CVRT. (*ter*), MELA (*quater*), *saepius apud* PLIN. nat. (*16ies*), APVL. *al.; usu sub II illustrato inde a* PLAVTO, PACVV., VARRONE, CIC.; *de sing. et plur. v. sub I l. 65. p. 2297, 59. 71. 2300, 20, sub IIA p. 2300, 33 sqq.* [*deriv.: rom. vet.* piagaro, piagale, piagozza *'ager sterilis'; cf. M.-L. 6562a. conferendum vid. et francog. vet.* la plaie *et serbocroat.* plogar *'locus proclivis'* (*e sermone vulgari lat. illius regionis*). *C. S.*] [*falso trad. vel in var. l. falsa* CIC. fin. 2, 12 (pagus *legitur c. cod. uno*). VARRO frg. Non. p. 162, 24 (*v. infra p. 2305, 32*). VVLG. I reg. 30, 14 (*pro* partem); *ceterum v. p. 2304, 36.*]

significatur res extenta, patens, se porrigens; adhibetur: **I** *vi locali, sc. de loci spatio, tractu* (*sc. fere de partibus mundi potius longe lateque extensis [v. l. 23 sq. et p. 2298, 33 sq.], sed evanescente hoc respectu maxime p. 2297, 42 sq. 2298, 73. 2299, 23; de locis montuosis maxime p. 2298, 4. 21; cf. explic. notionis* [*ad A spectantes praeter l. 25*]: NON. p. 369, 10 -a spatium immensum [*affert* VERG. *l. 58 et* VARRONEM *l. 33*]. p. 378, 1 -a spatium amplissimum vel caeli vel agri [VERG. *p. 2297, 75*]. GLOSS. I p. 96 quaelibet pars mundi ut oriens vel occasu(s). II 323, 5 ζώνη ἡ ἐν τῷ οὐρανῷ: -a. 589, 50 -a: zona [bona *cod.*] caelestis. IV 548, 18 -a: caeli pars vel tractus. *al.; v. etiam p. 2297, 42. huc fort. pertinet* ACC. trag. 40 -as).

A *spectat ad caelum, aethera* (*de arcu caelesti v. p. 2297, 42*): **1** *sine respectu certae partis*: **a** *plur.*: **α** *accedit gen.* caeli (*cf. l. 61. 64. p. 2297, 18. 45*): ENN. scaen. 244 *astrologi* c. scrutantur -as (*inde* SEN. apocol. 8, 3; *pendent e. g.* PAVL. NOL. epist. 12, 5 scrutantur c. -as et deum sine deo quaerunt. AVG. conf. 10, 16, 24). VARRO Men. 233 oculis c. rimari -as (MIN. FEL. 12, 7). OV. met. 11, 518 *in tempestate* credas ... in ... -as c. tumefactum ascendere pontum. SEN. Oed. 972 *Oedipus* cavis ... lustrans orbibus c. -as. LVCAN. 10, 186 (*loq. Caesar*) semper stellarum c. que -is superisque vacavi. APVL. mund. praef. p. 287 animo peregrinari ... per c. -as. CLAVD. DON. Aen. 5, 15 p. 427, 20 quibus *sideribus* c. -ae pura consideratione noscuntur (*a navigantibus*). *al.* **β** *cetera exempla* (*c. adi. vel gen. praeter l. 45. 51 sq., cf. l. 60*): ENN. frg. var. 23 si fas endo -as caelestum ascendere cuiquamst, mihi ... caeli ... porta patet. OV. met. 12, 40 (*domus Famae*) orbe locus medio est inter terrasque fretumque caelestesque -as, triplicis confinia mundi (STAT. Theb. 10, 636 *Virtus* c. ... desiluit ... -is. AVSON. 2, 3 [153 S.], 25 corpore toto c. intrare -as *post mortem.* CARM. adv. Marc. 4, 154. *cf. l. 60*). STAT. Theb. 11, 5 componit ... concussa -arum Iuppiter. silv. 5, 3, 20 tu, *pater mortue,* ... fulgentis ... -as ... recenses. Ach. 1, 254 aetheriis ... -is (CE 781, 1 [*non ante saec. IV*] post mundum a. conscendere -as posse ... iustos. *cf. l. 58*). APVL. met. 5, 24, 1 per nubilas -as. Socr. 7 p. 137 qui *medii dii* in aëris -is terrae conterminis nec minus confinibus caelo ... versantur (*sim. in doctrina Porphyrii*: AVG. civ. 10, 27 p. 444, 22 *daemones* super aerias -as inter deos aetherios habitabunt). ZENO 1, 2, 17 *stellas* per -as *fixas.* CLAVD. 8, 187 emicuit ... -is alieni temporis hospes (*184 sq.* visa ... medio ... stella die). 28, 96 supernas. AVG. conf. 5, 3, 3 sidereas. SEDVL. op. pasch. 5, 38 famulatas (*i. calcatas*) eius *Christi in caelum ascendentis* gressibus aerei tramitis -as *mente revolvunt apostoli* (*estne duplex enallage pro* famulatos ... aereae tramites -ae*? cf. carm. pasch. 5, 432* sidereas ... vias). BOETH. cons. 2 carm. 7, 3 late patentes aetheris ... -as.

b *sing.*: VERG. Aen. 1, 394 *cycnos* aetheriā ... lapsa -ā Iovis ales aperto turbabat caelo (9, 638 AVIEN. Arat. 726). SEN. Herc. O. 1975 me iam decet subire caelestem -am. SIL. 15, 142 qua ... ad caeliferi tendit -a litus Atlantis. STAT. Theb. 9, 647 inrubuit caeli -a sidere mixto (AVG. civ. 5, 7 p. 200, 22 *nati* sub eadem c. -a. RVT. NAM. 1, 197). DRAC. Romul. 10, 174 -a maesta serenat (*175 sq.* fugantur nubila).

2 *respicitur pars certa* (*pendet gen.* caeli *l. 74. p. 2297, 2 sq. 18. al.,* poli *l. 73,* mundi *p. 2297, 23; praevalet sing., plur. potius ad singulas caeli partes pertinentem v. p. 2297, 9. 12*): **a** *usu strictiore pertinet ad*: **α** *partes quaslibet* (*spectat ad caeli statum temperiemve l. 72. p. 2297, 1. 14 sqq. et saepius; situs terrenus indicatur per locut.* sub -a, -is *p. 2297, 1 sqq. 37* [*cf. l. 62*], apud -am *p. 2297, 22, nota etiam verba compos. l. 71. p. 2297, 20. 35*): SEN. Herc. O. 67 ambit ... Cancer ardentem -am Libyaeque sidus fertur (*an ad C? v. p. 2297, 2*). 159 soliferae suppositus -ae ... Parthus. 1219 fervida -a revulsus Cancer (*adde p. 2297, 16*). 1362 quae -a igniferi poli vetans flagranti currere in zona diem? nat. 7, 15, 2 illam -am caeli, cui lactea nomen est (STAT. silv. 1, 2, 51. AVSON. 4 [317 S.], 7. PAVL. NOL. carm. 14, 48 -a *cingit* ... l. caelum). LVCAN. 10, 232 *Nilus*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mediis aestatibus exit sub torrente -a (RVFIN. Clement. 1, 35, 4 cum *Israelitae* ... sub -a caeli ardentiore positi, ne aestibus coquerentur, nube obumbrarentur. AVG. un. eccl. 16, 41 p. 286, 7 sub qua caeli -a ... Aegyptus invenitur. *cf. p. 2296, 62*). PLIN. nat. 2, 216 statim, ut lunam mundus ostendat occultetve aut media -a declinet (*item de ea parte caeli, quam sidus certo tempore percurrit, e. g.* CHALC. comm. 83 *sol* cum a medietate ad diversas caeli -as discedit. *cf. l. 36. 38*). PS. MAR. VICTORIN. verb. script. 1 quando totae -ae caeli *sole simul* ... inlucidentur. CET. FAV. 13 (*Vitr. 6, 6, 2* a septentrione) cella vinaria contra frigidissimas caeli -as conlocetur (*cf.* CLAVD. 28, 172 stat gelidis Auriga -is). AVIEN. Arat. 1483 subrigit Auster acumen inferiore, *sc. australi,* -a. CLAVD. 3, 364 pete sidera, ... autumni te redde -is, qua vergit in austrum signifer. *huc traximus struct. poeticam -am pro agente exhibentem* (*quae vix ad C pertinet per pleonasmum*): SIL. 1, 213 *Africa* felix, qua pingues mitis -a temperat agros. AVIEN. orb. terr. 1141 (*post Arabiam*) favoni qua -a fecundis alit almos flatibus agros. DRAC. laud. dei 3, 300 solverat in cineres coctas -a fervida glebas. **β** *partes, quae ad quattuor cardines mundi spectant (exempla certiora, cetera v. p. 2299, 21): pendet gen.* caeli (mundi APVL.): COLVM. 3, 12, 5 Democrito et Magone laudantibus c. -am septentrionalem, quia existiment ei subiectas feracissimas fieri vineas. STAT. Theb. 1, 25 -a lucida c., Pleiadum Boreaeque et ... fulminis expers (*sc. oriens*). GELL. 9, 4, 6 apud eandem c. -am (*sc. septentrionalem; antea*: sub eadem regione c.). APVL. mund. 13 p. 318 quattuor mundi -as ([*sc. sec. Favorinum allatum e Gell. 2, 22, 3* limites regionesque esse caeli q.]. VVLG. Ier. 49, 36 [*minatur deus*] inducam super Aelam quattuor ventos a q. -is c.). NOVATIAN. trin. 12, 8 Bethlehem, cuius metaturae regio ad meridianam respicit -am c., *sc. Hierosolyma spectantibus.* PANEG. 2, 3, 2 divinis rebus operantes in eam c. -am ora convertimus, a qua lucis exordium est (*cf.* RVFIN. Orig. in num. 5, 1 p. 6, 17 ex omnibus c. -is ad solam orientis partem conversi orationem fundimus). HIER. epist. 52, 13, 3 (*metaphorice de virtutibus cardinalibus*) *dei ornatum* habeto prudentiam, iustitiam, temperantiam, fortitudinem; his -is c. includere, haec te quadriga velut aurigam Christi ad metam ... ferat. *al. exempla cetera*: PLIN. nat. 2, 177 *circulus solstitialis* ad septentrionalem -am versus. *ibid.* septentrionalis -ae sidera. 17, 20 *Africa* meridianae subiacet -ae (*cf. l. 26. p. 2299, 42*). APVL. mund. 11 p. 314 ille *ventus,* qui propior est aequinoctiali -ae (*disting.* ab aestivis occiduis partibus). PANEG. 11, 16, 4 sub septentrionis -a (PALLAD. hist. mon. I 61, 6 p. 333^{C}). EVSTATH. Basil. hex. 6, 8, 4 de meridiana -a rediens sol (*disting.* in australibus sole regionibus commorante *hieme; gr.* *χωρίων*). VITAE patr. Iurens. 121 ut orientis -am caelique astra prospiceret *puer sanctus.* ISID. nat. 17, 2 *hieme sol* per -am meridianam currit.

γ *arcum caelestem*: GLOSS.^{L} II Philox. PL 9 -a: *ζώνη οὐρανία καὶ* ⟨*Ἶ*⟩*ρις*. GLOSS. III 292, 64 *Ἶρις*: -a (*item* 523, 31).

b *usu laxiore, sc. in indicandis terris sub quibusdam partibus caeli sitis per iuncturam* -a caeli (caelestis SOL.; *ad incolas pertinet l. 55 [bis]; cf. usus p. 2296, 67 sqq. illustratos*): SOL. 5, 17 *fluvium quendam* caelestes mutant -ae: amarus ... est, dum in aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. IVST. 42, 3, 2 *Iason* primus ... eam c. -am (*sc. orientem*) domuisse dicitur. CHALC. comm. 60 inter utramque c. -am (*postea*: inter ... austro meridieique subiecta). SYMM. or. 1, 1 mutando varias c. -as usum tibi omnium cardinum vindicasti. VEG. mil. 1, 2, 2 -a c. ad robur non tantum corporum ... valet (*3* nationes, quae vicinae sunt soli; *4* septentrionales populi). HIER. in Zach. 2, 6 l. 123 ('in quattuor ventos c.') qui in quattuor -is c. dispersi estis (PALLAD. hist. mon. I 54, 2 p. 327^{A} *Melaniae acta* omnes c. q. -ae norunt). RVFIN. Clement. 9, 21, 1 certas quas esse -as c., quibus propria quaedam habere conceditur. OROS. hist. 7, 2, 5 Macedonicum regnum sub septentrione *fuisse* cum ipsa c. -a, tum Alexandri Magni arae positae usque ad nunc ... docent. *al.*

B *spectat ad mare* (*aliter p. 2298, 5; plur. fere pro sing. l. 60. 62 [ut vid.]. 63*): ENN. sat. 65 *quidam* marinas propter adstabat -as. LVCR. 5, 481 maxuma qua nunc se ponti -a caerula tendit. SEN. Phaedr. 931 Oceani -is (SERV. georg. 1, 30 Thule insula est o. inter septentrionalem et occidentalem -am). GELL. 17, 10, 13 *Aetnae* flammarum ... volumina in -as maris ferre ... dixit *Pindarus* (*sc. Pyth. 1, 24 ἐς βαθεῖαν ... πόντου πλάκα*). AVIEN. Arat. 1256 occidui -a gurgitis. orb. terr. 60 salsa (*gr. 34 ἅλα*). PRVD. apoth. 540 per omnes terrarum pelagique -as *sunt dispersi Hebraei.* MART. CAP. 6, 617 a Gadibus per Hispaniae ... flexum occidentalis -a ... navigatur ([*e Plin. nat. 2, 167* navigatur occidens]. IORD. Get. 9 *habet Oceanus* in ultimo -ae o. aliam insulam nomine Thyle).

C *spectat ad terram, mundum* (*per metonymiam stat pro incolis p. 2298, 9. 20. 49. al., cf. l. 45; sing. praevalet, plur. nota praecipue p. 2298, 1. 2. 33. 37. 2299, 12. 36. 39*): **1** *usu communi respiciuntur loca, regiones*: **a** *quaelibet*: **α** *accedit gen.*: Ⓘ *varia indicans*: LVCR. 5, 1374 olearum caerula ... -a ... per tumulos et convallis camposque profusa. VERG. Aen. 7, 227 solis iniqui ([*v. p. 2299, 2*]. SEN. Herc. f. 235 s. aestivi -as et ... medius regna quae torret dies [*sc. Libyae*]. *sim. pendet gen. sideris, cui -a est subiecta*: LVCAN. 10, 307 -as Phoebi damnum non passus aquarum praeveheris, *Nile.* AVIEN. orb. terr. 456 qua se -a dura Bootis porrigit). 11, 320 celsi -a pinea montis. OV. epist. 12, 28 *Aeetes* omne tenet, Ponti qua -a ⌞laeva⌟ iacet ([⌞ ⌟ *sc. ab occidente spectantibus, sublucet notio inhospitalitatis*]. *spectare vid. ad litus ut*: SEN. Phaedr. 399 relictis frigidi P. -is *adfuit Amazon* [*de eadem cf. Tro. 13* ripam ... Ponticam ... ferit]. *cf. l. 29*). SEN. Herc. O. 622 *regi avaro* omnis -a gemmiferi *non* sufficit Histri. STAT. Ach. 1, 36 omnis ... -a Graiugenum tumidis coniurat Atridis (*cf.* AVSON. 25, 7 [342 S.], 11 Aethiopum). CHALC. comm. 60 non isdem ubique curriculis illustrante sole terrae -as (PRVD. apoth. 540 terrarum [*v. p. 2297, 66 et cf. p. 2299, 29*]. *distingue l. 21*). *al. in iunctura* -a mundi (*cf. p. 2299, 30. 47 et* orbis *p. 2299, 57*): SEN. Herc. f. 1138 quis hic locus, quae regio, quae m. -a? (*sim.* Herc. O. 1797). Herc. O. 95 quota est m. -a oriens subactus? ANTH. 454, 3 (*Sen.?*) alter *Magnus* Niliaco tumulo iacet, alter Hibero, tertius Eois partibus occubuit: omnis habet Magnos m. -a. PLIN. nat. 2, 189 non est dubium ... adversā -ā m. candida ... cute esse gentes. APVL. mund. 29 p. 356 *sol oriens et occidens* per -as m. ⌞quattuor temporum vices mutat⌟ (⌞ ⌟ *sic coniungas; v. comm. ed. Beaujeu ad l.*). OPT. PORF. carm. 11, 9 trepidat -a maxima m. (*sc. oriens*). Ⓘⓘ *explic.*: SEN. Oed. 426 vidit ... Eoae -a vasta terrae. 844 sub Cithaeronis -a (*cf. 808* nivoso sub Cithaeronis iugo. *v. etiam l. 67; an ad latus montis spectat, ut locum ad p. 2299, 75 trahas?*). LVCAN. 4, 674 vasti -a fervida regni, *sc. Iubae.* VAL. FL. 4, 211 ingens Asiae -a (*sc. eius reges*) ... haec mea visit hospitia. 5, 327 Circaei -a ... campi. FRONTIN. grom. p. 39, 9 -as silvarum determinatas (*postea*: quarum silvarum proprietas; *inde* Ps. AGENN. grom. p. 63, 6. *cf.* SCAEV. dig. 32, 41, 9 agri -am ... *cuidam* transcribi volo [*postea*: agri -am]). FLOR. epit. 1, 16, 3 Campaniae. AMM. 19, 4, 4 ab ... ferventi Aethiopiae -a. CLAVD. 7, 119 Illyrici ... -a litoris. *al.*

β *accedit adi. spectans ad*: Ⓘ *colorem, extensionem vel ea, quarum est -a plena* (*exempla selecta*): LVCR. 5, 1374 caerula (*v. p. 2297, 74; cf. p. 2297, 61 nec non* NEMES. cyn. 48 saltus viridesque -as). VERG. Aen. 11, 320 pinea (*v. l. 4*). MANIL. 1, 204 *tellus non* ⌞patulas⌟ distenta -as, sed condita in orbem (⌞ ⌟ *cf. l. 4. 20. 21. 24. p. 2297, 75. 2299, 2 nec non supra p. 2296, 23. 57*). CLAVD. carm. min. 26, 18 (*circa fontem salubrem*) sulphureae fervida regna -ae. Ⓘⓘ *situm* (*cf. etiam p. 2297, 60. 2300, 21. 24 sq.*): LVCR. 5, 31 Bistonias ... -as (CLAVD. 28, 441 populator Achivae B. que -ae). PLIN. nat. 2, 167 Scythicam (*item sing.*: MART. CAP. 6, 618. *al.*). STAT. silv. 4, 8, 8 Surrentina. FLOR. epit. 3, 5, 15 Asiaticae -ae litora. CLAVD. carm. min. 31, 56 Libycae. IORD. Get. 191 cui *Aetio* tunc innitebatur res publicae Hesperiae -ae (*de parte imperii Romani ut*: 291 [*postea*: regnum illud ...; partem ... rei publicae]. Rom. 321 H. ... -a in regno Honorii. 378). Ⓘⓘⓘ *temperiem sim.* (*cf. p. 2297, 75 sq.*): LIV. 45, 30, 7 frigida haec *pars Macedoniae* ... duraque cultu et aspera -a est (PLIN. nat. 8, 80 frigidior). SEN. Herc. f. 319 *Hercules iter fecit* per arentem -am (*sc. Syrtes*) et fluctuantes *ut mare* ... harenas (Med. 724 per a. -as ... Hydaspes ... currens). Herc. O. 1788 urbes fervidae ... -ae (*sc. Libyae ut*: LVCAN. 4, 674 [*v. l. 23*]. *cf. p. 2297, 16 et* AMM. 19, 4, 4 ferventi [*v. l. 28*]). PLIN. nat. 14, 133 mitiores -ae doliis condunt *vinum* (STAT. silv. 4, 4, 18 te ... clamosae quaenam -a mitior urbi subtrahit? *cf. p. 2297, 14. 2299, 14*). AVIEN. orb. terr. 456 dura (*v. l. 3; cf. p. 2299, 18*). VEG. mil. 1, 2, 5 temperatioribus. ANON. de mach. bell. 19, 2 per glaciales euntem militem -as. CLAVD. 18, 179 ardens (*antea*: Meroe campique ... Aethiopum. *an ad b? cf. p. 2299, 4. 11*). *al.*

γ *cetera exempla*: Ⓘ *usu vario*: LIV. 9, 41, 15 -a una – Materinam ipsi appellant – non continuit modo ceteros in armis, sed confestim ad certamen egit. SEN. Herc. f. 452 non per omnes exul erravit -as. Herc. O. 1900 rapta fero -a Geryonae. CVRT. 8, 9, 13. COLVM. 1 praef. 22 *ut agriculturae peritus* exploratum habeat, quid cuique -ae conveniat (*antea*: declinationum mundi non ignarus). MELA 2, 2 (*de paeninsula Taurica*) obliqua tunc ad Bosporum -a excurrens Ponto ac Maeotide includitur. 2, 76 omnis -a (*sc. Gallia Narbonensis*) austro atque africo exposita est. 3, 79 (*de Arabia*). LVCAN. 6, 816 *pater incertus,* quas iubeat vitare -as, quae sidera mundi. PLIN. nat. 2, 246 inhabitabilis (*cf.* CHALC. comm. 64 habitabiles). 18, 69 (*de Thracia ut*: STAT. Theb. 7, 36). VAL. FL. 6, 37 *non* -a gentibus ulla ditior (*sc. quam Scythia*). STAT. Theb. 1, 330 -am, qua molle sedens in plana Cithaeron porrigitur ..., praeterit. PS. QVINT. decl. 3, 4 ex ... dirempta frigoribus -a *Cimbri venerunt.* FLOR. epit. 3, 2, 2 nihil hac -a (*sc. Galliae septentrionalis*) infestius; atrox caelum, perinde ingenia. HIER. in Ezech. 5, 5 l. 73 -a, quae appellatur Asia. *al. huc pertinet, si recte notionem intellegimus q. e. regnum sim.* (*cf. l. 1. 23. 36. 41 sqq.*): PRVD. psych. 714 (*loq. Discordia*) domus et -a *mihi* mundus. Ⓘⓘ *abl. modi, vergit ad notionem q. e. regio* (*sc. quo quid derigitur, cf. p. 2299, 48*): CVRT. 6, 2, 13 *Scythae,* qui in Europa sunt, a laevo Thraciae latere ... ad Tanaim ... recta -a attinent.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *quinque zonae terrae* (*exempla certiora*): VERG. Aen. 7, 226 sq. si quem extenta -arum quattuor in medio dirimit -a Solis iniqui (SERV. zona). OV. met. 1, 48 (*45 sq.* ut ... duae dextra caelum totidemque sinistra parte secant zonae, quinta est ardentior illis) totidem, *sc. quinque,* ... -ae tellure premuntur *a demiurgo.* MELA 1, 4 *terra* zonis quinque distinguitur; ... illius, *sc. antichthonis,* situs ob ardorem intercedentis -ae incognitus. LVCAN. 5, 24 *si nos Fortuna ferat* vel ... plaustrum ... sub Vrsae vel -a qua torrens claususque vaporibus axis nec patitur noctes nec iniquos crescere soles (9, 861 hinc torrente -a, dubiis hinc Syrtibus orbem, *sc. harenas serpentium plenas,* abrumpens *deus*). 6, 326 (*loq. Pompeius*) *dum bella arceam a Roma,* extremum Scythici transcendam frigoris orbem ardentesque -as. 9, 605 -a, quam nullam superi mortalibus ultra a medio fecere die, calcatur. PLIN. nat. 23, 37 vino aluntur vires ...; hoc distat orbis medius et mitior -a circumiectis. VAL. FL. 1, 511 divitis arva -ae (*510* mediae telluris opes; *disting. 512 sq.* horrida saevo ... arva gelu, *sc. Aeetis*). SERV. auct. georg. 1, 233 zonae: id est -ae vel circuli *eqs.* PROB. Verg. georg. 1, 233 mediam regionem ..., quae Latine -a vocatur adusta. CLAVD. rapt. Pros. 1, 259 quinque -as: mediam ...; vitales utrimque duas ...; torpentes ... geminas. DRAC. laud. dei 1, 300 *deus* pro tempore temperat ignes *solis,* pro regione -ae. *al.*

c *terrae sim., quae ad singulos cardines mundi pertinent a loco quodam spectantibus (hic illic etiam sub A circumscribuntur), sc. saepius evanescente respectu spatii longe lateque extenti adhibetur in indicanda regione, quo aliquid spectat, vergit sim. vel unde oritur sim.* (*v. maxime l. 31. 33. 49. 64*): **α** *usu communi*: ① *cum praepos.: quibuslibet*: SEN. nat. 4, 5, 2 quicquid circa Scythiam et Pontum et septemtrionalem -am glaciatum *est.* AMM. 23, 6, 64 ultra haec ... Scythiae loca contra orientalem -am (*al. in* VVLG., *e. g.* num. 21, 11; *cf. l. 69*). VVLG. Ezech. 7, 2 finis venit, finis super quattuor -as terrae ([HIER. *ad loc.* l. 559 -as mundi]. APRING. in apoc. 20, 9 sq. l. 159 [*ad 20, 7* angulos terrae]). HEGES. 4, 16, 2 p. 266, 14 *mons* secundum septentrionalem -am usque ad ... *urbem quandam* extenditur (*gr. 4, 453 κλίμα*). *al.* ad: CVRT. 4, 9, 16 *non* alius ⟨amnis⟩ ad orientis -am tam violentus invehitur *ac Tigris.* FLOR. epit. 3, 1, 1 non ad meridianam -am eadem quies *ac ad orientem.* 4, 12, 3. HIL. in Matth. 25, 8 *fulmen* ab oriente elatum lumen suum usque ad occidentis -as spargit. VVLG. lev. 1, 16 *sacerdos avis oblatae* plumas proiciet propter altare ad orientalem -am in loco *quodam.* *al.* in *c. abl.*: PLIN. nat. 2, 50 in meridiana -a habitantibus. 16, 6. 136. APVL. mund. 34 p. 364 in occidentis -is. SERV. georg. 1, 240 *nostra habitatio, sc. zona,* quae a septentrione incipiens in australi desinit -a. PHYSIOGN. 79. *al.; c. acc.*: ARNOB. nat. 4, 5 p. 208, 2 si iecero -am in occiduam lumina. AMM. 22, 15, 5 *nubes* in meridianam -am ... pulsae. *al.* ab: PORPH. Hor. carm. 3, 5, 3 ('Britannis ... Persis') ab ultima occidentis -a usque ad orientalem. AMM. 23, 6, 45 *Parthis* ab orientali australique -a Arabes beati conterminant. VVLG. Is. 11, 12 dispersos Iuda colliget a quattuor -is terrae. CLAVD. 16, 14 *Iuppiter aquilas* duos ... misit ab Eois occiduisque -is. GREG. TVR. Franc. 3, 19 quattuor portae *oppidi muniti* a quattuor -is mundi sunt positae. *al.* ② *abl. modi* (*cf. p. 2298, 72*): PLIN. nat. 5, 34 ab his *Amantibus* ad Trogodytas hiberni occasus -ā dierum VII iter. 6, 70 a Gange versā ad meridiem -ā tinguntur sole populi. ③ *exempla quaelibet*: STAT. silv. 2, 4, 25 psittacus, ille -ae viridis regnator Eoae. LACT. inst. 7, 16, 3 ab extremis finibus -ae septentrionalis. CHALC. comm. 110 *Lucifer* factus vicinus orientalibus -is. AMM. 18, 3, 9 anseres ... -am ... petentes occiduam. HEGES. 4, 27 p. 283, 21 septentrionalis -ae ... munimentum *Alexandriae* (*gr. βόρειον ... τεῖχος. item gen. qual.*: VVLG. Ios. 18, 12 terminus ... ab Iordane pergens iuxta latus Hiericho septentrionalis -ae). HIER. in Zach. 2, 6 l. 109 ('fugite de terra aquilonis') -ae orbis, quas Graeci appellant *κλίματα* (*cf.* IVLIAN. in Am. 5, 7 l. 106. ISID. orig. 13, 1, 3 climata mundi, id est -as). ITIN. Eucher. p. 127, 7 quae *frons montis* orientalem -am spectat. RVFIN. Orig. in Ios. 19, 2 p. 411, 2 quattuor partes orbis terrae, quas vel axes vel -as nominant. PRVD. perist. 3, 63 prius ... quam -a pandat Eoa polum. IORD. Rom. 241 occiduae -ae *Romanis* infesti (*i.* -ae?) sunt. *al.*

β *usu speciali accedit gen. indicans locum sim., a quo spectantibus spatium situm est vel regio definitur*: VVLG. num. 32, 19 habemus possessionem ... in orientali eius *Iordanis* -a (*cf. e. g.* deut. 4, 41 separavit Moses tres civitates trans Iordanem ad orientalem -am. Ios. 5, 1 habitabant trans Iordanem ad occidentalem -am). Ios. 4, 19 castrametati sunt in Galgalis contra orientalem -am urbis Hiericho (8, 9 iud. 20, 43. *cf.* num. 34, 15 trans Iordanem contra Hiericho ad orientalem -am [*item* Ios. 13, 32]. *v. etiam l. 27*). iud. 21, 19 ad orientalem -am viae, quae ... tendit *eqs.* II par. 5, 12 stantes ad orientalem -am altaris (*cf. l. 37*). *al.* (*non nisi in* VVLG. *vet. test.*).

2 *usu deflexo*: **a** *transfertur ad res corp., opera structa, sc. adhibetur de eis ipsis vel de eorum latere, superficie* (*hucine p. 2298, 22?*):

STAT. silv. 4, 3, 96 *in flumine* se levarat ingenti -a marmorata dorso (*sc. pontis; locum etiam per hyperbolen usus communis explicares*). PRVD. psych. 830 *in novo templo* Aurorae de parte tribus -a lucida portis inlustrata patet. *in sacr. script.*: VVLG. exod. 26, 22 ad occidentalem ... -am tabernaculi facies sex tabulas (*cf. 18* in latere meridiano, *20* in latere ... tabernaculi). 26, 27 facies ... vectes ... quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi et ... *totidem* ad occidentalem -am. 27, 9 facies et atrium tabernaculi, in cuius -a australi contra meridiem erunt tentoria *eqs.* (*cf. 11* similiter in latere aquilonis). 36, 25 ad -am ... tabernaculi, quae respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas (*cf. 27* ad eam partem tabernaculi, quae mare respicit). *al. in* VVLG. *vet. test.; huc pertinere vid.* Ios. 8, 11 steterunt ad septentrionalem urbis -am, inter quam (*sc. -am; an urbem?*) et eos vallis media erat (8, 13 ut ... occidentalem -am u. adtingerent. *cf. p. 2299, 69*). **b** *describitur possessio tribuum Israel, sc. ita ut subluceat notio q. e. finis, limes* (*communem in eadem re usum v. e. g.* VVLG. num. 34, 6 sq. Ios. 15, 1. 4): VVLG. Ezech. 47, 19 -a ... australis meridiana a Thamar usque ad *locum quendam.* 47, 20 -a maris mare magnum a *loco quodam* ... donec venias Emath, haec est -a maris. 48, 1 et erit ei *tribui* -a orientalis mare. 48, 2 a -a orientali usque ad -am maris. *al.*

D *spectat ad locum infernum, sedem manium sim.* (*saepius plur. pro sing.*): CIC. Tusc. 2, 22 (vers.) e Tartarea tenebrica ... -a ... eduxit *Cerberum* (*vertit Soph. Trach. 1097 χθονός*). SEN. Herc. f. 1222 sonti -a decreta turbae. Oed. 393 noctis aeternae -is (Phaedr. 835 -am). Phaedr. 1200 Acherontis -is. STAT. Theb. 3, 109 Elysias, i, carpe -as (MART. 6, 58, 4 E. ... nubila fusca -ae! CLAVD. 26, 590 -is). 8, 16 caeca. APVL. met. 9, 22, 5 sol ... delapsus Oceanum subterrenas orbis -as inluminabat. CLAVD. rapt. Pros. 1, 101 (*Pluto Iovi*) patior ... informes (infernas *var. l.*) ... -as.

II *de rebus textilibus, nexilibus* (*evanescente respectu rei extentae maxime l. 43 sqq.*): **A** *de reti, quo extento animalia capiuntur* (*de eius partibus sim. l. 40 sqq.; saepius iuxta pos. aut in contextu variat* rete [*disting. p. 2301, 1 sqq. 10. 13*]; *ad rem v. e. g. Aymard, Les chasses Romaines, 1951, 209 sqq., Herzog-Hauser, RE XX 2, 1953, 21 sqq.*): **1** *testimonia gramm.*: **a** *inter fem. semper plur. enumerant*: CHAR. gramm. p. 36, 9 *ξῶναι δικτύων*. DIOM. gramm. I 328, 3. EXC. Bob. gramm. I 549, 26 hae -ae: *δίκτυα. addas l. 47, sed sing. v. l. 58. 60. 66. p. 2301, 11. 33.* **b** *notionem communem testantur*: NON. p. 369, 16 (*antea p. 2289, 72 sq. 2296, 23*) -ae sunt et in retibus (*i. inter retia*), quibus capta inplicantur (*affert* CIC. *l. 58 et* VERG. *p. 2301, 1*). SYNON. Cic. p. 427, 33 insidiae. ... -ae. retia. casses. GLOSS.^{L} II Philox. PL 10 (*sim.* 27a) -ae: *λίνα κυνηγετικά.* **c** *notiones deflexas fingere videntur* (*desunt enim scriptorum exempla*): NON. p. 378, 3 (*antea p. 2296, 24*) *sunt* -ae ... maculae retiales (*affert* VERG. *p. 2301, 1*). SERV. Aen. 4, 131 sciendum ... proprie -as dici funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem (*sim.* SCHOL. Hor. carm. 3, 5, 32 -ae ... proprie f. retium sunt. ISID. orig. 19, 5, 1 [*antea*: minus ... rete synplagium dicitur a -is]. *vix huc trahas l. 37*). GLOSS. II 436, 37 *στάλικες, τῶν δικτύων αἱ στάσεις*: hae[c] -ae; singularia non habet (*siquidem sanum*).

2 *exempla auctorum*: **a** *in imagine* (*allegoria l. 73; accedit gen. explic. l. 55. 69; de -is amoris l. 53. 56. 61; cf. Otto, Sprichw. n. 1434*): PLAVT. Mil. 608 speculabor, ne quis ... nostro consilio venator adsit cum auritis -is. 1388 ipsus illic sese iam impedivit in -as. Poen. 648 (*lenoni insidiae parantur*) canes compellunt in -as lepide lupum. Trin. 238 numquam Amor quemquam nisi cupidum hominem postulat se in -as conicere (CIC. fam. 12, 25, 4 *Antonium* conieci in Caesaris Octaviani -as. AMM. 29, 1, 40 multitudo ... in -as calumniarum coniecta. *cf.* LVCR. 4, 1146 vitare, -as in amoris ne iaciamur [*1147 sq.* captum retibus ipsis exire et validos Veneris perrumpere nodos]). PACVV. trag. 390 clam tendenda est -a (CIC. off. 3, 68 suntne ... insidiae tendere -as, etiam si excitaturus *bestiam* non sis? ... sic tu aedes proscribas, tabulam [*sc. auctionariam*] tamquam -am ponas ..., in eam aliquis incurrat imprudens? OV. ars 1, 270 *vir, cunctas feminas* capies, tu modo tende -as! LACT. inst. 2, 16, 19 [*de daemonibus*]). CIC. Verr. II 5, 151 *si* ex his te laqueis exueris ..., in illas tibi maiores -as (*i. in iudicium populi*) incidendum est (PETRON. 107, 2 iuvenes casu in has -as incidisse. 107, 9). ac. 2, 147 *non disseramus* de oculorum ... mendaciis et de sorite aut pseudomeno, quas -as ipsi contra se Stoici texuerunt (*cf. p. 2301, 34*). Att. 7, 1, 5 *tunc* hanc ... -am effugi ..., nunc incido in discrimen ipsum. SEN. Thy. 491 (*loq. Atreus*) -is tenetur clausa dispositis fera (*i. Thyestes*). STAT. silv. 5, 1, 156 furvae miseram *uxorem meam* circum undique leti vallavere -ae (*cf.* AMM. 14, 11, 24 -as ... letales). LACT. inst. 3, 1, 8 *qui se sapere credunt,* ipsi se in -as et in errores maximos induerunt. AMM. 14, 9, 2 cautelā nimiā in peiores haeserat -as (*cf. p. 2301, 33*). PRVD. ham. 140 ars olli *deo Marcionis* captare feras, animalia bruta inretire -is. *al.*

b *proprie significatur*: **α** *rete ab homine adhibitum*: ① *in venatione*: LVCR. 5, 1251 saepire -is saltum canibusque ciere, *sc. feras.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 4, 131 it portis ... iuventus, retia rara, -ae, lato venabula ferro (*affertur a* NON. *p. 2300, 37. 41; cf.* SERV. multi dividunt, ut sit 'retia rara' maiora, '-as' vero minora intellegamus; alii '-as' per definitionem accipiunt, ut intellegamus 'quae sunt retia rara, -ae'). HOR. epod. 2, 32 *cum hiems* trudit acris hinc et hinc multa cane apros in obstantis -as (SCHOL. opositas -as, hoc est retia). carm. 1, 1, 28 rupit teretes Marsus aper -as (SCHOL. -as ... de tereti ait fune factas). 3, 5, 32 si pugnat extricata densis cerva -is. epist. 1, 6, 58 -as, venabula, servos. 1, 18, 46 *venator* educet in agros Aetoliis onerata -is iumenta canisque (*Porph.* retibus). TIB. 3, 9, 16 (*Sulpicia ad Cerinthum*) tecum arguar ante ipsas concubuisse -as (*12* retia torta; *17* casses). OV. ars 3, 428 casus ubique valet: ... *saepe* in ... -am nullo *cane* cervus agente venit. met. 2, 499 *dum Arcas* nexilibus ... -is silvas Erymanthidas ambit. 7, 768 *vulpes* levi velox superabat retia saltu summaque transibat positarum lina -arum (VLP. dig. 19, 1, 11, 18 SERV. auct. Aen. 1, 317 l. 15. *cf. p. 2300, 60. 68*). fast. 6, 110 nodosas ... cava tendere valle -as (*cf. l. 24. 29. p. 2300, 57sqq.*). SEN. Phaedr. 44 raras ... portare -as, ... teretes ... laqueos. PLIN. nat. 11, 82 *licia in summa parte araneorum telorum* ut in -is lineae offensae praecipitant *praedam* in sinum. 19, 10 *linum* Zoelicum ... -is utilissimum (*disting.* ad piscium et alitum capturas). 19, 11 *bis.* 19, 174 optima *cannabis* Alabandica, -arum praecipue usibus. MART. 1, 49, 23 illigatas mollibus dammas -is. TEST. (CIL XIII 5708) 2, 24 instrumentum meum, quod ad venandum et aucupandum paravi, ... cum ... retibus, -is, laqueis *eqs. al.* Ⓘ *in piscatu* (*captura orcae* PLIN.; *cf. l. 19*): PLIN. nat. 9, 15 praetendi iussit Caesar *Claudius* -as multiplices inter ora portus. AVSON. Mos. 244 *piscator* nodosis decepta -is examina *piscium* verrit. CLAVD. 5, 378 ad litora pisces ... agit rarosque -arum contrahit anfractus et hiantes colligit oras *piscator.* Ⓘⅈ *in aucupio* (*cf. l. 19. 22*): MART. 1, 55, 8 ante focum plenas explicuisse -as (*nisi ad p. 2300, 75sqq.; item dubites de* 9, 54, 2 *si* tenderet ... nostras silva Sabina -as). VLP. dig. 33, 7, 12, 13 si ab aucupio reditus fuit, aucupes et -ae et huius rei instrumentum agri instrumento continebitur.

β *tela araneorum* (*cf. l. 18*): PLIN. nat. 11, 83 licet extrema haereat -a *praeda,* semper in medium currit *araneus,* quia *eqs.* PS. QVINT. decl. 13, 3 ne per vacuas alvos foeda pestis insidiosas texeret -as. CHALC. comm. 220 cum quid ex bestiolis -as incurrerit (*antea*: cassis).

B *de stragulo, tegimento sim.* (*fort. metonymice de lecto l. 45; ad rem v. Herzog-Hauser, RE XX 2, 1955, 13sqq.; notionem testatur* NON. p. 378, 7sqq. [*antea p. 2296, 24. 2300, 41*] -a: aliquando pars lecti, aliquando omnis [*affert l. 44*]; ... ut sit -a, quem nunc dicimus clavum [*affert l. 45*]. p. 537, 19 -ae: grande linteum tegmen, quod nunc torale vel lectuariam sindonem dicimus; quarum diminutivum est plagulae [*affert l. 53*]): **1** *potius maiore, quo sternitur lectus torusve* (*huc fort. pertinent l. 53sq.; v. etiam lect. falsam p. 2305, 32*): PACVV. trag. 46 metuo picta de ⌊-a †pallam⌋ (palla -am *Ribbeck; explic.* NON. *l. 38*). VARRO Men. 434 eburneis lectis et -is sigillatis. VVLG. Am. 3, 12 eruentur filii Israhel, qui habitant in Samaria in -a lectuli et in ⌊Damasco grabatti⌋ ([⌊ ⌋ HIER. *ad loc.* l. 289. *al.* Damasci grabato]. *in mercatores praedivites?* HIER. *ad loc.* l. 311 filii ... Samariae habitant in regione et -a lectuli requiescentes in Syrorum auxilio et in D. g. sibi victoriam pollicentes). *in imag. de tenebris noctis*: STAT. Theb. 5, 184 in hanc *insulam* tristes nebulae et -a caeca superne texitur. **2** *quo vestiuntur, ligantur sim. homines* (*usu, ut vid., e demin.* plagella, plagula *orto l. 56sq.*): VARRO frg. Non. p. 537, 16 (*nisi ad 1*) aulaea, clamides, pallae, -ae (*in serie simili, nisi latet idem frg., ibid.* p. 537, 22 clamides, -ae, vasa aurea). CARM. de Sod. 157 -a ..., qua menses (*i. vulvam menstruantem*) femina vestit. *huc fort. pertinet* GLOSS. III 599, 6 ⌊catismas⌋ (*'καθίσματα?' Goetz*): -as, *si* ⌊ ⌋ *recte πλάτυσμα subesse putamus* (*estne, cur coll. p. 2305, 32 insuper scribas* plagula*?*).

deriv.: 2. plagella, plagiarius, plagula; *cf.* plagusia.

compos.: implago.

*?***3. plaga** *v. p. 2304, 36sqq.* *Reineke.*

plāgārius, (-ī) *m.* *a* 1. plaga. [*confunditur c.* plagiarius *infra p. 2302, 14.*] *i. qui plagas ingerit*: GLOSS. II 591, 6 qu⟨a⟩estionarius: -us, flagellator, ⌊plagitor⌋ (-gator *Goetz dubitanter; v. p. 2303, 52*).

[plāgātor *v. l. 63. p. 2303, 1.***]**

*?***plāgātus,** -ūs *m.* *a* plagare. *i. q. actus plagandi, plaga*: CASSIOD. hist. 3, 2, 35 ⌊-us⌋ atque tractus *tortoris* virili mente sustinuit (⌊ ⌋ *trad.,* plagas *ed.; Sozom. 2, 14, 1 πληγὰς ... καὶ ἕλκυσμούς*). *M. H.*

1. plāgella, -ae *f.* *a* 1. plaga *demin.* *i. q. parva plaga, incisio*: PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 4 p. 266, 3 ventosae cum scarifatione adhibendae sunt, suspensis et levibus admodum -is (plagulis *var. l.*), quia si vastae fuerint plagae, contrarium erit (*cf. p. 2291, 18*).

2. plagella, -ae *f.* *a* 2. plaga *demin.* *de notione*: GLOSS. III 604, 8 -a: pannus. [*in falsa var. l. pro* pagella *loco p. 84, 43 allato, unde pendet* GLOSS. V 380, 48 -a: plaga[s] ⌊dominum⌋ (⌊ ⌋ *i.* deminutive, *v. enim* GLOSS.ᴸ Corp. P 460; *de confusione inversa v. p. 2302, 8sq.*).**]**

i. q. plaga parva, sc. de panno ad medicamenta imponenda sim. adhibito: PS. THEOD. PRISC. add. p. 333, 13 *medicamentum* in -a inductum ventri imponito (ANON. med. ed. Piechotta 197 *marrubium tusum* induces in -a lanea et pones super umbilicum). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 22 multiplicati linteaminis vaporatio sive pannorum vel -arum, quae Graeci ptygmata vocant, oleo tinctarum. ORIBAS. syn. 3, 12, 1 Aa p. 851 duo -a de alutas inductas et inpositas (*gr. ὀθόνια*). *huc potius trahas exempla p. 84, 53sqq. allata, ubi* pag- *scribitur, coll. p. 2301, 73 et Schopf, Die konsonantischen Fernwirkungen, 156.*

plagia *v.* plagius. **[plagialis** *v.* plagiaula.**]**

plagiāria *v.* plagiarius. **[plagiāris** *v. l. 33.***]**

***plagiārius,** -ī *m.* [*a* 2. plaga *sec.* rētiārius; *apparet igitur primitus significatum esse eum, qui versatur in rete tendendo, sc. ad capiendum. de suffixo cf. Leumann, Gramm. 1977, 298. Fo.*] *scribitur* plaga- VET. LAT. I Tim. 1, 10 (cod. 77 *et in var. l.* VVLG., *ubi et* placa-). GLOSS. V 321, 37. 383, 44 GLOSS.ᴸ Corp. P 476, plagea- GLOSS. I p. 163. NOT. Tir. 48, 57 -us. *de notione*: GLOSS.ᴸ II Abav. PL 8 abigeator. Philox. PL 12 *ψυχαγωγός.* III Abstr. PL 4 qui inducit pueros et sollicitat servos alienos (*sim. al.*). 12 abigeator, qui mancipium vel pecus alienum seducendo distrahit (*sim.* V Abba PLA 1 qui mancipium vel pecus alienum seducit vel distrahit. *al.*). GLOSS. III 127, 65 *ἀνδραποδιστής*: -us, venditor (*sim. al.*). *al.* *abiit in sermonem gr. πλαγιάριος.*

i. qui plagium committit: **1** *proprie* (*abducuntur homines praeter l. 19sq., ubi -us confundi vid. c. abactore ut l. 17 [qui disting. l. 43]; gr. resp. ἀνδραποδιστής, v. infra et cf. l. 58; de re v. sub* plagium**)**: **a** *in contextu vario*: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 6 Licinium -um cum suo pullo milvino tributa exigere (*de re nihil constat; fort. conviciose*). FEST. p. 352 (*contextu manco*) ⟨p⟩lagiari, servi. SEN. dial. 9, 8, 4 inter avaros, ... latrones, -os. TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 328, 26 sic denique -i diliguntur ...; diligi ... potest etiam adultera *dominatio* (*cf. l. 71*). VET. LAT. I Tim. 1, 10 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *lex posita est* -is, mendacibus, periuris (*gr. ἀνδραποδισταῖς,* plagiaribus *Ambrosiast. ad l. in var. lect. cod. saec. VI [restit.* plagia⟨to⟩ribus*?], cf. l. 73; pendet* AVG. fid. et op. 16, 29**)**.

b *apud iuris consultos vel in legibus; plagium committitur alienando, abducendo*: **α** *servos*: EPIST. imp. Hadr. dig. 48, 15, 6 pr. posse aliquem furti crimine ob servos alienos interceptos teneri nec idcirco tamen statim -um esse existimari (*inde* CALL. *ibid.*). VLP. dig. 1, 18, 13 pr. sacrilegos, latrones, -os, fures conquirere debet *praeses* (*sim.* MARCIAN. dig. 48, 13, 4, 2). 21, 1, 17, 7 de eo *servo,* quem -us abduxit. 47, 2, 48, 2. 47, 2, 52, 12. COD. Iust. 9, 20, 7 (*a. 287*) servos a -is alienari ex urbe significas. COLL. Mos. 14 tit. de -is (INST. Iust. 4, 18, 10 lex Fabia de -is. DIG. 48, 15 rubr. de lege Fabia de -is). COD. Iust. 5, 17, 8, 2 (*a. 449*) si qua ... maritum suum ... latronem ... vel abactorem aut -um ... probaverit (*de causis repudii ut*: NOVELL. Iust. 22, 15, 1 [*gr. ἀνδραποδιστήν*]. *cf. l. 57sq.*).

β *filios liberorum*: COD. Theod. 9, 18, 1 (= Iust. 9, 20, 16) -i, qui viventium filiorum ... infligunt parentibus orbitates.

2 *transfertur: ad eum, qui libros ab alio conscriptos sibi vindicat* (*de re v. Ziegler, RE XX 2, 1959, 17sqq.*): MART. 1, 52, 9 cum se dominum *libellorum* vocabit ille *poeta quidam,* dicas esse meos manuque missos; hoc si terque quaterque clamitaris, impones -o pudorem. *ad stupratorem*: PS. CYPR. singul. cler. 27 praedones pudoris et -i castitatis.

f. **plagiāria,** -ae. *i. quae plagium committit: in imag. de Venere, quae abigit, seducit sim.*: CIL IV 1410 (*Pompeis*) Venus enim -a est, quia exsanguni (*i. ex sanguine*) meum petit (*cf. Solin ad l. in CIL IV² a. 2006 prodituro et Guarino, Atti dell'Accad. Pontani 29, 1980, 93sqq.*). *proprie, sc. in iure*: COD. Iust. 5, 17, 8, 3 (*a. 449*) veneficam aut homicidam aut -am (*de causis repudii ut*: NOVELL. Iust. 22, 15, 2 [*gr. resp. ἀνδραποδισμόν*]. *cf. l. 43sq.*).

deriv.: plagium (*retrograde*). *cf. Onom.* (Plagiaria).

plagiātīcius NOT. Tir. 48, 58 (plagit-, -ticus *var. ll.*). *a* plagiare, *nisi a* plagium (*cf.* pigneraticius, multaticius *sim.*), *i. q. ad plagiandum vel ad plagium pertinens.*

plagiātor, -ōris *m.* *a* plagium *potius quam a* plagiare, *cf. e. g.* gladiator (*v. Leumann, Gramm. 1977, 359*). *scribitur* plac- GLOSS. V 93, 8, -gat- *p. 2303, 1.* *de notione et differentia*: ISID. orig. 10, 220 -r, *ἀπὸ τοῦ πλαγίου,* id est oblico, quod non certa via grassatur sed pelliciendo dolis. GLOSS. -r: *ψυχαγωγός.* -es: seductores. [*restit. vid.* GLOSS. I p. 163 plageatur.]

i. q. plagiarius: **1** *proprie, sc. qui plagium committit in hominem*: **a** *in contextu vario*: TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 16 (*antea*: ita alieno benefacere servo, ut domino eripiatur, ut alii vindicetur *eqs.*) talis adsertor *servi* etiam damnaretur in saeculo, nedum -r. VET. LAT. I Tim. 1, 10 (Rufin. Orig. in Rom. 4, 4 l. 100) -bus, mendacibus (*v. l. 31*). HIER. epist. 5, 3 magistrum ... pueri tui, ... quem -em esse eius non dubium est (*postea: puer* dicit se a domino suo fuisse dimissum). AVG.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 335 I, 4 Rev. Bénéd. 62, 1952 p. 106, 65 adulter ... fur ... -r (-gator *var. l.*) ... sacrilegus. ARNOB. IVN. confl. 1, 14 l. 854 adulteri, fornicatores, -es, fures *eqs.* **b** *in legibus sim.*: COLL. Mos. 14, 3, 6 capitali sententia -es ... puniendos. EDICT. Theodor. 81 si quis nesciens a -e mancipia comparaverit, *eqs.* LEX Sal. Merov. 39 tit. de -bus (*39, 1* mancipia aliena sollicitare). 39, 2. Visig. 7, 3 tit. de usurpatoribus et -bus mancipiorum. 7, 3, 3. 7, 3, 4 *ille,* cuius servus plagiatus fuerat *a servo alieno,* mercedem captur(a)e a -is domino non requirat (*ibid.* -is d.). *ibid. iterum.*

2 *transfertur ad eum, qui sententia sacrae script. prave usus est*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 124, 1 sententia ... ab ipso -e suo recipit testimonium, quod *eqs.* (*antea*: eius usurpator). *Ottink.*

plagiaula (-ēs) *m.* *πλαγιαύλης in gr. non legitur, sed cf. πλαγίαυλος.* *restituas* NOT. Tir. 107, 9 plagia⟨u⟩lis (*cf. 107, 7sq.* pitaulis [*i.* pytaules]. protaulis [*i.* protaules]). *significatur is, qui canit instrumento musico, quod gr. πλαγίαυλος vel φῶτιγξ appellatur* (*de re v. Bernert, RE XX 2, 1997, 45sqq.*): GLOSS. III 84, 25 ⌊fotinestes⌋: -a (⌊ ⌋ *i. φωτιγγιστής. cf.* 372, 1 -iola: *φοτινγεστη. sim. restituas* 302, 42 *φυσιγγιστής*: -a[e]).

plāgiger, -a, -um. *a* 1. plaga *et* gerere *iocose fictum. i. qui (multas vel saepe) plagas gerit*: PLAVT. Pseud. 153 (*ad servos*) *audite,* -a genera hominum; numquam ... vostrum durius tergum erit quam terginum hoc meum.

plāgigerulus, -ī *m.* *a* 1. plaga *et* gerere (gerulus) *iocose fictum. i. q. plagiger*: PLAVT. Most. 875 (*de servis*) domi nostrae tot pessimi vivont, peculi sui prodigi, -i.

ironia: **plagiloquium** (plac- *cod.*) GLOSS.^{L} IV dub. Plac. Y 10 (*inde* I Ansil. YR 7). *compos. a* plagius (*sc. πλάγιος*) *et* loqui, *i. q. locutio sensus ambigui vel non aperti sim.* *M. H.*

plagio, -āvī, -ātum, -āre. *a* plagium. GLOSS. III 81, 24 *ψυχαγωγῶ*: -o (*cf. e. g. l. 35*).

i. q. plagio alienare: **1** *proprie; pro obi. sunt homines* (*sc. servi aut ingenui* [*de re v. sub* plagium]; *p. p. p. masc. pro subst. l. 39*): VET. LAT. exod. 21, 16 (Coll. Mos. 14, 1) quicumque -verit quemquam in Israel et vendiderit eum (*gr. κλέψῃ, cod. 100* involaverit, *Vulg.* furatus fuerit). EDICT. Theodor. 78 qui ingenuum -ando, id est sollicitando, in alia loca translatum ... vendiderit. LEX Sal. Merov. 39, 2 si quis servus alienus fuerit -tus. *ibid. bis.* 39, 3 hominem ingenuum. 39, 5 si Romanum -verit. Visig. 7, 3, 3 qui filium aut filiam alicuius ingenui ... -verit aut sollicitaverit. *ibid.* parentibus venditi aut -ti. *al. ibid.* 7, 3, 4. 5. 6. *e possessione diaboli*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 9 non ut *baptizati* ... de iure videantur diaboli -ti. **2** *in compar. de usurpatione argumenti*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 92 quod *argumentum* ... ab inimico ... quasi vernaculum, ab illo vero quasi fugitivum -tumque pensetur.

deriv.: cf. plagiaticius, plagiator. *Ottink.*

[plagiorigidus *in explic. inepta aetatis recentioris vocis gr.* orthotonicus (*pro* -pnoicus) VEG. mulom. 2, 110 tit. (platorig- *trad.* capp. 2, 110).]

plāgipatida (-ēs*?*), -ae *m.* *iocose formatum e* 1. plaga *et* pati *in modum patronymici, cf. e. g.* oculicrepida. *i. qui plagas patitur*: PLAVT. Capt. 472 Lacones unisubselli viros, -as, *sc. parasitos.* Most. 356 ubi sunt isti -ae, ferritribaces viri, *sc. servi*? GLOSS. V 524, 28 -a est qui plagas patitur, ut servus vel ⟨parasitus⟩ (*suppl. Goetz in indice*). *M. H.*

*?***plāgitor,** -ōris *m., si recte trad., derivandum a* 1. plaga *coll.* funditor *a* funda (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 359*): GLOSS. II 591, 6 *v. p. 2301, 63.*

plagium, -ī *n.* [*a* plagiārius (*q. v.*) *retrograde formatum, cum illa vox cognatione cum* 2. plaga *obscurata significaret nocentem quendam. Fo.*] NOT. Tir. 48, 56 -um (*48, 57* plagiarius).

1 *singulariter retorquetur usus ad notionem originariam plagiarii, ni fallimur, ut sit fere i. q. actio plagiarii, sc. venatio per plagas facta, vel plaga* (*an genus omne retium? cf. etiam p. 2284, 28; vix huc p. 2305, 32*): GRATT. 24 armorum casses -ique exordia restes (*i. casses [vel retia] sunt exordia armorum et restes sunt exordia plagii [retium], v. Richmond, Class. Quart. 18, 1968, 380sq.*). **2** *usu sollemni iuris significatur crimen, quo dolose servi e potestate domini alienantur vel liberi pro servis habentur* (*sec. legem Fabiam [saec. I' a. Chr. latam], quae vocem* -um *non continuisse vid.; ad rem v. Brecht, RE XX 2, 1998, 54sqq. et praecipue Lambertini, Plagium, 1980*): EPIST. imp. Hadr. dig. 48, 15, 6 pr. servos alienos qui sollicitaverit aut interceperit, crimine -i, quod illi intenditur, teneatur (COD. Iust. 9, 20, 8 [*a. 290*]. 3, 15, 2 [*a. 294*] sciens liberum venumdando -i c. committit. *al. in constt. anni 294 sub* 9, 20 ad legem Fabiam, *e. g.* 9, 20, 14 [*postea*: suppressisse]. *cf.* COD. Iust. 7, 14, 12 [*a. 294*] commissum -i. LEX Burg. Rom. 4, 1 in -i scelere ... deprehensus [*postea*: ingenuum aut servum sollicitare ... aut vendere]). MEN. dig. 49, 16, 5, 2 si -um factum vel adgressura abigeatus ... accesserit (COD. Iust. 9, 20, 1 [*a. 213*] adversus eum, a quo sollicitatam ancillam -o quoque f. exportatam queritur *dominus* [*postea*: quod si per violentiam mancipium abreptum est]. VLP. dig. 17, 2, 51, 1 si -um fecit vel suppressit, Fabia teneri). VLP. dig. 48, 15, 1 si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen adversus eum ex lege Fabia de -o nascitur, quo venditor quoque fit obnoxius. PAVL. dig. 40, 1, 12 servus, qui -um admisit. COD. Iust. 3, 41, 3 (*a. 293*). 6, 2, 10 abducta mancipia furto vel -o venumdata (*a. 293 ut*: 9, 20, 10 qui abduxit -o mancipia. 9, 20, 11 abducti -o facta venditio). EDICT. Theodor. 81 reatu -i. 82 de -o ... agere.

deriv.: plagio; *cf.* plagiaticius, plagiator. *Ottink.*

plagius, -a, -um, *πλάγιος.* *de forma* plaga *v. l. 36sqq.* [*val.* plaĭŭ *'campus, pratum, ora, litus, planities in montibus sita', dalm.* plui, *raet. or.* (*Belluni*) piai *'locus declivis'; it.* (s)piaggia (*inde francog.* plage, *cat.* platja), *calabr. sept.* praju *'locus aequus, planities parva', cf. et locut. it.* andare *vel* stare piaggia piaggia *'latus alicuius tegere, blandiri' sim.; francoprov.* playa (*inde hisp.* playa, *port.* praya); *serbocroat.* plag *'parva planities in imo monte'. cf. M.-L. 6564. C. S.*]

i. q. obliquus, transversus: **1** *usu vario* (*neutr. pro subst. l. 19. 21*): HYG. astr. 3, 3 *Arctophylax* -us (plagas, pedibus *var. ll.*) exoriens citius cum Chelis videtur. VET. LAT. deut. 31, 26 (cod. 104) librum legis ... ponetis in -o arcae testamenti (*gr. ἐκ πλαγίων, cod. 100* ab latere, *sim. Vulg.*). ACT. Petr. 38 *crucis* lignum (clavum *trad., corr. Turner, Journ. Theol. Stud. 32, 1931, 132*) ... de -o hominis figura est; clavus ..., qui continet [et] in directo ligno ⌊lignum -um⌋ (ligno -o *trad.*) in medio conversio et pa⟨e⟩nitentia[m] hominis est (*gr. utrobique τὸ πλάγιον*). **2** *technice respicitur litus, quo naves appelli possunt* (*sc. ut ibi per latus litoris dispositae subducantur; in exemplis infra allatis saepe disting. portus molibus sim. munitus, quem naves intrant [de notione q. e. molliter devexum voci gr. vix apta cogitant viri docti; de re v. Uggeri, Stud. Ital. 40, 1968, 237sqq.]; potius pro adi. adhibet* SERV., *pro subst. fem.* [*sc.* statio, positio] ITIN., *neutr.* ISID.): *forma communi* -ia(m): ITIN. Anton. Aug. p. 503, 3 a Vintimilia, -a (*item* p. 504, 3. 505, 3; *disting.* portus *passim,* positio *e. g. p. 506, 4*). SERV. Aen. 2, 23 ('statio male fida') statio est, ubi ad tempus stant naves, portus ubi hiemant; 'male fida' ... propter periculum navium, quia statio est, quam -am vocant; aut certe fida Graecis; male, hoc est, in nostram perniciem. ISID. orig. 13, 16, 10 pelagus ... est latitudo maris sine litore et portu, Graeco nomine *ἀπὸ τοῦ πλαγίου,* hoc est a latitudine, dictus; unde et -a, eo, quod sint importuosa. *forma* plaga (*per confusionem c.* 2. plaga*? locis fort. interpol., v. ed. Cuntz in app.*): ITIN. Anton. Aug. p. 95, 6 Chalis ... -a (*item* p. 95, 7. 96, 1. 3; *disting.* refugium).

compos.: cf. plagiloquium. *Ottink-Bk.*

***plāgo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. plaga. *inter verba coniug. primae affert* CHAR. gramm. p. 474, 7. *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 90, 27 (inter vulneratum et sauciatum) -tus potest dici sauciatus. *abiit in sermonem gr. πλήγατος* (*πληγά-, πληγᾶ-?*). [*it.* piagare, *venet. vet.* enplagar, *raet. occ.* player *'vexare'* (*ut hisp.* plagar), *francog. vet.* plaier, *francoprov., cat.* plagar, *hisp.* llagar, *port.* chagar; *cf. theod.* plagen. *cf. M.-L. 6563. C. S.*] [*in falsa var. l. pro* ligatus CHROMAT. in Matth. 44, 4; *restit. pro* plac- *l. 65sq.*]

1 *i. q. plaga, ictu afficere*: **a** *proprie; -antur*: **α** *arbores, sc. nota incisa*: FRONTIN. grom. p. 34, 14 qui⟨dam⟩ -tas (clavicatas *cod.*) vocant *arbores,* quas finis declarandi causa denotant (*postea*: stigmatas, ... insignes aut notas). **β** *homines vel dei, sc. caedendo, occidendo, mordendo sim.*: TAB. devot. Audollent. 248A (*saec. III?*) ⟨ut⟩ facias *viros quosdam* exiliatos ex[i]pilatos -tos. VET. LAT. II Macc. 14, 43 (rec. M) dum non mortifere se -asset *presbyter* (*gr. τῇ δὲ πληγῇ μὴ κατευθιχτήσας, rec. L. al.* plagam dedisset, *P* plaga ictus). SCHOL. Iuv. 6, 655 *Telephus* -tus est ab Achille. VVLG. Zach. 13, 6 -tus sum in domo eorum, qui diligebant me (*3* configent eum pater ... et mater). PS. HIER. epist. 5 p. 74^{B} (*de Iob*) -tum infestis ictibus corpus. AVG. civ. 21, 11 p. 513, 1 qui *servus* verbo aut ictu ... vel lacessivit dominum vel -vit. QVODV. prom. 2, 22, 45 *Samson* fugatos -tosque prostravit inimicos. PS. APVL. herb. tit. morb. l. 100 ad -tum ferro vel sude (*spectat ad herb. 31 l. 18* ad percussum ferro vel sude, *62 l. 5* ad plagas sive a ferro *eqs., 76 l. 5* ferro percussus). DRAC. Romul. 9, 75 *Diomedi* lusisse fuit -are Cytheren. LEX Burg. lib. const. 27, 6 *si fur deprensus in messi* caesus fuerit aut -tus. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 197 p. 561 ut sine ulla dilatione ... cunctos *coniuratos* -ret (placa- *ed.; gr. μεταχειρισάμενον*). CORIPP. Ioh. 7, 419 quem *militem* -verat ... ensipotens *hostis* (*corr. Tandoi, Stud. Ital. 54, 1982, 77,* placa- *cod.,* lacera- *Diggle*). LEX Sal. Merov. 14, 7 si quis ... canes occiderit vel homines -verit *eqs.* 17, 4 si quis alterum in caput -verit, ut *eqs.* VITA Adae rec. B 39 *serpens* recessit et Seth -tum dentibus dimisit (*gr. 12 πεπληγμένον*). *al.*

b *in imagine vel translate*: VET. LAT. prov. 7, 26 (Didasc. apost. 6, 3) *mulier illecebrosa* multos ... -ans occidit (*gr. τρώσασα, Vulg.* vulneratos). IREN. 4, 28, 3 si non Aegyptii -ti fuissent ..., non poterat deus salvare populum suum (*antea*: percusserit. *cf. p. 2294, 44*). DIDASC. apost. 19, 10 sicut peritus ... medicus omnes sanans, qui per peccata -ti sunt. AVG.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 108, 19 *ut quidam a nobis excommunicatus* abs te *Donatistarum episcopo* iterum -retur (*sc. iterato baptismo*). Ps. Avg. serm. dub. 366, 2 (*Christus comparatur Samaritano, ad Luc. 10, 30sqq.*) *te* -tum invenit, non sanum. Conc.^{S} II 5 p. 144, 13 cum necdum -tus sis et nostrorum malorum in experimentum non veneris (*Migne gr. 37 p. 141^{C} ἁπλῆγα ἔτι σε τυγχάνοντα*). Evseb. Emes. serm. 20, 21 Petrus ei *diabolo* factus est petra; magis enim -vit quam -tus est.

2 *i. q. incidendo efficere* (*sc. plagam, notam*): Hyg. grom. p. 76, 3 *ad fines notandos* arbores solent ... -tam antiquitus ... ostendere[m] cicatricem.

*deriv.: ?*plagatus (-ūs). *Ottink.*

plāgōsus, -a, -um. *a* 1. plaga. *i. q. plagis abundans: notione act., sc. de eo, qui saepe vel multas plagas dat*: Hor. epist. 2, 1, 70 (*inde* Svet. gramm. 9, 3) memini *carmina Livi* ... -um mihi parvo Orbilium dictare ([Porph. ⟨s⟩aevum et saepe plagas inferentem]. *pendent* Gloss.^{L} II Philox. pl 34 *δάρτης*. Gloss. III 336, 13 *φιλοδάρτης*: -us, ⌊flagitiosus⌋ [⌊ ⌋ *v. vol. VI 1, 835, 51sq.*]). *notione pass., sc. de eo, qui saepe vel multas plagas passus est vel gerit* (*de eius dono l. 20*): Apvl. met. 8, 5, 10 *homini* percito atque ⌊-o ac frustra⌋ vulnera, *sc. ab apro facta,* contegenti (⌊ ⌋ -a crura *trad.*). 9, 12, 3 *servorum* dorsum ... -um (*antea*: vibicibus lividis). *M. H.*

plagula, -ae *f.* *a* 2. plaga *demin., cf.* Non. p. 537, 21 (*v. p. 2301, 41*). *scribitur* plac- *l. 36 et* Not. Tir. 97, 24 -a. [*restit. l. 32 (cf. l. 50 et p. 2301, 57); in falsa var. lect. p. 2301, 70 et* Svet. Tit. 10, 1 (*pro* pallula); *contextu manco* CIL VIII 1013 -as.]

i. q. plaga, sc. fere parva (*ad rem v. e. g. Schneider, RE XX 2, 2006, 6sqq.*): **1** *significantur textilia, sc. a textore confecta (potius quadriangula vel oblonga, ut vid., variaeque magnitudinis); respicitur*: **a** *velamen lecti*: Afran. com. 413 deme ... -am de lecto (*v. app. crit.*). Varro frg. Non. p. 86, 6 qui primus uxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus ... -is cum strasset. p. 162, 24 iudicare, quid sit bene pictum plumario aut textore in pulvinaribus -is (*Lindsay cum Onions*; plagi(i)s *codd.*). Liv. 39, 6, 7 *milites ex Asia revertentes* lectos aeratos, vestem stragulam pretiosam, -as et alia textilia ... Romam advexerunt. **b** *pars togae vel vestimentum totum*: Varro ling. 9, 79 *si quis* tunicam in usu ita consuit, ut altera -a (plac- *codd.*) sit angustis clavis, altera latis. Vlp. dig. 34, 2, 23, 2 (*fort. de ricinio*) *vestimenta* muliebria ... veluti stolae, pallia ..., -ae, penulae. *de panno ad sarturam adhibito*: Vet. Lat. Marc. 2, 21 (cod. 11) nemo -am panni rudis superconpraehendit in vestimentum vetus; sin autem, tollit ab eo multitudinem nova -a et maior scissura fit ([*gr. ἐπίβλημα ... τὸ καινόν, cod. 5. al. et Vulg.* adsumentum ... supplementum]. *inde pendent*: Tert. adv. Marc. 3, 15 p. 401, 14 novam -am non adsui veteri vestimento [*sim.* orat. 1 p. 180, 7]. Hier. in Matth. 9, 16 l. 1349 ['commissuram'] -ae vestimenti novi ... praecepta euangelica sentienda *sunt*). **c** *ligamentum, linteum sim. a medico adhibitum*: Hippocr. num. sept. 36, 6 *membra uncta* involvere mollibus et calidis -is. Plin. phys. Bamb. 83, 6 *medicamentum* linteo inlitum imponis *spleni* ...; sed subter ad carnem ponis aliam -am, ne conburat. *fort. huc pertinet*: Val. Cem. hom. 17, 3 vidimus ... per diversas ... regiones *martyris* scissi corporis ⌊-as⌋ passim dividi et pretiosa vulnerum documenta toto ... orbe portari (⌊ ⌋ plagas *Migne; an de particulis corporis? aliter Riberi -as esse partes vestimenti super altare positi putans*).

2 *significantur res textae nexaeve e materiis variis*: **a** *scheda, pagina chartae e papyro confectae*: Plin. nat. 13, 77 *crates papyri* premitur ... praelis, et siccantur sole -ae atque inter se iunguntur. **b** *rete* (*sc. venatorum sim.*): Gloss. -a: *δίκτυον. δίκτυον κυνηγετικόν. κυνηγετικόν λίνον* (*λίθον cod.*). retiaculum. *Ottink.*

plagūsia, -ae *f.* [*verbum originis incertae extrinsecus adscitum videtur; sunt qui putent formam factam esse ad similitudinem subst.* 2. plaga. *Fo.*] *nomen piscis*: Plavt. Rud. 298 captamus conchas, marinam urticam, ... -as striatas (plac- *Salmasius*). *M. H.*

plāna, -ae *f.* *retrograde a* 1. planare (*cf.* 1. occa *ab* occare). [*dial. it. mer.* kyana, *sept.* piana, *sard. centr.* prana, *raet. occ.* plauna, *or.* plane, *francog. vet.* plaine *et var. dial.* (plęn *Legiae,* plāna *francog. mer. occ.*), *cat.* plana, *hisp.* llana *'instrumentum ferreum caementarii'. cf. M.-L. 6567. C. S.*] *i. q. instrumentum planandi (sc. ligna), runcina* (*an lamina eius* Arnob.*?*): Arnob. nat. 6, 14 *simulacra* runcinarum levigata de -is. Gloss. III 325, 64 (*inter ferramenta*) *ῥυκάνη*: -a. *Reineke.*

plānāris, -e. *a* 1. planus. *i. q. ad planum pertinens*: Mart. Cap. 6, 708 (*loq. Geometria*) una *pars formandorum schematum,* quae dicitur -is, quam *ἐπίπεδον* graece soleo memorare, alia solida, quam *στερεόν* dicimus. 6, 711 circulus est figura -is.

plānārius, -a, -um. *a* 1. planus. [*dial. port.* chãeiro *'planities', gallaec.* čaira. *cf. M.-L. 6569. C. S.*] [*confunditur c.* plenaria *in* Cod. Theod. *et* Iust. (*in falsa var. l.* Novell. Iust. 128, 3).]

plangor, -ōris *m.* *a* plangere. *scribitur* -guo- APVL. met. 3, 8, 2 (*cod. F*) *et in var. l.* PS. QVINT. decl. 10, 4. *de notione*: GLOSS. -r: κοπετός. plangentium vox. ululatus. -bus: κοπετοῖς, θρῆνοις. planctibus. *legitur raro inde a* RHET. Her., CIC., CATVLLO, LVCR., VERG., *saepius apud* OV. (*14*^{ies}), APVL. (*septies*). [*confunditur maxime c.* clangor, *sc. in codd. ant.* VERG. Aen. 2, 487.4, 668. 6, 561, *med. aevi e. g.* VERG. Aen. 12, 607 OV. met. 2, 346 CARM. de resurr. 329 (*restit. Heinsius praeter necessitatem* SIL. 12, 598; *in falsa var. l.* STAT. Theb. 12, 454). *restituendum vid. p. 2289, 25 sq.*]

i. q. planctus, *actio plangendi* (*fere c. respectu luctus, maeroris; aliter sub 1b et 2c*): **1** *e contextu elucet notio pulsandi, feriendi (c. gen. obi. l. 13; exempla certiora); plangunt*: **a** *homines, sc. corpus suum tundentes*: RHET. Her. 3, 15, 27 *in conquestione* fēminis -e et capitis ictu ... *oratorem* uti oportebit. OV. epist. 10, 37 (*Ariadne Theseo*) quod voci deerat, -e replebam: verbera cum verbis mixta fuere meis. met. 3, 498 *Narcissus* cum ... suos manibus percusserat ... lacertos, ... *Echo* reddebat sonitum -is. 4, 138 *Pyramo moriente Thisbe* percutit ... claro -e lacertos (*item fit -r propter mortem alicuius*: 4, 554 solito ... -e ferire pectora. 10, 727). 6, 532 *Philomela vim passa* lugenti similis caesis -e lacertis. fast. 4, 455 *rapta Persephone, comites* montes ululatibus implent et feriunt maesta pectora nuda manu; attonita est ⌞-e⌟ Ceres (clamore *var. l.*). **b** *undae*: CATVLL. 64, 273 *undae* tarde primum ... procedunt leviterque sonant -e cachinni. **c** *aves volantes* (*sive alis plaudunt, sive aerem pulsant*): OV. met. 13, 611 *Memnonides* ter ... rogum *Memnonis* lustrant, et consonus exit in auras ter -r.

2 *minus elucet notio pulsandi, feriendi* (*ita ut spectare possit ad clamorem, fletum sim. maerentium, quamquam et hic nonnulla de corpore tundendo accipi possunt [cf. 1a]; saepius accedunt voces similium notionum, ut l. 33 sq. 54*): **a** *-r fit propter quaelibet mala* (*in ritibus l. 39*): LVCR. 5, 972 *homines prisci non* -e diem magno solemque ... quaerebant pavidi palantes noctis in umbris. CIC. Phil. 2, 85 tu *Caesari* diadema imponebas cum -e populi, ille cum plausu reiciebat. orat. 131 (*de miseratione suscitanda*) *ut* sublato ... filio parvo -e et lamentatione complerimus forum. VERG. Aen. 2, 487 cavae -bus aedes femineis ululant ([*postea*: clamor]. *appropinquante hoste ut*: AMM. 28, 6, 15 moenia ... funestis -bus resonantia feminarum). 6, 561 (*auditur strepitus eorum, qui in Tartaro puniuntur*) quis tantus -r ad auras? ([*Claud. Don. ad loc. p. 582, 5* planctus]. *cf.* CARM. de resurr. 329 magnus -r ibi *in gehenna* fletu sociante clamorem). APVL. met. 5, 5, 4. Socr. 14 p. 149 Aegyptia numina ferme -bus, Graeca plerumque choreis *gaudent.* PAVL. NOL. carm. 18, 331 resonant -e silentia noctis. CYPR. GALL. exod. 118. **b** *-r fit propter homines amissos, periclitantes sim., vel morientes iamve mortuos* (*huc pertinere vid. locus lacunosus* INSCR. christ. Diehl 2188, 7 ⟨pl⟩angoribus auras. *cf. l. 17 sqq. 21. 25*): VERG. Aen. 4, 668 *Didone moriente* lamentis gemituque et femineo ululatu tecta fremunt, resonat magnis -bus aether ([*Claud. Don. ad loc. p. 416, 23* planctu]. 12, 607 resonant late -bus aedes. CYPR. GALL. exod. 358. *cf. l. 35. 40 et* EPICED. Drusi 179 maesta domus -e sonat). OV. met. 2, 346 *Heliades Phaethonta lugentes* more suo ... -em dederant ([*341 sqq.* dant lacrimas et caesae pectora palmis *eqs.*]. 8, 447. 14, 421 flere et lacerare capillos et dare -em). 4, 694 *Andromedae religatae parentes* secum ... fletus -emque ferunt. 11, 709. 14, 749 sonus -is *pompae funebris.* VAL. FL. 3, 275. 6, 566 genetrix ... implevit -e lacus (*cf.* STAT. Theb. 1, 592 *mater occisi* saevis [maestis *var. l.*] -bus amens tecta replet). STAT. Theb. 3, 120 fervet iter gemitu et -bus arva reclamant. 6, 28 iam -e viae, gemitu iam regia mugit flebilis. 12, 122. 12, 454 (*mulieres spretis iussis Creontis combusserunt Polynicen*) *comprehensae* furtum claro -e fatentur (*nisi ad a*). PS. QVINT. decl. 10, 4 -em familiae altus sopor vicerat (*antea*: planctus ... lacrimasque). APVL. met. 3, 8, 2 -e sublato se lugubriter eiulantes *viduae.* 4, 3, 5 ⌞ululabili⌟ cum -e (eiula- *cod. F post corr.*). 7, 26, 4 dum puerum ... parentes sui -bus fletibusque querebantur. 9, 30, 7 summis -bus summisque lamentationibus. 9, 31, 2 *filia* cum se diutino -e cruciasset, ... tandem pausam luctui fecit. MAR. VICTOR. aleth. 3, 177. **c** *-r fit propter gaudium* (*sc. revivescentibus eis, qui mortui credebantur*): VICTORIN. Christ. 40 (*spectat ad Luc. 6, 15*) laetus ... -r. SEDVL. op. pasch. 3, 11 parentes *puellae* ... genus mutavere -is (*cf. p. 2314, 26*). *Reineke.*

[plangunculae *olim edebatur* CIC. Att. 6, 1, 25 (lang- *sim. codd.,* imag- *Victorius*).**]**

plangus, -ī *m.*, πλάγγος. *nomen speciei aquilae* (*v. e. g. Leitner, Zool. Terminol., 1972, 18 s. v.* anataria, *Capponi, Ornithologia lat., 1979, 426*): PLIN. nat. 10, 7 (*inter sex genera aquilarum*) *generis* tertii morphnos, quam Homerus et percnum vocat, aliqui et ⌞-um⌟ et anatariam *eqs.* (⌞ ⌟ *restit. ex Arist. hist. anim. 618b23*).

plāniloquus, -a, -um. *a* 1. planus *et* loqui. *i. qui plane loquitur, sc. ita ut facile intellegatur*: PLAVT. Truc. 864 di immortales, ut -a est, paucis ut rem ipsam attigit. *M. H.*

plānipedārius, -a, -um. *a* planipes. *i. q. ad planipedem pertinens, non nisi litteris gr. et formis fem. (pro subst.?) de genere comoediae*: LYD. mag. 1, 40 ἡ ... κωμῳδία τέμνεται εἰς ἑπτά· εἰς παλλιᾶταν, ... -αν. *ibid.* -α, *sc.* ἐστίν, ἡ καταστολαρία (*cf. l. 39*).

plānipedicus, -pedius *v. infra.*

plānipedus (plāno- *l. 20 sqq.,* -pedi(c)us *l. 13. 16. 19*), -a, -um. *a* 1. planus *et* pes (*cf.* bi-, quadripedus); *de* plano- *iuxta* plani- *cf.* mero-biba *iuxta* multibiba (*v. Leumann, Gramm. 1977, 390*), *sed fort. locutio adv.* plano pede (*v. p. 2336, 66*) *iuxta subst. posita per hypostasin pro adi. compositio accipi potuit; cf. sub* pedeplanus.

1 *i. q. ad planipedem pertinens, sc. genus comoediae* (*cf.* planipes): DON. de com. 6, 1 sq. comoedia ... multas species habet; aut ... palliata est ... aut -ia; (2) -ia ... dicta ob humilitatem argumenti eius ac vilitatem actorum, qui non coturno ... nituntur in scaena ..., sed plano pede, vel ideo quod ... ea negotia continet, quae ... in plano atque in humili loco *habitantium sunt* (*utrobique* -dica *var. l.*). **2** *i. q. in solo plano situs, pedeplanus:* *forma* plani-: CASS. FEL. 30, 3 *aegroto* cubiculum ... frigidum et -um et obscurum procurabis. PS. THEOD. PRISC. add. p. 333, 32 in furno -io bene temperato hominem ... in tabula sisti facias. *forma* plano- (*non nisi neutr. pro subst.*): GLOSS. III 190, 66 catogeon (*i.* κατώγεων): -um (*67* anogea [*i.* ἀνώγεα]: superiora). 269, 5 κατώγεων: -um (*4* ἀνώγεων, ὑπερῷον: cenaculum).

plānipēs, -pedis *adi.* *a* 1. planus *et* pes (*cf. e. g.* loripes). [*restit. l. 31 et contextu manco* FEST. p. 181.]

1 *i. q. pedes planos habens vel in plano agens, sc. spectat ad genus quoddam comoediae* (*v. definitiones l. 11 sqq. et sub b*): **a** *de actore* (*cf.* GLOSS.^{L} V Abba PLA 22 -es mimi dicti, quod apud antiquos in orchestra adsueverant exultare idemque saltatores vocantur [= GLOSS. IV praef. p. XVIII]. GLOSS. V 622, 24 -s est ioculator. *masc. pro subst. praeter* CASSIVM): ATTA com. 1 daturin estis aurum? exultat -s. CASSIVS Quint. inst. 5, 11, 24 (*si recte huc traximus*) quis istam (iste *Burman*) faciem ⌞-is⌟ senis torquens? (⌞ ⌟ *restit. Regius,* lanipedi, lanipendi(s) *codd.*). FEST. p. 277 reciniati mimi, -es. IVV. 8, 191 populi frons durior huius, qui sedit et ... -es audit Fabios (SCHOL. nobiles neaniscologos. mimos et mimilogos, gesticulatores). GELL. 1, 11, 12 *nihil esset ineptius quam* si, ut -i saltanti, ita Graccho contionanti numeros et modos ... tibicen incineret. AVSON. 27, 5^{a} (400 S.; *de se ipso*) nec de mimo -em nec de comoediis histrionem. MACR. Sat. 2, 1, 9 -is et sabulonis impudica et praetextata verba iacentis. **b** *de ipsa comoedia* (*cf.* planipedus): DIOM. gramm. I 482, 29 poematos dramatici vel activi genera sunt quattuor; ... apud Romanos praetextata, tabernaria, Atellana, -s (*apud Graecos resp.* mimica). 490, 3 sq. *togatarum* quarta species est -is, qui graece dicitur mimus; ideo ... latine -s dictus, quod actores pedibus planis, id est nudis, proscenium introirent; ... sive quod ... in plano orchestrae ... actitabant. 490, 7 cuius -is Atta ... meminit (*affert l. 30*).

2 *i. q.* planus, *aequus*: FAV. EVL. 15, 5 *linea* in quaternarium duplicatione progreditur et facit epiphaniam, id est superficiem -em, quam Graeci ἐπίπεδον nominarunt, quatuor lineis angulisque descriptam.

deriv.: planipedarius. *Ottink.*

plānitās, -ātis *f.* *a* 1. planus. *i. q. qualitas plana, dilucida, sc. de perspicuitate*: TAC. dial. 23, 6 is ordo rerum, ... is compositionis decor, ea sententiarum ⌞-s⌟ est, ... ut *eqs.* (⌞ ⌟ plen- *var. l.*). *?vi locali et meton. de ipsa parte plana operis structi* (*sc. ima, si recte abl. loci intelleximus*): GALEN. alfab. 44 ('de cadmia') cod. Lucc. fol. 85^{v} quasi fuligo ⌞lateri⟨bu⟩s et camaris et ipsa -e⌟ furnorum adglutinatur (⌞ ⌟ cod. Paris. fol. 5$^{bis\ r}$ lateribus ex ipsa -e; *edd. Revirii et Iunt.* l. et c. ex i. plenitate. *ad rem cf.* Plin. nat. 34, 101 camaris lateribusque fornacium pro quantitate levitatis adplicata). *M. H.*

※plānitiēs, -ēī *et* plānitia, -ae *f.* *a* 1. planus. *scribitur* -ici- *saepe in codd. medii aevi, fere omnibus e. g.* CAES. Gall. 1, 43, 1. 7, 69, 3. NOT. Tir. 38, 46 -es. *sing. praevalent formae decl. quintae* (veteri dignitate *praeditae sec.* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 151, 19; *gen. et dat.* -e BELL. Hisp. *p. 2317, 25 sq. 28; v. etiam l. 66*), *sed primae* (rationis via PLIN. *ibid.*) *occurrunt in prosa oratione, sc.* CIC. div. 1, 2 (-em *var. l.*; Verr. II 4, 107 -es). LIV. 44, 6, 15 (*gen.* -ae; *an coll. l. 63 et cod. V* 42, 64, 8 *restit. gen.* -e? *ceterum 15*^{ies} *forma V*^{ae} *decl.*). VITR. 5 prooem. 4. 5, 3, 7 (*gen.* -(a)e). 5, 12, 3 (-e *var. l.*). 9, 7, 2 *v. p. 2319, 25 sqq.* 9, 8, 1. *al.* (*sed formae V*^{ae} *decl.* 1, 1, 7. 1, 6, 12. 5, 11, 3. *al.*). FEST. p. 238 (*sed* PAVL. FEST. p. 239 -e). PLIN. nat. 2, 203 (*dat.* -ae [-e *pars codd.*]; *ceterum 14*^{ies} *forma V*^{ae} *decl., e. g.* 3, 57 -e [-tiae, -ci(a)e *var. ll.*]. 5, 116 [-a *var. l.*]. 18, 109 [-tiae, -ci(a)e *sim. codd.*]). FRONTIN. grom. p. 18, 16. CIL VI 1270 (*litt. saec. I*). BALB. grom. p. 103, 18. 21. *al., e. g. p. 2319, 62; in falsa var. l.* CAES. civ. 1, 43, 1. *al.* *raro occurrit plur. (praevalet acc.), sc. sec. decl. primam* VITR. 5 praef. 4. 7, 3, 3 COLVM. 1, 2, 4 FRONTIN. strat. 2, 5, 38 SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 278, *sec. quintam* PLIN. nat. 6, 65. VET. LAT. psalm. 67, 5 (cod. *[Spoth]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

136). CET. FAV. 6, 2. *de notione*: GLOSS. III 415, 17 -a: *πεδίο⟨ν⟩. adde p. 2319, 43 sq.* *legitur inde a* SISENNA (*semel*), CIC. (*bis*), CAES., *raro in versibus inde a* LVCR., VERG., CALP. ecl., SIL. [*it.* pianezza (*cf. etiam nomen loci* Pianezza), *dial. francog.* (*Legiae*) plęnęs *nec non francog. vet.* *plainece, *quod restituendum est ex anglosax.* plainness. *cf. M.-L. 6574. Battisti-Alessio IV 2893. Wartburg IX 18. C. S.*]

fere i. q. res vel qualitas plana: **I** *de ipsa re, superficie plana* (*nota pleonasmum* -es aequatur *sim. l. 28. 70. p. 2318, 46; fere de plaga, superficie librata, e. g. l. 37. 52. p. 2318, 16. 46, sed proclivi l. 38. 41 sq. 48; curvata l. 51. p. 2318, 66*): **A** *generatim*: **1** *de plaga terrae, soli* (*caeli l. 67; iuxta ponitur vel pro syn. est* campus *l. 36. 62. 75 sq. al., cf. l. 53. nec non p. 2319, 70*): **a** *usu proprio respiciuntur*: **α** *naturaliter plana, sc. fere spatium extensum* (*v. e. g. l. 32. 34. 47; magnitudo indicatur l. 22. 58 sqq. [cf. p. 2318, 10]. sed potius spatium parvum v. imprimis l. 35* [*cf. attrib. l. 19. 44 et e. g.* LIV. 44, 5, 9 modicam. IVST. 24, 6, 9 exigua]): Ⓘ *de -e ubicumque sita* (*exempla post* SIL. *selecta*): Ⓐ *exempla varia*: SISENNA hist. 51 castra de -e (pani(a)e *trad.*) convertit in montes. CAES. Gall. 1, 43, 1 -es erat magna et in ea tumulus. 3, 1, 5 vicus *quidam* positus in valle, non magna adiecta -e, altissimis montibus undique continetur (*cf.* PAVL. FEST. p. 42 convallis est -es ex omni parte comprehensa montibus *eqs.* GLOSS.^{L} I Ansil. CA 578 convalle: depressa -e. *cf. p. 2318, 28. 66*). 7, 69, 3 -es circiter m(ilia) p(assuum) (tria) in longitudinem patebat. *al.* BELL. Afr. 51, 2. Alex. 28, 3 *locus* erat ipse excelsior -e (-a, -es *var. ll.*) ex omnibus partibus subiecta. Hisp. 7, 3. 24, 3 *cum hostes* tumulum ... petissent, prohibiti a nostris sunt deiecti -e (*i. in -em; item dat.*: 29, 3 quin media⟨e⟩ -e in aequum ... adversarii procederent). 25, 2 nostri ... -e in aequiore loco constiterunt. 29, 2 hinc derigens (dirig- *trad.*) proxima -es aequabatur. 29, 4 ut locus illa -e ⌊aequitate ornaretur⌋ (equitatum ornaret *codd.*). *al.* SALL. Catil. 59, 2 -es erat inter sinistros montis et ab dextra rupe aspera. Iug. 68, 2 pervenit in quandam -em locis paulo superioribus circumventam. *al.* LIV. 32, 4, 4 *advenienti* repente velut maris vasti sic universa panditur -es *Thessaliae* (*postea*: subiectos campos). 38, 20, 10 in proxima tumulis -e. *al.* CVRT. 3, 7, 9 -em ... camposque. 5, 4, 6 -es ... sub radicibus montium spatiosa procumbit. *al.* COLVM. 1, 2, 4 etiam celsiores agri frumentarii -as (-es *var. l.*) habere et quam mollissime devexi ac simillimi debent esse campestri positioni. 2, 2, 1 *probant* campum non aequissima situm -e nec perlibrata, sed exigue prona (*cf.* 2, 16, 5 -es ..., quae exigue prona non patitur diutius imbres ... immorari. PLIN. nat. 17, 36 *Cato* agrum optimum iudicat ab radice montium -e in meridiem excurrente [*de abl. cf. l. 45. 61*]). PLIN. nat. 6, 65 ubi primum molles (*i. pronas*) -es contingat *Ganges. al.* SIL. 4, 484 consul tristīs campos Poenisque secundam -em metuens Trebiam collisque petebat. 12, 164 campo Nola sedet crebris circumdata in orbem turribus et celso facilem tutatur adiri -em vallo. TAC. ann. 2, 19, 2 locum flumine et silvis clausum, arta intus -e et umida. SIC. FLACC. grom. p. 107, 7 quae *supercilia* ... usque in -am ex superiori vergunt (*in eadem re* p. 107, 13). LACT. Phoen. 5 illic, *sc. in oriente,* -es tractus diffundit apertos. AMM. 14, 2, 12 *non* resistere -e porrecta conati. 24, 4, 10 proclivis -es flumini imminens. CLAVD. 5, 126 barbarus adventum ... *Stilichonis* tremens se cogit in unam -em tutoque includit pascua gyro, *sc. carragine.* rapt. Pros. 2, 102 curvata tumore parvo -es et mollibus edita clivis creverat in collem. EVSTATH. Basil. hex. 4, 2, 5 donec ... in -e fuerit aqua recondita, stabilis est (*opp.* procliviora, descensus; *gr. p. 81*^{A} *ἐπὶ τοῦ ἰσοπέδου. nisi ad B1*). *al.* -es campestris: COLVM. 3, 14, 1 aut ager pinguis aut c. et uliginosa -es. PLIN. nat. 2, 203 *montem* c. aequatum -ae. AMM. 23, 6, 59 praecipites in c. -em fluvii decurrentes. Ⓑ *pendet gen.* (*cf. e. g. l. 70 sq. 72 sq. p. 2318, 6. 28. 2319, 43*): CAES. civ. 1, 43, 1 erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem ... -es circiter passuum CCC (*item indicatur mensura*: BELL. Hisp. 29, 1 -es ... intercedebat circiter milia passuum v. LIV. 7, 7, 6. PLIN. nat. 18, 109 campus est subiacens montibus nimbosis, totus quidem ... *tot* p(assuum) -e [-ae *var. l.*, -es *Strack*]. *vix huc pertinet l. 22*). VITR. 8, 1, 7 *sol exhaurit* ex -e camporum umorem (SEN. dial. 6, 18, 4 c. ... patentium fusa -es. APVL. flor. 10, 4 montium arduos vertices ..., c. supinam -em. AMM. 21, 10, 4. *al.; sing.* campi: CLAVD. DON. Aen. 5, 285 p. 455, 10. HIER. in Matth. 10, 28 vallis et parva c. -es. *al., vice versa* IVLIAN. in psalm. 131, 6^{b} in campo -ae; *v. etiam p. 2319, 49 sqq.*). CVRT. 3, 4, 8 -em eius *Ciliciae.* VVLG. deut. 3, 17 solitudinis. PRVD. c. Symm. 1, 323 cuius *caeli* -em ... transmittere ... laborat *sol.* *al.*

Ⓘ *de -e edita, in monte sita sim.*: CIC. Verr. II 4, 107 Henna ... est loco perexcelso atque edito, quo in summo est aequata agri -es. HIRT. Gall. 8, 14, 4 in summam -em iugi pervenit (LIV. 9, 31, 15 postquam prima signa -em s. ceperunt *eqs.*). SALL. Iug. 93, 4 in castelli -em pervenit ([2 ad summum montis]. *cf.* AMM. 19, 5, 4 scalae adusque civitatis ducebant -em). VERG. Aen. 11, 527 in vertice montis -es ignota iacet (*explic.* GLOSS. IV 458, 32 campus). LIV. 27, 18, 6 (*antea*: in tumulum ... plano campo in summo patentem) suberat et altera inferior summissa fastigio -es. PEREGR. Aeth. 4, 4 petra ingens est per girum habens -em supra se. OPTAT. 3, 2, 6 in cuius *montis Sion* vertice est non magna -es. ITIN. Eucher. p. 125, 14 maior ... pars *Hierusalem* infra montem iacet in -e humilioris collis sita. *al.*

Ⓘ *de solo plano, pedeplano*: IVST. 12, 9, 5 *de muro* in urbis -em ... desiliit.

β *ab hominibus exaequata* (*cf. imag. viae hic illic sub b*): VITR. 5, 11, 3 uti gradus sint in descensu ... ad -em *palaestrae,* quae -es sit non minus pedes XII, *sc. latitudinis* (*sim. in amphitheatro*: CALP. ecl. 7, 33 -em curvae sinus ambit harenae). CIL VI 1270 (*litt. saec. I*) clivom Martis pecunia publica in -am redigendum (XIV 3582 [*a. 340/350*] c. Tiburtinum. *cf. p. 2319, 9. 53*). INSCR. Afr. Gsell II 3596 (*a. 251*) caeso ... ad -em ... monte (*cf.* CARM. inscr. christ. urb. Rom. 18371 [*saec. VI ex.*] eruta -es *ecclesiae* patuit sub monte reciso). CET. FAV. 26 ad regulam exaequata -es *pavimenti.*

b *in imagine (non nisi apud script. eccl.) respicitur: commoditas*: IVVENC. 1, 686 (*sec. Matth. 7, 13* spatiosa via) si quos nimium fallax ... -es suasit deformi lubrica lapsu ([*opp. 683* vitalis vastis stipatur semita saxis]. *cf.* PRVD. ham. 797 *cum* laevum ... lene iacentem -es daret ampla viam. GREG. M. moral. 31, 96 l. 88 per latae viae -em). HIL. trin. 1, 20 arduum ... intelligentiae iter clivo quasi molliore lenivimus, ... -e subrepente devexum. AVG. serm. 47, 25 (*ad Ezech. 34, 27* in campo) in -e quadam, non arduis, in facultate quadam vitae. *humilitas fidelium*: GREG. M. moral. 21, 22 l. 11 deprimendus est tumor elationis; si enim ... mens descendit de vertice culminis, citius -em invenit naturalis aequalitatis (*cf. in compar.*: 31, 7 l. 41 quas *glebas duritiae* ecclesiarum humilitas quasi -es vallium portat). *sensus sacrae script. ad litteram sim.*: GREG. M. in euang. 13, 1 sancti euangelii ... aperta vobis est lectio recitata; sed ne aliquibus ipsa eius -es alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus.

2 *de qualibet -e* (*sc. plerumque de ipsa superficie, latere sim., sed de rebus superficie plana praeditis maxime l. 49. 56*): **a** *rerum solidarum*: **α** *variarum*: LVCR. 4, 294 -em ... speculi. HYG. lim. grom. p. 158, 16 in hac -a, *sc. lapidis* (*secl. Thulin*). APVL. met. 11, 4, 1 per intextam extremitatem *pallae Isidis* et in ipsa eius -e stellae dispersae coruscabant. SOL. 15, 25 quibus *smaragdis optimis* -es resupina est et extenta (*antea opp.* globosi ..., concavi).

β *operum architecti, fabri sim. (paulo aliter l. 8 sqq.); respicitur*: Ⓘ *pars aquaeductus*: VITR. 1, 1, 7 in cursibus ... et circuitionibus et ⌊librata -e expressionibus⌋ ([*v. Fleury, 1990, ad l.*]. 8, 6, 9 l. -a tubulorum. CET. FAV. 6, 2 -a inflexa libretur, ut ... aqua fracto impetu lenius decurrat). 8, 6, 7 castella ... neque in ventris -a neque in expressionibus ..., sed in perpetua ⟨fiant⟩ aequalitate. CET. FAV. 6, 2 si longior -a fuerit (*antea*: planus locus). *ibid.* saepius flexuosas -es facies. Ⓘ *quidlibet*: VITR. 5, 12, 3 (*fundamentum molis*) *in mari* pulvinus exaequata struatur -a ([*opp.* proclinatum latus]. *in eadem re*: 5, 12, 4 *circa pulvinum* margines struantur aequilibres ex -a. *ibid.* -a pulvini [*opp.* proclinatio]). 7, 3, 3 cavendae sunt in cameris priscorum dispositiones, quod earum -ae coronarum gravi pondere inpendentes sunt periculosae. 10, 8, 1 (*describuntur hydraulica*) in summa -a, *sc. modiolorum, sunt* foramina. 10, 15, 3 (*describitur machina bellica*) supra transtrorum -em. LIV. 44, 5, 7 ubi -es ... pontis excepisset eos, *sc. elephantos per proclive labentes.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 190, 1 *cum summus gradus scalarum* ad superiorem -em, *sc. tabulati,* aequalis sit (*inde* AVDAX gramm. VII 342, 2). CET. FAV. 29, 3 per medium ... hemicyclium ... -a aequalis subtiliori crassitudine fiat (*de parte horologii, v. ed. Cam, 2001, 162 sq. ad l.; in eadem re*: 29, 4 mediam -em). EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 3 lavacrorum ... cameras, interius quidem semirotundo schemate fabricatas, in fastigiis vero suis habere -em (*gr. ὁμαλὴν ... τὴν ἐπιφάνειαν*).

γ *partium corporis*: CELS. 8, 1, 21 *ossa inter bracchium et palmam triangularia* structura quadam inter se conectuntur, cum invicem superior alterius angulus, alterius -es sit. LACT. opif. 10, 27 huic *pectori* subdita est -es ventris. 13, 6 *deus plantas hominum* longiores ... formavit, ut stabile corpus efficerent -e sua (*nisi ad II*). PHYSIOGN. 112 *libidinosi* mentum reflexum ad nares ita, ut inter nares et mentum cava sit quaedam -es (*gr. περιφέρειαν κοιλήν*). SIDON. epist. 1, 2, 2 a -e frontis in verticem caesaries refuga.

b *aquae, sc. de eius aequore* (*cf. p. 2317, 31. 2319, 50*): VITR. 5, 3, 7 *lapide immisso* in aqua circuli -ae in latitudine moventur (*in eadem re*: SEN. nat. 1, 2, 2 donec evanescat inpetus *orbium* et in -em inmotarum aquarum solvatur [*sunt, qui ad II trahant*]). 6, 2, 2 summam -em liquoris (*ibid.* ad s. aquae -em). SIL. 15, 225 pigram in -em stagnantīs ... undas. RVRIC. epist. 1, 12 p. 366, 5 (*in imag.*) illam aequoris ... -em ad instar montium repente consurgere.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *speciatim*: **1** *in geometria, arte grom. sim. de area, superficie* (*intellectu concepta l. 9 sqq.; opp. vel disting.* altitudo, altum, soliditas *l. 15. 18. 19; cf. l. 37 sqq. et adi. gr. ἐπίπεδος*): **a** *exempla varia*: VITR. 5 praef. 4 cybus ... est corpus ex lateribus aequali latitudine -arum perquadratum (*de latere corporis ut*: MACR. somn. 1, 5, 8). 9, 8, 1 (*genera horologiorum*) scaphen sive hemisphaerium ..., discum ⌊in -a⌋ (⌊ ⌋ *i. dimensiones duas solum habentem*). FRONTIN. grom. p. 18, 16 (*antea*: clivorum inaequalitatem planam esse cogamus) ⌊cultellamus ... agrum eminentiorem et ad -a⟨e⟩ redigimus aequalitatem⌋ (*secl. Lachmann*). BALB. grom. p. 98, 16 quae *lineae parallelae* in eadem -a positae ... in infinitum non concurrunt (*cf. Eucl. elem. 1 def. 23 ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ. sim.* PS. CENS. frg. 7, 5 MART. CAP. 6, 712). p. 103, 18 planus angulus est in -a duarum linearum adtingentium ... alterius ad alteram inclinatio (*cf. Eucl. elem. 1 def. 8 ἐν ἐπιπέδῳ. sim.* PS. CENS. frg. 6, 2 MART. CAP. 6, 710). p. 103, 21 solidus angulus est, ⌊cuius -ae⌋ altitudo adiungitur (⌊ ⌋ *sc. angulo plano, qui ei subiacet*). AVG. soliloq. 2, 20, 35 pilam veram vera -e *non nisi* puncto tangi. MACR. somn. 1, 5, 9 -es ..., quam Graeci *ἐπιφάνειαν* vocant, longo latoque distenditur, alto caret, et haec -es quantis lineis contineatur, expressimus (*disting.* soliditas *ut*: 1, 6, 34. 1, 6, 35 aut ... linea eicitur ex puncto, aut ex linea superficies, aut ex -e s. [*postea*: latitudo]). 1, 6, 22 geometrici corporis ... -es. **b** *in -e ducuntur lineae sim. in geometrica descriptione* (*per brevitatem de linea, quae a plano repraesentatur [sc. l. 33 sq.], vel de extremo eius lineae* [*sc. l. 29. 32*]): VITR. 1, 6, 12 (*agitur de schemate ventorum*) erit ... in exaequata -e centrum, ubi est littera A *eqs.* 9, 7, 2 *ubi* horologia erunt describenda, ... linea describatur in ⌊-a⌋ et e media *πρὸς ὀρθὰς* erigatur ..., quae dicitur gnomon (⌊ ⌋ -(a)e *var. l.; cf.* 9, 7, 3 linea, quae est in -a). *ibid.* a linea, quae erit -es, in linea gnomonis (*cf. gen. fort. explic.* ad lineam -ae: *ibid. postea* [-a *vel* -ei *var. ll.*]. 9, 7, 3. 4). 9, 7, 3 ex novem partibus, quae sunt ⌊a -a⌋ ad gnomonis centrum (⌊ ⌋ *sc. a fine lineae in -a descriptae*; a -e *var. l.*). HYG. lim. grom. p. 153, 9 sqq. (*ibid. 1* ratio, qua tribus umbris *gnomonis* comprehensis meridianum describamus; *2.* loco plano; *9* in terra) sit ergo gnomon AB, ⌊-a⌋ B (⌊ ⌋ *i. punctum, ubi gnomon in -a stat, est B*); tollamus umbram maximam et in -a notemus signo C: secundam similiter in -a notemus signo D *eqs.* p. 153, 16 ordinatas ... *umbrarum* lineas basi (*sc. trigoni, cuius cathetus est gnomon*), hoc est -ae, eiciamus in cathetum *eqs.*

2 *in arithmetica; -e repraesentatur numerus planus q. d.* (*de quo v. p. 2337, 47 sqq.*): MART. CAP. 7, 755 -es varias formas habet numeris ad similitudinem aliquarum figurarum ordinatis. *ibid.* si quattuor ⟨super quattuor⟩ ponuntur, et crassitudo oritur et paria omnia latera *cubi* in -em atque altitudinem sunt binis in omnem partem ordinatis. 7, 756 (*bis; cf. Eucl. elem. 7 def. 22 ἐπίπεδοι*).

II *de qualitate plana* (*pendet fere gen.; cf.* GLOSS. II 231, 32 *ἀνώμαλος τόπος*: inaequalis, sine -e. 382, 55 *ὁμαλότης*: aequalitas, -es. *huc fort. trahenda p. 2318, 65. 71*): **A** *rerum corporalium*: **1** *locorum sim.*: CIC. div. 1, 2 *Assyrii* propter -am magnitudinemque regionum, quas incolebant, ... motus ... stellarum observitaverunt (PAVL. FEST. p. 43). BELL. Afr. 37, 4 hic campus mirabili -e patet milia *tot* (*si recte huc traximus; cf.* -s camporum: PLIN. nat. 2, 160 in tanta montium excelsitate, tanta c. -e. 2, 162 in tanta -e maris c. que. AMM. 18, 6, 14 -es supina c. AVG. lib. arb. 2, 107 campi. *al.; cf. p. 2317, 62 sqq.*). QVINT. decl. 388, 12 litus ... molliter devexum aequali -e ... subsidit. VET. LAT. Bar. 5, 7 (Iren. 5, 35, 1) ut valles impleantur, ad redigendam -em terrae (*gr. εἰς ὁμαλισμὸν τῆς γῆς, cod. 133. al. et Vulg.* aequalitatem. *cf. p. 2318, 12 sqq.*). PANEG. 6, 9, 3 *noctibus aestivis* illa litorum extrema -es non attollit umbras (*sc. in Britannia; de eadem re cf. Tac. Agr. 12, 4* extrema et plana terrarum). PS. AVG. serm. ed. Mai 48, 2 (*in imag.; ad Is. 40, 3*) semitae fidelis -es. VITAE patr. Iurens. 24 quae *silvae* et -e et fecunditate minime fallebantur. *al.* **2** *partium corporis* (*cf. p. 2318, 61*): FEST. p. 238 a pedum -a ... Plautus coeptus est dici (*antea*: pedibus planis). PLIN. nat. 6, 187 gentes ... sine naribus, aequali totius oris -e. CHIRON 78 *vulnus* inungebis ..., donec se cicatrix cum -a cludat (*postea*: quaecumque partes se aequare possint ad aequalitatem. *inde* VEG. mulom. 2, 19 cum -e). 643 secito ossilaginem ... et xistera diligenter adferito, ut ad -am ⌊cruris⌋ reddas ([⌊ ⌋ 'cutis?' *Oder*]. -em *cod. Basil. ut*: 668 cum *pulmunculum* iam decarnaveris ad -am certam). **3** *lapidis sim.*: PLIN. nat. 9, 109 *quibusdam margaritis* una tantum est facies et ab ea rotunditas, aversis -es. 34, 102 *genus quoddam cadmeae* -e crustă verius quam pumex.

B *rerum incorporalium (cf. imagines p. 2318, 17 sqq.): animae mitis, aequalis, sc. in explic. vocis* campus: RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 179, 10 *anima* pro simplicitate sui et -e et aequitate 'c.' dici potest. VIRG. gramm. epit. 4, 13, 6 (*homo intellegitur quasi mundus minor*) c. floridus in nobilitate virtutum et mititudinis ⌊-a⌋ accipitur (*Polara,* -ae *et* plania *codd.*). *motus, sc. aequalis*: EVSTATH. Basil. hex. 1, 3, 3 in semetipsa feruntur ea *sidera,* quae volvenda circumspicis et ... -es eorum nullis meditis interpolatur obstaculis (*gr. τὸ τῆς κινήσεως αὐτῶν ὁμαλόν*). *stili, sc. dilucidi vel simplicis*: PRISC. rhet. 10, 30 virtus ... descriptionis maxime ⌊-es et praesentia vel significantia⌋ est (⌊ ⌋ *cf. Hermog. progymn. p. 23, 10 σαφήνεια καὶ ἐνάργεια*). MART. BRAC. form. vit. 1 l. 12 libellum ... -e purae simplicitatis exertum (*opp.* sophismatum ostentatione).

cf. Onom. (Planitia). *Spoth.*

plānitūdo, -inis *f.* *a* 1. planus. [*confunditur c.* pleni- COLVM. 4, 30, 4, *v. p. 2402, 18.*] *i. q. superficies plana, sine crassitudine*: BOETH. arithm. 2, 25, 5 l. 39 omnis ... cybus, qui ex tetragonorum (*sc. quadratorum*) superficie in profunditatem corporis crevit ..., habebit quidem superficies VI, quarum singula -o tetragono illi priori aequalis est, latera vero XII. *spectat ad numeros semel in se multiplicandos*: BOETH. arithm. 2, 28, 2 l. 23 *ut unitas,* cum ... se ipsa multiplicaverit vel in -e (*sc. 1 x 1*) vel in profunditate (*sc. 1 x 1 x 1*) ..., a prioris quantitatis forma non discrepet (*gr. 2, 17, 4 ἐπιπέδως. cf. 2, 28, 4 l. 32* vel per latitudinem vel etiam per profunditatem). 2, 30, 5 l. 24 si una fuerit multiplicatio, solam -em reddit.

*?***plānitus** *v. p. 2340, 5.*

1. plāno, -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. planus. [*it.* pianare (pluná *Poschiavo*), *raet. occ.* planer, splanar, *or.* planá, *francog.* planer *et var. dial., francoprov.* planar. *cf. M.-L. 6568. C. S.*] [*vix recte legitur* VITR. 2,8,17, *v. p. 2337, 8.*]

i. q. planum reddere (*c. obi., quod efficitur, l. 27. 34; p. p. p.* -tus *fere pro adi. i. q. planus l. 27; cf.* GLOSS. aequate: ⌊-ate. -ate⌋, temperate [*vix adv., cf. l. 40*]): **1** *proprie et in imag. -antur*: **a** *varia (homo l. 28), sc. ita ut sint: non curva, non inclinata*: CHART. lat. ant. X 409, 13 (*saec. II/III*) ⟨s⟩cuta planat⟨a⟩ (*cf. p. 2335, 74*). AVG. in psalm. 36, serm. 1, 12 l. 34 si tu nolis quod deus vult, curvus eris et pravitas tua non te permittet -ari recto (pacari *var. l.*). *non aspera*: AVG. gen. c. Manich. 1, 8, 3 *fabrum* lignum caedere atque tractare dolendo, asciando, -ando vel tornando atque poliendo. GREG. TVR. Franc. 5, 44 p. 254, 6 ut ... libri antiquitus scripti -ti pumice rescriberentur. **b** *regiones, viae, aquae*: PRISCILL. tract. 11, 145 si *deus condens terram* sublimaret erecta, ... praessa -ret (*Schepss,* plen- *cod.*). PETR. CHRYS. serm. 21, 6 -buntur undae et tumidi fluctus sternentur (INSCR. christ. Rossi II p. 170 n. 27, 1 [*nisi est medii aevi*]. *cf. l. 38*). SEDVL. carm. pasch. 4, 7 (*sec. Is. 40, 4*) ardua -are et curva in directa referre (*item fere* op. pasch. 4, 1). ALC. AVIT. carm. 5, 701 *exercitu Aegyptiorum demerso* fluctu reverso ... ducitur extentum -ti gurgitis aequor. CORIPP. Ioh. 2, 191 perquirere valles et solito -are vias (*imperat.*: 5, 419 implicitas -ate v. Iust. 2, 223 ante pedes -ate v.).

2 *translate -antur, quae perspicua redduntur, explanantur* (*vix recte coni. Halm* CARM. de fig. 3): GLOSS. II 274, 3 *διασαφηνῶ*: declaro, explano, -o, dissero, edissero. 382, 56 *ὁμαλίζω*: -o. 430, 10 *σαφηνίζω*: explano, -o, ⌊exprome⌋ (*cod. unus et ed. Stephani* exprimo).

deriv.: plana, planatio.

*compos.: ?*2. im-, re-, supplano (*cf. p. 2347, 3*).

2. plano, -āre, *πλανῶ* (*cf. part. gr. l. 52. 59*). [*falsa var. l.* -antes *pro* palantes VVLG. iud. 9, 44.] *i. q. in errorem perducere, decipere* (*cf.* 2. planus): VEREC. in cant. 2, 27 l. 25 ne, dum illorum *errantium* erudimur exemplo, graviori lapsu -emur, ut ... ultra currere nequeamus.

compos.: 1. implano. *M. H.*

planōn, *acc. plur. masc.* -ōntas, *πλανῶν* (*part. praes. act. verbi q. e. πλανᾶν*). [*vix recte trad.* ORIBAS. syn. 1, 35, 2 Aa p. 89, 16, *cf. vol. IX 2, 625, 44.*] *i. q. in errorem ducens* (*in lusu verborum pro* planeta): MART. CAP. 8, 850 planetarum orbes disseram, quos (quas *var. l.*) quidem non ab erroribus suis, ... sed quia diversa varietas mortalibus caligines intentionis offundit, non planetas, sed -ontas ⌊Straton⌋ asserit (⌊ ⌋ *coni. Grotius*; stratus *vel* Aratus *vel* arator *codd.*).

planōnorus (-ī) *m., compos. a πλανῶν et ὁρᾶν veriloquii gratia fictum* FVLG. Virg. cont. p. 95, 18 (*v. vol. V 2, 804, 68*).

plānopedus *v.* plani-. **planos** *v.* 2. planus. *M^cGowan.*

1.[⋈]**planta,** -ae *f.* [*coll. iunctura* -a pedis (*v. p. 2321, 58*) *verbum ab initio significavisse vid. non tam partem corporis quam qualitatem, ita ut subsit* *plāno-tā *'planities' a* 1. planus *derivandum (Ehrlich, Berl. Phil. Woch. 1911, 1573), quamquam latine raro suffixum priscum* -tā *hoc modo adhibetur; cf.* iuven-ta *apud Leumann, Gramm. 1977, 335 et Wackernagel-Debrunner, Altind. Gramm. II 2, 1954, 616. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. *v. p. 2324, 65.* LACT. opif. 13, 6 *deus -as* porrectiores longioresque formavit, ut stabile corpus efficerent planitie sua; unde illis inditum nomen est (*sim.* ISID. diff. 2, 71 -ae ... a planitie nuncupatae, quia ... planae et longiores formatae sunt, ut *eqs.* [*idem* orig. 11, 1, 113, *sed sec. l. 74 auctum*]). NOT. Tir. 79, 28 -a (*29* subplantat). *de notione*: PS. SORAN. quaest. med. 52 quae inante sunt partes, quae etiam de multis ossibus constant, -ae vocantur; ... post -am autem solum et digiti. GLOSS. -a: *σφυρόν. ταρσός. πτέρνα. πέλμα. et sim. al.* -ae: *πέλματα. ταρσοί.*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur in versibus inde a PLAVTO, LVCIL., CIC. (*frequentat* SIL.; *in fine hexametri 14^ies invenimus* vestigia plant-, *trinis locis* vincula plant- *et* tegmina plant-), *rarius in oratione soluta, sc. apud* VARRONEM (*semel ut apud* VAL. MAX., SEN. *philos.,* COLVM., AVR. Fronto), TAB. devot. *l. 23 sqq.,* PAVL. FEST., CELS. (*12^ies*), PLIN. nat., FRONTONEM, GELL., APVL. *al.*
[*it.* pianta (*Val Anzasca* pyantapẹts *'limen'*), *sard. centr.* pranta, *raet. occ.* plaunta (*i. q. solea calceamenti*: planta-pei *Obwalden,* plaunta del pè *Obereng.*), *raet. or., francog.* plante, *francoprov., cat.* planta, *hisp.* llanta *'ferrum quo rotae vinciuntur'* (*i. q. solea calceamenti*: pranta *Sanabria*). *cf. M.-L. 6576. C. S.*] [*restit.* CELS. 8, 22, 1 (plaga *trad.*). COMM. instr. 1, 9, 2 (palla *sim. trad.*); *loco obscuro p. 2324, 52.*]

I *usu originario significatur pars pedis hominum ea, quae plana est inter calcem vel talos et digitos* (*sc. respondens parti manus q. e. palma [cf. l. 34]; usu laxiore comprehenditur tota pars pedis prior maxime l. 27 sq. l. 63 sqq. [cf.* -a ima *l. 39 sq. nec non p. 2322, 1]; saepius iuxta memorantur aliae partes pedis, sc.* talus, digitus, calx *l. 24. 26. 34 sqq. 38 sq. 41. 70. al., vel* pes *l. 24,* crus *l. 26 sq.; in contextu variat c.* vestigium *l. 55. 69. 73,* pes *l. 46. 48 [disting. l. 64]; exempla ad motum hominis pertinentia sub II afferenda censuimus, sc. praecipue ea, ubi -is vix vel levissime superficies quaelibet tangitur, v. maxime p. 2322, 37. 54. 74. 2323, 12. 39. 65*): **A** *vario respectu*: **1** *apud quoslibet auctores*: PLAVT. Cas. 845 institit -am *meam* quasi luca bos (*sunt, qui -am insistentis intellegentes locum ad II trahant*). TAB. devot. (CIL I² 2520; *non post saec. I² a. Chr.*) 31 *do Proserpinae hominis defixi* pedes, talos, -as, digitos, ⌊ungis, ni⌋ (*i.* ungues, ne) possit stare sua virtute (*cf.* TAB. devot. Audollent. 190, 12 [*saec. I*] *commendo diis hominis defixi* crura, talos, -a⟨s⟩, digitos). PLIN. nat. 7, 11 homines aversis post crura -is ([*cf. Gell. 9, 4, 6* vestigia pedum ... retro porrecta]. 7, 22. *sim.* AVG. civ. 16, 8 p. 135, 11 -as versas ... post crura). SOL. 52, 29 *sciapodes* resupinati -arum suarum magnitudine inumbrentur. AVG. civ. 16, 8 p. 136, 20 (*exemplum deformitatis*) quasi lunatas. in euang. Ioh. 56, 2 quomodo dici adsolet: calcas me, quando sola -a calcatur (Ps. AVG. serm. dub. 395, 2). **2** *apud medicos*: CELS. 5, 28, 4^A *genus sacri ignis* fit maxime in pectore ... aut eminentibus partibus praecipueque in -is. 8, 1, 27 -a palmae, digiti digitis ... respondent (*sim. respiciuntur -ae ossa*: 8, 7, 5 coxarum os, ta⟨li⟩, calx, manus, -a. 8, 8, 2 ossa fere inmobilia, ... ut ... calx, manus, -a. 8, 25, 2 digitos et -as et manuus. *cf.* 8, 23 -ae ossa). 8, 10, 5^A *habere debet canalis* a -a moram, quae ... eam ... delabi non patiatur (*in eadem re* 8, 10, 5^B, *cf. vol. III 225, 39 sq.*). 8, 20, 2 calx ingressu terram non contingi⟨t⟩, sed -a ⌊ima⌋ ([iam *trad.*]. 8, 20, 3 i. -a minus in priorem partem inclinatur [*opp.* ad calcem]). 8, 22, 1 si in posteriorem *partem erumpit talus,* ⌊-a⌋ maior fit (plaga *trad.*). MARCELL. med. 34, 10 tali aut -ae si tumebunt. *al. apud eundem.*

B *potius c. respectu partis inferioris*: **1** *exempla varia*: VARRO frg. Serv. Aen. 11, 787 Hirpini ... ambulaturi per ignes medicamento -as tingunt. VERG. ecl. 10, 49 tibi ne teneras glacies secet aspera -as (VAL. FL. 3, 528 tellus pede plausa ... personat et t. summittit gramina -is. REPOS. 99 ne t. violarent spicula *florum sparsorum* -as. PRVD. psych. 446 formido pericli praedurat t. iter ad cruciabile -as [*443* pedibus]. *cf. p. 2322, 45*). MANIL. 4, 631 Sardiniam in Libyco signant vestigia ⌊-ae⌋ ([*gen. ident. vel subi.*]. *item de forma Sardiniae*: SIL. 12, 357 nudae sub imagine -ae. CLAVD. 15, 507 humanae [MART. CAP. 6, 645]). PLIN. nat. 28, 83 -as aegri *tertianam patientis* subterlini (*cf.* THEOD. PRISC. log. 59 -as eorum, *qui tussim patiuntur,* pice liquida tangi debere [*si recte huc traximus*]). STAT. Theb. 6, 639 vix campus euntem sentit et exilis -is intervenit aer ... *et* non fracto vestigia pulvere pendent. VVLG. prov. 6, 28 non comburentur -ae eius, *sc. per prunas euntis* (*sim.* DRAC. laud. dei 3, 182, *v. p. 2324, 57*). Mal. 4, 3 cum fuerint *impii* cinis sub -a pedum vestrorum. *al.* *in locut.* a -a pedis usque ad verticem (*vice versa l. 61; cf. p. 2324, 15*): VVLG. deut. 28, 35 sanari. Iob 2, 7 (*de corpore Iob ut*: GREG. M. in Ezech. 2, 7, 20 l. 615). Is. 1, 6 (*in imag.*) a -a p. u. ad v. non est in eo *populo Israhel* sanitas. GREG. TVR. Franc. 8, 15 p. 382, 13 omne corpus meum a vertice u. ad -am ⌊p.⌋ (*add. pars codd.*). **2** *respicitur actio vel habitus eorum, qui se in priorem partem pedis attollunt* (*cf. p. 2323, 25 sq.*): PAVL. FEST. p. 12 Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum -is insistunt (*cf.* GLOSS. IV 471, 27 Atta, qui ⌊primis⌋ -is ambulat [primus *var. l.*]). SEN. epist. 111, 3 non exsurgit in -as nec summis ambulat digitis. **3** *respicitur pars media, cava*: CLAVD. DON. Aen. 6, 200 p. 536, 3 vola ... dicitur media pars manus et -ae (*nisi ad II*). PHYSIOGN. 6 -a concava et a reliquo vestigio elatior. 72 curvi pedes et qui -am longe cavam ... habent ([*gr. p. 356, 4 κάτωθεν κοῖλοι*]. CAEL. AVR. gyn. 1, 119 in genibus et talis ⟨et⟩ -is c. [*gr. p. 62, 9 τοὺς ταρσοὺς ... τὰ σφυρά*]). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 66 -ae cavum (3, 5, 68 in ... -arum cavis). 5, 2, 31 *dolor podagrae* incipiens a vestigio aut -ae cavitate.

II *usu deflexo significatur totus pes* (*eius pars prior vel digiti, sc. c. adi. partitivis* extrema, prima, summa, *p. 2322, 62. 67. 72. 2324, 8. 37, talus sub C2, totum membrum inferius, ut vid., l. 51. 65. p. 2323, 3. 59. 62. 2324, 14; audacius pars pro tota persona ponitur p. 2323, 7. 11, cursus celer p. 2323, 30; in contextu saepe variat c.* pes, *e. g. l. 50. 54. p. 2323, 19. 40* [*cf. p. 2324, 3*], vestigium *p. 2323, 2. 17. 2324, 36; iuxta pos. vel disting.* crus *p. 2323, 46. 57. 2324, 7. al.,* calx *l. 27 [cf. l. 67]; opp.* manus *p. 2323, 62 sq. 2324, 18 sqq.*): **A** *hominum vel deorum* (*addidimus prosopop., e. g. p. 2323, 68*): **1** *respicitur indumentum* (*de pedibus nudis l. 19. 26*): LVCIL. 129 cernuus ... -as convestit honestas. VERG. Aen. 8, 458 Tyrrhena ⌊pedum⌋ circumdat vincula -is ([⌊ ⌋ *potius pendet e* -is, *cf. p. 2324, 53*]. OV. fast. 3, 823 *nemo* invitā faciet bene v. ⌊-ae⌋ Pallade [⌊ ⌋ *fort. dat., sed certe gen.* CYPR. GALL. Ios. 137 ut ... -arum v. solvat]. *cf. l. 23 p. 2324, 6*). OV. met. 2, 736 ut tersis niteant talaria -is *Mercurii* ([pennis *var. l.*]. *eiusdem respiciuntur -ae ipsae aligerae*: COMM. instr. 1, 9, 2 *Mercurius* -a pinnatus [palla *sim. trad.*]. *cf. l. 59 [aliter p. 2323, 70] et* TERT. nat. 1, 14, 4 *dei* alites plan⟨t⟩a, fronte et tergo [*sim.* apol. 16, 13]. *de -is Persei v. p. 2324, 33*). MANIL. 5, 152 *placent quibusdam non* in usum tegmina -is, sed speciem (*item pendet dat. e subst.*: IVVENC. 2, 443 non geminas vestes nec -is t. bina [*spectat ad Matth. 10, 10* calciamenta]). SEN. Phaedr. 322 luteo -as *Herculis* cohibente socco. COLVM. 10, 358 nudata ... -as femina (PRVD. perist. 10, 154 nudare. *cf.* SIL. 9, 390 nudae ... vestigia -ae [CLAVD. DON. Aen. 5, 285 p. 455, 9 n. -is curri. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 4, 2 p. 1352^C. *cf. p. 2321, 50*]. PANEG. 2, 45, 2 -is nudus). STAT. Theb. 7, 657 *sunt* bracchia ... in manicis et pictae ⌊vincula⌋ -ae (⌊ ⌋ *acc. resp. ex attrib. pendens, v. Smolenaars, comm. 1994, ad l.; item spectat ad pedem vestitum calceamento*: MART. 2, 29, 7 non hesterna sedet lunatā lingula -ā. *cf. l. 9 sqq.*). 9, 572 -is ... solutis (*cf.* PRVD. perist. 674 dissolutis). MART. 14, 141. GELL. 13, 22, 5 omnia ..., quibus -arum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt. ARATOR act. 2, 81 (*spectat e. g. ad Marc. 1, 7*) solvere summam, quae ligat ... corrigia -as *Iesu* (*antea*: calceamenta pedum). CORIPP. Iust. 2, 110 *vincula* lecta ... pro sacris *principis* ... -is. *al.*

2 *respicitur pedis officium* (*disting. motus nave vel equo peractus l. 66 p. 2323, 37. 41*): **a** *quodlibet*: **α** -a *est pro obi. acc.* (*cf. enallagen p. 2323, 66*): CATVLL. 68, 71 *puella amata* fulgentem in limine -am ... constituit. HOR. sat. 2, 7, 27 caeno cupiens evellere -am (*v. et Otto, Sprichw. n. 993; cf. l. 65*). VERG. Aen. 7, 811 *Camilla* mare per medium fluctu suspensa ... ferret iter celeris nec tingeret aequore -as ([CLAVD. DON. *ad loc.* p. 108, 21 *ut non* -is tangeret mare]. MIN. FEL. 3, 3 [*postea*: pedibus]. PRVD. perist. 5, 479 [*spectat ad Marc. 6, 48*] *mare stratum est, ne* -as ... undis tingueret *Christus* [*nisi ad 3*]). OV. met. 6, 107 tactum ... vereri adsilientis aquae timidasque reducere -as (*de Europa ut*: fast. 5, 611 subduxit ab aequore -as. *cf. p. 2323, 65*). MANIL. 5, 86 stabilīs poterit defigere -as *heniochus in dorsum equi* (*an ad b?*). CELS. 8, 10, 2^B medicus super ... fasceam ... -am inicit dextram *in curando umero.* COLVM. 10, 276 huc facili gressu teneras advertite -as. LVCAN. 2, 359 translata (*v. l. 60*). 9, 353 *Pallas* posuit ... in margine *maris* -as (SIL. 14, 377 in m. puppis). VAL. FL. 6, 540 intentā ... adiutum missile -ā derigit. SIL. 7, 304 *dux* socios ... incussā revocat castrorum ad munera -ā. 13, 338 cornipedem tulerit praecisa per avia -am *Pan.* HOMER. 295 adversus uterque constitit et galeam galea terit et pede -am coniungit. VET. LAT. psalm. 40, 10 (Tert. adv. Marc. 4, 40. *al.*) qui mecum panem edit, levavit in me -am (*gr. πτερνισμόν, cod. 300. 304* calcaneum, *303. al. et Vulg.* subplantationem). SER. med. 787 *podagricus* vicino -as frumenti pressit acervo evasitque ... dolorem. AVIEN. orb. terr. 333 *Blemyes* celeri ... currunt pede ... nec tamen impressae linquunt vestigia -ae (HIER. in Is. 13, 47, 1 l. 39 G. *filia Babylonis a gentibus* portabatur, ut terrae -as vix imprimeret. SIDON. carm. 2, 331 [*respic. Vindemia*]). REPOS. 69 *Venus saltando* miscens ... -as. CLAVD. 7, 76 *volunt milites* truncis ... inmergere -as. **β** -a *est pro abl. instr.* (*e praepos. l. 70*): VERG. Aen. 4, 259 alatis tetigit magalia -is *Mercurius* (*cf.* PROP. 1, 8, 43 nunc mihi summa licet contingere sidera -is [LVCAN. 2, 359 *nupta* translatā vitat c. limina -ā. STAT. Theb. 6, 896 *Antaeo ab Hercule levato non* licet extrema matrem, *sc. terram,* c. -a]. *cf. l. 37, paulo aliter p. 2323, 9*). SEN. Oed. 1048 (*1047* pavitante gressu) suspensa -is efferens vestigia *Oedipus caecus.* SIL. 2, 71 impellere -a cornipedem. 7, 611 aegrā lubrica ... nequiquam evadere -ā (DRAC. Orest. 375 *de nave* evasi remige -a). 15, 240 qua ... modo ... sulcarant caerula puppes, hac ... *licet* transcurrere -a. 16, 491 *cursor cursorem sequens* primā stringit vestigia -ā praegressae calcis. *al.* IVV. 3, 247 *in multitudine* -ā mox undique magnā calcor (APVL. met. 4, 31, 4 *Veneris* -is ... roseis ... *mari* calcato. ZENO 1, 38, 5 [*spectat ad Luc. 10, 19*] serpentes inlaesā -ā calcabit. *cf.* CORIPP. Ioh. 2, 137 *solea* sub nigrā calcatur Maurica -ā). 14, 272 ancipiti figens vestigia -ā *funambulus* (CORIPP. Ioh. 1, 417 litora ... primis figens vestigia -is contigerat). APVL. met. 2, 4, 2 *statuae deae Victoriae* sine gressu pilae volubilis instabile vestigium -is roscidis delibantes (*cf. p. 2323, 12*). ZENO 2, 26, 1 populus *Israhel* navigat -is, *sc. per mare rubrum.* AMM. 15, 10, 4 descenden-

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tes cunctantibus -is homines et iumenta procidunt. PRVD. apoth. 655 *Iesus* super ... -is nitentibus undas ambulat ac presso firmat vestigia fluctu. OROS. hist. 6, 2, 14 *miles duobus utribus suspensus* -is ... subremigans. SEDVL. carm. pasc. 3, 101 *sanatus* suis laetatur vadere -is (*cf.* op. pasc. 3, 8 suis ... -is incedens). *al.* **γ** *exempla cetera*: PROP. 2, 4, 6 (*de gressu eleganti*) ibat et expenso -a morata gradu. 2, 22, 3 nulla meis frustra lustrantur compita -is. MANIL. 1, 657 quocumque vagae tulerint vestigia ⌊-ae⌋ ... gradientis (⌊ ⌋ *vix gen.*). VAL. FL. 7, 4 ubi cunctatis ... in limine -is contigit aegra *amore* toros *Medea* (*cf. l. 1*). SIL. 7, 463 ferebat ... sacrae vestigia concita -ae *Minerva.* 16, 500 *cursor* auras praevehitur ...; credas Cyllenida (*sc. Mercurii*) -am aetherio nexis cursu talaribus ire. CLAVD. 10, 152 *Veneris* niveae delibant aequora -ae. *sim. al.*

b *standi, se erigendi; pertinet ad -as*: **α** *variorum*: VERG. Aen. 11, 573 ut ... pedum ⌊primis⌋ infans vestigia -is insti terat (⌊ ⌋ *i. primum, cf. Horsfall, comm. 2003, ad l.*]. IVV. 6, 96 *navigantes nequeunt pavore* tremulis ... insistere -is. RVFIN. Basil. hom. 1, 4 p. 1728^{C} cum firmioribus -is institerint stabilibusque vestigiis [*gr. aliter*]. *cf. p. 2321, 64. 2322, 35. 2324, 42*). TER. MAVR. 45 et poples tremit et genu nec -ae stabiles manent (VET. LAT. Sirach 26, 23 pedes firmi super -as s. mulieris. VEN. FORT. vita Germ. 38 *paralyticus non* -a surgens s. *cf. p. 2322, 42*). ALC. AVIT. carm. 1, 130 *Adam luto formatus* surgit et erectis firmat vestigia -is. ARATOR act. 2, 168 (*Paulus claudo sec. act. 14, 9* surge super pedes ... rectus) surge ... rectusque tuis imponere -is. *al.* **β** *in priorem partem pedis se tollentium* (*cf. p. 2321, 63*): SIL. 8, 281 *auriga* trepidā pendens (*i. pronus*) in verbera -ā. 16, 478 *cursores iamiam exsilientes* arrecti -is et pectora proni (*an ad I? item*: STAT. Theb. 6, 750 alte suspensi corpora -is). IVV. 6, 507 *puella* ⌊levis erectā consurgit ad oscula -ā⌋ (= CYPR. GALL. iud. 445 [*de filia Iepthae*]. *cf. l. 21*).

c *celeriter currendi* (*pila ludendi* MANIL.; *praevalent locutiones cum abl.; vergit quodam modo ad notionem q. e. cursus celer l. 40 sqq.; cf. l. 70*): **α** *accedit adi.* (*cf.* citus *l. 49*): VERG. Aen. 11, 718 pernicibus ignea -is transit equum cursu *Camilla* ([CLAVD. DON. *ad loc.* p. 522, 29 igneis -is. *inde e. g. l. 36*]. *al., v. p. 1595, 66 sqq.*). SEN. Phaedr. 3 celeri -a lustrate vagi *loca* (MANIL. 5, 165 pilam c. fugientem reddere -a. SIL. 2, 249. *cf. p. 2322, 37*). VAL. FL. 1, 840 *manes* levibus (lenis *var. l.*) -is ... *Mercurius* agit (SIL. 3, 306 Autololes, l. gens ignea -is. *cf. l. 68*). SIL. 4, 338 *Hannibalem non* evasere ..., quamvis hic alite -a, hic ope *equi* ... ferretur (8, 555). 13, 194 cursu -aque volucri praestabat *quidam.* 14, 507 aligeras ferret seu pulvere -as vix tactā *in certamine.* IVV. 13, 98 velocis gloria -ae. **β** *sine adi.*: PETRON. 23, 3 vers. 2 huc ... pede tendite, cursum addite, convolate -a. SIL. 7, 700 *equi* dorso delatus ... alipedem -a currum premit, *sc. sequendo.* 10, 76 *hostem* consequitur melior -ā. 13, 246 per aperta volantem adsequitur -ā. 16, 297 quis vincere -ā spes est. 16, 457 certamina -ae.

3 *quolibet respectu* (*nota proverbium* VAL. MAX. 8, 12 ext. 3 *artifex* moneri se a sutore de crepida et ansulis passus de crure ... disputare incipientem supra -am ascendere vetuit. *sim.* AMM. 28, 1, 10 supra -am, ut dicitur, evagatus. *cf. Otto, Sprichw. n. 462*): **a** *exempla varia* (*nota locut. p. 2324, 15 sq.*): OV. met. 10, 591 *aufert* aura ... citis talaria -is *Atalantae* (*sim. respicitur vestis*: VAL. FL. 6, 702 *Parthi cuiusdam* barbaricae procurrunt tegmina ⌊-ae⌋ [*dat., ut vid.; v. vol. X 2, 1589, 50 sq.*]. ISID. expos. in exod. 59, 3 tunica ... illa talaris, a capite usque ad -as demissa). fast. 4, 463 *Ceres* puellaris nacta est vestigia -ae (*i. Proserpinae. item accedit adi. poss.*: SIL. 15, 505 Herculeae quaerit v. -ae. *cf. p. 2324, 54*). GRACCH. trag. 3 mersit sequentis umidum -as humum (PRVD. tituli 139 [*ad Matth. 14, 30*] *Petri per mare gradientis* trepidatio -as mergit). MORET. 35 *Afra quaedam* cruribus exilis, spatiosā prodiga -ā (*respicitur -ae longitudo*: PLIN. nat. 7, 24 cubitales. PRVD. perist. 2, 151 *claudus* brevior ... -ā ex alterā gressum trahebat inparem. *ipsa -a est mensura longitudinis areaeve*: GELL. 1, 1, 2 modum spatiumque -ae Herculis [*cf. 1, 1, 3* Herculani pedis]. CORIPP. Ioh. 7, 322 *meridie* vindicat umbra duas ... -as). PAVL. FEST. p. 31 *βραχίονες* ab umeris ad manus breviores sint quam a coxis -ae. COLVM. 3, 10, 10 manibus aut -is. PLIN. nat. 28, 61 sinistrae -ae pollicem. SIL. 10, 260 violatus harundine -am *miles.* STAT. Theb. 1, 61 *Oedipum* traiectum vulnere -as. 9, 336 extremis adludunt aequora -is *Europae in tauro sedenti.* Ach. 1, 100 niveas feriunt vada Thessala -as *Thetidis mari superato litus intrantis* (*sc. per enallagen pro 'feriunt -ae vada'*). 2, 118 *fluvii* glaciem ... levi non frangere -a (CLAVD. 17, 125 [*de Iustitia*]. *cf. l. 35 sq.*). MART. 7, 39, 6 sanas linit obligatque -as *quidam fingens podagram.* PRIAP. 36, 6 habet decentes, *sc. officio,* nuntius deum -as. IVV. 5, 125 duceris -a velut ictus ab Hercule Cacus (*cf. Verg. Aen. 8, 264* pedibus ... protrahitur). FRONTO p. 83, 9 (*inde in indice* p. 69, 28) -ae, domine, dolore impedior (*in responso* AVR. Fronto p. 83, 13). TERT. anim. 26, 3 -am fratris invaserat *Iacob in utero matris* (*de eadem re*: VVLG. gen. 25, 25 *Iacob* egrediens -am fratris tenebat manu. AVG. civ. 5, 4 p. 194, 32. *al.*). VET. LAT. Sirach 12, 18 suffodiet -as tuas *inimicus tuus.* act. 3, 7 (cod. 50, *sim.* Iren. 3, 12, 3) confirmati sunt eius *claudi* gressi et -ae ([*gr. αἱ βάσεις ... καὶ τὰ σφύδρα*, cod. 51 *et* 57 pedes eius et -ae, VVLG. bases eius et -ae]. RVFIN. hist. 11, 4 p. 1005, 10). ARNOB. nat. 5, 6 p. 254, 20 adducente nexus -a (*sim. -ae vinciuntur*: AVSON. 19 [325 S.], 60 substricta ... -is vincula. VVLG. Iob 18, 9 tenebitur -a illius *impii* laqueo. PRVD. perist. 11, 104 crura viri *martyris* innectit laqueus nodoque ... adstringit -as. *al.*). IVVENC. 1, 393 ne lapidis laedat summas offensio -as (*spectat ad Matth. 4, 6* pedem). ZENO 1, 39, 8 *gladio carnificis* -arum limes inciditur et obsequio pedum corpus martyris viduatur. HIER. epist. 21, 25 *ne* coluber insidians -am gradientis invaderet. CLAVD. 17, 323 *puer in molem gymnicorum aliorum super alios stantium iactus* vinctu -ae vel cruribus haerens. SORAN. p. 79, 3 *infantis nascentis* -as capiti iunctas. VEN. FORT. carm. 2, 3, 7 *Christus* tensus in ... *crucis* ramis cum -is brachia pandens (*cf. 2, 6, 6* tendens manus, vestigia *Christus crucifixus*). vita Radeg. 17 a capite usque ad -am membra singula *mulierum* diluebat (29. *cf. p. 2321, 58. 2323, 52*). *al.* **b** *-is infiguntur oscula, prosternuntur humiles orantes, subduntur victi*: FRONTO p. 67, 12 poscenti mihi manus et -as ad saviandum (*sc. infantis puellae ut* p. 67, 13 m. parvolas -asque illas pinguiculas ... exosculabor. *cf.* p. 81, 28 matronas nostras meo nomine exosculare, sed uti ego soleo cum -is illis et m.). ARNOB. nat. 6, 16 p. 328, 5 -as et genua contingitis ... orantes (*sc. deorum imaginum ut* PRVD. apoth. 456. *ceterum*: IVVENC. 4, 769 [*spectat ad Matth. 28, 9* pedes] genibus -isque prehensis *Christi apparentis post resurrectionem*). PRVD. c. Symm. 2 praef. 27 (*ad Matth. 14, 23 sqq.*) *Christi* omnipotentiae est -is aequora subdere (*cf.* ARNOB. IVN. ad Greg. 2 l. 47 *diabolum* tuis -is sternunt. CORIPP. Iust. 1, 63 [*in imag.*] regna ... sub vestris venient fortissima -is). *al.*

B *siderum* (*gr. ubique resp. πούς*): CIC. Arat. 149 Orionis sub laeva ... -a. 376 *Nixus* inlustrem linquit in alto -am (*sc. laevam; in eadem re*: AVIEN. Arat. 1109). GERM. 81 *Anguitenentis* -a sinistra in tergo *Scorpii* residet, vestigia dextera pendent (*antea*: Scorpios ima pedum tangit. *in eadem re, paulo aliter*: AVIEN. Arat. 238 *Anguitenentem* -arum mole duarum Scorpios ... sustinet). 254 *Perseus* pedibus properare videtur et velle aligeris ... aethera findere -is. 273 Draconis tempora laeva premit ... -a (*sc. Nixi; respic. eadem res*: AVIEN. Arat. 192 dextrae ... impressio -ae). 462 *circulus* vestigia tangit Aurigae -amque terit Perseida laevam. 715 *Caprae.* AVIEN. Arat. 463 summis ... -is *Andromedae* (*gr. πόδες ἀκρότατοι*). 1137. 1273. 1297.

C *animalium*: **1** *variorum* (*sidus Caprae v. l. 36; adde p. 2323, 1*): GRATT. 238 *canis* infodiens uncis vestigia -is. 276 effuge *canem,* qui latā pandit vestigia -ā. VVLG. Ezech. 1, 7 quasi -a pedis vituli. AVIAN. fab. 35, 9 cum lassatis nequeat consistere -is *simia.* **2** *equorum, asinorum: usu technico, ut vid., significatur talus* (*v. Adams, Pelagonius, 1995, 404 sq.*): APVL. met. 11, 13, 4 (*redit asino forma humana*) pedum -ae per ungulas in digitos exeunt. CHIRON 40 (= 467) -ae laborant ex labore viarum (*cf. Hippiatr. gr. I p. 327, 2 σφυρά, quod ibid. 7. 10 etiam resp. locis seq.*). *ibid.* qui sunt in -is nervi. 41 (= 468) morbi vitium se profundit in -is, quae parapresmata appellantur (*cf. supra p. 313, 78 sqq.*). 466 (*inde 39 suppl. Oder in app. crit.*) -as et genua urent. *exempla cetera*: VET. LAT. gen. 49, 17 (Hier. in Ezech. 2, 16) *coluber* mordens -am equi (*gr. πτέρναν, Vulg.* ungulas; *sim.* iud. 5, 22 [cod. 100] praecisae sunt -ae equorum, ⌊et leniet eos -a mea iniuriam dementiae eius⌋ [*obscurum, deest gr. et Vulg.*]).

iuncturae notabiliores: -a pedum: *v. l. 44. p. 2321, 57. 2322, 9,* -a pedis *v. p. 2321, 58 sqq. et* VVLG. Ezech. 1, 7 (*bis*). vestigia -ae (*cf. p. 2321, 2*): *gen. varios v. p. 2321, 49. 2323, 10. 53 (dubium, utrum subi. an ident.); gen. q. d. ident. v.* SIL. *p. 2322, 20 et* ARNOB. nat. 6, 16 p. 327, 20. DRAC. laud. dei 3, 182 pruna ... *non* extremae laesit v. ⌊-ae⌋ *iuvenum in furnum iactorum* (*an gen. partit.?*).

deriv.: 1. plantago, 2. plantaris, *?*2. plantarius; *cf.* 2. planta.

compos.: supplanto. *cf. Onom.*

2.[⋈]**planta,** -ae *f.* [*quatenus cum* 1. planta *cohaereat, nondum explanatum est; fort. fruticis sim. pars infima, e. g. radices cum terra circum adiacente, comparata est cum planta pedis* (*Muller, Altital. Wb., 1926, 342*). *Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 231 -ae semina holerum, quod plana sunt, ut appellantur etiam ex simili plantae nostrorum pedum. *de* NOT. Tir. *v. p. 2320, 72. de notione et differentia* (*cf. p. 2325, 21. 47*): SERV. georg. 2, 23 *v. p. 2327, 74.* GLOSS. -a: *φυτόν.* -ae: *μόσχοι, τὰ φυτὰ καὶ αἱ φυτεῖαι. al. legitur in oratione soluta inde a* CATONE, CIC., VARRONE, *maxime apud scriptores rei rusticae ut* COLVM., PLIN. nat.; *in versibus rarius, sc. apud* VERG. (*et in app. Verg.*), OV., COLVM. 10, IVV. *et hic illic apud Christianos.* [*it.* pianta, *sard. centr.* pranta, *raet. occ.* plaunta (*et notione arboris novellae*: plǫnta *Obwalden,* plęnta Obereng.), *raet. or., francog.* plante, *francoprov., cat.* planta, *hisp.* llanta *'porrum sectivum, cauliculus', port.* chanta *'propago'; cf. theod.* Pflanze. *cf. M.-L. 6575. C. S.*]

[*trad. locis corruptis* AETNA 355 COLVM. 5, 9, 8; *fort. subest formae corrup-*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tae VET. LAT. Ezech. 31, 4 (cod. 176) per c⟨ir⟩cuitum †plantagium eius *cupressi* (*pro* -arum? *cf. gr.* φυτῶν).]

fere i. q. φυτόν *(sing. collect. l. 24. p. 2326, 5, cf. IC)* **I** *proprie (in compar. p. 2326, 2 sq.; indicatur species per gen. e. g. l. 9. p. 2326, 13. 18. 20 et saepius, per adi. e. g. l. 66. p. 2326, 5)* **A** *significatur potius pars arboris, fruticis sim. adultae, quae abscidenda vel iam abscisa est, ex qua stirps novella fieri potest, sc. surculus, talea,* παρασπάς *sim. (-ae sumuntur e radice l. 30 sq., e cacumine l. 20)*: **1** *vario respectu*: CATO agr. 70, 1 si morbum metues, *bobus* sanis dato ... herbae sabinae -as tres, rutae folia tria *eqs.* VARRO rust. 1, 55, 3 saepe ... percussa olea secum defert de ramulo -am, quo facto fructum amittunt posteri anni.

2 *cum respectu propagandi vel procreandi (sive -a humo infigenda est sive alteri arbori sim. inserenda; disting. alia, e quibus arbores sim. crescunt, e. g.* propago *l. 18. 31,* ramus *l. 23. 52,* semen *l. 29 sqq. 38. et saepius sub bβ)*: **a** *quaelibet exempla*: CIC. Cato 52 malleoli, -ae, sarmenta, viviradices, propagines. VARRO rust. 1, 40, 4 -ae solum stabilius *est,* quo latius aut radices facilius mittit (*antea*: quae de arbore transferas). VERG. georg. 2, 65 truncis oleae melius, propagine vites respondent, solido ... de robore myrtus, -is edurae ⌞coryli; nascuntur⌟ *eqs.* (*alii* ⌞ ⌟ *iungunt, ita ut locus ad l. 27 pertineat*). 2, 300 *ne* summa defringe ex arbore -as (SERV. auct. -as sagittas dicit, id est sarmentum de summa parte praecisum). FEST. p. 250 -a oliaginea est virga foliata ex olea deplantata. COLVM. 11, 2, 42 seminaria -is vel ramis conserere. PALLAD. 3, 18, 6 si provincia indiget olivetis et non est unde -a sumatur. *arbores vel herbae dicuntur* (a) -ā *vel* -is *provenire sim.*: SEN. epist. 86, 19 *agricola olearum* ramos fortes ... deposuit; hi paulo tardius surgunt, sed cum tamquam a -a processerint, nihil habent in se abhorridum. PLIN. nat. 1, 17, 12 -is nascentia (17, 78 populos et fraxinos ... -is ... nascentes. PALLAD. 10, 13, 2 *thymum* melius -is nascitur, quamvis possit et semine. *fort. huc l. 19*). 16, 72 *ulmi* omnes ... radicum -is proveniunt, reliquae, *sc. praeter Atiniam,* semine (17, 58 aut semine ... aut -is radicis aut propagine *eqs.* 17, 64 semine et a radice -a et avolsione).

b *spectat ad actionem ponendi*: **α** *-ae infiguntur, inseruntur sim.*: Ⓘ *terrae, humo*: VERG. georg. 2, 23 *quidam* -as tenero abscindens de corpore matrum deposuit sulcis (OV. rem. 193). 4, 115 ipse *apiarius* feracis figat humo -as. MORET. 68 varias disponere -as ... et occultae committere semina terrae (SEN. dial. 6, 16, 7 agricola, eversis arboribus, ... semina statim -asque disponit. COLVM. 5, 6, 9 possunt ... collectae cum stirpibus -ae disponi. *cf. p. 2326, 11*). FEST. p. 213 -ae pangi dicuntur, cum in terram demittuntur (PAVL. FEST. p. 108). COLVM. 3, 10, 16 *v. l. 47.* arb. 20, 1 (*nisi ad B1b*) si cum radice -am posueris (GAIVS inst. 2, 74 in -a, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. *cf. p. 2326, 18*). COD. Iust. 3, 32, 11 pr. (*a. 293*) si quis sciens agrum alienum sevit vel -as imposuit *eqs.* Ⓘⓘ *arboribus* (*cf.* COLVM. 3, 5 tit. [*vix ipsius auctoris*] de novellatione et de insitione -arum): VERG. georg. 2, 80 feraces -ae immittuntur *in truncum resectum* (SERV. auct. -is abutitur pro surculis). COLVM. 3, 10, 16 intempestiva -a, direpta trunco, vel terrae vel etiam stirpi recisae inseritur (PLIN. nat. 17, 117 sativae -ae silvestrium radicibus inseruntur. PALLAD. 3, 25, 33 pistaciae -a vel nunc statui aut inseri potest [*cf. 11, 12, 3* inseritur terebintho]).

β *-is propagantur arbores, herbae sim. (sc. per abl.; cum praepos.* ex *l. 56)*: COLVM. 5, 10, 6 (*loco lacunoso*) quae *arbores* ramis aut -is ponentur ([*sim.* arb. 20, 2, *ubi disting.* arbos insita]. 11, 3, 16 vel -a vel semine ruta *ponetur*). 11, 2, 19 genistam semine vel -is in ... sulco deponere. 11, 3, 33 apium ... possis -is serere nec minus semine (11, 3, 40 et semine et -is. PLIN. nat. 17, 77 *ulmi Atiniae* carentes semine ⌜non nisi e⌝ -is seruntur [⌞ ⌟ *André,* non ut e *codd., del. Mayhoff*]. 19, 159. *al.*). arb. 17, 1 melius ... truncis quam -is olivetum constituitur.

B *significatur potius tota arbor, herba sim., quae progignitur (sc. in humo)*: **1** *strictius de novellis (sive e surculis sim. nascuntur sive e seminibus [l. 69. 72. p. 2326, 12 et saepius]; c. adi.* novella *p. 2326, 13 et* COLVM. 4, 4, 3, *v. etiam p. 2326, 53. -as maturiores indicant hic illic adi., e. g.* maturae, grandes *p. 2326, 8. 14; fort. de arbore prorsus matura p. 2326, 24. hic certiora tantum attulimus, cetera v. sub A)*: **a** *quaelibet exempla*: AETNA 263 haec -is (platanis *var. l.*) humus, haec herbis dignissima tellus. COLVM. 3, 8, 4 iam casiam frondentem conspicimus, ⌞iam turream -am⌟ (tam mature ampliatam *var. l. praefert Dumont, ed. 1993*). 4, 33, 3 bini pedes arbusculis vacui relinquuntur, ne densitas -as emaciet. 5, 6, 7 sameram ... iniciemus areis ...; ubi deinde prorepseri⟨n⟩t -ae, stramenta colligemus. 5, 9, 11 constitutas -as *olearum* circumvenire caveis. 10, 169 odoratae ... -ae ... croceae. *al.* PLIN. nat. 13, 32 infirma e singulis *seminibus* -a est, quaternae coalescunt (*cf. Theophr. hist. plant. 2, 6, 1* φυτεία). 16, 230 cum ... cardines *lignei* in foribus diutius immoti -ae modo germinaverint. 17, 145 erumpunt ... e singulis oculis *harundinis* totidem -ae. 19, 130 (*de lactucis*) binis mensibus inter semen -amque et maturitatem. *al.* QVINT. inst. 2, 4, 8 evitandus ... in pueris ... magister aridus, non minus quam teneris adhuc -is siccum ... solum (*cf. exemplum similitudinis*: 8, 3, 76 generosioris arboris statim -a cum fructu est). IVV. 3, 227 *aqua* in tenuis -as ... diffunditur. PALLAD. 3, 18, 6 ut ex unius arboris radicibus numerosa -a nascatur. MARCELL. med. 26, 60 -ae rutaceae ... radices ... coctae ... potui dantur, *sc. aegrotanti. al.* **b** *-ae ponuntur, transferuntur sim. vel transferendi causa eruuntur*: SEN. epist. 2, 3 non convalescit -a, quae saepe transfertur (COLVM. 5, 6, 8. 11, 2, 16 maturae -ae. *al.* PLIN. nat. 13, 132 -ae cubitales. 19, 129 *intuba* seruntur ab aequinoctio verno, -ae eorum ultimo vere t. *al.*). COLVM. 5, 9, 6 (*antea*: arbusculae habiles translationi sunt) -ae ... in oliveto disponuntur (5, 12, 3 [= arb. 28, 3] semen cytisi autumno serito; -as deinde vere disponito. 11, 3, 40 thymi novellas -as. arb. 30, 1 -as annotinas *violae.* PLIN. nat. 19, 153. PALLAD. 4, 10, 24 ego mense Februario ... -as grandes ficorum per pastinatum solum disposui et eo anno poma pepererunt. *cf. p. 2325, 36 et* COLVM. 10, 177 colores disponat -is holitor, quos semine sevit). 5, 9, 8 ut arbusculae spatium pedale ... relinquatur, atque ita cum suo caespite -a eruatur. 11, 2, 19 fraxinos ... -asque ulmorum nunc ponere utile est, ante autem satas nunc exputare *eqs.* (PALLAD. 11, 11, 1 nunc -ae cardui ponuntur). *al.* PLIN. nat. 19, 125 earum *lactucarum* -as post binos menses differri. 19, 138 (*v. p. 2331, 1*) -a ... plantatur (PALLAD. 3, 18, 6. *cf. l. 38. 46 sqq.*). EVSTATH. Basil. hex. 5, 7, 10 -as agrestes *ficorum* hortensibus ... adponere (*gr.* τὰς ἀγρίας συκᾶς παραφυτεύουσι). *al. fort. de arbore matura*: PALLAD. 11, 12, 4 cerasi -am silvestrem transferre debemus ... et eam ... inserere *surculis* (*sic locum explicat, incertum an recte, Schöneweiss, Die Namen der Obstbäume in den roman. Sprachen, 1955, 29; minus probabiliter addit l. 14*).

2 *laxius de omni genere arborum, herbarum sim.*: BOETH. top. Arist. 143a27 qui ... superius genus dixit, non dicit et inferius genus; nam qui -am dicit, non dicit arborem (*gr.* φυτόν, *ut* 148a29 *et* 31 [*bis opp.* animalibus]).

C *significatur potius locus plantandi*: TEST. Remig. l. 43 vitis -am super vineam meam ... communiter possidebunt cum ... vinitore.

II *in imagine vel translate respiciuntur, quae tamquam e seminario oriuntur et crescunt (ex insitione l. 49)*: **A** *de rebus incorp. (fere c. gen. rei incipientis)*: VET. LAT. Ezech. 34, 29 (Aug. serm. 47, 28) excitabo eis -am pacis (*Aug. antea*: plantarium, *v. p. 2328, 23. huc spectat* AVG. *ibid.* 'esto in parte Donati ...': non plantavit deus, non agnosco -am dei; eradicandum est quod loqueris, non rigandum). RVFIN. Orig. in lev. 16, 4 p. 498, 21 si sit intra cor tuum stultitiae -a, numquam proferet sapientiae florem. Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 4 -as eradicare peccati (*spectat ad l. 46*). Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 11 p. 696[A] semina charismatum -aeque virtutum. ENNOD. epist. 3, 10, 1 p. 77, 23 adultae inter nos -a gratiae. 9, 31, 3 p. 255, 4 numquid ... de messe gaudiorum egressa est -a tristitiae? *al. apud eundem.* **B** *de hominibus: quibuslibet*: VET. LAT. Matth. 15, 13 (cod. 9) omnis -a, quam non plantavit *eqs.* (*v. p. 2329, 72; inde* TERT. praescr. 3 l. 22. IVVENC. 3, 154 -arum semina. *cf. etiam l. 38. 41*). EVSTATH. Basil. hex. 9, 2, 8 -a caelestis, homo (plantatio, plasma *var. ll.; gr.* τὸ οὐράνιον φυτόν, *cf. Plato Tim. 90a*). ARATOR act. 1, 327 -a vetus *Iudaea,* sociare novis et condere libris. ORIG. in I reg. 1 p. 2, 7 eiusdem quidem agri -ae esse possumus ..., non tamen eundem saporem reddere in fructibus. *iuvenibus vel aliquid incipientibus*: CANON. Turner I p. 515 rec. III merito novella ⌞-a ⟨puta⟩bitur⌟, quod ... apostolus ... videtur pro⟨h⟩ibuisse citius fieri ordinationes (*sc. I Tim. 3, 6, cf. p. 2332, 1.* ⌞ ⌟ *sic ed. sec. gr.* νεόφυτος νομισθείη, *cf. rec. I* neofitus). ENNOD. dict. 8, 5 p. 447, 8 suscipe, doctissime hominum, utriusque -am familiae (*i. nepotem erudiendum; item de progenie*: epist. 3, 15, 4 p. 83, 13 omnis generis tui fuerat -a succisa).

*deriv.: ?*2. plantago, 1. plantaris, 1. plantarius, planto, plantula.

compos.: deplanto (*nisi a* planto), explanto, plantiger.

cf. Onom. *Ottink.*

[plantāginālis *v. p. 2327, 26.***]** **[plantāgium** *v. p. 2325, 1.***]**

1.[≋]**plantāgo,** -inis *f.* [*a* 1. planta *derivandum, ut vid., propter formam foliorum; de suffixo* -āgo *cf. nomina herbarum vel arborum ut e. g.* lappāgo; *v. Leumann, Gramm. 1977, 369 et Fruyt, Glotta 67, 1989, 113. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 17, 9, 50 *arnoglossos* a Romanis -o dicitur, quod planta eius cito adhaereat terrae. *de notione*: GLOSS. -o: ἀρνόγλωσσον εἶδος βοτάνης. III 536, 35 berbecina (*i.* verv-) lingua vel aure, id est -e. 563, 2 fita (*i.* φύτα) i(d est) -e (*subesse vid. confusio quaedam c.* 2. planta, *ut loco simili* 539, 10). 572, 5 porno: i(d est) -o (*obscurum; cf.* 541, 33 porno: id est -o macedonico; *sim.* GLOSS.[L] I Ansil. PO 359 [med. p. 63]). GLOSS.[L] Corp. P 462 -o: uuegbrade (*anglosaxonice*). *al.* (*v. indicem ed. Goetz*). *legitur inde a* CELSO, *non nisi in oratione soluta; frequentant scriptores medicinae et* PLIN. nat. (*plus 50 ies*). [*val.* pătlaginĕ, *it.* piantaggine, *sard. mer.* prantaxa, *raet. occ. vet.* plantaya, *raet. or.* plantañ,

[N.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

francog. plantain(e), *francoprov.* plantage, *hisp.* llantén (plantaje *Murcia*), *port.* tanchagem, chantagem. *cf. M.-L. 6577. Wartburg IX 19. C. S.*]

nomen herbarum (*respicitur fere genus '-o' L., sed ad alia genera pertinent l. 24 sq., cf. André, Les noms de plantes, 35. 203; iunctura* herba -o PALLAD. vet. med. 3, 1. VEG. mulom. 2, 82, 7 [*in var. l.*]. PS. APVL. herb. 1 tit. *al.*): **1** *praemonenda quaedam*: **a** *de natura*: PLIN. nat. 22, 41 *helxine* folia habet mixtae similitudinis -i et marruvio (*in compar. ut* 25, 70. 124. *al.*). 25, 80 celebravit et Themiso medicus vulgarem herbam -em tamquam inventor volumine de ea edito; duo eius genera: minor angustioribus foliis ... linguae pecorum similis ..., altera maior, foliis laterum modo inclusa ([*inde* 1, 25, 39]. *cf. Diosc. gr. 2, 126 ἀρνόγλωσσον, unde etiam* DIOSC. 2, 110 -is duo sunt genera ...; minor ... habet minuta folia *eqs.*). **b** *de generibus: accedit adi. (enunt. relat. l. 15) ad genus pertinens* (*adde p. 2326, 71*): VEG. mulom. 2, 82, 7 herbae -is viridis (3, 9, 3). MARCELL. med. 29, 22 quae sine lanugine fuerit. 36, 72 -is maioris (PS. APVL. herb. 1 l. 72 Itali -o lata, Romani -o m. *cf. l. 9 sq. 21*). PLIN. phys. Bamb. 19, 3 -is vetagie (*i. betaceae, cf. l. 24 sq.*). *idem significare dicuntur alia nomina* (*v. etiam p. 2326, 67 sqq.*): PLIN. nat. 21, 101 spicatarum genus, ex quo est ... stelephuros, quam quidam ortygem vocant, alii -em (*inde* 1, 21, 61). DIOSC. gr. Vind. 2, 126 *ἀρνόγλωσσον· ... Ῥωμαῖοι πλαντάγω μίνορ* (*cf.* MARCELL. med. 20, 37 de -e ea, quae arnoglosus dicitur. ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 61 Aa p. 436 arnoglossa, quam Romani -em vocant [*sim.* La]. *al., v. et p. 2326, 66. 67*). 4, 100 *ποταμογείτων ἕτερος· ... Ῥωμαῖοι βηταιφόλλιουμ ..., οἱ δὲ πλαντάγω κτλ.* PS. APVL. herb. 29 l. 28 (*de herba brittanica*) alii ⌊beta -is⌋ (plantabiana, eta plantaginalis *var. ll.*). **c** *de partibus* (*pendet gen.* -is *e subst.*): PLIN. nat. 25, 165 radix (PLIN. med. 2, 18, 10 MARCELL. med. 12, 60 PS. APVL. herb. 1 l. 4. *al.*). 26, 44 semen (26, 88. 131 CHIRON 403. *al.*). 26, 101 folia (26, 122. *al.* MARCELL. med. 31, 13. *al.*).

2 *de usu medicinali (generaliter v. l. 8; fere curantur homines, sed animalia e. g. l. 36. 40); -o*: **a** *consumitur*: CELS. 2, 30, 1 *adstringit alvum* lenticula, cui ... -o adiecta est. 3, 22, 14 *pthisicis* medicamentum ... est ... -is sucus (4, 11, 6 SCRIB. LARG. 83. 86 PLIN. nat. 25, 122. *al., cf. l. 35. 40*). *al.* SCRIB. LARG. 158 PLIN. nat. 22, 144. 26, 33 dyspnoeae medetur ... -o suco vel cibo. 26, 38 -is cibus. *al.* CHIRON 403 -is semen conterito et dato iumento *fartoso* (*inde* VEG. mulom. 2, 90, 1). *et saepe.* **b** *illinitur vel in emplastro imponitur sim.*: CELS. 3, 25, 3 (*curatur elephantiasis*) corpus contrita -o et inlita optime tueri videtur. 6, 18, 10 inponenda ... -o contrita. COLVM. 6, 33, 2 omnis ... dolor oculorum *equorum* inunctione suci -is cum melle acapno ... levatur (SCRIB. LARG. 21 [*in collyrio ut*: 31 -is s. vel seminis]. PLIN. nat. 25, 143 instillatur -is s. lippitudini. *al., cf. l. 35*). PLIN. nat. 24, 176 *lappa* cum -e ... trita ex vino carcinomata sanat. *al.* **c** *adhibetur in phylacterio sim.*: PLIN. nat. 25, 174 *ranunculus* medetur strumis ... parte in fumo suspensa, ⌊creduntque *herbarii* ea rursus sata rebellare ... vitia, in quo scelere et -e utuntur⌋ (⌊ ⌋ *similia narrat* 21, 144. 26, 24). 26, 26 *herba quaedam* suspensa in collo conprimere dicitur strumas, item verbenaca cum -e. MARCELL. med. 29, 22 -em ... contusam cum sale adponito ad umbilicum colici; mire proderit. PS. APVL. herb. 1 l. 4 herbae -is radix in collo suspensa capitis dolorem tollit. 1 l. 26.

?**2. plantāgo,** -inis *f.* *a* 2. planta. *fere i. q. plantatio* (*vix huc pertinet* GLOSS. *p. 2326, 69*): PS. PHILO antiq. 18, 10 facilius est ... extinguere lumen solis ..., quam qui voluerit eradicare -em (*an* plantationem?) fortissimi, *sc. dei,* aut exterminare vineam eius. *N. H.*

1. plantāria *v.* 1. plantaris. **2. plantāria** *v.* 1. plantarius.

3. plantāria *v.* 2. plantaris.

1. plantāris, -e, *sc. non nisi n. pl. pro subst.* ※**plantāria,** -ium, *et inde* ※**plantārium,** -ī *n.* *a* 2. planta. *occurrunt passim formae ambiguae, stirpem* -aris *notioni aptiorem certe exhibet* IVV. 13, 123; *formae certae decl. secundae (vix ad* 1. plantarius *referendae) inde a saec. IV, sc.* VET. LAT. Ezech. 34, 29 (Aug. serm. 47, 28). AMBR. epist. 6, 34, 7 PS. AMBR. paenit. 20 p. 994[C] HIER. epist. 79, 10, 3 AVG. conf. 7, 3, 5. *al.; cf. etiam* plantaria, -ae VET. LAT. *p. 2329, 5.* GLOSS.[L] Corp. P 467 pla⟨n⟩taria: setin (*anglosax.*). *legitur inde a* VERG., CALP. ecl., PLIN. nat., *saepius apud Christianos.*

fere i. q. planta, sc. φυτόν (*subest usus adi. pro subst. notionis q. e. 'ad plantam pertinens, ad plantandum aptus'; iuncturam* -um ponere *v. p. 2328, 4. 34 et* AMBR. patr. 12, 59 RVFIN. hist. mon. 2, 3, *cf. e. g.* deponere OPTAT. 5, 7, 9, plantare *p. 2328, 9,* transferre *l. 75. p. 2328, 2; accedit gen. rei plantatae p. 2328, 4. 20*): **1** *proprie*: **a** *strictius de eo, quod primo adolescit, sive surculus sive herba novella, deinde transfertur* (*exempla certiora*): VERG. georg. 2, 27 silvarum ... aliae pressos propaginis arcus expectant et viva sua -a terra, nil radicis egent aliae (*falso explicat* SERV. georg. 2, 23 inter plantas et -a hoc interest: nam plantae sunt raptae de arboribus; -a vero, quae ex seminibus nata cum radicibus et terra propria transferuntur.

sim. ISID. diff. 1, 464. *al.*). CALP. ecl. 2, 51 *area* satiatur aqua, sucos ne forte priores languida mutata quaerant -a terra. PLIN. nat. 21, 60 -a transferuntur ... aestate. PALLAD. 4, 9, 2 herbis liberentur adsidue *cardui,* donec -a solidentur. 5, 3, 5 colocasei -a ponemus (*item c. gen. plantae*: 5, 4, 4 *mense Aprili* locis frigidis fici -a disponemus). *al.* **b** *laxius de quavis herba vel arbore* (*hic quoque saepe de novellis, terrae insertis, sed aliter e. g. l. 14 sq.*): IVV. 13, 123 Epicurum ... exigui laetum -bus horti. HIER. in Ier. 6, 13, 1 (*ex hebr. vertit 31, 5*) plantabis vineas in montibus Samariae, ⌊plantate -a⌋ et vindemiate (⌊ ⌋ *Vulg.* plantabunt plantantes). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 197, 25 (*ad 2, 7* adiuravi vos ... in virtutibus ... agri) id est per -a et virgulta, quae in agro sunt. CHRYSOST. hom. V 752[A] virgulta ac diversa -a locustae ac bruchi exercitus vastant (*Migne gr. 52, 462 φύλλοις καὶ κλήμασι*). CONC.[S] I 3 Rustic. p. 73, 11 caelum et terra ... et terrestria animalia et -a ... supereminentem virtutem commendant (*gr. I 1, 2 p. 44, 11 φύτα, vers. Tur.* arbores). ENNOD. opusc. 3, 138 p. 366, 21 spinas atque iniussa -a campus adportat. IVNIL. 2, 2 p. 497, 22 ex terra virentia -a et animalia *de origine sunt.* ISID. orig. 16, 26, 10 (*opera dei*) maria, semina, sationes atque -a (*subest gen. 1, 11* lignum pomiferum). *al.*

2 *in imagine* (*apud auctores eccl. praeter l. 34; quid plantetur, saepe indicatur per gen., e. g. l. 22 sqq. 52*): **a** *respiciuntur res incorp.*: **α** *variae*: VET. LAT. Ezech. 34, 29 (Aug. serm. 47, 28) excitabo eis -um pacis (*gr. φυτόν, cod. 177* plantationem p.; *explicat* AVG. *ibid.* testamentum p., -um p.; germinet, quod plantat deus, et extirpetur, quod seminavit haereticus). AMBR. epist. 6, 34, 7 paradisus in principali nostro est silvescens plurimarum opinionum -is (*cf. Philo opif. mund. 154 φυτῶν*). exhort. virg. 1, 6 iste *martyr* Agricola *dictus est,* qui bonos fructus spiritalis gratiae seminaret, et sacri sanguinis effusione ... virtutum rigaret -a. RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 11 *scriptura* ager est ... florens omnium generum -is (*gr. φυτῶν*). AVG. conf. 7, 3, 5 quis in me hoc posuit et insevit mihi -um amaritudinis, cum totus fierem a dulcissimo deo meo? PROSP. carm. de ingrat. 357 ut ... studiis *christianis* auditor promoveatur, non doctor ..., sed gratia sola efficit inque graves adolet -a fructus (*cf.* **bα**). ENNOD. opusc. 3, 77 p. 350, 17 *sancta virgo* effloruit et ad maturitatem bonae frugis -a onusta perduxit. CORIPP. Ioh. 2, 38 tunc furor incerti posuit -a Martis. *al.*

β *haeresis*: AMBR. fid. 3, 1, 3 hydraei nominis ... conparationem *cum haereticis* induximus, ut ostenderemus ... rediviva -a cavenda perfidiae (*cf.* HIER. in Ezech. lib. 6 praef. l. 2 putabam, quod ... non reviviscerent hydrae novellae -a). CONC. Bagai. a. 394, 6 eos ..., quos sacrilegi surculi non polluere -a, ... ad matrem ecclesiam redire permisimus (*inde* AVG. epist. 141, 6 sacrilegi surculi Maximiani -a. *al.*). *al.*

b *respiciuntur homines*: **α** *qui spiritaliter coluntur sim.*: PS. AMBR. paenit. 20 p. 994[C] (*sec. Luc. 13, 6 sqq.*) cultor ... vineae illius (*sc. ecclesiae*) sacerdotis persona videtur exprimi, qui scrobem infructuosi -i (*sc. hominis*) cultura dominicorum exerceat praeceptorum. PS. AVG. serm. 170, 1 resurgit dominus in horto deliciarum propaginatis secum -is mortuorum. serm. ed. Mai. 35, 1 Maria ... appellat dominum hortulanum, quia infantum -a floruerunt (*de neophytis ut* 35, 2). *al.* **β** *qui propagantur*: FVLG. aet. mund. p. 135, 17 dum ... non enatasset *e diluvio* in alterum saeculum Adae peccantis transgressionale -um. HIER. epist. 79, 10, 3 -um digamiae protinus diluvii poena subvertit.

c *respicitur ferrum, sc. in imagine parum perspicua* (*vertitur ex aram.*): VVLG. Dan. 2, 41 *regnum* de -o ferri orietur (*cf. var. l. gr. φυτοῦ*).

2. plantāris, -e. *a* 1. planta. *i. q. ad plantam, pedem pertinens, non nisi plur. de calceis: neutr. pro subst.*: VAL. FL. 1, 67 nunc aerii -a vellet Perseos *Iason Colchos petiturus. usu adi.*: STAT. Theb. 1, 304 summa pedum propere -bus inligat alis *Hermes.*

1. plantārium *v.* 1. plantarius. **2. plantārium** *v.* 1. plantaris.

?**3. plantārium** *v.* 2. plantarius.

1.※**plantārius,** -a, -um. *a* 2. planta. *i. q. ad plantam, sc. φυτόν, pertinens, non nisi usu pro subst.*: **1** *neutr.* -um *i. q. locus, ubi arbores plantantur, ut crescant, seminarium* (*cf.* GLOSS. -o: plantatorio. horto vel pomario. GLOSS. IV 144, 35 ⌊-um⌋: plantatorium [⌊ ⌋ planctorium *trad.,* pactorium *Heraeus, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 516*]. *al.*): **a** *proprie* (*e coni. dub.* COLVM. 5, 9, 8): COLVM. arb. 3, 3 semina *vitis* quam recentissima terrae mandare convenit ...; -a facito ab exoriente ad decimam lunam (*nisi ad* 1. plantaris). PLIN. nat. 13, 37 -a *palmarum* instituunt anniculasque transferunt. 15, 3 etiam in -is *fructus* ferunt *oleae,* translatarumque altero anno decerpuntur bacae. 17, 65 natura ... -a demonstravit, multarum *arborum* radicibus pullulante subole densa. 17, 109 quaedam *arbores* in ⌊-o⌋ insita eodem die transferuntur (⌊ ⌋ plantatio *trad.*). 17, 149 nucibus potius quam viveradicibus -a caedua implentur. *al. apud eundem.* PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 21 (*sec. num. 17, 8*) *virga* non radicata -o nec defossa sarculo ..., et tamen germinavit in flore (*cf. Ps. Aug. serm. 245, 3* plantatione). ?**b** *in imagine*: PERS. 4, 39 inguinibus quare detonsus gurgulio (*i. membrum virile*) extat? quinque palaestritae licet

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haec -a vellant, non tamen ista filix ullo mansuescit aratro (*interpretes plerique ad* 1. plantaria *trahunt; inde* AVSON. 13, 100 [131 S.], 3 elixo -a podice vellis). AMBR. in Luc. 5, 105 harundinem, *sc. hominem,* si quis de terrae vellat -is, ... incipit non harundo esse, sed calamus *verbi dei.*

2 *fem.* -a *i. q.* φυτόν (*in imag.*): VET. LAT. Matth. 15, 13 (Verec. in cant. 1, 18) omnis -a, quam pater meus non plantavit, eradicabitur (*cf. l. 73*). VINCENT. LER. comm. 23, 12 absit ... ut rosea illa catholici sensus -a in carduos spinasque vertatur (vertantur *edd. vet., fort. recte*).

3 *masc.* -us: GLOSS. *v. p. 2330, 14.*

***?2. plantārius,** (-a), -um. *a* 1. planta. *i. q. ad plantam pedis pertinens, non nisi neutr. pro subst. de vinculo sim.*: PRISC. gramm. II 75, 8 collarium, quod in collo est; -um, quod in planta est (*subestne confusio c.* collare, plantare*?*).

***plantātio,** -ōnis *f.* *a* plantare. GLOSS. -o: φυτεία. φυτεία, μοσχεία. *legitur apud* PLIN. nat. *et inde a* VET. LAT., *praecipue apud scriptores eccl., nusquam in versibus.* [*falso trad.* PLIN. nat. *p. 2328, 70.*]

1 *usu communi*: **a** *i. q. actio plantandi* (*respectus plantae, quae transfertur, maxime apparet l. 20. 22. 37*): **α** *proprie vel in imag.*: PLIN. nat. 21, 17 Pangaeus mons ... fert *rosas* ...; accolae transferentes conserunt, ipsaque -e proficiunt (*fort. conferas Theophr. hist. plant. 6, 6, 6* μεταφυτεύειν). HIL. in psalm. 1, 13 (*ad psalm. 1, 3, v. p. 2331, 25*) ligni -o. SERV. auct. georg. 1, 20 quidam Silvanum primum instituisse -es dicunt (*nisi ad b*). VVLG. Is. 17, 11 in die -is tuae, labrusca, et mane semen tuum florebit. AVG. civ. 16, 1 p. 121, 20 vineae -o. HIPPOCR. num. sept. 4, 6 tempora ... annualia ... sunt haec: seminatio, hiems, -o, ver *eqs.* (*gr.* φυταλιά). *ibid.* sementatio in estate non valde generat nec -o ⟨in⟩ postautumno (*gr.* φύτευσις). *al.* *plantatur fides christiana*: AMBROSIAST. in Phil. 2, 14, 1 *apostolus,* cuius -o tales edidit fructus, *i. bonos Christianos.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 12 p. 336, 21 (*antea Ier. 1, 10* disperdere et aedificare et plantare) haeretici disperdere et subvertere tantum audierunt, in aedificationis autem -isque sermone surdas aures averterunt. AVG. c. Cresc. 2, 37, 46 in quas *terrarum partes* ex his apostolicis laboribus et -bus porrecta crevit ... ecclesia. LEO M. serm. 14, 1 *ager spiritalis* orationibus fecundatur, ut inter -es rigationesque nostras nullius amaritudinis radix pullulet (*item iuxta* rigatio [*cf. p. 2331, 50*]: PROSP. resp. ad Gall. 1, 5 FVLG. RVSP. epist. 12, 22). *al.* **β** *translate*: IREN. 5, 36, 1 cum sint ... veri homines, veram esse oportet et ⌞-em⌟ ipsorum (⌞ ⌟ *i. resurrectionem*; translat- *Doutreleau 'ex armen.',* transpl- *Lundström*).

b *i. quod plantatur, sc. planta* (*vel plantae l. 47. p. 2330, 2; gr. respondet* φυτόν, *nisi aliud indicavimus*): **α** *proprie respicitur herba, arbor sim.* (*saepe in compar.*): VET. LAT. psalm. 143, 12 (cod. 400, *sim. al. et* VVLG.) quorum filii sicut novellae -es stabilitae a iuventute sua. Sirach 24, 18 quasi palma exaltata sum in Cades et quasi -o rosae in Hiericho (*item c. gen. herbae*: 50, 13 cedri [*gr.* βλάστημα]. *cf. l. 54*). IV Esdr. 8, 41 agricola serit super terram semina multa et -is multitudinem plantat. PS. PHILO antiq. 50, 1 filiorum ... astantium in circuitu eius *patris* tamquam -o oliveti. RVFIN. Orig. in num. 14, 2 p. 124, 20 opus est *mundo* ... angelis, qui praesint animalium nativitati, virgultorum -umque et ceteris ruralibus incrementis. PS. RVFIN. Clement. 3, 8, 10 *Simon accusavit* nos blasphemia, eo quod diceremus filium dei Christum, tamquam hominibus et -bus deum aequantes. AVG. doctr. christ. 2, 42 adulterinae -es non dabunt radices altas (*vertitur sap. 4, 3* μοσχευμάτων). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 150, 33 -es ... quae in paradiso sunt, aquis uberrime defluentibus augentur (*item in paradiso: ibid.* p. 152, 31. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 37 vitae -em. 1, 40 de prudentiae ... -e. *al.*). *al.*

β *in imagine respiciuntur quaelibet plantata vel firmata* (*maxime usu christ.*): Ⅰ *res variae* (*quid plantetur, indicatur per gen. saepe, e. g. l. 59. 62. 64*): VET. LAT. Ezech. 34, 29 (cod. 177. *al., sim.* Aug. serm. 47, 28) suscitabo eis -em pacis et ultra non erunt fame pereuntes (*Vulg.* germen. *huc spectat* AVG. *ibid.* quicumque ab haereticis transierint ad catholicam, ... *non* portabunt maledictum dissensionis, quia permanent in radice unitatis, in -e caritatis). HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 12 p. 336, 10 si qua -o in animo mala est, si qua secta nequam, hanc eradicat, hanc subvertit sermo propheticus. *ibid.* p. 336, 15 idolatriae ... -em. RVFIN. Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 12 in anima ... mansuetudinem plantat *deus* ...; non tibi videtur talis esse debere -o quam plantat deus? PS. PROSP. vocat. gent. 1, 6 *hominis bona voluntas* superni agricolae prima -o est? LIB. iubil. 16, 26 ex ipso *deo* erit -o veritatis. GILD. Brit. 13 chron. III p. 32, 28 *Britannia,* abiciens germen suae -is amarissimae, ad Gallias ... Maximum mittit. *al.* Ⅱ *homines eorumve coetus, ecclesia sim.*: VET. LAT. Matth. 15, 13 (cod. 3. *al., sim.* VVLG.; *loq. Christus*) omnis -o, quam non plantavit pater meus caelestis, eradicabitur (*gr.* φυτεία, *cod. 9* planta, *Verec. in cant. 1, 18* plantaria. *inde* CYPR. epist. 59, 7, 3. *al.*). OPTAT. 2, 11, 1 -es dei sunt diversa semina per diversa praecepta; iusti, continentes ... spiritalia sunt semina. PS. PHILO antiq. 30, 4 quis scit, si replacabitur deus hereditati suae (*sc. Israel*), ut non disperdat -em vineae suae? VVLG. Is. 61, 3 vocabuntur ... fortes iustitiae, -o domini ad glorificandum. Dan. 11, 7 stabit de germine radicum eius *feminae* -o, *sc. filius.* DIDASC. apost. 1, 1 dei -o vineae, catolica ecclesia eius (*cf. Const. apost. 1 prooem. 2* φυτεία). OROS. comm. 1 malignas -es vel insertiones erue atque succide (*de haeresibus ut*: CASSIAN. conl. 18, 7, 1. *cf. p. 2329, 63 sq.*). *al.*

c *i. q. locus plantandi* (*huc vergunt quaedam sub b allata, e. g. l. 2*): VVLG. I par. 4, 23 hii sunt figuli habitantes in -bus et in praesepibus apud regem in operibus eius.

*?***2** *usu peculiari i. q. emissio plantae, germinis*: CASSIOD. hist. 2, 9, 3 *dixerunt* consubstantiale esse, quod ex aliquo est, aut ex partitione aut ex decursione aut ex -e; ex -e quidem sicut ex radice germen, *eqs.* (*Socrat. 1, 8, 32* κατὰ προβολήν *utroque loco, ut exspectes* prolatione).

****plantātor,** -ōris *m.* *a* plantare. GLOSS. I p. 42 plantarius: -r. *legitur apud Christianos, sc. saepius saec. IV ex./V med., postea raro.*

i. qui plantat, firmat; non nisi in imagine vel comparatione (*iuxta pos.* cultor AVG. in psalm. 88 serm. 1, 7, eradicator *l. 23,* rigator *l. 19. l. 39 sqq.*): **1** *de deo vel Christo; plantantur*: **a** *homines*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 9 l. 264 putatus est *Christus* hortulanus, rigator viventium, -r animarum. PS. PHILO antiq. 28, 4 (*loq. deus*) plantatio mea, *sc. Israel,* ... non agnoscet me -em suum. AVG. serm. 312, 3, 3 ecce qualem Cyprianum Christus invenit; ecce ad qualem animam percutiendam et sanandam ille eradicator et -r accessit. *al.* **b** *res variae*: PAVL. NOL. epist. 43, 5 *Iudaeorum synagoga* ipsum bonae vineae -em, ipsum veram vitem ... aceto urente potavit (AVG. serm. 87, 3 SERM. Caspari p. 194, 16. *cf. l. 34*). AVG. serm. 358, 6 tenete ista *praecepta pacifica,* fratres, ... per nomen ipsius domini, per auctorem pacis, ... per -em pacis. 360 gratias, *vinea,* -i tuo (*i. deo*), apud quem non (nos*?*) manet merces operariorum etiam hora novissima vocatorum. PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 25, 2 natus est paradisi -r *Christus.*

2 *de hominibus christ.* (*angelis l. 41; fere de doctoribus ecclesiae, sc. qui doctrinam plantant*): AMBR. epist. 7, 38, 2 (*de Christiano quodam patre fidelium*) vide, quaeso, ne iste Noe noster agricola, bonus -r feracis vineae ... diutius quieti indulgeat (AVG. op. monach. 3, 4 *Paulo* -i v., pastori gregis [*sec. I Cor. 9, 7*]). HIER. in Am. 9, 13 l. 448 ipsos -es plantabit dominus super terram suam. PAVL. NOL. carm. 21, 99 (*gaudet sanctus Felix de incolis piis suae sedis*) sicut olivarum ... novellas laetatur senior ... -r cernens inter sua rura colonos. AVG. epist. 147, 27 quid agit ... extrinsecus -r et rigator, *i. praedicator,* nisi intrinsecus operetur, qui dat incrementum, deus (*subest I Cor. 3, 6 [v. p. 2331, 50] ut*: gen. ad litt. 9, 18 p. 293, 26 *miracula faciunt angeli,* ut tamen ubique creator ... non sit, nisi qui -e et rigatore quolibet solus incrementum dat deus. c. Petil. 3, 55, 67 PROSP. carm. de ingrat. 473. CHRYSOST. hom. III 874^{A} *Paulum* -em [*Migne gr. 52, 804* φυτουργόν]. *al.*). *al.*

[*f.* **plantātrīx** *olim falso edebatur pro* plantata CASSIOD. var. 11, 38, 5.]

****plantātōrium,** -ī *n.* *a* plantare. *i. q. plantarium, locus plantandi*: GLOSS.^{L} I Ansil. PA 284 pangatorio (pact- *edd.*): -o (*sic cod. Paris., non* plantorio). PL 96 plan[c]tatorio: sive pomario sive ⟨h⟩orto. *al., v. p. 27, 60. p. 2328, 61 sqq.*

[**plantātrīx** *v. l. 45.*] **plantātum** *v.* planto. *Schrickx.*

plantiger, -a, -um. *a* 2. planta *et* gerere. [*olim legebatur pro* planct- DRAC. Orest. 118.] *i. q. plantas gerens*: PLIN. nat. 13, 59 *ceronia* -a imis partibus (*cf. Theophr. hist. plant. 4, 2, 4* παραβλαστητικόν).

****planto,** -āvī, -ātum, -āre. [*a* 2. planta *derivatum videtur. Fo.*] *de notione*: GLOSS. -o: φυτεύω (*sim. al.*). SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 3, 10, 6 ('satum') -tum. *legitur semel apud* COLVM. 10 (*ceterum raro in versibus inde a saec. V, fort. iam p. 2332, 20*), *ter apud* PLIN. *mai. et saepius inde a* VET. LAT. (*in* VVLG. *plus 70*^{ies}). [*it.* piantare (*pedem.* piantè), *sard. centr.* piantare *et* prantare, *raet. or.* plantá, *occ.* plaunter, *francog.* planter, *francoprov., cat.* plantar, *hisp. vet.* llantar (*et nomina locorum* Llantada, Llantadilla *sim.*), *port. vet.* chantar, *rec.* tanchar *'inicere, infigere'; cf. cambr.* plannu. *cf. M.-L. 6578. C. S.*] [*falso trad.* S. C. Gell. 4, 6, 2 -antibus, *v. vol. VII 2, 848, 69.*]

i. q. φυτεύειν (*quod gr. respondet, nisi alia adnotavimus*): **I** *pro obi. est id, quod alicui rei inseritur vel quod constituitur, stabilitur sim.* (*saepe indicatur locus per* in *c. abl. aliasve praepos., sc.* ad, in *c. acc. p. 2331, 24. p. 2332, 30. al., per dat. p. 2332, 39. fere pro syn. accedunt* inserere *p. 2332, 38,* ponere LEX Burg. lib. const. 31, 1; *opp. e. g.* eradicare *p. 2329, 72 72. al.,* excīdere *p. 2331, 3 sq. 2332, 36,* evellere *49. 65. al.; disting.* serere *15 sq. 60; in fig. etym. p. 2331, 1. 36.*): **A** *proprie vel in imagine -antur plantae sim., quae terrae infiguntur, ut crescant* (*laxius p. 2331, 13; dubia huc rettulimus, e. g. p. 2331, 50*): **1** *quolibet contextu* (*absolute p. 2331, 5*): **a** *exempla varia*: COLVM. 10, 119 tempore non alio ... inulae ferulaeque ... -antur. PLIN. nat. 17, 67 hoc modo, *i. stolonibus,* -antur punicae, coryli *eqs.* 19, 138 altera satio *brassicae*

[M^{c}Gowan]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ab aequinoctio verno est, cuius planta extremo vere -atur ...; tertia circa solstitium, ex qua ... aestate ... -atur (PALLAD. 3, 18, 6). COD. Theod. 10, 1, 12 -andi plures, excidendae unius cupressi ... tribui facultatem (Iust. 11, 78, 2, 1 cupressum aliis -tis excidere). AMM. 23, 6, 51 arbusta *non* desunt in locis habilibus ad -andum. AMBR. Tob. 13, 43 radices ... arborum primo -antur, ut prendant (*cf. l. 31*). MARCELL. med. 8, 64 herbam *medicinalem* ([*opp.* radicitus vellat]. *ibid. iterum.* LVX. anth. 369 tit.). COD. Iust. 11, 43, 10, 2 (*a. 474/491*) ne ... iuxta ... aquaeductus -ari ... arbores possint (11, 43, 10, 3 PALLAD. hist. mon. II 10 p. 360^{C}. *cf. l. 38*). CASSIOD. var. 11, 38, 5 (*in imag.*) fecundissima verborum -ta seges fructum mentibus ... reddit. CORIPP. Ioh. 3, 327 novellas. *al.* **b** *p. p. p. neutr. plur.* -ta *pro subst.*: PHILO vita contempl. 3 *Demeter* mater omnium esse putatur -torum atque animalium (*laxius significat universas arbores, herbas sim., cf. p. 2326, 28. 2328, 5 sq.; gr. φυτῶν*). GREG. M. dial. 3, 9, 2 *fluvius inundans,* quaeque sata ac -ta repperiret, *evertebat* (*sim.* 3, 9, 3 sata vel -ta). **c** non -ta *dicuntur, quae consita sed nondum translata sunt* (*adhibentur in medicamentis*): MARCELL. med. 9, 2 porros virgines, id est non -tos (ORIBAS. syn. 9 add. Aa p. 388). 30, 50 de caulibus non -tis.

2 *in sacris script. et locis ad eas vel ad religionem christ. spectantibus* (*saepe in imag. vel compar.*): VET. LAT. gen. 2, 8 (Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1. *al., sim.* VVLG.) -vit deus paradisum in Eden (*inde* IREN. 2, 30, 9 FIRMIL. Cypr. epist. 75, 15, 1. *al.*). 2, 9 (Aug. *ibid.*) produxit ... deus ... omne lignum ..., et lignum vitae ⌊-vit⌋ (*deest gr., Vulg.*) in medio paradisi (AMBR. in psalm. 1, 35, 4 *Iesus* est l. v. ... -tum in uterum virginis. *al.*; lignum *sine gen.*: VET. LAT. psalm. 1, 3 [cod. 303. *al.* = VVLG.] *vir pius* erit tamquam l., quod -tum est secus decursus aquarum. VVLG. lev. 19, 23. *al.*). deut. 28, 30 (cod. 100, *sim.* VVLG.) vineam -bis, et non vindemiabis eam ([*cod. 104* novellabis]. psalm. 79, 9 [cod. 300. *al., sim.* VVLG.] v. ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes et -asti eam [*gr. κατεφύτευσας*]. IREN. 4, 36, 2 v. humani generis. VVLG. gen. 9, 20 *Noe* -vit v. *et saepe, maxime in vet. test.*). 29, 18 (cod. 100) radix aliqua susum -ta ([*gr. ἄνω φύουσα, Vulg.* germinans]. psalm. 79, 10 [cod. 300. *al.* = VVLG.; *gr. κατεφύτευσας*]. ENNOD. epist. 9, 25, 2 p. 247, 9. GREG. M. in euang. 1, 3 qui radices cordis in eius *mundi* amore -verunt). Sirach 39, 17 quasi rosa -ta super rivum aquarum, fructificate (*gr. 39, 13 φυόμενον*). Is. 17, 10 (Hier. in Is. 7, 17, 11) -bis plantationem infidelem et semen infidele ([VVLG. -bis p. fidelem]. Matth. 15, 13 *v. p. 2329, 72*). Luc. 13, 6 (cod. 3. *al., sim.* VVLG.) arborem ficus habebat quidam -tam in vinea sua (17, 6 [cod. 2, *ubi opp.* eradicare; *cod. 4. al. et Vulg.* transplantare]. IV Esdr. 8, 52 arbor vitae. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 193, 14 quod ... *catechumeni* fiant aliquando a. fructiferae, ut -entur in paradiso dei ab ipso agricola patre. *al.*). TERT. adv. Marc. 1, 29 p. 331, 22 is caedet silvam, qui -vit, *i. deus* (HIER. adv. Iovin. 1, 16). HERM. vulg. sim. 8, 2 -emus eas *virgas,* si possunt reviviscere. RVFIN. hist. 5, 11, 5 *per magistros nostros* in nobis apostolici germinis -ta sunt semina (*gr. καταϑησόμενος. adde l. 36*). AVG. serm. 47, 28 (*opp.* extirpetur; *v. p. 2328, 23*). 260B, 1 coll. Morin p. 330, 21 (*de neophytis*) novella germina sanctitatis ... -ta et rigata ... in agro dei. *al.* *absolute vel obi. e contextu subintellegendo*: VET. LAT. eccles. 3, 2 (Hier. ad l. = VVLG.) tempus -andi et tempus evellendi, quod -tum est. I Cor. 3, 6 (Ambrosiast. ad l. *al.* = VVLG.) ego -vi, Apollo rigavit, sed deus incrementum dedit (*sim.* 3, 7 sq. [*ibid.*]. *inde* IREN. 4, 25, 3 HIER. epist. 7, 4, 1 PROSP. carm. de ingrat. 353. *al.*). EVSEB. GALLIC. hom. 2, 3 l. 32 de radice mortali ... salutifera propago, *i. Christus,* nullo -ante processit. *al.*

B *translate -antur quaelibet firmanda, collocanda sim.* (*maxime in sacr. script. vel apud Christianos. absolute vel obi. supplendo l. 63. p. 2332, 35 ; saepe sublucet respectus in terram infigendi, e. g. l. 60. 72 sq. p. 2332, 34*): **1** *homines eorumve coetus*: **a** *vario respectu*: VET. LAT. exod. 15, 17 (Verec. in cant. 1, 18, *sim.* VVLG.) *deus,* induc et -a eos (*sc. populum Israhel*) in montem hereditatis tuae (*gr. καταφύτευσον*). Is. 40, 24 (Hier. ad l.) *principes* non -buntur neque serentur, nec solidabitur in terra radix eorum (VVLG. neque -tos neque satos). Ier. 1, 10 (Ambr. in psalm. 43, 10, *sim. al.*) constitui te hodie super gentes ... eradicare ... et -are (*gr. καταφυτεύειν,* VVLG. ut evellas ... et -es). AMBR. in psalm. 43, 12, 5 patres ... nostri ... -ti in terra repromissionis. VVLG. Ier. 24, 6 aedificabo eos et non destruam, et -bo eos et non evellam. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 125 Moschini ... a Mosochin -ti sunt, qui nunc Cappadoces nuncupantur (*gr. κτισθέντες*). *al., saepe in vet. test.* **b** *cum respectu fidei christ.* (*-antur fere fideles, -at se Christus l. 74*): IREN. 5, 20, 2 -ta est ... ecclesia paradisus in hoc mundo (AVG. c. Cresc. 3, 64, 71 PRIMAS. in apoc. 1, 3 l. 42). CYPR. epist. 52, 4, 2 (*antea Matth. 15, 13, cf. p. 2329, 72*) qui -tus non est praeceptis dei. AMBROSIAST. in I Cor. 9, 1 *Paulus* illos -vit in domino. HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 8 p. 358, 8 nos non eradicabimur, verum ... in ... Iesu Christo -bimur *eqs.* AVG. in epist. Ioh. 2, 10 (*alludit ad l. 26*) *Christus* voluit se ... circa fluvium temporalium -are; raperis in praeceps? tene lignum. AVELL. 58, 3 *homo* in vinea domini -andus. CANON. Turner I p. 184 rec. V *oportet esse episcopum* non ⌊nuper -tum⌋ (*vertitur I Tim. 3, 6, ubi* ⌊ ⌋ *gr. νεόφυτον. cf. p. 2326, 53*). *al.* **c** *cum respectu corporis procreandi*: MACR. somn. 1, 12, 14 *φυτικόν...*, id est naturam -andi et augendi corpora, in ingressu globi lunaris exercet *anima.*

2 *res* (*sc. quae vario modo efficiuntur, creantur, incipiuntur vel alicubi collocantur*): **a** *corporeae*: **α** *sine indicatione loci* (*cf. var. lect. p. 2351, 67*): VET. LAT. psalm. 93, 9 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *dominus,* qui -vit aurem, non audiet? Sirach 43, 25 in sermone eius silebit ventus et -vit illum dominus Hiesus (*sec. var. l. gr. 43, 23 ἐφύτευσεν ... Ἰησοῦς. melius codd. cet. ἐφ. ... νήσους, unde var. l. lat.* -vit ... insulas. *v. Ziegler, Septuaginta XII 2, 1965, 70 sqq.*). VVLG. Is. 51, 16 (*loq. deus*) posui verba mea in ore tuo ..., ut -es caelos et fundes terram. CASS. FEL. 46, 17 utendum ... aquis calidis naturali calore -tis, nam Graeci autofye idata (*i. αὐτοφυῆ ὕδατα*) vocant. GREG. TVR. glor. mart. 33 p. 508, 25 quas *reliquias* nos dictis missis ... -vimus (*sc. in loculo altaris reposuimus*). **β** *indicatur, ubi quid -etur*: GROM. p. 343, 13 ab arca pedes XLIIII inveniri potest, quod -vimus (*sc. terminus; antea* posuimus, *v. p. 2359, 68*). VEN. FORT. carm. 2, 1, 15 (*ad crucem Christi sec. p. 2331, 26*) tu -ta micas, secus est ubi cursus aquarum.

b *incorporeae*: **α** *variae*: OPT. PORF. carm. 22, 13 -are modos (*nisi est medii aevi; 'leges carmini constituere' explicat Polara, comm. ad l.*). AMBR. Tob. 13, 43 (*antea p. 2331, 6*) pecunia faenebris vix -ta iam pullulat (*ibid.* p. f. ... semper -atur, vix evellitur). ANIAN. Chrysost. hom. 1, 2 caelestem conversationem in terrae regione -tam. PS. PETR. CHRYS. serm. 53, 2 -are pacem radicitus dei est, evellere penitus inimici. CASSIOD. var. 3, 38, 1 in regionibus Gallicanis, ubi ... ipsa initia bene -are debent nostri nominis famam. Ios. antiq. 1, 168 a Chaldeis ... haec (*sc. arithmetica et astrologia*) -ta noscuntur in Aegypto (*gr. ταῦτ' ἐφοίτησεν εἰς Αἴγυπτον. sim. vertitur φοιτᾶν [an c. φυτεύειν confusum?*]: 2, 150 dum *pater noster Jacob* ad alios studeret nostra bona -are [*spectat ad gen. 44, 30 sqq.*]). **β** *affectus, sensus sim.: qui in hominibus efficiuntur*: AMBR. Iac. 1, 1, 4 cum deus ... in eo *homine* mores sensusque -ret (RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 198, 4). Nab. 12, 53 misericordia seminatur in terra, in caelo germinat, -atur in paupere, aput deum pullulat. RVFIN. Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 8 sq. *deus* cotidie -at in animabus credentium; in anima enim, de qua excidit iram, mansuetudinem -at (*sim. ibid.* p. 374, 10 humilitatem [EVSEB. GALLIC. hom. 43, 1]. p. 374, 11 pudicitiam [*opp.* eradicat; *postea syn.* inserit]). AVG. serm. 72, 4 Dolbeau 1996, 123 exstirpa cupiditatem, -a caritatem. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 2, 14 p. 26, 5 *deus* -vit nobis vigorem. VEN. FORT. carm. 7, 1, 17 (*ad consiliarium regis*) eruis adflictis gemitus, et gaudia -as. *al.* *qui in deo vel in fide sim. collocantur*: VEN. FORT. expos. orat. 23 omnem spem in futuri regni facultate -amus. vita Albin. 5, 12 omnem dilectionem in *deo.* GREG. M. epist. 6, 5 l. 7 mentem *filii vestri* ... in radicem verae fidei ... -astis. moral. 12, 53 (*ad Iob 15, 29*) *iniquus* numquam ad aeternae vitae desiderium cordis sui cogitationem -at. **γ** *iura, causae legitime instituendae*: CASSIOD. var. 3, 23, 4 civile ibi ... -are propositum, *i. in provincia tua.* 5, 12, 3 civiliter -ta causatio. EDICT. Theodor. 74 ex die -ti sollenniter iurgii-

II *pro obi. est id, cui aliquid inseritur, sc. -atur terra, ager sim.* (*c. abl. rei insertae l. 54*): VET. LAT. prov. 31, 16 (Aug. serm. 37, 9) de fructibus manuum suarum -vit possessionem (*gr. κατεφύτευσεν κτῆμα,* VVLG. -vit vineam. *inde* AVG. *ibid. in interpr. allegorica*). PALLAD. 1, 6, 16 si necessitas coget de salsa terra sperari aliquid, post autumnum -anda est vel conserenda (CASSIOD. Ios. antiq. 4, 228 qui terram vineis -at, non seminet eam [*gr. τὴν ἀμπέλοις κατάφυτον γῆν*]). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 198, 8 est ... unicuique animae suus ager, quem colit et -at ac seminat (AVG. quaest. hept. 1, 56. *al.*). *al.*

p. p. p. plantāta, -ōrum *n. pl. pro subst. v. sub IA1b.*

deriv.: plantatio, plantator, plantatorium.

compos.: circum-, com-, deplanto (*nisi a* 2. planta), 1. im-, *?*per-, re-, transplanto.

[plantōrium *v.* plantatorium.**]** *M^{c}Gowan.*

plantula, -ae *f.* *a* 2. planta *demin.* *i. q. (parva) planta*: PALLAD. 3, 17, 8 ubi infra medullam salicis caput -ae sic cohaeserit, ut unitas sit (*antea*: plantam). *N. H.*

plānum *v. sub* 1. planus.

plānūr(i)a, -ae *f.* [plān-ūra : plān-us *sec.* pedāt-ūra : pedāt-us *et sim., sed modo insolito* -ūra *affigitur adiectivo; v. Josephson, Casae litterarum, 1950, 288, Zellmer, Die lat. Wörter auf -ura, 1976, 248. scribi* planuria *sec.* centuria *sim. suspicaveris. Fo.*] [*hic illic continuari vid.: it.* (*saec. XIV*) pianura *'ager planus'* (*ut dial. Curictarum* planoira), *hisp.* llanura *'simplicitas' sim.; cf. Battisti-Alessio IV 2896. Corominas^{2} III 722. C. S.*] *i. q. planities*: GROM. p. 352, 15 ipsud trifinium duabus lineis descendit per -ia⟨m⟩ (-ram *Zellmer loc. cit.; disting.* in subrectioribus locis). p. 366, 9 (*in figura textui addita*) vallis in qua -ra et pratus. *M. H.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1.[※]**plānus,** -a, -um. [plā-nus < *pleə$_2$-no- *vel* *plə$_2$-no-; *derivatum est per suffixum* -no- (*v. Leumann, Gramm. 1977, 320*) *a radice indogerm.* *plə$_2$, *'(aliquid) planum expandere'. quae radix linguis balticis hereditarium reliquit non solum verbum priscum* (*lett.* plāt, *lituan.* plóti), *sed etiam adi.* *plāno- < *pleə$_2$-no- (*lett.* plāns, *lituan.* plónas), *quod originis eiusdem est atque* -us. *alia suffixa exhibent adi. hethit.* palḫ-i- *'latus' et subst.* *pleə$_2$-ro- *'sŏlum', unde germ.* *flōra- (*anglosax.* flōr, *theod.* Flur) *et vet. hibern.* lár. *ab eadem radice derivata sunt etiam lat.* palam, palma *nec non* du-plus *sim. Fo.*] *notatur* p *in locutione* de -o legi *vol. VII 2, 1130, 31 sq.* NOT. Tir. 38, 45 -us. 48, 51 -us. *compar.* -ior *inde a* CIC., CAES. (*cf. fort.* magis ac magis -ior *p. 2338, 53*), *superl.* -issimus *inde a* CIC., OV. *de notione* (*v. et p. 2335, 37. 2337, 55 sq. 2338, 26*): SYNON. Cic. p. 440, 6 prona. facilia. ... -a. GLOSS. II 333, 19 *ἰσοπεδές*: -um. IV 548, 28 -us: aequalis. GLOSS.[L] II Philox. PL 20 -um: *ἐπίπεδον, ὁμαλόν, σαφές. al.* *legitur apud* PLAVT. *septies,* CATONEM agr. *ter, postea saepius, sc. in prosa orat. inde a* CIC., VARRONE (*frequentatur e. g. a* CIC. [*37^{ies} in locut.* -um facere, *ceterum decies*], LIV., VITR., SEN. *philos.,* COLVM., PLIN. nat.), *rarius in versibus inde a* LVCR., VERG., HOR., PROP., OV. (*sed* STAT. *13^{ies}*). [*it.* piano, *sard. centr.* pranu, *raet. or.* plan, *occ.* plaun, *francoprov., cat.* pla, *hisp.* llano, *port.* chão, *simul c. colore q. e. 'tardus, lentus' it., raet. or. et occ., 'purus' francoprov.; alias notiones deflexas exhibent* pla (*Bayonne*) *'multus', francoprov.* de pla *'statim', hisp.* llana *'trulla', gallaec.* čão *'tabulatum', it.* pianotto *'agnellus pinguis', dial. it.* nkyanare, akkyanari, čaná *'attolli'. commune est omnibus linguis romanicis* (*et ling. Vascorum* laun) *praeter val.; cf. M.-L. 6581. Battisti-Alessio IV 2893. C. S.*]

[*confunditur in codd. maxime c.* plenus, *e. g.* AMBR. sacr. 1, 6, 22 AVG. serm. 52, 9 (*restituitur e. g.* VITR. 7, 1, 4. 10, 9, 6; *falso trad.* CIC. Tusc. 3, 81), *ceterum c. adv.* plane *p. 2334, 3. 2336, 16. 36. loco corrupto* OV. Pont. 2, 7, 24 nec -is nostris casibus esse potes (-us *al. var. ll.*; plănus in n. ... potest *coni. Rothmaler* [*ut pertineat ad* 2. planus], *alii alia*).]

I *proprie vel in imag. (v. imprimis p. 2334, 12 sqq. 58 sqq. 2335, 9 sqq. 2336, 51) significatur, quod aequum est aut in se aut positione sua* (*sc. sive ad libram directa sive comparata cum alio; vim vocis auget adv.* aequaliter *p. 2335, 45. 2336, 11, locutio* ad regulam *p. 2335, 61; pro syn.* sunt aequus *l. 41 et* libratus *p. 2335, 23. 2336, 31, opp.* inaequalis *p. 2335, 10*):

A *notione communi*: **1** *de locis terrestribus* (*sc. spatiis satis amplis [de areolis minimis p. 2334, 40]; de actionibus p. 2334, 7; maria et partes mundi v. sub 2; accedit abl. limit. l. 59. p. 2334, 4, praepos.* ad *l. 60. p. 2334, 14*). *notionibus, quae saepe distingui non possunt, significantur vel quae aeque distenta sunt (sc. nulla inaequalitate obstante cuidam eunti vel spectanti) vel quae non ardua, non proclivia sunt (fere pro syn. sunt e. g.* aequus *l. 56. 58. 70,* campestris *p. 2334, 71. 2335, 8 [cf.* campus *p. 2334, 55. 2335, 3. al.]; opp. e. g.* arduus *p. 2334, 60. 63,* asper *l. 54. p. 2334, 17. 61. al.,* clivosus *l. 53,* devexus *p. 2335, 5,* montuosus *l. 57. p. 2335, 6. al. [cf.* montanus *p. 2335, 8,* mons *e. g. p. 2334, 27. 73. 2335, 3]); inde coloribus secundariis saepius de eis, quae moventibus facilia sunt (e. g. l. 59. 68. 70 sqq. p. 2334, 17, iuxta est* facilis *l. 72. p. 2334, 13) aut in montium radicibus iacent, loco inferiore sita sunt* (*e. g. l. 56. 59. 64. 67. p. 2334, 25 sqq.*).

a *adi.*: **α** *mera vi locali* (*exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Astr. frg. 3 quasi ... pilum graecum ⌞reciprocas -a via⌟ ([reciproceis -a uta *cod.*]. OV. fast. 3, 836 qua mons descendit in aequum, hic, ubi non -a est, sed prope -a v. LIV. 25, 11, 16 -ae et satis latae v. VLP. dig. 43, 8, 2, 32 -a [*sic pars codd.,* plane *ceteri; opp.* clivosa]. VET. LAT. Is. 40, 4 [Aug. serm. 288, 2. *al.* = VVLG.] *et* Luc. 3, 5 [cod. 3. *al.* = VVLG.] erunt ... aspera in v. -as [*gr. εἰς ὁδοὺς λείας*]. *cf. p. 2334, 13*). CIC. Caecin. 50 (*antea opp.* in inferiorem locum de superiore motus) in aequo ... et -o loco *non potest aliquis deici* (leg. agr. 2, 96 -issimo in l. part. 36 [*opp.* montuosi]. BELL. Alex. 18, 3 se in aequo l. ac -o pares esse confidebant. 36, 3. 72, 1. LIV. 1, 33, 7 a -ioribus aditu l. 1, 38, 6. 25, 11, 9 *arx* est non altitudine ... tuta, sed l. -o posita. *et saepe; nota*: SCHOL. Hor. carm. 1, 9, 18 'campus': -us ad ludum l.). LVCR. 3, 1002 -i ... aequora campi (5, 952. BELL. Afr. 19, 4 in c. -issimis purissimisque. *et saepius, v. vol. III 218, 54 sqq.; cf.* OV. met. 10, 86 [= 15, 297] -issima campi area). CAES. Gall. 4, 23, 6 aperto ac -o litore (EVSEB. GALLIC. hom. 4, 5 l. 119). VARRO ling. 5, 36 primum ex agro -o fructus capiebant *homines* ([*opp.* superiora loca]. PAVL. FEST. p. 89 *fundus est* -us ... ad similitudinem fundi vasorum. COLVM. arb. 20, 2 ab superiore ... in -iorem ... a. *al.*). HOR. epist. 1, 7, 41 spatiis (AMM. 15, 10, 5). TIB. 1, 5, 3 per -a citus sola verbere turben *agitur* (COLVM. 2, 10, 21 cannabis s. ... -um ... deposcit. LVCAN. 8, 369 effusa ... -o Tigridis arva s. PLIN. epist. 8, 8, 3. *al.*). LIV. 9, 3, 2 (*hyperbolice*) omnia aequa et -a erunt Romano in perfidum Samnitem pugnanti (*in itinere faciendo ut*: CVRT. 6, 3, 16 -a ... et prona. SYMM. epist. 7, 11 [*hyperbolice*] -iora ... mihi fient et faciliora o. ad recurrendum, si *litteras tuas accepero*). 21, 7, 5 -iorem patentioremque ... vallem (24, 34, 3 pleraque alta et difficilia aditu, submissa quaedam et quae -is v. adiri possent. 33, 7, 12 in -iorem v. perventum est [*Polyb. 18, 22, 6 εἰς τοὺς ἐπιπέδους τόπους*]. *al.*). 33, 17, 8 ima urbis -a sunt. 34, 29, 7 unde aditus -ior erat (PLIN. nat. 3, 67 qua maxime patebat a. -o *urbs Roma* [plane *var. l.*]). VAL. MAX. 3, 2, 7 in -a parte urbis ([*opp.* in ... collibus]. CLAVD. 15, 511 pars *Sardiniae* ... -a solo). MELA 1, 61 *Arabia,* nisi qua Casio monte adtollitur, -a. PALLAD. 1, 5, 5 situs ... terrarum neque -us ... neque praeruptus ... neque obrutus ... neque arduus *sit. al. per enallagen quandam transfertur ad actiones, quae vel in -o fiunt vel superficiem -am reddunt, relinquunt*: CELS. 1, 2, 6 *ambulatio* non utique -a commodior est, siquidem melius ascensus quoque et descensus ... corpus moveat (*cf.* STAT. Theb. 10, 862 -a ... vestigia). COLVM. 2, 11, 2 *non oportet segetes* adobrui, sed -a sartione terram permoveri. 4, 14, 2 qui *fossor* ... soli terga comminuat; hanc -am fossuram ... probamus. **β** *in imagine* (*cf. p. 2333, 70. 72*): PLAVT. Trin. 645 tibi pater ... facilem fecit et -am viam ad quaerundum honorem (CIC. Flacc. 105 illam viam vitae *praecipitem* ... huic -ae et stabili praeponendam esse. orat. 180 altera *considerandi v.* est longior, brevior altera, eadem etiam -ior. SEN. epist. 33, 11 pr⟨op⟩iorem -ioremque. 66, 44 quamvis illud *bonum* -a et molli v. ierit, hoc aspera. QVINT. inst. 8 prooem. 3 *v.* -a et ... expedita. *al.*). SEN. dial. 1, 5, 9 non erit illi *viro forti* -um iter: sursum oportet ac deorsum eat *eqs.* CLEDON. gramm. V 9, 13 *ego veterum tractatus* campo -o dispersi. *in locut. 'aliquid* ex proclivo -um facere' *sim., sc. de eis, quae intellectu facilia, manifesta sunt* (*cf. IIA*): PLAVT. *v. vol. X 2, 1538, 13 sqq.*

b *neutr. pro subst.*: **α** *sing.*: Ⓘ *cum praepos.*: Ⓐ in -um (*cf. l. 68. p. 2337, 14*): VARRO ling. 5, 46 *Tusci a monte Caelio* deducti dicuntur in -um. SALL. Iug. 49, 6 *Metellus* aciem ... in -um deducit (*cf. 4* monte degrediens). LIV. 2, 7, 11 *ego Publicola e summa Velia* deferam ... in -um ... aedes *meas* (*cf. l. 72*). 22, 24, 2 (*opp.* in monte). PAVL. FEST. p. 121 *genus promunturii* molliter in -um devexi. *al.* *c. respectu solo aequandi, diruendi* (*cf. l. 50 sq.*): SEN. Ag. 85 (*in imag.*) quas *domos* in -um quaelibet hora tulit ex alto. Phoen. 343 disicite passim moenia, in -um date (VET. LAT. Is. 8, 7 [Ps. Cypr. adv. Iud. 6] montes [*gr. et Vulg. aliter*]). LVCAN. 1, 383 effundere muros. PLIN. nat. 36, 2 *Alpes* caeduntur ...; rerum natura agitur in -um. *al.* Ⓑ in -o (*exempla post* LIV. *selecta; cf. e. g. p. 2335, 5*): SALL. hist. frg. 2, 87 C 10 castra in -o locaverat (LIV. 2, 11, 1 in -o ripisque Tiberis. *al.*). OV. trist. 3, 4, 17 qui cadit in -o ..., sic cadit, ut ... surgere possit (*opp.* tecto ... ab alto). LIV. 9, 26, 2 urbs sita in -o (24, 40, 3. 36, 10, 7). VITR. 10, 2, 10 sine tignorum erectionibus in -o *fit aliquid.* PHAEDR. 2, 4, 10 *aper* quercum vult evertere, ut ... in -o facile progeniem *aquilae* opprimat. SEN. nat. 6, 2, 8 mors levior in -o est? (*opp.* in ... altitudinem *barathri*). PLIN. nat. 19, 112 ālium in -o seri vetant (*opp.* grumulis). *al.* Ⓒ *iuncturae ceterae*: OV. ars 2, 243 per tutum -umque (placidumque *codd. plerique*) ... ire ([*opp. 245* per praeceps tecto delabere aperto]. SEN. epist. 84, 13 [*in imag.*]. *cf. e. g. l. 64. p. 2335, 11*). met. 8, 330 silva ... incipit a -o devexaque prospicit arva (*item* ab: PAVL. dig. 43, 12, 3, 2 [*definit ripam*] ex quo primum a -o vergere incipit usque ad aquam. *cf. p. 2336, 63*). LIV. 10, 43, 6 aegre successerant ex -o in muros (SEN. epist. 89, 21 tecta ... ex -o in altitudinem montium educta. *al.; cf. p. 2336, 55. 2337, 15*). 21, 37, 6 ad -um descensum *est* (*paulo aliter* [*sc. ita ut l. 28*]: PS. CYPR. pasch. 12 *templum* a fundamentis subvertitur et ad -um redigitur. SYNON. Cic. p. 421, 10 delet. ... solo aequat. ... ad -um deducit *eqs.; cf. l. 74. p. 2335, 48*). VLP. dig. 13, 6, 5, 7 ut de -o opus faceret *tector* ([*opp.* in machina]. VEG. mil. 4, 3, 2 de -o civitatis ... usque ad propugnacula. *cf. p. 2336, 43*).

Ⓘⓘ *sine praepos.*: VERG. georg. 2, 273 collibus an -o melius sit ponere vitem (*item abl. loci nudo*: PROP. 4, 10, 36 [*cf. 35* campo]. TAC. hist. 3, 19, 1 [in -o *var. l., ut*: PALLAD. 1, 37, 3]). SEN. nat. 3 praef. 5 *inundatione* -um omne perfusum est. epist. 66, 28 (*nisi ad 2*) -o nihil est -ius. *in imag.*: SEN. benef. 7, 1, 7 *si quis,* quacumque vocat illa *virtus,* -um putat. dial. 2, 1, 2 'at ardua, per quae vocamur *nos Stoici,* et confragosa sunt'; quid enim, -o aditur excelsum? (*cf.* 4, 13, 1 *non* arduum in virtutes et asperum iter est; -o adeuntur). LACT. inst. 1, 1, 23.

β *plur.* (*saepe c. gen. regionum*): SALL. hist. frg. 4, 24 Italiae -a ac mollia. LIV. 38, 28, 4 *Tiberis* -a ... urbis inundavit. 38, 49, 7 -a ex arduis ... facere. SEN. contr. 2, 1, 13 cum per -a infusus est *amnis* (LVCAN. 2, 416 per -a iacentis Aegypti. SIL. 9, 617 STAT. Theb. 3, 115 Ach. 2, 140. QVINT. inst. 12, 9, 2 per -a et amoena [*opp.* asperi colles; *postea*: aequo ... campo]. TAC. ann. 4, 65. PRISC. periheg. 654 Scythiae per -a [*gr. 665 πεδίοισιν*]. *al.*). SEN. Phoen. 63 in -a tendis? ... praerupta appetis? (PLIN. nat. 6, 78. 12, 53 decurrunt ... in -a arbores [*sim.* 16, 74, *ubi opp.* montuosa]. STAT. Theb. 1, 330 qua ... in -a Cithaeron porrigitur. *al.* FRONTIN. strat. 2, 2, 11 [*syn.* campestria]. 2, 5, 18 [*opp.* in montibus]. FLOR. epit. 1, 9, 4 eminentis aedis suas in -a [-as *var. l.*] summisit *Publicola. al.*). nat. 3, 27, 7 *torrens* passim -a populatur. 6, 4, 1 *terra mota* defert montes, subrigit -a. *al.* CVRT. 5, 4, 23 qua se montium iugum paulatim ad -iora demittit (AMM. 15, 11, 16 Rhodanus ... proclivi impetu ad -iora degrediens [plen- *var. l.*]. VVLG.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iud. 1, 34 [*opp.* in monte]. *cf.* ad -a: PLIN. epist. 10, 37, 2 ad -a civitatis et humilia. AVG. civ. 18, 12 p. 270, 4 [*opp.* ad alta]. CYPR. GALL. iud. 78 ad subdita -a. *al.*). PLIN. nat. 4, 80 campos et -a ([*opp.* montes ... et saltus]. *cf.* -a camporum: LACT. inst. 7, 3, 25 HIER. in Ioel 1, 19 l. 534). 6, 29 -a aut devexa (*postea opp.* montium fronte). 12, 89 *frutex cinnami* gignitur in -is (16, 16 in montuosis -isque. *al.* QVINT. inst. 1, 10, 45 [*opp.* in collibus vallibusque]. GAVDENT. serm. 12, 10 in -is atque humilibus. VVLG. Ios. 12, 8 tam in montanis quam in -is atque campestribus. *al.*). *al. in imag.*: QVINT. inst. 8, 5, 29 (*vituperantur sententiarum lumina nimis crebra*) inaequalia tantum et velut confragosa, nec admirationem consequuntur eminentium et -orum gratiam perdunt. PLIN. epist. 9, 26, 2 tutius per -a, sed humilius ... iter *oratoris* (HIER. epist. 22, 6, 3 rectius fuerat homini subisse coniugium, ambulasse per -a quam ad altiora tendentem in profundum inferi cadere. *al.*). HIER. in Ioel 1, 9 l. 377 campos et -a credentium fructus non afferre virtutum. GREG. M. past. 1, 4 *ne* qui in -is stantes titubant, in praecipiti pedem ponant. *al.*

2 *de variis rebus (animalibus sub bβ; accedit abl. limit. l. 73. p. 2336, l. 37); respicitur potius*: **a** *positio, sc. non erecta, sed iacens, ad libram directa* (*praedic.* -um ponere *sim. praeter l. 28; opp.* erectus *l. 24 sq.*, ad perpendiculum *l. 26*): **α** *in aedificando sim.*: CATO agr. 18, 5 fundamenta ... facito, ibi silicem ... -um statuito, ... insuper arbores stipitesque trabem -am imponito. VITR. 2, 1, 4 arboribus ... -is ... in terra positis. 2, 8, 6 *parietum* cubilia ... -a et librata posita. 2, 8, 7 (*de parietibus struendis*) nostri celeritati studentes erecta conlocantes ...; Graeci vero ... -a conlocantes *eqs.* 10, 2, 10 *machinationes* aliae erectae, aliae -ae ... conlocatae. 10, 5, 2 tympanum ... -um est conlocatum ([*opp.* ad perpendiculum]. *ibid.* dentes t. -i. 10, 9, 3. *al. apud eundem*). 10, 6, 1 -o posito tigno (*ibid.* t. -o conlocato). **β** *vario usu*: MIN. FEL. 3, 6 testam -o situ digitis comprehensam. CHIRON 43 (*inde* VEG. mulom. 2, 82, 2) *iumento solea ferrea* supponitur, ut ... ungulam *aegram* -am possit ponere (389 [= VEG. mulom. 2, 54, 1] *iumenta orthocola* -as [*cod. Basil. et Veg.*, plenas *Monac.*] u. in terram ponere non possunt. *sim.* VEG. mulom. 2, 55, 3 pedem priorem -um ⟨non⟩ ponet [*sic Schneider; cf. Chiron 698* super caput ungulae calcabit]). ACT. Silv. (BHL 7736a) p. 513, 27 totum se -um proiiciens in faciem (*nisi est aet. recentioris*).

b *pars externa alicuius rei, sc. superficies levis, prominentibus carens* (*cf.* GLOSS. IV 377, 36 -um facit: erogat [*i. erugat*]): **α** *de variis rebus*: CATO agr. 48, 2 (*nisi ad c*) *seminarii* porcam -am facito, paulum concavam (*postea*: terram ... complanato). OV. am. 1, 5, 21 quam castigato -us sub pectore venter *puellae* (*si recte comparatur 2, 14, 7* ut careat rugarum crimine venter). VITR. 4, 6, 2 *in antepagmentis* corona -a (*i. sine ornamentis eminentibus*). 7, 1, 4 *pavimenta* ita fricentur, uti, si sectilia sint, nulli gradus ... extent, sed coagmentorum conpositio -am habeat inter se directionem; si tesseris structum erit, ut eae omnes angulos habeant aequales; cum enim anguli non fuerint omnes aequaliter ⟨-i⟩ *eqs.* (*edd. plerique; textum trad.* pleni *def. Cam, comm. 1995, 97*). PAVL. FEST. p. 231 plancae, tabulae -ae. PLIN. nat. 11, 162 *dentes* (*opp.* serrati). 17, 119 latere -o *stirpis, sc. exciso cortice.* 20, 93 cicatrices ad -um redigere (*ad neutr. pro subst. cf. p. 2334, 50, ad notionem* STAT. silv. 5, 1, 30 iam -a cicatrix [*in imag. de luctu attenuato*]). ANON. de mach. bell. 16, 2 *ut* aequalitate quadam plenitudo ipsa utrium *inflatorum* spatia -a perficiat *ponti faciendo. inde fort. explicandum* (*sc. masc. vel neutr. pro subst.*): ISID. orig. 18, 65 (*in cap.* de iactu tesserarum) unionem canem, trinionem suppum, quaternionem ⟨-um⟩ vocabant (⟨ ⟩ pronum *Arévalo; iactum propter latus -um tali lusorii sic vocatum putat Lamer, RE XIII 1954, 48 sqq.*). **β** *de aquis non turbidis*: CIC. ac. frg. 3 quid tam -um videtur quam mare? (IVV. 12, 62 postquam iacuit -um m.). SEN. nat. 4, 2, 6 -is aquis *Nili.* STAT. Theb. 5, 709 iam -a Thetis. MART. 5, 1, 4 -a ... qua cubat unda freti. CASSIOD. in psalm. 7, 16 l. 312 hic *lacus* -o tergo ... falsa tranquillitate blanditur. **γ** *de tabulis pictis, picturis*: VITR. 6, 2, 2 in scaenis pictis videntur ... signorum figurae prominentes, cum sit tabula ... ad regulam -a. 7 praef. 11 *ut,* quae in directis -isque frontibus sint figurata, alia abscedentia, alia prominentia esse videantur. QVINT. inst. 2, 17, 21 *pictor scit* ea -a esse (*antea*: quaedam eminere ..., quaedam recessisse *credimus*).

c *forma tota alicuius rei, sc. non curva, non concava, non cuneata sim.* (*fere pro syn. est* rectus *p. 2336, 22,* libratus *p. 2336, 31; opp. e. g.* (con)cavus *p. 2336, 4. 18 sq.* [*cf. l. 39*], globosus *p. 2336, 4. 39,* tumidus *vel* tumens *p. 2336, 4. 35*): **α** *de rebus manu factis*: LEX par. fac. Puteol. (CIL I^2 698) 2, 5 cumatium ... inponito ferroque -o figito (*i. clavo cum capite -o; v. Wiegand, Die puteol. Bauinschr., 1894, 760 sq.*). CAES. Gall. 3, 13, 1 *Gallorum navium* carinae aliquanto -iores quam nostrarum navium, quo facilius vada ... excipere possent (*cf.* LIV. 10, 2, 12 fluviatiles naves ... apte -is alveis fabricatas. TAC. ann. 2, 6, 2 *naves* -ae carinis. *sim. al.*). LIV. 38, 21, 4 *Gallorum* scuta ... -a. VITR. 4, 3, 9 si -ae erunt *striae columnarum* (*opp.* sin ... excavabuntur). 10, 15, 1 -is frontibus *testudinum* (*opp.* anguli

trigoniorum). CELS. 8, 4, 14 -o scalpro (COLVM. 9, 15, 4 prima fronte -um [*opp.* aduncum, *si recte explicat Dumont, 2001, ad l.*]). FRONTIN. aq. 25, 2 plumbea lammina -a ... circumacta in rotundum. APVL. apol. 16, 2 in -is ... speculis (*postea opp.* ⟨in⟩ tumidis ... et globosis ..., in cavis). met. 8, 30, 4 me ... -is gladiis minantes (*i. parte -a gladiorum*). 11, 3, 4 (*describitur corona Isidis*) super frontem -a rutunditas ... lumen emicabat. *al.* **β** *de partibus corporis ipsisve animalibus*: MANIL. 2, 254 Scorpios incumbens -o sub ⟨pectore⟩ terrae (⟨ ⟩ corpore *var. l.; item de parte sideris*: AVIEN. Arat. 967 viscera -a *Cancri*). FEST. p. 238 ⟨plotos appellant⟩ Vmbri pedibus -is ⟨natos⟩ (PAVL. FEST. p. 231 *v. p. 2306, 16. cf.* PHYSIOGN. 72 qui aequaliter -i sunt et nullum habent recessum in medios pedes). CELS. 2, 8, 23 eae *suppurationes sunt* pessimae, quae maximae quaeque -issimae sunt (*cf.* 5, 28, 9 tuberculum ... rotundius et -ius [*v. p. 2062, 4*]. *item de partibus morbidis*: 7, 26, 2^G [*de calculo in vesica*]. 8, 3, 5 -issumam quamque testam *ossis corrupti*). 2, 18, 7 *pisces* -i (6, 9, 6. *al., v. p. 2209, 60*). 8, 8, 1^B *fracto iugulo* dextra manu -a (plane *var. l.*) propellendus ... umerus ⟨est⟩ (*item abl. instr.*: COLVM. 12, 57, 1 QVINT. inst. 11, 3, 80. *al.; ceterum*: SEN. nat. 2, 28, 1 utrum cavae concutiantur *manus in plaudendo* an -ae et extentae. epist. 56, 1 [*opp.* concava]. GELL. 1, 14, 2 HYG. astr. 4, 14, 2. LACT. opif. 10, 22 *manus a deo* -o ac modice concavo sinu fictas. *al.; cf.* IVV. 13, 128 -a faciem contundere palma). COLVM. 6, 1, 3 parandi sunt boves ... dorso recto -oque vel etiam subsidente. PLIN. nat. 9, 102 (*de concharum varietate*) tot figurae -is, concavis, longis, lunatis *eqs.* 11, 132 capitis ossa -a, tenuia *eqs.* (LACT. opif. 5, 5 [*de costis*]). IVV. 3, 96 vacua et -a omnia dicas infra ventriculum *histrionis mulierem agentis* (SCHOL. sine pene). *al. per enallagen quandam transfertur ad litteram -o ore pronuntiandam*: QVINT. inst. 9, 4, 34 'e' -ior littera est, 'i' angustior (*antea opp.* quae *vocales* cavo aut patulo maxime ore efferuntur). **γ** *de variis rebus naturalibus*: MANIL. 1, 228 si -a foret tellus (*sim.* PLIN. nat. 2, 180 terra). VITR. 8, 5, 3 sive -a est aqua seu sphaeroides (*antea*: aquam non esse libratam, sed sphaeroides habere schema. *cf.* PLIN. nat. 2, 164 ut sint -a maria [*antea*: etiam si globetur *mare*]). PAVL. FEST. p. 231 plantae semina holerum, quod -a sunt. SEN. nat. 1, 8, 5 quare semper concavae nubes solem accipiunt, non aliquando -ae et tumentes? (1, 13, 2 debent ... hae n. ... esse ... splendidae, -ae [plane, plene *var. ll.*]). PLIN. nat. 15, 93 sq. *castaneae* Tarentinae ... -ae figurā; rotundior, quae balanitis vocatur ...; (94) -a est et Salariana. 17, 82 lapides rotundos ..., -os (36, 141 *Gagates lapis* niger est, -us *eqs.*). QVINT. inst. 7, 2, 6 luna globosa an -a an acuta *sit.*

B *notione peculiari respicitur*: **1** *situs eorum, quae posita sunt, stant sim. vel in solo vel pari altitudine cum aliqua re vel cum homine adveniente* (*neutr. pro subst. sub a et p. 2337, 10. 19 sqq.*): **a** *fere technice* (*non nisi in locut. c. praepos., sc.* de -o *praeter l. 55 et 63*): **α** *in formula* de -o legi (*i. de solo*), *sc. cum respectu edicti sim. publice proponendi*: LEX repetund. (CIL I^2 583) 65 ubei de -o r⟨ecte l. possitur⟩. 66. *et saepius, v. vol. VII 2, 1130, 28 sqq., quibus addi potest e. g.* LEX incert. Tarent. (CIL I^2 2924) 14. *in imag.*: SEN. nat. 1, 4, 1 temptemus alias probationes, quae de -o l. possint. **β** *in sermone iuris spectat ad cognitionem non pro tribunali habitam* (*in imag.* LVCR.; *cf. Mod. dig. 27, 1, 13, 10 χαμᾶθεν et nota opposita l. 55 sq. 60. 64. ad rem v. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht, 1996, 201 et adn. 5 sq.*): LVCR. 1, 411 hoc tibi de -o (deptano *trad.*) possum promittere, Memmi *eqs.* (*'auctore me ipso' explicat Brown, comm. 1984, ad loc., i. fort. sine Epicuro quasi iudice superiore*). SEN. clem. 1, 5, 3 magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet meliusque in tribunali quam in -o conspicitur. SVET. Tib. 33 iudices ... aut e -o aut e quaesitoris tribunali ... admonebat. PAPIN. dig. 48, 5, 12, 6 de -o quoque libellus dari potest. VLP. dig. 1, 4, 1, 1 quodcumque ... imperator ... vel cognoscens decrevit vel de -o interlocutus est. 48, 2, 6 levia crimina audire et discutere de -o proconsulem oportet. PAVL. dig. 48, 18, 18, 10 (= sent. 5, 16, 16) custodiae non solum pro tribunali, sed et de -o audiri possunt atque damnari. *al. in ecclesia* (*respic. causa ad pontificem Romanum non deferenda*): GREG. M. epist. 12, 14 l. 23 (*episcopo Mediolanensi*) si quid forte fuerit, quod debeat emendari, aut a -o adhortationis vestrae moderamine corrigatur aut ... nobis ... nuntietur.

b *vario usu*: **α** *respiciuntur partes aedificiorum solo vel aliis partibus aequae*: Ⓘ -o pede (*i. nec ascendente nec descendente; aliter p. 2337, 22*): VARRO ling. 5, 160 aedis ab aditu, quod -o p. adibant (*item vigente respectu partis corporis*: VITR. 1, 5, 6 quibus *locis* extra murum ex alto loco -o p. accessus fuerit ad moenia oppugnanda. 10, 13, 3 qua *machina* ad murum -o p. transitus esse posset. AVG. in euang. Ioh. 45, 6 [*ad 10, 1*]). VITR. 6, 8, 1 aedificia, quae -o p. instituuntur ([*opp.* hypogea]. *item mero respectu situs conclavis sim.*: 7, 1, 1 si -o p. erit eruderandum [*opp.* in contignationibus]. 7, 4, 1 quae *conclavia* -o p. fuerint. VET. LAT. Luc. 22, 12 [cod. 4] vobis ostendet p. -o locum stratum [*sed gr.* ἀνάγαιον, *cod. 2. al.* in superioribus, *10. al. et Vulg.* cenaculum]). *mire ponitur* -us

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pes *pro ipso solo vel pavimento*: VET. LAT. IV reg. 9, 33 (cod. 91. *al.*) proiecerunt eam *Hiezabel* in -o p. (*codd. tres LXX ἐν τῷ οἰκοπέδῳ, om. cett. et Vulg.*). Ⓘⓘ *cum subst. variis*: VARRO rust. 1, 13, 1 fructus, ut est vinum et oleum, loco -o in cellis, ... aridus ... in tabulatis *ponendus est* (SVET. Aug. 94, 6 [*opp.* in altissima turri]). VITR. 2, 8, 17 cum recipere non possint *habitationes* ⌊area -a⌋ tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium altitudinis aedificiorum res ipsa coegit devenire (⌊ ⌋ *S²*, *cett. exhibent* area planata [*per dittogr.*] *vel* areae planatae [*ne subi. deesse videatur; ita fere edd.*]). MART. 12, 57, 20 -a summos despicit domus *tua* montis (*i. -a pars domus*). Ⓘⓘⓘ *neutr. pro subst. in locut. cum praepos.*: VARRO rust. 3, 3, 6 *olim erat* in -o cohors, in qua pascebantur gallinae ([*opp.* sublimis ..., in turribus]. COLVM. 1, 6, 9 quae *cellae sim.* sunt in -o [*opp.* tabulatis]. 1, 6, 11. DIOM. gramm. I 490, 7 in -o orchestrae [*opp.* in suggestu scenae]. *al.*). PLIN. paneg. 71, 1 *candidatis occurristi* devexus ... in -um. PAVL. dig. 8, 2, 20, 1 *si non* ex -o aditus ad domum meam per aream tuam *domo altiorem* esset.

β *cetera exempla: cum respectu cuiuslibet altitudinis aequalis* (*sc. in locut. c. praepos.*): COLVM. 8, 17, 14 *piscis iacens* sublimiora spectat et ea, quae in -o sunt dextra laevaque, non facile pervidet. CLAVD. DON. Aen. 6, 575 p. 584, 21 ('patet in praeceps') patere ... etiam in superna quid potest et quod per -um cingit, hoc est ante, post, laeva vel dextera. -us pes, *sc. qui nudus, non cothurno sim. elevatus, in solo ponitur* (*in explicatione vocum q. s.* planipedia, planipes): DON. de com. 6, 2 -o pede (*v. p. 2316, 15*). DIOM. gramm. I 490, 4 p. -is, id est nudis (*v. p. 2316, 43*).

2 *superficies nullam crassitudinem habens, sc. technice in geometria et arithmetica* (*gr. respondet ubique ἐπίπεδος. opp.* solidus *l. 31. 36. al.; neutr. pro subst. l. 33. al., fort. iam l. 31 sq.*): **a** *respicitur quaelibet figura* (*nonnulla pendent ex Euclid. elem. 1 def.*): CIC. Tim. 14 quod si universi corpus -um et aequabile explicaretur neque in eo quicquam esset ⟨altitudinis⟩ (*suppl. Plasberg sec. gr. 32⁴*). nat. deor. 2, 47 cum ... duae formae praestantissimae sint, ex solidis globus ..., ex -is autem circulus. QVINT. inst. 1, 10, 41 forma *orbis* est in -is maxime perfecta. BALB. grom. p. 97, 1 rectum, -um, solidum. p. 97, 4 -um est, quod Graeci epipedon appellant, nos constratos pedes, in quo longitudinem et latitudinem habemus. p. 103, 17 sq. angulus ... omnis species capit duas, -am et solidam: -us angulus est in planitia duarum linearum adtingentium ... alterius ad alteram inclinatio (MART. CAP. 6, 710 EVCLID. elem. vers. M l. 8). GELL. 1, 20, 1 sq. figurarum ... genera sunt duo, -um et solidum; (2) haec ipsi *geometrae* vocant *ἐπίπεδον καὶ στερεόν*: -um est, quod in duas partis solum lineas habet *eqs.* 1, 20, 3 longitudines ... et latitudines -as. CHALC. comm. 8 epipedas, hoc est -as, figuras, quae ... nullam ... profunditatem habent (68 circulum esse -am f. [*sim.* EVCLID. elem. vers. M l. 19. *al.*]. BOETH. arithm. 2, 46, 1 l. 7. *al.; cf. l. 38. 52*). 62 superficiem -am et in directa linea positam (MART. CAP. 6, 709 [*opp.* sinuosa]. *al.*). MACR. somn. 1, 5, 10 altitudo, quae illi -o deerat. LIB. col. I p. 246, 3 mensurarum genera sunt tria, rectum, -um, solidum. *al.* **b** *respicitur numerus, qui figuris -is repraesentatur* (*ad rem cf. Euclid. elem. 7 def. 17* [*16*]): MART. CAP. 7, 754 alii ... -i numeri sunt, alii crassitudinem quoque in se habent; -um n. ⌊esse⌋ (*ἐπίπεδον coni. Dick*) Graeci dicunt, qui a duobus numeris continetur *eqs.* (*ibid. bis.* 7, 756). BOETH. arithm. 2, 4, 2 l. 13 -a dimensio *numerorum*. 2, 6, 1 l. 3 -a ... superficies ... in numeris. 2, 20, 1 l. 3 in -is numerorum figuris (2, 21, 1 l. 3).

II *translate -a dicuntur, quae sunt*: **A** *aperta, perspicua, manifesta, dilucida* (*cf. imagines p. 2334, 21 et* SYNON. Cic. p. 416, 17 aperta. ... manifesta. inlustrata. liquentia. -a. evidentia. perspicua *eqs.* GLOSS. II 430, 7 *σαφές*: -um. 11 *σαφής*: manifestus, -us. *fere pro syn. sunt e. g.* apertus *p. 2338, 23. 2339, 10,* certus *l. 74,* manifestus *p. 2338, 50. 65. [cf. p. 2338, 73], opp. e. g.* obscurus *p. 2338, 22. 58. al.*): **1** *de eis, quae potius animo, mente percipiuntur, sc. de verbis vel argumentis* (*transfertur ad oratores, doctores sim. p. 2338, 14. 70. accedit dat. personae e. g. l. 73. p. 2338, 7, supinum p. 2338, 1, abl. limit. p. 2338, 14* [*cf. etiam* ad *p. 2338, 16*]): **a** *praedicative*: **α** *iuxta* esse (tradi *l. 69,* videri *p. 2338, 14; copula supplenda l. 75. p. 2338, 16*): Ⓘ *pro subi. est struct. verbalis*: PLAVT. Capt. 564 -um id quidem est, *te* non novisse *eum,* qui istum appelles *falso nomine* (*cum struct. plena acc. c. inf.*: DON. Ter. Ad. 287 Ps. ORIG. tract. 14, 18. CONC.ˢ I 5 p. 118, 27 cum sit omnibus -um *eqs.* [*gr. I 1, 7 p. 35, 37 παντί τῷ σαφὲς ὡς κτλ.*]. CASSIOD. in psalm. 126, 1 l. 26). LIV. 6, 18, 16 quem ad finem consilia pervenerint, *non* satis -um traditur (*enunt. interrog. ut*: GELL. 16, 8, 7 erit ... -ius, quid istud sit, si exemplum eius dixerimus). PRISC. gramm. III 140, 7 est ... -um (plen- *var. l.*), quod *eqs.* Ⓘⓘ *pro subi. est pron.* (*subaudiendum p. 2338, 4; pron. praepar. v. l. 64*): PLAVT. Mil. 406 nunc demum *hoc* experior ... :: dudum edepol -um est id quidem. Persa 183 satin haec, *quae docui,* tibi sunt -a et certa? (TER. MAVR. 561 hoc sub exemplis videbis esse -um. *al.*). Ps. VARRO sent. 75 erit, quod omni -um *est,* oratione nulli aperiendum.

AVG. gramm. V 516, 31 et alia *sunt adverbia,* quae ... intellectu -a sunt (intellecta plena *cod.; sim.* 517, 32 cetera iam -a [plena *var. l.*] sunt ... et ... intellectu facilia). POMP. gramm. V 253, 2 ista -issima sunt (*seq. enunt. primar.*). BOETH. Porph. isag. p. 4, 14 -um ... erit, quod dicitur, hoc modo (*gr. σαφές*). *al.* Ⓘⓘⓘ *pro subi. est subst.*: CIC. top. 97 ut *narrationes* -ae sint, ut breves, ut evidentes *eqs.* (*huc spectat* QVINT. inst. 4, 2, 64). QVINT. inst. 8, 2, 22 *perspicuitate* sermo ... -us imperitis erit (EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 5 simplex et omnibus -us [*gr. πᾶσιν εὔληπτος*]). GELL. 1, 25, 3 lepidae magis ... brevitatis utraque definitio quam -a aut proba esse videtur. TERT. adv. Marc. 1, 19 p. 314, 17 -a res est. AVG. epist. 174 essent ... multo ... enodatiores atque -iores *libri mei.* PRISC. rhet. 2, 7 p. 552, 32 rectum, *i. genus narrationis casum nom. servans,* ... historiae convenit; est enim -ius (*gr. p. 5, 20 σαφέστερον*). IVNIL. 1, 3 *historia et doctrina* superficie -ae videntur, cum sint intellectu plerumque difficiles. *al. auctores pro operibus* (*cf. l. 70*): FRONTO p. 134, 8 *philosophi* diverso genere orationis usi sunt: *fuit* Zeno ad docendum -issimus *eqs.* CASSIOD. inst. 1, 22 *Augustinus* in quibusdam *libris* sic est -issimus, ut etiam parvulis probetur acceptus. 1, 23, 2 -us atque disertus. *al. in eodem opere.* Ⓘⓥ *subi. intellegitur e contextu*: CIC. Tim. 23 vix ... audeo dicere 'medietates' ..., sed quasi ita dixerim, intellegatur; erit enim -ius. GELL. 17, 13, 8 -issimum ... esse, si ita dicas '...'. AVG. in epist. Ioh. 6, 5 quaerimus, quid dixerit; si enim verba attendas, -um videtur, si exempla, obscurum est. serm. 52, 9 '...': audistis, et quia -um (plen- *var. l.*) et apertum est, intellexistis. *al.*

β *iuxta* facere *vel* fieri (reddere *l. 41. 50. 53,* relinquere *l. 54. cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. PL 163 sqq. [cod. Paris.] -um facit: demonstrat. probat. declarat. *eqs.*): Ⓘ *pro obi. est struct. verbalis: acc. c. inf.*: LEX agr. (CIL I² 585) 64 -um faciet feceritve emptum esse *agrum* (*seq. l. 39*). RHET. Her. 2, 3, 5 *accusator* dicet ... se -um facturum *eqs.* 2, 29, 46 -um facere *id* factum esse. CIC. inv. 1, 92. Quinct. 78 (*cum pron. praepar.* hoc *ut* Verr. I 39. *cf.* illud: S. Rosc. 54 [*subaudiendo acc. subi.*]. LVCR. 2, 934 i. ... -um facere atque probare *eqs.*). Verr. II 1, 27. *et saepe in oratt.* VAL. MAX. 8, 1 absol. 13. DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 30. AVG. in Gal. 24, 4 ex ... apostoli sententia fit -ius. *enunt. interrog.*: CIC. Verr. II 2, 50 ea *sestertia* quem ad modum ad istum ... revertantur, tabulis vobis testibusque, iudices, -um faciam. ARNOB. nat. 2, 58 p. 133, 8 -um facere [in]scientissimeque monstrare, quid *eqs.* Ⓘⓘ *pro obi. est pron. neutr.* (*pron. praepar. v. l. 30 sq.*): LEX agr. (CIL I² 585) 64 quod eius agri locei (*gen. partit.*) ⌊ita⌋ -um factum erit (⌊ ⌋ *v. l. 28*). RHET. Her. 4, 27, 37 quod ... -um non potest fieri (CIC. S. Rosc. 54 Verr. II 1, 127. *al.* VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 quae ... -iora suis exemplis reddentur. *al.; cf. l. 39*). CIC. inv. 1, 98 illud docuimus, illud -um fecimus. 1, 100 cum vobis hoc et hoc -um factum sit (Q. Rosc. 42. Verr. I 56 hoc testibus, hoc tabulis privatis ... vobis -um faciemus. II 5, 165 haec omnia. PLIN. nat. 15, 105 -ius hoc fiet. *al.*). Quinct. 86 (*sim.* Tull. 1) id testibus (Verr. II 1, 156 tabulis. 2, 143). SEN. epist. 87, 13 facere ⌊istuc⌋ -ius volo (⌊ ⌋ *Hense,* (h)is me *trad.; cf.* TER. MAVR. 390 [*sim.* 1729] -ius quo fiat istud). Ⓘⓘⓘ *pro obi. est subst.*: TER. MAVR. 2798 ipso carmine iam tibi fiet regula -a. VICTORIN. gramm. VI 201, 15 *adverbium est* pars orationis, quae adiecta verbo manifestior et -ior redditur. HIER. in Am. 5, 3 l. 96 obscurissimus Platonis Timaeus liber est, qui ne Ciceronis quidem aureo ore fit -ior. PELAG. in I Cor. 14, 6 nisi ... -a (palam *al. var. ll.*) faciam legis obscura. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 182, 13 ut magis ac magis -ior reddatur locus ..., requiramus *eqs.* CASSIOD. inst. 1, 1, 6 quaestionibus resolutis textus -issimus relinquitur. *al.* Ⓘⓥ *cetera exempla*: CIC. S. Rosc. 58 'habebat pater in animo': -um fac. Verr. II 2, 81 si de pecunia -um testibus facere non possem.

b *attributive*: QVINT. inst. 8, 2, 24 ad -iora et communia magis verba descendimus ([*opp. antea*: obscurius]. GREG. M. moral. 16, 31). TER. MAVR. 1006 *syllabas longas* -a ratione patentes (GREG. M. epist. 13, 13 l. 4 reddita -a [a -o, a -a *var. ll.*] ratio). CHAR. gramm. p. 241, 24 (*sim.* DIOM. gramm. I 403, 19) cum dico 'Palaemon docet', nondum significo satis vim -am verbi, nisi adiecero 'bene' aut 'male'. SYMM. epist. 6, 26, 2 -a ad te cognitio deferetur. AMM. 22, 5, 2 -is absolutisque decretis (*cf.* COD. Iust. 6, 20, 20 pr. -a sanctione). CLAVD. DON. Aen. 2, 430 p. 206, 10 *horum versuum* intellectum -um et manifestum. AMBR. Isaac 7, 57 (*nisi ad B1*) *utitur aliquis* simplici et -iore atque usitato sermone ..., ut possit intellegi (AVG. adult. coniug. 1, 21, 26. *al.; cf. p. 2339, 16*). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 20 rem -issimam dico (Ps. PACIAN. sim. carn. p. 121, 22). BOETH. in herm. comm. pr. 2, 10 p. 143, 13 -issimo monstravit exemplo. comm. sec. 6, 13 p. 426, 2 sensus -issimus. *al.* *de ipsis auctoribus* (*cf. l. 15*): CASSIOD. inst. 1, 1, 3 -us atque suavissimus doctor *Ambrosius.*

c *neutr. pro subst.*: QVINT. inst. 7, 6, 4 alterum genus est ex manifesto; ... *quidam* hunc statum -i et voluntatis appellarunt (*antea opp.* iure obscuro). Ps. VARRO sent. 139 qui in -is quaerit offendiculum. AMBR. Isaac 7, 57 *discipulus vivacior* ut patiatur ... doctorem humilioribus et

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ioribus immorari, quo et ceteri sequi possint. SIDON. epist. 5, 12, 1 quicquam -ius. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 224 p. 467 *hoc* ex -o credebat. *al.*

2 *de eis, quae potius sensibus percipiuntur: audiendo*: VET. LAT. Is. 35, 6 (Cypr. testim. 2, 7. *al.*) -a erit lingua mutorum (*gr.* τραυή, *Tert. adv. Marc. 4, 24. al.* clara, *Novatian. trin. 9, 6. al.* diserta, *Vulg.* aperta. *inde e. g.* CONC.^{S} I 3 p. 12, 10). CORIPP. Ioh. 2, 336 *heros* -a cum voce locutus (3, 53 [-a *coni. Petschenig, lecī. trad.* plena *def. Jakobi, Hermes 117, 1989, 99*]). *videndo*: AMM. 22, 15, 22 *hippopotamus* distinguit tramites multos, ne unius -i itineris lineas insidiatores secuti repertum ... confodiant. AMBR. sacr. 1, 6, 22 apertum et -um (plen- *var. l.*) lumen.

B *humilia* (*quae vox fere pro syn. accedit l. 22. 28, disting. l. 13; opp.* depressus *et* erectus *apud* SEN.): **1** *de scriptis, dictis, sc. non ornatis* (*cf. imagines p. 2335, 11 sq.*): SEN. epist. 100, 8 humilia ... tibi videri dicis omnia *in dictione Fabiani philosophi* et parum erecta, quo vitio carere eum iudico; non sunt enim ... depressa, sed -a. STAT. silv. 1, 4, 28 -a solutis cum struis orsa modis (*i. prosa oratione; cf.* sermo -us: TER. MAVR. 294 s. si -us pedestri se tenet modestia. AMBR. in psalm. 1, 4, 1 *Moses* -o gesta maiorum s. descripsit [*opp.* canticum]). QVINT. inst. 2, 20, 5 quod philosophi quidem ... acutis conclusionibus colligunt, mihi vero etiam -iore hac proprieque nostra probatione videtur esse perspicuum. 8, 5, 32 (*neutr. pro subst.*) *quidam* reformidant omnem ... in dicendo voluptatem, nihil probantes nisi -um et humile et sine conatu. SERV. Aen. 1, 440 '...' figura est; nam -um fuerat '...'. PRISC. gramm. III 236, 15 modus *indicativus* est oportunus ad -am (plen- *var. l.*) rerum expositionem ..., unde hoc modo frequentissime utuntur historici (*cf.* CASSIOD. inst. 1, 6, 5 licet *hi libri* historici sint et -issima relatione fundantur *eqs.*). **2** *de hominibus*: LACT. inst. 5, 15, 10 (*sec. Matth. 23, 12*) qui se apud homines -um fecerit humilemque praebuerit. 5, 22, 9 non extollit se altius nec erigit superbum caput, sed placidus ... et -us est.

C *facilia, non impedita: de actibus intellegendi, percipiendi sim.*: PLIN. nat. 2, 22 quo minus ... -a de deo coniectatio esset. APVL. met. 1, 24, 9 succussis ... in aspectum -iorem piscibus *e sportula.* TERT. fug. 1, 2 omnis ... rei inspectio auctore cognito -ior *est.* BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 1 p. 285, 11 propter -iorem intellectum. *de compositione rhetorica*: FORTVN. rhet. 3, 10 -a *qualitas structurae* (*v. vol. X 2, 1590, 17*).

?**D** *vera, sincera* (*nisi fallimur*): STAT. Theb. 2, 393 si tibi -a fides et dicti cura maneret foederis.

neutr. pro subst. **plānum,** -ī *v. l. 20. p. 2334, 23. 2335, 48. 52. 2336, 42. 2337, 27. 2338, 72.*

adv. ☒**plānē.** *praevalet gradus posit.; compar.* -ius *et superl.* -issime *adhibentur saepe sub IA2 (compar. etiam sub IA1 bis), multo rarius alibi, v. p. 2341, 32. 2342, 18. 2345, 1 et e. g. p. 2341, 33. 49 sqq. 2344, 34. 75. de notione*: SYNON. Cic. p. 435, 16 nimirum. profecto. scilicet. -e. sane. vere. certe. utique. videlicet. procul dubio. GLOSS. -e: profecto, σαφῶς, μέντοι, ὄντως, τῷ ὄντι. aperte, ordinate. GLOSS.^{L} I Ansil. PL 109–129 (cod. Paris.) -e: aperte. disserte. lucide. distincte. subtiliter. eleganter. ... (123) revera. prorsus *eqs.; sim. al. apud gramm. affertur inter adv. affirmandi vel assentiendi*: CHAR. gramm. p. 244, 11 nimirum, ilicet, profecto, -e. p. 249, 15 (*e Romano*) scilicet, -e, vero. DOSITH. gramm. 40, 11 φανερῶς -e (-e φ. *trad.*). AVG. gramm. V 518, 18 -e, sane; *inter adv. significantia* confirmationem: DIOM. gramm. I 404, 8 etiam, quidni ..., profecto, -e *eqs. legitur in versibus apud scaen. veteres, sc.* PLAVT. (*plus 45*^{ies}), CAECIL. (*v. p. 2342, 18*), TER., ACC., *deinde raro, sc. in dactyl. apud* LVCIL., LVCR., HOR., AVSON., *in aliis metris apud* PHAEDR., MART., TER. MAVR., PRVD.; *in prosa oratione inde a* CATONE, RHET. Her., *frequentant maxime* CIC. (*plus 400*^{ies}, *praecipue in epist.*), TERT. (*plus 200*^{ies}, *sc. posit.* -e *praeter p. 2340, 4*), AVG. (*plus 800*^{ies}) *et iuris consulti (in* dig. *fere 400*^{ies}, *non nisi posit.* -e; *cf. p. 2346, 24), etiam* PETRON., PLIN. nat., QVINT., GELL., APVL.; *rarissime adhibent rerum scriptores, e. g.* CAES., SALL., LIV., AMM. (*sed* TAC. *septies,* FLOR. *13*^{ies}); *deest e. g.* VITR., VELL., CVRT. [*vi affirmativa (v. infra sub II) francoprov. vet.* pla, plo (*Limousin*) *et in var. dial. francoprov.; huc spectare vid. etiam hisp.* llano *'evidenter'. cf. Wartburg IX 31. Corominas*^{2} *III 722. C. S.*] [*confunditur in codd. cum adi.* planus *p. 2333, 28, ceterum cum* paene (*v. p. 41, 10 sqq.*), plene *vel* plenus *e. g.* CIC. div. 2, 3 off. 1, 46 QVINT. inst. 1, 1, 8 (*restit.* CAECIL. com. 38; *falso trad.* CIC. ad Q. fr. 3, 2, 2), sane AVR. Fronto p. 31, 8 TERT. apol. 40, 1 (*in falsa var. l.* BENED. reg. 44, 6). *ceterum in falsa var. l.* PLAVT. Merc. 314 (*cod. A,* vetulus *cett.*).]

I *pertinet ad singulas voces vel locutiones*: **A** *servata quodammodo notione adi., ut sit i. q. modo plano*: **1** *proprie et in imag.* (*vix addas p. 2344, 11*): **a** *-e ponere sim., attingere* (*cf. p. 2335, 19*): PLAVT. Asin. 663 istuc proclive est, quo[d] iubes me -e collocare (*verbis eri p. 2344, 7 allatis iocose detortis*). NEP. Eum. 5, 5 substringebat caput *equi* loro altius, quam ut prioribus pedibus ⌞-e⌟ terram posset attingere (⌞ ⌟ plene *var. l.; cf. p. 2335, 30 sqq. et* PAVL. FEST. p. 239 *soleis dimidiatis* utebantur in venando, quo -ius pedem ponerent). COLVM. 12, 15, 1 (*de ficis siccandis*) crates ... super terram -e disponuntur. **b** *-e adire* (*sc. non per ardua vel confragosa; in imag.*): TERT. pall. 4, 9 *feminae* nunc in semetipsas lenocinando, quo[d] -i[t]us adeantur, et stolam et supparum ... eieravere (*adv.* planitus *def. Strati, Ricerche sugli avv. lat. in -tus, 1996, 55 sqq., fort. recte*).

2 *translate respicitur facultas cognoscendi, ut sit fere i. q. manifeste, perspicue sim.* (*vertitur saepius gr.* σαφῶς vel σαφέστερον, *e. g.* IREN. 1, 14, 2 RVFIN. hist. 1, 9, 4 EVSTATH. Basil. hex. 1, 6, 9 BOETH. top. Arist. 140a23): **a** *spectat potius ad perceptionem mentis, animi; determinantur actus, status*: α *declarandi, demonstrandi sim.* (*exempla inde a* CIC. *selecta. coniungi vid. cum plenitudine e. g. l. 19. 28. 33; iuxta ponuntur* dilucide *l. 18. 31 et e. g.* GELL. 1, 10, 1, perspicue *l. 29 et* CIC. fin. 3, 19, aperte *l. 18. 30. 38,* manifeste *l. 35; opp.* obscure *l. 23. 31 et saepius. verbum* negare *v. p. 2341, 60 sq.*): Ⓘ *dictis vel scriptis* (*oratio declarat naturam suam l. 46*): PLAVT. Amph. 578 satin hoc -e, satin diserte ... videor tibi locutus esse? (Persa 64. Stich. 485 ivero apertiore magis via; ita -e loquar, *eqs.* CIC. Phil. 7, 17 -e et latine [*sc. proprie, non figurate*]. de orat. 1, 144 -e et dilucide. fin. 2, 15 -e et aperte. nat. deor. 1, 85. fam. 3, 11, 1 *litterae tuae* -ius loquebantur et uberius quam vulgi sermo. HIL. trin. 5, 37. HIER. in Ezech. 20, 45 l. 98 [*opp.* per parabolam; *postea*: aperto sermone]). Asin. 755 scribas vide -e et probe ([*nisi ad b*]. CIC. part. 132 eam rem ... quemvis ... iustum hominem ... scripturum fuisse, sed -ius. 134. Att. 2, 19, 5 [*opp.* obscure]. 12, 38, 2 quod Balbus ... satis -e, Dolabella obscure, hic *Pollio* apertissime *scripsit.* fam. 7, 19 quam -issime [plen- *var. l.; opp.* obscuriora]. *al.* LIV. 39, 28, 12 disertissime ... -issimeque. VVLG. deut. 27, 8 -e et lucide. *cf.* PLAVT. Bacch. 741 -e adscribito, *quae dictavi* [*nisi ad b*]). Cist. 153 ego eram dicturus, deus, qui poteram -ius (RHET. Her. 4, 43, 55 de qua *sermocinatione* -ius paulo post ... dicemus, nunc breviter ... attingemus. 4, 46, 59 satis -e et perspicue et probabiliter. CIC. Q. Rosc. 43 -ius atque apertius [*sim.* QVINT. decl. 254, 15 -e aperteque. *al.*]. har. resp. 37 [*opp.* obscure]. orat. 79 dilucide -eque. *et saepius.* HOR. epist. 1, 2, 4 -ius [plen- *var. l.*] ac melius. *al.*). 155 ut ego argumentum ... -e perputem. Men. 252 non potuit paucis plura -e proloqui. ACC. trag. 17 ego me non peccasse -e ostendam (PLIN. nat. 18, 273. HYG. astr. praef. 6 [*opp.* obscurius dicta]. IREN. 3, 9, 1 [*postea*: manifestius]. *al.; cf. l. 49*). CIC. Verr. II 1, 126 non possum illa -ius commemorare, quam *testem* ... dicere audistis (ARNOB. nat. 2, 4 inlustrius ... et -ius. CONSVLT. Zacch. 2, 9, 7). 2, 156 quam apertissime ... -issimeque explicare (2, 184 -ius. *al.* PLIN. epist. 1, 20, 24. *al.*). 3, 46 hunc *sensum* ..., ut potero, -issime exponam (fam. 1, 9, 4 -ius. LVCR. 4, 778 LIV. 27, 51, 6. *al.*). 4, 2 etiam -ius: ... nihil istum ... reliquisse (*per ellipsin verbi dicendi ut*: PLIN. nat. 2, 13 *solem* esse mundi totius animum ac -ius mentem ... credere decet [*i. 'ut -ius dicam' sim.*]. SIDON. epist. 8, 11, 10 de his ..., si quid plenius -iusque, rectius coram. *al.*). Pis. 50 *lex Iulia haec* -issime vetat. Att. 10, 4, 9 -e fatebatur nullam spem reliquam ([*an iungas* -e ... n., *ut ad p. 2342, 29 spectet*?]. SEN. epist. 100, 2 *oratio cuiusdam* illud -e fatetur ..., *se* non esse tractatam). VARRO ling. 8, 43 *haec* infra sunt -ius usurpanda (*antea*: apertius). SEN. epist. 75, 3 adprobare (PLIN. nat. 14, 148). ¬*al.* Ⓘⓘ *vario modo*: TER. Eun. 1032 in me -e di potestatem suam omnem ostendere. TAC. ann. 13, 6, 4 *Neronem esse* daturum -e documentum, honestis an secus amicis uteretur. SVET. Claud. 37, 2 quasi -e repraesentaretur somnii fides. AVR. VICT. Caes. 15, 3 uti *moribus suis* -e docuerit ... absoluta ingenia *pace non* corrumpi.

β *intellegendi, cognoscendi sim.*: PLAVT. Men. 667 ex hac familia me ⌞-e excidisse⌟ intellego ([*nisi* ⌞ ⌟ *iungas, ut ad B1*]. CIC. Tull. 19 de orat. 3, 226 leg. 1, 28 Att. 10, 10, 6. *al.* SCRIB. LARG. 122 PLIN. nat. 33, 86. *al.*). Mil. 535 vin scire -e? (Truc. 490 qui vident, -e sciunt. TER. Haut. 897. CIC. Att. 6, 2, 7 quantum *profecerim,* non -e ... scio. fam. 7, 16, 3 *id* fac -e sciam [plene *var. l.*]. SEN. apocol. 12, 1. *al.; cf. p. 2344, 28*). 876 *haec* volo percipiatis -e (CIC. nat. deor. 3, 83 bene -eque. *v. et l. 67*). TER. Hec. 696 (*iocose*) -e hic divinat, nam id est. CIC. Verr. II 2, 37 partim suspicabantur, partim -e videbant (dom. 100 video me -e ac sentio restitutum [*nisi iungas* -e ... r., *ut ad B1*]. Mil. 7 omni errore sublato rem -e ... videre. de orat. 1, 207 Att. 7, 7, 7. *al.* Q. CIC. pet. 22 videre ... -e atque animadvertere. LVCR. 6, 654 [*v. l. 75*]. *al.*). 2, 133 *id* -e adhuc cognoscere non potuistis (de orat. 1, 108 rebus penitus perspectis -eque cognitis. 1, 222 -e cognosci et percipi. rep. 2, 11. Ps. PACIAN. sim. carn. p. 144, 18 [*cum p. 503*]. *al.*). leg. agr. 2, 9 quae cum ego ... -e cernerem, neque enim obscure gerebantur, dixi *eqs.* Catil. 1, 8 nihil agis ..., quod ⟨non⟩ ego ... videam -eque sentiam (Mil. 84. *al.* APVL. met. 3, 19, 5 scio istud et -e sentio). de orat. 1, 161 -e nosse atque vidisse (PLIN. nat. 2, 4. 37, 12 TERT. pudic. 22 p. 271, 18. AVG. anim. 4, 23, 37 plenissime ac -issime). Tusc. 1, 90 perspiciet (Att. 14, 22, 1 fam. 13, 63, 1 CAEL. Cic. fam. 8, 8, 4 Ps. MAR. VICTORIN. verb. script. 7). *al.* LVCR. 6, 653 sq. quod bene propositum si -e contueare ac videas -e. *al.*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γ *apparendi sim.*: CAEL. Cic. fam. 8, 14, 1 *in comitiis* -e studia ex partium sensu apparuerunt (QVINT. inst. 4, 2, 120). PLIN. nat. 6, 56 unde -e constent gentes ([*i. bene notae sint*]. SVET. Iul. 87 illud -e ... constitit). FLOR. epit. 1, 9, 5 *Brutus liberos suos* securi ... percussit, ut -e publicus parens ... adoptasse sibi populum videretur (*sim.* 1, 13, 4. *al.* PACIAN. epist. 3, 26, 1. Ps. ORIG. in Iob 1 p. 380[A] non veraciter, sed fallaciter ..., non -e, sed ficticie). GELL. 1, 3, 3 *hoc* non mihi dum -e liquet (BOETH. arithm. 2, 5 l. 8 hoc ... -ius his exemplis liquebit. in herm. comm. pr. 2, 13 p. 183, 21).

b *spectat potius ad perceptionem sensuum, sc.*: **α** *oculorum* (*addasne p. 2340, 21. 26?*): PLAVT. Rud. 1131 priusquam *vidulum* -e aspexit, ilico eum esse dixit (*cf.* -e videre: Trin. 1071 satin ego oculis -e video? estne ipsus an non est? CIC. Tusc. 1, 58 CAES. Gall. 3, 26, 3). VARRO rust. 1, 48, 3 *spicae* cum oriuntur neque -e apparent. **β** *aurium: -e dicere sim.*: LVCIL. 2 inritata canes quam homo quam -ius dicit (*sc. 'r' litteram ut*: CIC. de orat. 1, 260 *cum Demosthenes rho* non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo -ius esse locutus putaretur [*sim. de eodem*: div. 2, 96 ut -issume diceret]). GELL. 5, 9, 2 *mutus* nodum ... linguae rupit -eque et articulate elocutus est (*cf.* -e loqui: VVLG. Is. 32, 4). PRISC. gramm. III 91, 21 abscondita voce, id est non -e expressa. *-e audire*: LVCR. 4, 555 necessest verba ... -e exaudiri discernique articulatim. QVINT. inst. 1, 4, 8 ⟨in⟩ 'here' neque 'e' -e neque 'i' auditur (PS. PACIAN. sim. carn. p. 140, 8).

B *abit in meram vim augendi, ut significet fere i. q. omnino, penitus, valde, magnopere sim.* (*vocem, quam auget, vel antecedere vel sequi potest, nec semper iuxta illam ponitur. multa etiam ad II referri posse non negaverimus; huc invicem trahere possis quaedam e. g. p. 2344, 45 allata*): **1** *augentur verba*: **a** *vario usu*: **α** *cum quibuslibet verbis* (*selectis post* CIC.): PLAVT. Bacch. 505 ego illam exemplis plurumis -eque amo. Mil. 936 hoc si efficiam -e (CIC. Brut. 332 quod iam propemodum vel -e potius effeceras. top. 59 sunt ... aliae causae, quae -e efficiant ..., aliae, quae adiuvari velint). Truc. 635 quo pacto excludi ... potui -ius, quam exclusus nunc sum? TER. Haut. 639 anui illi prodita abs te filiast -issume. CATO agr. 101 vas ... oblinito -e. CIC. Verr. II 5, 63 *navem* onere suo -e captam atque depressam (Att. 7, 23, 1. 9, 6, 2). de orat. 2, 24 nihil agere et -e cessare (Att. 2, 7, 1 COLVM. 8, 4, 3). 2, 50 -e ... assentior. Brut. 215 -e atque omnino defuisse (Att. 5, 5, 1 -e deest, quod scribam [*sim.* 7, 5, 4. 7, 6, 1]). leg. 1, 53 ego -e vellem *eqs.* (nat. deor. 1, 61 Att. 11, 9, 3. *al.* QVINT. inst. 2, 7, 2). fin. 2, 105 -e probarem (*al.* BRVT. Cic. ad Brut. 24, 7 CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 87, 16). Att. 3, 16 te rogo -e, ut ... scribas ([*alii* -e ... s. *iungunt, ut ad p. 2340, 21*]. 5, 12, 3 fam. 5, 12, 3. 13, 8, 3 Q. CIC. Cic. fam. 16, 26, 2). 9, 19, 4 -e obmutuerunt. fam. 16, 15, 1 te -e febri carere (HOR. sat. 1, 3, 66). *et saepissime.* SEN. contr. 2, 1, 26 -e, quod voluit, consecutus est. PETRON. 14, 1 mihi -e placet emere. QVINT. inst. 9, 1, 3 (*de figuris tropisque discernendis*) quomodo quaedam ... species -e distant ..., ita quaedam ... tenui limite dividuntur. SVET. Iul. 14, 2 -e deterritus non modo cessit, sed ... curia abstinuit. *et saepe.* **β** *cum verbis pereundi, perdendi sim.*: PLAVT. Epid. 510 perii hercle ... -issume; meum exenteravit Epidicus marsuppium ([*alii ante* -issume *interpungunt*]. *item superl.*: Truc. 548 -issume edepol. *posit.*: Men. 206 quattuor minae perierunt -e. Stich. 497 perii hercle vero -e [*cf. vol. IX 2, 129, 36*]. *al.* CIC. Att. 3, 12, 2 fam. 14, 4, 3. *al.*). Pseud. 1213 -e perdidisti mulierem (TER. Haut. 707. CIC. Phil. 2, 78 *hominem* -e perditum aere alieno). Stich. 401 ego occîdi -issume (CIC. ad Q. fr. 1, 4, 4 -e).

γ *cum verbis negatis vel negandi* (*distingue l. 67 sqq.*): LVCIL. 229 *quod verbum* -e hexametro versu non dicere possis (CIC. Att. 13, 23, 1 ut non possimus -e simul vivere. fam. 3, 10, 3 -e dubitare non possum, quin *eqs. al.*). CIC. div. in Caec. 20 alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum, alterum -e nolle (Att. 13, 14, 1 id ego -e nolo. *al.* QVINT. inst. 6, 3, 30). ac. 2, 73 *Democritus* esse verum -e negat (ad Q. fr. 3, 6, 4 -e se negat velle. IVLIAN. in Iob 31, 28 negat -e deum, qui non illum ... confitetur). Att. 1, 19, 4 ut -e ... nesciat (2, 16, 2. 8, 9[a], 2. *al.*). 7, 13, 5 aenigma ... -e non intellexi (13, 10, 3. *cf.* 16, 7, 7 -e non video). 13, 6[a] Tuditanum istum -e non noram. 15, 5, 1 -e non habeo, quid scribam (CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1 -e, ubi delectem otium meum, non habeo). *al.* PETRON. 63, 6 -e non mentiar.

b *respicitur actio non plene perfecta: accedit negatio* (*cf. e. g. l. 7. p. 2340, 58*): RHET. Her. 4, 52, 65 ne -e victus essem. CIC. Verr. II 4, 120 humanitatis *esse* non -e exspoliare urbem. Att. 2, 15, 3 nondum -e ingemueram, 'salve' inquit Arrius. fam. 2, 15, 4 *fratrem si provinciae praeposuissem,* dicerent iniqui non me -e post annum ... de provincia decessisse. 16, 4, 1 audio *medicum bene existimari,* sed -e curationes eius non probo (*nisi ad aγ*). *al.* CAES. Gall. 6, 43, 4 *non* -e ... abisse e conspectu. VARRO ling. 5, 128 'subsipere' quod non -e sapit. SALL. Iug. 49, 5 *Numidae non* -e occultati humilitate arborum. *al. cetera exempla*: CIC. Verr. II 4, 86 vix erat hoc -e imperatum, cum *eqs.* Att. 14, 17[a] (= fam. 9, 14), 3 antequam me -e salutavit. CAES. civ. 2, 26, 4 priusquam -e legiones explicari ... possent (SVET. Otho 2, 2 Dom. 2, 3).

2 *augentur adi. vel pron.* (*addidimus part. et gerund. usu adi. adhibita*): **a** *varia exempla*: **α** *accedit ad adi. significantia stultitiam, imperitiam vel sapientiam, doctrinam sim.*: PLAVT. Most. 194 stulta es -e (CIC. rep. 3, 29 [*si ad verbum attulit* Lact. inst. 5, 16, 7] stultum -e videtur malle magno *emere. cf. l. 10*). RHET. Her. 4, 4, 7 -e rudis id facere nemo poterit (CIC. de orat. 2, 162 Brut. 294. QVINT. inst. 11, 3, 76 -e r. aut stultus). CIC. de orat. 2, 7 indoctum (Brut. 180). Brut. 282 perfecte -eque eruditus. fin. 2, 70 fatui. 5, 64 doctorum hominum et -e sapientium (off. 1, 46 cum perfectis hominibus -eque s. [pleneque *var. l.*]). QVINT. inst. 1, 5, 7 inpolitus. *al. apud eundem.* **β** *quaelibet* (*selecta post* LVCR.): PLAVT. Epid. 95 -e hoc corruptumst caput. Mil. 650 educ(a)tum (*v. p. 2343, 18*). Poen. 1158 mi patrue, salve; nam nunc es -e meus (CIC. leg. 2, 17 fam. 7, 32, 3. *cf. e. g.* noster *p. 2343, 22 et* AVG. civ. 19, 4 p. 358, 11). Truc. 166 an me mortuum arbitrare? :: qui potis [est], amabo, -ius? (*v. vol. X 2, 337, 2 sqq.*). CAECIL. com. 38 caterva -e gladiatoria (plena *trad.*). RHET. Her. 1, 9, 16 -e certam viam ... exordiorum. 4, 20, 28 non -e par numerus *syllabarum* (CIC. leg. 1, 55). 4, 42, 54 (*v. p. 2343, 57*) eandem -e (CIC. Tull. 31 ac. 2, 55. SVET. Nero 23, 2 quasi -e condicionis eiusdem). CIC. Verr. II 3, 181 (*v. p. 2343, 28*) -e necesse (*cf.* -e necessarius: QVINT. inst. 6, 3, 102. RVFIN. hist. 4, 15, 1 [*pro gr.* ἀναγκαιότατον]. *vix huc spectant p. 2344, 56. 58*). leg. agr. 2, 26 -e novum (TAC. ann. 1, 26, 3 TERT. adv. Marc. 5, 14 p. 625, 19). Phil. 3, 15 (*v. p. 2343, 64*) omnes -e (Att. 4, 3, 2 SEN. apocol. 13, 5. SVET. Claud. 40, 3 -e o. horarum. *cf.* totus: CIC. rep. 3, 45 Att. 1, 12, 2). Brut. 35 (*v. p. 2343, 66*) *oratorem* -e ... perfectum (70. 126 div. 2, 3). orat. 18 *eloquentem* neminem -e ... videbat. part. 45 -e ipsum istuc requiro. rep. 3, 43 -e nullam esse rem publicam (QVINT. inst. 4, 5, 2 nullo ... ingenio. BOETH. cons. 2, 7, 18). ac. 2, 48 ut -e nihil intersit ([*antea*: ut ... n. intersit omnino]. div. 1, 113. Att. 10, 3 cum, quod scriberem, -e n. haberem [*sim.* 13, 8. 16, 14, 1]. *al.* QVINT. inst. 11, 1, 77 si n. aliud -e fuerit). Att. 7, 4, 1 -e virum bonum (16, 4, 4 b. -e ... dicrota. fam. 13, 13). *et saepe.* LVCR. 6, 319 *non* temere omnino -e vis frigida venti esse potest. VARRO ling. 5, 37 semen *dicitur,* quod non -e id, quod inde (*sc. oritur; vocem a* semis *derivatam putat*; plene *coni. K. O. Müller*). PETRON. 23, 2 homo ... -e illa domo dignus (PLIN. nat. 10, 48 QVINT. decl. 272, 8. *cf.* AVG. civ. 8, 22 p. 354, 2 -e ... indignis). 87, 8 non -e iam molestum erat munus. PLIN. nat. 11, 262 -e visenda res. GELL. 10, 11, 6 Vergilius ... duo ista verba ... tamquam -e contraria ... separavit. APVL. met. 8, 29, 5 inoportuno -e tempore. *al.; nota iuncturam* -e manifestus (*quae ad A2 vergit* [*cf. etiam p. 2343, 1. 21*]): IVST. 44, 4, 7 -e m. quodam numine *parvulus e mari evasit.*

b *accedit ad adi. gradus compar. vel superl.*: TAC. dial. 27, 1 *antea fuisti* -e ⌊mitior et eloquentiae⌋ temporum nostrorum ⌊minus⌋ iratus (⌊ ⌋ mitiore eloquentia *sim. et* miratus *trad.*). 35, 4 suasoriae ... tamquam -e leviores, *sc. quam controversiae,* ... pueris delegantur. APVL. Plat. 2, 19 p. 246 eos ..., qui nec -e optimi nec oppido deterrimi sint. AVG. cons. euang. 2, 28, 67 rem -e utilissimam.

3 *augentur subst. vel nomina propria* (*selecta inde a* CIC.): PLAVT. Most. 236 dies noctesque estur, bibitur ...; sagina -e est. Poen. 113 Poenus -e est (*cf.* CIC. Brut. 131 -e Graecus [fin. 1, 8]. *fort. huc pertinet* PLIN. nat. 6, 35 ultra eos, *sc. habitant,* -e iam Scythae [*an potius ad IIA1?*]). Trin. 860 -e sycophantam. TER. Phorm. 345 non tu hunc habeas -e praesentem deum? CIC. Sest. 129 -e eversorem rei publicae. Brut. 40 -e orator (221). 43 ut Coriolanus sit -e alter Themistocles (*item cum nomine hominis*: fam. 16, 22, 2 APVL. flor. 22, 5). 250 vidi ... nuper virum atque ... vidi -e virum (Tusc. 2, 53 C. Marius, rusticanus vir, sed -e vir. Att. 10, 11, 4 Trebatius ... vir -e et civis bonus [*nisi ad l. 33*]. AVG. c. Faust. 22, 50). Att. 16, 11, 6 *Octavianus* est -e puer. PETRON. 43, 7 -e Fortunae filius *fuit.* PLIN. nat. 2, 96 (*si huc*) emicant ... faces *caelestes* ...; duo *sunt* genera earum: 'lampadas' vocant -e faces (*i. quae sensu strictiore faces sunt?*), alterum 'bolidas'. SVET. Aug. 69, 2 *Antonius Octaviano* scribit ... haec familiariter adhuc necdum -e inimicus aut hostis.

4 *augentur locut. cum praepos.*: TER. Hec. 5 haec *fabula* -e est pro nova. VARRO Men. 13 factus sum vespertilio; neque in muribus -e neque in volucribus sum. CIC. rep. 1, 67 ut -e sine ullo domino sint (*Plato rep. 563[D]* ἵνα δὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς ᾖ δεσπότης). *al.* SEN. apocol. 12, 2 -e ex animo. *al.*

5 *augentur adv.*: **a** *varia*: RHET. Her. 4, 56, 69 ut oratorie -e loquaris. CIC. Phil. 2, 72 respondisti -e ferociter. orat. 156 *non* dixerim ... libenter 'armum iudicium' ..., -eque 'duorum virorum ...' dico numquam. Att. 12, 37, 1 Atticam -e belle se habere. 13, 6, 2 quod reliquos coheredes convenisti, ⌊fecisti⌋ (*om. pars codd.*) -e bene ([*cf. 1* probe fecisti]. POLLIO Cic. fam. 10, 32, 1 -e b. peculiatus). *al.* PETRON. 87, 10 -e vehementer

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

excandui. QVINT. inst. 10, 1, 53 -e manifesto. *sim. al.* **b** sic, ita (*ad IIB1a vergunt l. 3. 5*): CIC. de orat. 3, 184 oratio ... -e, ut dicitur, sic est vere soluta (rep. 3, 44 sic -e iudico. fin. 1, 7 si -e sic verterem Platonem ..., ut verterunt nostri poetae fabulas. *al.*). Att. 1, 16, 7 -e ita putaverunt ..., fore ut *eqs.* ([plene *al. var. ll.*]. 9, 9, 2 de septemtrione -e ita est, *sc. ut scripsisti sim.* fam. 6, 12, 2 hoc ... -e ita faciunt, ut *eqs.* [*sim.* SVET. Nero 38, 1 Tit. 8, 2]).

6 *augentur numeri, ut ostendantur esse: exacti, sc. nec maiores nec minores*: CIC. Brut. 60 quaestor ... *fuit* M. Cato modo -e annis CXL ante me consulem. *tanti, non minores*: OROS. hist. 4, 13, 10 in quo *proelio* -e quadraginta milia Gallorum trucidata sunt (*cf. Polyb. 2, 31, 1* εἰς τετρακισμυρίους).

7 *appendix illustrans usum vocis in membris paribus adhibitae*: **a** *in qualibet serie* (*vocum cognatarum v. l. 26 et* AVG. civ. 7, 25 p. 306, 29 decerpta ... -e discerpta); -e *accedit*: **α** *ad membrum posterius vel postremum*: Ⓘ *e binis: forma 'hoc,* et (aut) -e *illud' sim.* (*cf. e. g. p. 2340, 67. 70*): PLAVT. Mil. 650 o lepidum semisenem ... atque ... -e educ⟨a⟩tum in nutricatu Venerio. CIC. Tull. 31 persimile atque adeo -e idem. Verr. II 4, 6 modo ac -e paulo ante vidimus. top. 86 ad motum animi ... sedandum -eve tollendum. fin. 5, 55 sunt ... clariora vel -e perspicua ... indicia. Tusc. 1, 118 ut *post mortem* ... in aeternam et -e in nostram domum remigremus. Att. 1, 10, 2 de nostro amico placando aut etiam -e restituendo. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 11, 3 valde ... non vult et -e timet Caesarem consulem designatum. ASCON. Mil. p. 43, 10 Pompeium ⟨...⟩ simulasse timorem seu -e timuisse Milonem. *al. forma* 'non (modo) *hoc,* sed -e *illud' sim.*: CIC. div. in Caec. 12 non praeiudicium, sed -e iudicium iam factum putatur. Verr. II 3, 181 quasi ... *non* solum oporteret, sed -e necesse esset. leg. agr. 2, 47 quo capite *legis* ne permittit quidem ..., sed -e, quasi ea res vobis saluti futura sit, ita cogit atque imperat *eqs.* nat. deor. 2, 58 non artificiosa solum, sed -e artifex *natura.* fam. 7, 23, 4 non modo prope me, sed -e mecum habitare. *al.* QVINT. inst. 2, 12, 7 non inter umbras ..., sed -e in tenebris. *al.* Ⓘⓘ *e ternis pluribusve* (*cum vi comprehendendi e. g. l. 36 sq.*): CIC. ac. 2, 145 cum extensis digitis adversam manum ostenderat ..., dein cum paulum digitos contraxerat ..., tum cum -e conpresserat. fam. 13, 13 honestus, gravis, plenus offici, bonus -e vir. SEN. apocol. 13, 5 fratris filia ..., soceri, socrus, omnes -e consanguinei. *al.* PLIN. epist. 9, 22, 2 opus tersum, molle, iucundum, et -e in Properti domo scriptum. 9, 33, 1. *al.*

β *ad membrum prius*: Ⓘ *forma 'hoc* -e, et *illud' sim.* (*pauca selecta, cf. p. 2340, 62. 64*; '-e *hoc* et *illud' sim., ut* -e *possit ad ambas simul voces pertinere, e. g.* CIC. Verr. II 3, 67 -e frugi ac sobrii): CIC. div. in Caec. 55 copiosa -e et locuples. QVINT. inst. 11, 1, 21 imperitum -e et infantem. PLIN. epist. 5, 16, 6 o triste -e acerbumque funus! FLOR. epit. 2, 19, 3 *annos* ferreos -e et cruentos. APVL. apol. 36, 2 doctrinam seram -e et postumam. CYPR. epist. 74, 4, 1 (*ironice*) praeclara -e ac legitima traditio. *al.* Ⓘⓘ *forma* 'aut -e *hoc,* aut *illud*': CIC. Catil. 2, 11 poenam ... aut instare iam -e aut certe adpropinquare. de orat. 3, 47. Ⓘⓘⓘ *forma* '-e *hoc,* (sed) non *illud' sim.*: CIC. dom. 11 ut iam -e inopia ac fames, non caritas timeretur. ac. 2, 55 *geminos* eosdem -e esse, non similes. Att. 13, 46, 1 Pollex *servus* ... praesto fuit, sed -e pollex, non index. QVINT. inst. 8, 1, 3 ut oratio Romana -e videatur, non civitate donata. ⒾⓋ *forma* 'non -e *hoc,* sed *illud*': CIC. orat. 215 non -e reicio, sed alios *numeros in clausula* antepono. div. 2, 48 non equidem -e despero ista esse vera, sed nescio *eqs.* CELS. 5, 26, 34[A] *gangraena* si nondum -e tenet, sed adhuc incipit. PLIN. nat. 28, 16 non -e hic *in Etruria,* sed Romae. *al.*

b *in iteratione (cf. p. 2345, 22); accedit* -e: **α** *loco priore*: RHET. Her. 4, 42, 54 *expolitio* dupliciter fit: si aut eandem -e dicemus rem aut de eadem re. CIC. de orat. 2, 32 si non -e artem, at quasi artem quandam invenerit. FRONTO p. 111, 16 *illi est* fides Romana -e, φιλοστοργία vero nescio an Romana. TERT. anim. 40, 3 res est alterius -e substantiae et alterius condicionis.

β *loco posteriore, sc. ita*: Ⓘ *ut superentur vel magis firmentur ea, quae prius dicta sint* (*addas l. 50. p. 2342, 57 sq.*): CIC. Pis. 37 populi liberi -e et vere erant liberi. Phil. 3, 15 *despicimur* omnes, qui sumus e municipiis, id est omnes -e. Brut. 35 *Lysiam* prope audeas oratorem perfectum dicere; nam -e quidem perfectum ... Demosthenem facile dixeris. Att. 11, 6, 2 *constitutum est* omnium vestrum bona praedam esse ...; 'vestrum' -e dico, numquam enim *eqs.* PLIN. epist. 1, 5, 8 rogo mane videas Plinium domi, sed -e mane. *al. in fine anaphorae*: EVCHER. laud. her. 30 merito -e (*antea: ter* merito). Ⓘⓘ *ut affirmentur ea, quae prius (quasi) negata sint*: CIC. fam. 4, 9, 2 dicere fortasse ... non licet, tacere -e licet. 13, 18, 2 quod modo verebar tibi gratias agere, nunc -e ago. AVG. civ. 6, 7 p. 259, 29 non frustra histriones ... fingunt deorum ... turpitudinem, sed -e frustra sacerdotes ... conantur fingere deorum ... honestatem.

II *pertinet ad totum enuntiatum, ut sit particula affirmativa significans fere i. q. sine dubio, profecto, certe, sane* (*pertinere potest etiam ad enunt. mancum, sc. in quo per ellipsin aliqua desunt; v. quae ad IB monuimus*): **A** *generatim*: **1** *quaelibet exempla* (*pauca probabiliora inde a* CIC.; *saepius inducit vel novum argumentum, ut l. 22. 27. 28 sq., vel explicationem eorum, quae iam dicta sunt, v. l. 35 sqq.*): PLAVT. Asin. 657 hic istam colloca cruminam in collo -e (*cf. p. 2339, 72*). Epid. 541 certo ea est, *quam vitiavi* ... :: -e hicine est, qui *me vitiavit.* Pers. 842 ego sum tibi patronus -e, qui *eqs.* Poen. 1137 tua pietas nobis -e auxilio fuit (*sim.* 1277). TER. Phorm. 686 opera tua ad restim mihi quidem res redit -issume. COM. pall. inc. 66 (*cf. Otto, Sprichw. n. 262*) clitellae bovi sunt impositae; -e non est nostrum onus (*vix recte 'plano gressu' Ribbeck ad l., ut ad IA1 pertineat*). CIC. Att. 16, 8, 1 *Octavianus* cogitat ... colonias *veteranorum* obire; -e hoc spectat, ut ... bellum geratur. fam. 6, 21, 1 *me* timidum esse dicebant; eram -e, nam timebam, ne *eqs.* 14, 18, 2 mihi -e non satis constat adhuc, utrum sit melius. PHAEDR. 3, 13, 7 par est color *apium et fucorum,* in dubium -e res ut merito venerit. PETRON. 12, 5 *homo* videbatur ille mihi esse, qui tuniculam ... invenerat; -e is ipse erat. PLIN. nat. 11, 88 Apollodorus ... -e quibusdam *scorpionibus* inesse pinnas tradit. QVINT. inst. 1, 6, 3 utendum ... *est* -e sermone ..., cui publica forma est. PLIN. epist. 1, 2, 6 ab editione *libri mei non abhorreo* ...; est enim -e aliquid edendum. VEL. gramm. VII 51, 18 (*z littera simplex est*) et -e, siquid *eqs.* (*seq. novum argumentum eodem spectans*). FRONTO p. 37, 1 (*ironice*) periculum est -e, ne tu quicquam pueriliter ... suadeas! APVL. met. 7, 19, 3 puer ille nequissimus *me perdere voluit* ...; et -e fuit, quod eius ... malitiam ... stimularet; nam *eqs.* TERT. apol. 16, 9 *sunt, qui putent nos ligneam crucem colere*; alii -e ... solem credunt deum nostrum. LACT. inst. 1, 17, 17 erat -e, cur tantum laborem ... susciperet. SERV. gramm. IV 422, 5 -e sciendum est, quod *eqs.* (*sim. ad novum argumentum transitur*: 447, 2. POMP. gramm. V 120, 19 -e scire debemus *eqs. al.; vix pertinent ad p. 2340, 57*). CHIRON 24 (*antea*: semissabis eum *equum aegrum*) hi -e ⌊qui⌋ semissantur, non eliduntur (⌊ ⌋ *cod. Basil.* = VEG. mulom. 1, 26, 4; *om. cod. Monac.*). VVLG. Ier. 10, 19 -e haec infirmitas mea est (*hebr.* אַךְ). CONSVLT. Zacch. 2, 4, 11 -issime ... veritas propheticae benedictionis impleta est. *et saepe. in explicationibus* (*saepius iuxta vocem e praecedentibus iteratam*): TERT. coron. 7, 5 Liberum principem coronae, -e laureae, in qua ex Indis triumphavit, etiam vulgus agnoscit. PAVL. dig. 50, 16, 134 'anniculus' ... trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur *infans,* incipiente -e, non exacto die. GAVDENT. serm. 13, 36 '*ille* deo faenerat' (*prov. 19, 17*): et -e faenerat; recipiet enim *eqs.* (*vergit ad p. 2345, 22 sqq.*). PS. AMBR. laps. virg. 39 p. 125, 13 perpetrasti adulterium ... et sacrilegium; sacrilegium -e, ubi vas Christo oblatum ... polluisti. CHROMAT. serm. 3, 5 Petrus ... superiora domus ascendit (*act. 10, 9*); superiora -e, quia *eqs.* *al.*

2 *iuncturae quaedam*: **a** nisi -e: *in medio loco enunt. principalis* (*exempla etiam ad IB referre possis*): CIC. Tull. 5 tametsi postulat causa, tamen, n. -e cogit ingratiis, ad male dicendum non soleo descendere. div. in Caec. 55 iste eam *causam* profecto, n. -e nihil sapit, numquam proferet. Tusc. 1, 71 dubitare non possumus, n. -e in physicis plumbei sumus, quin *eqs.* nat. deor. 1, 67 ad Q. fr. 3, 7, 2. QVINT. inst. 11, 3, 132 reclinari ... ad suos ..., n. -e iusta fatigatio est, delicatum *est. post enunt. principale*: TERT. apol. 1, 12 neminem paenitet *Christianum esse,* n. -e retro non fuisse. adv. Marc. 1, 21 p. 318, 13 non esse credendum deum, quem homo de suis sensibus composuerit, n. -e prophetes. 4, 12 p. 453, 12 n. si ... -e. *al. apud eundem.* **b** quasi -e *vel* -e q. (*vix huc iam p. 2343, 29*): COLVM. 3, 3, 6 q. -e in diem vivant ([*nisi ad IB4*]. *eodem ordine*: 4, 3, 3 q. -e fuerit necesse vineas facere, quas mox avaritia desererent. PLIN. epist. 4, 11, 9 contactum *carnificis* q. ⌊-e⌋ [*om. pars codd.*] a casto ... corpore ... reiecit *Vestalis damnata.* SVET. Iul. 52, 2. Cal. 2 q. -e ita necesse esset. *al.*). SVET. Nero 52 *versus* -e q. a cogitante ... exaratos *esse* (*eodem ordine*: FLOR. epit. 1, 17, 3 *quidam* saltus ..., ante invius -e q. Caledonius. *al. apud eundem*). **c** tamquam -e (*fortasse per tmesin* PETRON.): PETRON. 78, 8 raptim ... tam -e quam ex incendio fugimus. PLIN. nat. 2, 87 t. -e a perpendiculo mensura caeli constet. PS. QVINT. decl. 1, 2 *domus cruore satiata est,* t. -e timuerit parricida, ne non deprehenderetur. FRONTIN. strat. 2, 7, 14 t. -e adpropinquarent. LACT. inst. 1, 18, 13. **d** -e ut (*sc. in enunt. comparativis*): FRONTO p. 91, 21 *filiolus tuus* cibarium *panem tenebat,* -e ut a patre philosopho prognatus. APVL. apol. 98, 7 (*ironice*) nomina gladiatorum ... -e quidem ut puer honestus ... docetur. PANEG. 10, 9, 4.

B *speciatim*: **1** *in responsis (etiam fictis) affirmativis vel negativis* (*quibus respondetur verbis vel alterius [fere interrogantis vel affirmantis; iubentis p. 2345, 29 sq.] vel ipsius loquentis, scribentis*): **a** *assentientis, confirmantis est* (*cf. Thesleff, Yes and No in Plaut. and Ter., 1960, 49 sq.*): **α** *solum ponitur* (*compar. iocose p. 2345, 1*): PLAVT. Capt. 74 sq. estne invocatum ⟨scortum⟩ an non? -issume; verum hercle vero

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nos parasiti -ius (Pseud. 365 fraus populi, *sc. es.* :: -issume. 1169 nempe tu illius servus es? :: -issume. TER. Phorm. 771 [*cf. 772* verissime]). PHAEDR. app. 11, 9 satis est modius tritici? :: -e, immo nimium est. APVL. met. 1, 22, 3 'responde', *inquam,* 'an ...'; '-e', inquit, 'sed *eqs.*'. TERT. anim. 6, 5 itaque ... *hoc* constat ...; -e, si non *eqs.* (ieiun. 14 p. 292, 26 resurr. 5, 5. 46, 13). adv. Marc. 4, 7 p. 435, 19 'stupebant ...' (*Luc. 4, 32*): -e. 4, 34 p. 533, 10 -e; non enim *eqs.* (adv. Prax. 7 p. 236, 17 ergo, inquis, das *hoc* ...? -e; ⌞non vis enim⌟ [novimus *var. l.*] *eqs.*). *al.* **β** *iuxta verbum* esse (*sc. praeter iterationem l. 32; saepe accedit pron. vel adv. praecedentia referens*): PLAVT. Epid. 409 hanc edepol rem apparabat. :: -e hercle hoc quidem est. Mil. 462 visane est ea esse? :: immo edepol -e ea est. Truc. 618 perii. :: -e istuc est. CIC. fin. 5, 3 (*post sermonem Pisonis*) tum Quintus: 'est -e, Piso, ut dicis' inquit. TERT. resurr. 34, 12 ergo, dices, illis erit promissa res, a quibus Christus videbatur; sit -e ita, ut et ad nos eadem spes inde manaverit (AVG. civ. 3, 10 p. 107, 14 ita sit -e ...; sed *eqs.* 21, 23 p. 529, 12 ita -e hoc erit, si *eqs.*). RVFIN. hist. 4, 17, 13 videris mihi ... Christianus esse ... :: ⌞hoc -e sum⌟ (*gr. μάλιστα*). **γ** *in iunctura* ita -e (-e ita TERT.; *adde l. 14 sqq. et cf. p. 2343, 1*): CIC. Tusc. 1, 13 non dicis igitur *hoc* ..., sed tantum *illud* ...? :: ita -e. PLIN. epist. 7, 13, 1 aenigmata loquor? ita -e, donec *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 519, 10. LACT. inst. 1, 11, 8 potest ... Iuppiter regnum amittere ...? ita -e; nam *eqs.* (mort. pers. 18, 8). 2, 2, 6. **δ** *iuxta vocem iteratam vel variatam*: CIC. fin. 2, 11 'num ... idem voluptas est ...?' '-e i.' inquit. Tusc. 2, 15 videsne ... *hoc*? :: video -e, sed *eqs.* QVINT. inst. 2, 21, 16. TERT. adv. Marc. 2, 9 p. 347, 11 (*antea*: animae infirmitatem) -e ... dico infirmam. monog. 3, 2 'salvo' inquis 'iure nubendi'; -e s. PASS. Perp. 21, 3 *martyre perfuso sanguine populus exclamavit* 'salvum lotum!'; -e utique salvus erat (*cf. gr. καὶ μήν*). PANEG. 3, 27, 3 videte, num ... aliquid ... mutaverit; -e mutavit; nam *eqs.* 3, 29, 3 'ave, consul amplissime'; aveo -e, imperator (*sim. post imperat.*: CONSVLT. Zacch. 1, 37, 3 repete ... :: repetam -e). AVR. VICT. Caes. 21, 3 'vellem, si liceret, uti' ...; 'libet? -e licet'. HIL. in psalm. 91, 7 est ... opus dei sabbato? est -e (AVG. in euang. Ioh. 46, 7 non ... illi cura fuit ...? fuit -e, sed *eqs.; huc vergunt p. 2344, 15. 18*). MAXIMIN. c. Ambr. fol. 301^{v}, 4 legatur epistula ... :: l. -e. AVG. civ. 19, 6 p. 365, 7 sedebit iudex ..., an non audebit? s. -e. in euang. Ioh. 46, 7 pastores ergo illi? -e p. *al.*

b *contradicentis est*: PHAEDR. 3, 7, 26 'est *tibi* licentia?' 'non -e est' inquit (TERT. adv. Hermog. 23, 2 sine causa ergo esset *materia,* inquis; non -e adeo sine causa; nam *eqs.* QVEROL. p. 45, 9 ergo queritur *dominus vester.* :: non -e, *eqs.*). LACT. inst. 5, 18, 4 *'non* est virtutis ulla alia merces *quam honor' (Cic. rep. 3, 40)*; est -e, et quidem virtute dignissima. AVG. in psalm. 58, 1, 10 l. 31 quid ergo ..., illud solum considerandum est ...? -e etiam illud considerandum est, quia *eqs.*

2 *in struct. adversativis* (*cf. iuncturam* nisi -e *sub A2a*): **a** *notione communi (sc. mera vi affirmativa); affirmatur enunt.*: **α** *quo aliquid opponitur, sc. in iunctura* sed -e (*exempla selecta inde a* CIC.): CIC. Cluent. 181 servum ... non in quaestionem ⟨de⟩tulit, sed -e ad supplicium dedidit. Att. 9, 7, 1 recreatum ... me *litteris tuis* non queo dicere; sed -e *τὸ συνέχον* effecisti; ego enim *eqs.* fam. 1, 1, 2. 5, 21, 3. PETRON. 13, 4 negavi circuitu agendum, sed -e iure civili dimicandum. MART. 2, 41, 7 tres sunt tibi ... dentes, sed -e picei (*nisi ad IB2*). TAC. dial. 26, 8 PLIN. epist. 2, 19, 9 TRAIAN. Plin. epist. 10, 42 SVET. Aug. 89, 1. GAIVS inst. 3, 151 cum aliquis renuntiaverit societati, societas solvitur; sed -e, si *hoc lucri privati causa fecerit* ..., cogetur hoc lucrum communicare. APVL. met. 3, 24, 4 *nullae plumae avis apparuerunt,* sed -e pili mei crassantur in saetas. 4, 1, 5. 9, 20, 4. *et saepius.* TERT. patient. 9, 3 LVCIF. Athan. 2, 2 l. 24. *al.*
β *cui aliquid opponitur (sc. maxime forma* -e [quidem] ..., sed [tamen *sim.*]; *cf. p. 2346, 47 sqq. et e. g. l. 24. 33. exempla selecta post* TAC.): CIC. Tusc. 2, 44 bene -e magnus mihi quidem videtur *dolor Philoctetae,* sed tamen non summus (*sic locum explicat Grilli, comm. 1987, ad l.; alii aliter*). SEN. dial. 9, 9, 7 (*nisi ad IB1*) ignoscerem -e *permultos libros comparantibus,* si studiorum nimia cupidine erraretur; nunc ista ... opera ... in speciem ... comparantur. PETRON. 35, 1 ferculum est insecutum -e non pro expectatione magnum; novitas tamen omnium convertit oculos. PLIN. nat. 33, 79 *auripigmentum* -e fecit aurum excellens, sed ... parvi ponderis. TAC. ann. 3, 34, 2 bella ⌞-e accinctis⌟ obeunda, sed *eqs.* (*alii* ⌞ ⌟ *iungunt, ut ad IB2*). SVET. Aug. 70, 2 Caesarem esse -e Apollinem, sed *Apollinem* Tortorem. GAIVS inst. 2, 226 ex qua lege -e quidem aliquid utique heredes habere videbantur; sed tamen *eqs.* APVL. met. 7, 2, 2 *furem profugisse*; -e servum eius ... nil ... esse confessum, missos tamen ... multos *ad reum inquirendum.* Socr. 22 p. 170 -e quidem ..., sed. TERT. ieiun. 10 p. 286, 27 cur non intellegamus, salva -e indifferentia semper ... orandi, tamen tres istas horas ... sollemniores fuisse *eqs.*? pudic. 14 p. 249, 8 venia fit -e, sed incertum cui. 22 p. 272, 7 (*ad martyrem*) si nil ipse deliquisti, -e patere pro me; si vero peccator es *eqs.* TRACT. Pelag. 6, 10, 4 p. 141 mundatur -e per baptismum ... homo, tantum ut ... semper ita ... perseveret. *al.*

b *vi aucta inesse videtur ipsi adv. vis quaedam adversativa*:
α -e *ponitur loco secundo (vel posteriore) enuntiati*: PLIN. nat. 37, 18 myrrhino LXXX HS empto, capaci -e ad sextarios tres, calice. TAC. ann. 13, 50, 3 *vectigalia non esse abolenda*; temperandas -e publicanorum cupidines, ne *eqs.* PLIN. epist. 5, 21, 3 ne hoc quidem triste *est* ...; illud -e non triste solum verum etiam luctuosum, quod ... Avitus decessit (NERAT. dig. 2, 14, 58 SVET. Claud. 21, 5 APVL. met. 11, 23, 2 SERV. gramm. IV 441, 30). VLP. dig. 29, 2, 25, 3 *certi servi hereditatem adibunt*; si quis -e servus poenae fuerit effectus, *non adibit.* 48, 1, 5, 2 est ... constitutum ... post damnationem accusationem quem inchoare non posse; ... inchoatas -e delationes ... implere eis et post damnationem permissum est. TERT. anim. 2, 5 *quaedam quaestiones ad scripturam revocandae sunt* exceptis -e, quae *eqs.* VET. LAT. Phil. 3, 13 (Tert. resurr. 23, 9) ego me ... non puto adprehendisse; unum ⌞-e⌟: oblitus posteriorum *eqs.* (⌞ ⌟ tamen *var. l., ut cod. 75. al.; gr. δέ, Vulg.* autem). *al.*

β -e *inducit enuntiatum*: Ⓘ *in sermone iuris*: Ⓐ *praeponitur condicioni cuidam sub qua antea dicta circumscribuntur vel mutantur (maxime in iunctura* -e (...) si, *aliter l. 22. 23; cf. l. 8. sqq. 38* p. 2345, 52): IVLIAN. dig. 2, 10, 3, 1 adversus *quendam* ... actio competit ...; -e, si is ... solvendo non fuerit, aequum erit adversus ipsum reum ... actionem competere. 41, 3, 33, 4. GAIVS dig. 36, 1, 10 (*antea*: ante condicionem) -e, posteaquam exstiterit condicio *eqs.* 41, 1, 7, 2. TRYPH. dig. 26, 7, 55 pr. COD. Iust. 6, 39, 1 (*a. 196*). 3, 26, 1 (*a. 197*) -e defunctis homicidii *eqs.* (*i. si defuncti sunt*). *et saepissime* (-e (...) si *plus 240^{ies} in* dig.). Ⓑ *cetera exempla selecta*: IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 5 *venditor* restituere coheredi servi necesse habet ...; -e non totum ... restituet. VENVL. dig. 14, 6, 18. GAIVS dig. 47, 7, 9 si colonus sit, qui ceciderit arbores, *non solum furti tenebitur,* etiam ex locato cum eo agi potest; -e una actione contentus esse debet actor. inst. 4, 4. VLP. dig. 21, 1, 9 qui graviter loquitur, morbosus non est ...; -e qui *ἀσήμως* loquitur, hic utique morbosus est. COD. Iust. 6, 54, 4, 1 (*a. 215*) nullam ... habent pupilli tui actionem; -e, ut satis fideicommissorum Artemidora det, ... apud ... iudicem conveni. *al.*

Ⓘⓘ *vario usu*: FRONTO p. 20, 9 quemadmodum tibi videtur fabula Polemonis a me descripta? -e multum mihi facetiarum contulit ... Horatius (*sc. ut non tota mea sit fabula?*). AVR. Fronto p. 10, 5 locum ex oratione tua ... *ὑπεκρινάμην* commode; -e illa suum auctorem sibi dari flagitabant. APVL. apol. 8, 2 (*curari oportet, ut os mundum sit*) -e quidem, si quis ... numquam ferme os suum nisi maledictis ... aperiat, censeo ne ulla cura os percolat (TERT. apol. 3, 7 coron. 11, 4). met. 1, 24, 2 nihil ... rerum istarum ... indigemus ...; -e ... faenum ... tu, Photis, emito (*ad p. 2340, 41 sqq. trahit Molt, comm. 1938, ad l.*). 10, 29, 2. TERT. apol. 42, 2 nullum fructum operum eius *dei* repudiamus, -e temperamus, ne ultra modum ... utamur. CYPR. epist. 4, 1, 1 *virgines detectas esse in lecto virorum*; -e easdem ... asseverare se integras esse. 69, 14, 2. SERV. gramm. IV 446, 19 *hoc dicit* Lucilius; -e constat ... melius posuisse Donatum *eqs.* *al.*
sequitur coniunctio adversativa, ita ut enunt., in quo -e *adv. occurrit, et praecedentibus et sequentibus opponatur*: FRONTO p. 18, 4 *in recitatione est* auribus serviendum; -e non ubique ..., attamen ... aliquando. TERT. cult. fem. 2, 3 l. 21 si gloriandum est, in spiritu *gloriemur* ...; -e gloriabitur Christianus etiam in carne, sed cum propter Christum lacerata duraverit. CYPR. epist. 59, 5, 3. *al.*

appendicula stilistica (*ad IB et II*): **1** *accedunt voces notione vel usu similes*: **a** *cum* -e *coniunctae (etiam per asyndeton): adv.*: PLAVT. Asin. 755 -e et probe (Epid. 491). LVCR. 6, 319 omnino -e (CIC. Brut. 215 -e atque o.). CIC. Brut. 282 perfecte -eque (AVG. serm. 77, 3 -e atque p.). div. 2, 3 -e ... cumulateque perfecta (plene *var. l.*). AVG. civ. 19, 17 p. 386, 13 *vita* -e certeque vitalis. *variae*: PLAVT. Epid. 409 -e hercle (Stich. 497 h. vero -e). Mil. 462 immo edepol -e (Truc. 548 -issume e.). 650 equidem -e. CIC. Brut. 35 -e quidem perfectum (GAIVS inst. 2, 226 APVL. apol. 8, 2. 98, 4. *al.*). fam. 5, 12, 3 te -e etiam atque etiam rogo. SORAN. p. 12, 21 -e vero (*cf. supra l. 59*). **b** *alibi in contextu*: PLAVT. Epid. 541 certo. CIC. Brut. 238 valde (CAEL. Cic. fam. 8, 11, 3 RVFIN. hist. 3, 16). QVINT. inst. 1, 5, 37 omnino. APVL. Plat. 2, 19 oppido.

2 *fere opp.* (*vix addas* paene CIC. Brut. 125): CIC. de orat. 2, 32 quasi (*v. p. 2343, 58*). Brut. 35 prope (fam. 7, 23, 4). 332 propemodum.

3 *iunctura abundans* -e quia *pro* -e (*cf. Löfstedt, Komm. p. 303*): PASS. Thom. 43 si vere ita comprobavero, ⌞-e⌟ quia credam ei (⌞ ⌟ ita (erit) -e, in veritate *al. var. ll.*; '-e *est* q.' *intellegit Zelzer in indice*).

4 *cum ironia adhibetur e. g.* TAC. dial. 26, 8 ann. 1, 26, 3 FRONTO p. 37, 1 APVL. apol. 98, 7. TERT. apol. 15, 4 (*et saepe apud eundem, v. Hoppe, Syntax u. Stil des Tert., 1903, 112*). *al.*

5 *in paronomasia iuxta* plen- *e. g.* AVG. anim. 4, 23, 37 plenissime ac -issime. SIDON. epist. 8, 11, 10 plenius -iusque.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: planaris, planarius, planesco, planitas, planities (-tia), planitudo, 1. plano, planur(i)a; *cf.* plancus (*et* planca), 1. planta.

compos.: com-, de-, dis-, explano (*alia recentiora v. sub* 1. plano); im-, perplanus; pedeplanus, planipedus, planipes; planiloquus.

2. planus, -ī *m. et* planus, -a, -um, *πλάνος. forma gr. nom. sing.* -os *l. 13.* [*e coni. dub.* Ov. Pont. 2, 7, 24, *v. p. 2333, 29.*]

i. qui vagatur, certa sede caret (*quae notio originaria vagandi sub 1 rarius elucet, sed v. fort. l. 19. 22*): **1** *de hominibus, i. q. deceptor, fraudator* (*sc. masc. pro subst.; indicatur,* in *qua re l. 27*): **a** *exempla originem et notionem illustrantia* (*cf. l. 20 sq.*): GELL. 16, 7, 10 (*4 Laberius in mimis* obsoleta ... et maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit) '-um' pro 'sycophanta' ... dicit; quamquam '-um' pro 'sycophanta' M. quoque Cicero *eqs.* (*v. l. 17*). GLOSS. V 525, 17 (*sim.* 575, 3) -os vel [a]strophārius: deceptor, seductor (GLOSS.^{L} I Ansil. PL 157). GLOSS.^{L} II Philox. PL 25 -um: fallacem *ἀπὸ τοῦ πλανᾶν*. III Abstr. PL 13 -us: aequalis (*i.* 1. planus), vel magus ([magnus *cod.*]. I Ansil. PL 156). **b** *exempla varia*: LABER. mim. 3 *v. l. 11.* CIC. Cluent. 72 ille -us improbissimus quaestu iudiciario pastus (*postea de eodem*: totus ex fraude et mendacio factus). HOR. epist. 1, 17, 59 semel irrisus triviis adtollere *in vehiculum non* curat fracto crure -um (PORPH. scurram. SCHOL. -us nomen est hominis, qui solebat multos ... fallere *eqs. huc spectat* GLOSS. *l. 15*). PETRON. 82, 2 sive ille *miles* -us fuit sive nocturnus grassator. 140, 15 (*postea*: levatores; *v. vol. VII 2, 1194, 33 sqq.*). PLIN. nat. 35, 89 -o regio *Ptolemaei* (*i. scurra sim.; de eodem ibid.* voltum -i). VET. LAT. Matth. 27, 63 (Caes. Arel. serm. 142, 7) ille -us *Christus* ('inpostor' *exponit Caes. Arel.*) dixit ..., quia resurrecturus erit occisus (*gr. πλάνος, cod. 4. al. et Vulg.* seductor. *huc spectant*: TERT. adv. Marc. 3, 6 p. 385, 24 -um in signis. 3, 15 p. 402, 5 IVVENC. 4, 732). ARNOB. nat. 2, 32 insti[tu]toribus -isque. AVG. c. acad. 3, 15, 34 (*homo urbanus ignoranti viam in trivio occurrit*) ille ... ⌊-us⌋ erat de his, quos samardocos iam vulgus vocat; ... decepit *de via* atque abiit (⌊ ⌋ seductor -us *var. l.*). conf. 4, 3, 4 illos -os, quos mathematicos vocant. ACT. Petr. 4 *alii* Paulum magum vocantes, alii -um. 12 (*de Simone mago*) -um et deceptorem.

2 *de stellis, i. q. erraticus* (*sc. usu adi.*): CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 92, 6 -orum siderum ⌈diastemata ... rimari. *Reineke.*

πλάστιγξ: lanx, **planx,** langula (*i.* lanc-) GLOSS. II 408, 48. *nomen vasis, ut vid.*

plasea *v.* palasea.

plasis, *abl.* -ī *f., πλάσις. i. q. actio vel effectus formandi, fingendi* (*cf.* GLOSS. fictio: -ις): **1** *apud gramm. et rhet.* (*cf. Ernesti, Lex. technol. gr. rhet., 1795, 267 sq.*): **a** *de ficto sermone, quem aliquis alteri tribuit* (*ita ut -is figura sit similis sermocinationi*): DON. Ter. Ad. 489, 1 (*ad verba senis* illaec fidem ... vestram inplorat) haec oratoria -is (plausis *vel* plausus *codd.*) est; non enim vere rogat, sed hoc videtur facere, *sc. Pamphila clamans dolore parturiendi* (PS. ASCON. Verr. p. 238, 7 o. -i hanc sibi obiecit quaestionem [phasi *et* quasi *var. ll.; spectat ad Verr. II 1, 58* dices *eqs.*]). **b** *de ratione argumenti inveniendi* (*c. colore simulationis l. 51*): CLAVD. DON. Aen. 5, 730 p. 508, 28 *Anchises non loquitur* ea -i, qua Nautes: ille enim enumeravit, qui essent relinquendi, hic ... dixit, quales essent ducendi. 7, 330 p. 53, 9 (*de sermone Iunonis Furiam alloquentis*) dicitur ... sub -i laudis vituperatio.

2 *apud theologos de creatura a deo facta*: HIER. vir. ill. 24, 2 *Melito episcopus* scripsit ... de -i librum unum (*i. περὶ πλάσεως, quem titulum vertit Rufin. hist. 4, 26, 2* de figmento. *v. etiam p. 2348, 31*).

plasma, -atis *n. vel* -ae *f., πλάσμα. de genere et formis: testimonia gramm.*: FRG. Bob. gramm. V 557, 18 sq. (*inter neutr. tertiae decl.*) -a, -te, -tum. 557, 21 *gen. plur. vitiose dicuntur* poematorum, emblematorum, -torum. *usus auctorum: occurrunt formae neutr. passim, sc. fere sing.* -a, -tis, -ti, -te, *rarius plur.* -ta (*v. p. 2348, 5 sqq. 55. 58*); *fem. primae decl. (sc. praeter l. 66 sing. tantum) p. 2348, 26. 31. 42. 49. 52. 57 et e. g.* COMM. apol. 315 instr. 1, 35, 2. VISIO Pauli rec. P 40 -am (*postea acc. sing. neutr.* -a); *vocem excipit pron. masc. p. 2348, 45. de notione* (*cf. l. 71. p. 2348, 31*): GLOSS. -a: forma. *legitur de dictis, scriptis (sub 1) apud* PERS., QVINT. *al.; de creatura (sub 2) in* VET. LAT. *et apud Christianos, frequentat* IREN. (*plus 50*^{ies}). [*obscurum*: INSCR. Année Épigr. 1958 n. 53 (*in vase*) ad vos pavones copia sit sofocata -arum.]

i. q. πλάσμα (*quod gr. respondet; significantur variae res formatae, vel actus formandi*): **1** *pertinet ad dicendum, scribendum*: **a** *de modulatione vocis in declamando, recitando* (*vituperatur a* QVINT.): PERS. 1, 17 haec populo ... sede leges celsa, liquido cum -te guttur ... conlueris (SCHOL. *ad l.* 2 modulamine ac vocis sono. 11 lenis cantilena, quasi deficientis. *aliter explicatur*: 4 potio, qua utuntur ... musici. 9 medicamentum). QVINT. inst. 1, 8, 2 sit ... lectio *versuum* virilis ... et non quidem prorsae similis ..., non tamen in canticum dissoluta nec -te, ut nunc a plerisque fit, effeminata. PROB. Verg. ecl. praef. p. 328, 30 Aeneida quoniam *poeta* -te legi volebat, ait (*1, 1*) '... cano'. FORTVN. gramm. VI 282, 19 sq. metrum sine -te prolatum proprietatem suam servat, rhythmus autem numquam sine -te valebit.

b *de re verbis ficta* (*c. vituperatione l. 6. 12 et sub β*): **α** *de inventis declamatorum vel poetarum: plur.*: FORTVN. rhet. 1, 4 aliae *sunt materiae,* quae nec controversiae quidem dici debeant, sed -ta inrationabilia, id est aloga (*cf. p. 2399, 62*). AVSON. 11, 21 (211 S.), 26 *grammatici quidam* callentes ⌊mythŏ⟨n⟩, -ta⌋ et historiam (⌊ ⌋ *v. vol. VI 3, 2835, 54*; *μύθους, πλάσματα Green; cf. species narrationum* fabula, argumentum, historia *apud Quint. inst. 2, 4, 2*). PAVL. PELL. euch. 73 bellica -ta Homeri erroresque ... Vlixis. *sing.*: AVSON. 27, 4 (399 S.), 2 si qua fides falsis unquam est adhibenda poetis, nec -a semper allinunt. app. 4 Il. praef. (420 S.) 1. 23 iuxta Homericum -a. MART. CAP. 9, 913 (vers.) vos, *numina singula,* ... posthac sonabo disgregato -te. 9, 998 (vers.) *Satura* disciplinas cyclicas garrire agresti ... finxit -te. **β** *de mendaciis* (*cf. l. 12*): RVFIN. hist. 1, 9, 3 figmentum inpudens ... actorum, quae recenti confecta -te adversum Christum ... proferuntur. PROSP. carm. de ingrat. 822 innumeras dubio cepisset -te mentes (*cf. 812* commentum Pelagianum). epigr. 68, 3 lubrica dum trepido mendacia -te fingit *mens* (*cf. 5* commenti ... iniqui).

2 *pertinet ad creaturam* (*de actu plasmandi maxime l. 53. 60. saepius c. gen. [pron. poss.] subi. vel obi.; gen. inhaerentiae v. l. 56 sq.; plasmat deus Iud. et Christ. praeter l. 28 et bβ. cf. et* figmentum *vol. VI 1, 709, 31*): **a** *de quibuslibet creatis*: VET. LAT. Iob 40, 19 (Hier. in Is. 8, 27, 1; *loq. deus de Behemoth*) hoc est principium -tis domini ([phasm- *var. l.*]. *cf.* Priscill. tract. 1, 13 initium factum angelis ad inludendum -ae meae, *Ps. Vigil. Thaps. trin. 12, 171* initium facturae domini, *Hier. interpr. Iob* figmenti; *aliter Vulg. Iob 40, 14*). IREN. 1, 3, 6 *gnostici* talia ... de ... -te universorum *aeonum* dicunt. CONC.^{S} II 5 p. 37, 17 sq. verbum in principio erat ante -a et ante solem ...; nam est fermentum mundi ante -a. GLOSS. Leid. Hessels 30, 27 (*si recte restit.*) de -a (pias- *cod.*): f[r]actura vel ars (*spectat ad tit. libri apud Hier. p. 2347, 53*).

b *de hominibus eorumve carne, corpore* (*saepe de genere humano* [*maxime sing. collect., sed plur. l. 55. 58*]): **α** *creantur a deo*: VET. LAT. IV Esdr. 8, 38 non cogitabo super -a eorum, qui peccaverunt ..., sed iucundabor super iustorum figmentum. TERT. spect. 23 p. 24, 5 (*ironice*) *pugil* tales ... cicatrices caestuum ... a deo cum ⌊suo -te⌋ accepit (⌊ ⌋ *i. forma sua creata; var. l.* plasmaretur *praeferunt Reifferscheid-Wissowa*); ideo illi oculos deus ⌊plasmavit⌋, ut vapulando deficiant (⌊ ⌋ commendavit *var. l., unde* commod- *iidem edd.; item respic. singuli homines e. g. l. 49 et* VITA Hil. Arel. 16 l. 23 -tis vigentis sospitate, *sc. sanati cuiusdam.* Eutr. [BHL 2782] p. 14 os -ae cruore ... horridum). IREN. 2, 32, 5 *Christus* homo factus conversatus est cum suo -te (3, 10, 4 suo -ti, hoc est hominibus. 4, 31, 2 *spiritus sanctus* unitus est carni, hoc est, -ti suo. PETR. CHRYS. serm. 101, 7. EVSEB. GALLIC. hom. 18, 3 -a suum ..., ⌊quem⌋ *eqs.* [quod *var. l.*]. DRAC. laud. dei 1, 430. *al.; cf. l. 67. ad creatum, non creatorem, spectat* suo *l. 37*). 4, 6, 6 revelat verbum ... per mundum fabricatorem mundi dominum et per -a eum, qui plasmaverit, artificem. 4, 40, 3 -a dei (PRVD. cath. 3, 185. COMMON. patr. 4, 11 exi, immunde spiritus, de -a dei [-te d. *var. l.*]. *al., cf. l. 62 et* CYPR. epist. 2, 2, 1 divinum -a). 5, 16, 1 substantia -tis nostri (PS. AVG. serm. ed. Mai 199, 1 [*de natali Christi*] caelorum faber ⌊nostrā se -ā⌋ plasmavit [*cod.,* nostro ... -te *Mai*]. PETR. CHRYS. serm. 148, 1 manus, quae in nostrum -a lutum dignanter adsumpsit). 5, 36, 3 (*syn.* facturam). PS. PHILO antiq. 44, 8 (*loq. deus*) exhorresco genus hominum et ⌊ut eradicem -ta⌋ (succidam radicem -tis et *var. l.*) multiplicabuntur morientes. PRVD. apoth. 304 informasse patrem facturae -a novellae (*cf.* REGVLA mag. them. or. dom. 72 -am facturae suae). ham. 274 (*de mulieribus*) muneribus dotata dei quae -ta fuco inficiunt, ut pigmentis cutis inlita *eqs.* VEREC. in cant. 2, 7 l. 16 (*ad deut. 32, 6*) pater ... fecit *te, homo,* in -te, creavit in redemptione. *al. de protoplastis solis*: PRVD. apoth. 826 primum -a (cath. 9, 92. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 12, 4 p. dei -a, quod genitorem non habuit, sed deum tantum creatorem). psych. 224 -a novum (*cf. l. 68*). PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 52 primi hominis -a. *al.* **β** *creantur ab aliis vel incertis*: IREN. 1, 24, 1 hominem ... angelorum esse facturam ..., qui cum factus esset et non potuisset erigi -a propter imbecillitatem angelorum *eqs.* (*in doctrina haeretica ut*: 1, 30, 7 per suum -a victi sunt *angeli*). RVFIN. hist. 6, 43, 7 (*ironice*) *ille* subito ..., velut novum -a, episcopus apparuit (*gr. ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφείς*).

deriv.: plasmo.

plasmābilis, -e. *a* plasmare. *i. qui plasmare potest* (*si locum recte intelleximus*): VEN. FORT. carm. 2, 5, 3 (*in carm. figurato*) laudes viventi reddere flatu, in me qui regit ire lutum, -e numen *eqs.* (*ad sensum act. cf. 2, 5, 1* veniabile signum *crucis. alii* lutum -e *iungentes intellegunt 'aptum, quod plasmetur'*).

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plasmātio, -ōnis *f.* *a* plasmare. *legitur in sacris script. et apud scriptores eccl.* (IREN. *36ies*); *plur. rarius, sc. l. 9 et sub 2.* [*falsa var. l. pro* plasticam HIER. epist. 22, 38, 7.]

i. q. actio plasmandi, formandi vel res plasmata, formata (*gr. respondet fere πλάσις. per gen. vel pron. poss. indicatur, qui plasmet l. 18. 25. al., quid plasmetur l. 28 sq. 40. al.; syn.* formatio *l. 32; disting.* factura *l. 22, cf. l. 30. 52 et* HIER. hom. Orig. in Ier. 1 p. 592^{A} differentiam facturae et -is. *sensu generali* RVSTIC. c. aceph. p. 1217^{D} 'cum' *in verbo q. e. complasmare* aut duas significat -es, aut *eqs.*): **1** *spectat ad animantes creatos* (*sc. fere a deo Iudaeorum et Christianorum; ab aliis l. 33 sqq.*): **a** *quoslibet homines* (*sive protoplastos sive posteriores* [*a Christo renovatos l. 42*]): **α** *potius de ipso homine, sc. sing. collect., vel carne, corpore sim. humano* (*certiora tantum, cetera sub β*): VET. LAT. IV Esdr. 8, 7 una -o nos sumus manuum tuarum, *deus.* 8, 8 (*loco obscuro*) tua -o creaturae tuae. IREN. 1, 9, 3 caro est ... illa vetus de limo secundum Adam facta -o a deo (*sim. de corpore eiusve partibus*: 3, 22, 1 -em et substantiam. 4, 33, 4 filius dei, homo factus, antiquam -em in semetipsum suscipiens. 5, 6, 1 -o carnis [*antea syn.* plasma]). 3, 16, 6 homo, -o dei. PS. PHILO antiq. 32, 15 gratulare, terra ...; erit enim in testimonium -o tua *eqs.* (*i. homo ex te formatus potius quam formatio ipsius terrae*). HIER. in Eph. 2, 10 p. 470^{C} non dicit 'ipsius figuratio sumus atque -o', sed ipsius 'factura sumus'; -o quippe originem de terrae limo trahit, factura vero iuxta ... imaginem dei sumpsit exordium. psalt. sec. Hebr. 102, 14 *deus* novit -em nostram, recordatus est, quia pulvis sumus (*Vulg.* figmentum, *cf. gr. πλάσμα*). VISIO Pauli rec. Sang. 43 p. 158, 29 domine, miserere -o⟨ni⟩ tua⟨e⟩ (*rec. P 43* plasmae). *al.*

β *potius de actione* (*saepius c. gen. obi.* [*pron. poss.*]): Ⓘ *varia exempla: plasmat deus*: IREN. 4, 34, 4 secundum Adam -o. 4, 36, 2 -em Adae (5, 16, 1 ex ... terra -o fuit A.). 5, 1, 3 ab initio -is nostrae in Adam. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 15, 3 (*sec. gen. 2, 7*) ubi pulvis, ibi -o. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 40 l. 23 quod prima sit animae factura et deinceps corporis -o (PS. AMBR. trin. 18 p. 531^{A}). LEO M. serm. 30, 4 Adae de limo terrae formatio aut Evae de viri carne -o (*cf. gen. 2, 21 sq.*). *al.* *plasmant aliae potestates*: IREN. 2, 14, 1 *poeta comicus* de secundis diis narrat hominum -em (*ibid.* [*in doctrina Valentinianorum*] mundi fabricationem et -em h.). LEO M. epist. 15, 8 *Priscillianistae contendunt* -em humanorum corporum diaboli esse figmentum (*sim. in anathemate*: CONC. Brac. a. 561, 3, 12 humani c.). Ⓘⓘ *accedunt adi. indicantia aetatem, ordinem*: -o antiqua, prima *sim.*: IREN. 1, 28, 1 *quidam* abstinentiam a nuptiis adnuntiaverunt, frustrantes antiquam -em dei (3, 18, 7 hominis. 5, 15, 3 Adae. *al. apud eundem; cf. l. 17 et* 5, 12, 3 veterem [*cf. l. 15*]). 5, 14, 1 secundum principalem -em (5, 14, 2 patris). 5, 14, 2 primae -is. -o secunda (*sensu vario*): IREN. 5, 23, 2 *Christus* s. -em ei *homini,* eam quae est a morte, per suam passionem donans (*cf. p. 2350, 47*). OROS. apol. 27, 2 forte satius fuerat unum deleri ilico peccatorem, *i. Adam,* et mox alium s. -e substitui.

b *Christum* (*cf. l. 16*): IREN. 3, 21, 10 *cur deus* ex Maria operatus est -em fieri? PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 29, 5 in -e corporis ... Christi. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 244, 29 ex ipso in vulva -is initio (*cf.* THEOD. MOPS. Facund. defens. 3, 2, 13 ab ipsa in utero matris -e [*sim.* Conc.^{S} IV 1 p. 45, 15 a prima statim -e]). *al.*

c *alios animantes*: IREN. 2, 30, 3 quando et ipsi *angeli* huius, *sc. dei,* factura et -o sint. HIER. epist. 124, 10, 4 (*ex Origene*) diabolus, principium -is domini (*subest Iob 40, 19 ut*: in Hab. 1, 6 l. 287 *draco* est principium -is eius [*antea*: formatus est]).

2 *spectat ad res verbis fictas, mentitas*: THEOD. MOPS. Conc.^{S} IV 1 p. 68, 13 *scriptor libri Iob* illas -es fecit, in quibus certantem ad deum fecit diabolum.

plasmātor, -ōris *m.* *a* plasmare. *legitur apud scriptores eccl., unde intrusum vid. in* VET. LAT. *l. 70.*

i. qui plasmat, sc. creator mundi, rerum (*i. deus vel Christus praeter p. 2350, 6. saepius c. gen. obi. [pron. poss.]; gr. respondet πλάστης, nisi aliud indicavimus. apponuntur* figulus *l. 70,* deus *l. 73; ceterum iuxta ponuntur e. g.* factor *l. 66. 72,* formator *l. 67; cf.* figulus *vol. VI 1, 722, 4 sqq.*): **1** *plasmantur homines* (*sive singuli sive totum genus; certiora tantum, cetera v. sub 2*): TERT. adv. Iud. 2, 1 deus universitatis conditor, ... hominis -r (IREN. 2, 11, 1 factorem mundi et -em h. [*sim.* 3, 3, 3]. RVFIN. Adamant. 4, 15 -em et formatorem hominum. PETR. CHRYS. serm. 143, 10. *cf.* CANON. Turner I 2, 1 p. 341, 36 si hominis causa *est* deus et -r ipse dei filius). 2, 2 generis humani (PS. CHRYSOST. hom. I 893^{A}). VET. LAT. Rom. 9, 20 (cod. 77) nunquid dicit figmentum ⌊figulo -i⌋ 'quid me fecisti sic?' (⌊ ⌋ *gr. τῷ πλάσαντι, cod. 75. al. et Vulg.* ei, qui se finxit). IREN. 3, 24, 1 (*sim.* 5, 17, 1) de factore et -e nostro (5, 15, 3. 5, 16, 3 [*gr. τὸν πεπλακότα ἡμᾶς*]). 4 praef. 4 blasphemos in -em (*ibid.* b. in -em deum). 4, 11, 2. 5, 15, 3 ut *caecus sanatus* ... suum cognosceret -em, *sc. Christum videns* ([*spectat ad Ioh. 9, 6 sq.*]. PS. ORIG. hom. Casin. p. 868 *mulieres faciei* colorem induunt, quasi sapientiores a -e s.). *-r esse negatur Ioseph pater nutricius Iesu Christi*: PS. ORIG. hom. in Matth. 1, 3 p. 242, 12 huius generationis minister es et non largitor ..., mancipium et non -r. **2** *plasmantur quaelibet:* *-r est concentus Virtutum, sec. doctrinam Marci gnostici*: IREN. 1, 14, 7 Virtutes ... glorificant illum, a quo emissae sunt ...; huius autem glorificationis sonum ... -em factum *esse* et generatorem eorum, quae sunt in terra. *-r est deus*: AVG. in psalm. 98, 7 (*ad 98, 4*) -em iustitiae. 138, 7 l. 20 *nulla* creatura est, cuius non est ille -r. PS. ORIG. hom. in Matth. 1, 1 p. 239, 13 *Maria* mater dei, ... -is et creatoris cunctorum (*de Christo ut* PROCL. laud. Mar. 9, *v. p. 2351, 54*). VITA Caes. Arel. 2, 35 deus bone, -r sancte.

plasmātūra, -ae *f.* *a* plasmare. **1** *i. q. status plasmatus, forma*: ORIBAS. syn. 5, 45 tit. Ab p. 80 de -a capitis: (*1*) parva factura capitis pessima est *eqs.* (*cf. G* plasmatione, *La* f[r]actura; *gr. διαπλάσεως*). **2** *i. q. res plasmata, creatura*: VISIO Pauli rec. Sang. 140 p. 148, 29 mulieres commaculantes -a⟨m⟩ dei vivi, proferentes ex utero infantes, *sc. abortu* ([*recc. P, A* plasmam]. *ibid.* p. 150, 4 -am dei [*rec. P* plasma, *A* plasmam]).

[bibo commiscentes **plasmentum** CHIRON 519 (*corruptum*, vino commiscent et cataplasment eum *temptat Oder, cf. Veg. mulom. 2, 141, 5*).]

plasmo, -āvī, -ātum, -āre. *a* plasma (*cf.* cataplasmo *a* cataplasma, chrismo *a* chrisma). *scribitur* bl- GREG. TVR. Franc. 10, 13 p. 497, 1, *cf. l. 28.* NOT. Tir. 106, 47^{b} -at. *de notione* (*cf. l. 30. p. 2351, 53*): EXPLAN. in Don. l. 162 ⌊-are⌋: fingere (*explicatur* metaplasmus; ⌊ ⌋ plasmate *codd.*). GLOSS.^{L} I Ansil. PL 174 sq. -ret: formaret. fingeret. *legitur in sacris script.* (*saepius in* VET. LAT. IV Esdr.) *et apud Christianos* (*rarissime in versibus inde a* PRVD.; *frequentat* IREN. [*57ies*]). [*confunditur in codd. c.* blasphemare *e. g. p. 2351, 34* (*restit. p. 2352, 6*).]

fere i. q. formare, fingere (*gr. respondet πλάσσειν, nisi aliud indicavimus. in explic. nominum* HIER. nom. hebr. p. 5, 25 Eser: fictus, id est -tus. p. 19, 2 Ieser: -vit, hoc est finxit *eqs.*): **I** *cum obi. quod efficitur* (*subaudiendo p. 2351, 32*): **A** *-antur animantes eorumve corpora, animae sim.; spectat ad*: **1** *homines*: **a** *protoplastos vel universos*: **α** *quos -at deus eiusve manus sim.*: Ⓘ *cum quolibet obi.*: VET. LAT. I Tim. 2, 13 (Theod. Mops. ad loc. p. 94, 16) Adam ... primus -tus est, deinde Eva ([*cod. 75. al. et Vulg.* formatus]. IREN. 1, 30, 9. CYPR. epist. 74, 7, 1 eum *A.* deus -vit, tunc insufflavit ... flatum vitae. HIER. in Philem. 4 l. 242 A. a deo -tum, Evam ex costa illius ... fabricatam. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 12, 5 A. ... -tus et fictus est, Seth ... per coitum generatus est. *al.*). CLEM. ad Cor. 33, 4 puris manibus -vit suae imaginis effigiem (PRVD. apoth. 865 corporis e.). IREN. 1, 28, 1 eius ..., qui primus -tus est (*gr. τοῦ πρωτοπλάστου*). HIER. epist. 51, 6, 6 (*Epiphan.*) illum ..., qui -tus esset ex humo (*opp.* qui conciperentur in utero). PRVD. apoth. 866 est -ta ... flatu incorporeo res flabilis, *i. anima.* PROSP. resp. ad Vinc. 5 (obiect.) quod *deus* ... -et substantiam *peccatricem* (*cf.* 6 [obiect.] tale ... arbitrium, quale est daemonum). DRAC. laud. dei 1, 336 *deus* -vit per membra virum de pulvere factum. *et saepius.* *Christus -are dicitur naturam humanam, sc. ut salvator*: PS. MAX. TAVR. serm. 8 p. 239^{B} novus ille Adam ... nostram de novo -vit naturam (*cf. p. 2349, 42*).

Ⓘⓘ *-atur* homo (*cf. l. 70. p. 2351, 1. 40*): VET. LAT. gen. 2, 7 (Iren. 5, 15, 2, *sim. al.*) sumpsit deus limum de terra et -vit hominem (*Tert. anim. 26, 5. al.* finxit, *cod. 91. al.* figuravit, *Vulg.* formavit). IV Esdr. 8, 44 manibus tuis. TERT. adv. Iud. 13, 11 ex qua *terra virgine* h. tunc primum -tus est, ex qua nunc Christus ... ex virgine natus est. IREN. 3, 18, 7 qui *h.* primus de terra rudis -tus est (rudi *edd. plerique, sed v. Lundström, Stud. zur lat. Irenäusübers., 1943, 53*). GAVDENT. serm. 9, 6 ⌊de⌋ limo terrae (⌊ ⌋ *om. codd. vetustiores*). HIER. in Eph. 1, 9 p. 452^{B} quomodo *deus* primum caelum et terram machinatus sit et omnia ... fecerit ..., ut -tus h. *sit eqs.* RVFIN. Adamant. 4, 13 eius h., qui primus a deo -tus est (*gr. τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδάμ*). Orig. in gen. 1, 13 p. 15, 10 *non* factus esse corporalis h. dicitur, sed -tus. *et saepe.* Ⓘⓘⓘ *-atur corpus, caro, vel singula membra*: IREN. 5, 6, 1 quae *caro* est -ta secundum imaginem dei (FILASTR. 97, 6. *al.; cf. p. 2351, 50*). 5, 15, 4 non ... consequens erat aliunde quidem oculos, aliunde autem reliquum corpus -tum esse (*ibid. iterum. ad psalm. 93, 9* finxit oculum *spectant*: AVG. in psalm. 93, 23 l. 22 -vit oculum, fecit o. CASSIOD. in psalm. 93, 10. *cf. p. 2351, 21 sqq.*). FILASTR. 97, 5 corpus fragile ... -tum *esse* (97, 7 factam *esse* animam primum, sic c. -tum. PELAG. in II Cor. 5, 1 p. 256, 14 animale c. *al., e. g. l. 64; cf. l. 74. p. 2351, 44*). *al.*

β *quos -ant alii:* *secundum haereticos*: IREN. 1, 5, 3 *demiurgum* coelum ... fecisse ... et hominem -asse. 1, 24, 2 *Saturninus* duo ... genera ... hominum -ta esse ab angelis dixit, ... nequam ... *et* bonum (*cf.* 4, 20, 1 non ... angeli fecerunt nos neque -verunt nos). ANON. capp. Aug. (Corp. Christ. 85A) 19 si quis confitetur, quod animam tantum fecerit homini deus, et Satanas corpus -verit, anathema illi (*item fere* PS. VIGIL. THAPS. trin. 6, 17 l. 353). *secundum paganos*: CHRON. Alex. chron. I p. 116,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

235 Promitheus *scribitur* -are homines sicut †phittonissae, non autem sic, sed ... inperitos homines quasi parvulos -bat (*hoc ad IIB*).

b *posteriores tantum, sc. quos parentes genuerunt* (*e terra sim. -ti dicuntur ut progenies protoplastorum e. g. l. 15*): **α** *varia exempla*: Ⓘ *pro obi. sunt ipsi homines eorumve coetus*: VET. LAT. Iob 10, 8 (Ambr. spir. 3, 5, 34. *al., sim.* VVLG.) manus tuae, *deus,* fecerunt me et -verunt me (*gr. ἐποίησαν ... ἔπλασαν. huc spectat* GREG. M. moral. 9, 74 -tum ... propter internam imaginem ..., factum ... in *carne*). Is. 43, 7 (Hier. ad l.) creavi illum *populum Israhel* et -vi eum et feci illum (*Vulg.* formavi). IREN. 5, 5, 1 per quas *manus* in initio -ti sunt *Henoch et Elias.* PS. PHILO antiq. 16, 5 (*loq. filii Core*) pater nos non genuit, sed fortissimus, *i. deus,* nos -vit. HIER. c. Ioh. 22 l. 38 *figulus tuus* te -vit et fecit, ut voluit; ipse est dei virtus *eqs.* (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 22 p. 239, 22 *deus,* sicut ... figulus, ⌊-vit vel creavit⌋ 'alios quidem ad honorem *eqs.*' [⌊ ⌋ *gr. πεποίηκεν. cf. Rom. 9, 21*]). PETR. CHRYS. serm. 45, 1 fratres, pulvere concreti, -ti luto. EDICT. imp. Iust. de fide p. 75, 27 deus verbum ... non ante -to homini unitus est, sed in utero ... creavit sibi ... carnem animatam (*sim.* p. 75, 36; *gr. p. 74, 25 et 33 προϋποστάντι. cf. l. 51*). *al.* Ⓘⓘ *pro obi. est corpus eiusve membra*: VET. LAT. II Macc. 7, 22 (rec. B; *loq. mater Macc.*) *non ego* singulis vobis membra -vi (*sim.* rec. M vultus aut membra; *gr. διερρύθμισα, recc. L, V* conpegi, *X, P* sum ... modulata). TERT. spect. 23 p. 24, 6 oculos ... -vit ([*si recte legitur; v. p. 2348, 39*]. CONC.^{S} I 3 p. 163, 35 [*spectat ad Ioh. 9, 6*] *Christus sanando* -vit nato caeco o. ... ex luto). AMBR. exhort. virg. 8, 52 ille *deus* tua ora -vit, ille tua membra distinxit. AVG. in psalm. 32, 2 serm. 2, 21 (*ad 32, 15*) *deus* finxit corda, -vit corda nostra (CASSIOD. in psalm. 50, 19 l. 608 ut *cor* merito tali sit positione -tum, unde nobis potest venire consilium). *al.* Ⓘⓘⓘ *pro obi. est anima sim.* (*huc vergit l. 25*): VET. LAT. IV Esdr. 7, 92 ut *animae* vincerent cum eis -tum cogitamentum malum. 7, 94 qui -vit eas (*sc. animas?*). RVFIN. Orig. princ. 1, 7, 4 (*in interrog. rhet.*) quomodo simul cum corpore ficta est *Iohannis baptistae* anima vel -ta? (*ibid. iterum.* PS. AVG. quaest. test. 23, 2 [*spectat ad Zach. 12, 1*] qui -as ... animam hominis in eum). Ⓘⓥ *obi. subauditur*: IREN. 2, 26, 1 se ... perfectiorem esse eo, qui fecerit et ⌊-verit⌋ et spiramen vitae dederit (⌊ ⌋ blas(fe)maverit *var. ll.*). 3, 24, 2. *al.*

β *indicatur ubi* (*sc. in utero sim.; cf. l. 48*): VET. LAT. Is. 44, 2 (Hier. *ad l.*) ego dominus deus, qui feci te, *Israel,* et -vi te de ventre (*Vulg.* formans. *cf.* in ventre: IREN. 5, 15, 2 sq. *quater*). Ier. 1, 5 (Iren. 5, 15, 3. *al.*) in utero (*Vulg.* formarem. *sim.* IV Esdr. 8, 11 [Ps. Ambr. de anima p. 228; in u. *om.* Vulg.]. *al.*). IREN. 5, 12, 4 in vulva (RVFIN. Adamant. 4, 15 sine deo ... -ari homines in v. matris [*gr. ζωοπλαστεῖσθαι*]. *al.*). *al.*

c *Christum, cuius plasmatio vario respectu*: **α** *negatur* (*cf. l. 16*): AMBR. fid. 1, 13, 82 *Christus* non -tus manibus, sed ex patre natus. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 20 non -tum, sed genitum. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 234, 12 non sibi ex divina natura ... corpus -vit, sed magis ex virgine id accepit (*gr. I 1, 6 p. 153, 15 πεπλαστούργηκε*). *al.* **β** *asseveratur* (*cf. B1b*): HIER. in Hab. 1, 1, 12 l. 402 qui a patre ... -tus sit et corpus assumpserit. PS. AVG. serm. ed. Mai 199, 1 se ... -vit (*v. p. 2348, 52*). CONC.^{S} II 3, 1 p. 208, 11 in ipsa *virgine* -tum esse ... divine pariter et humane (*gr. I 1, 7 p. 93, 11 διαπεπλάσθαι, cf. aliam vers. I 2 p. 56, 32* formari). CANON. Turner I p. 358 l. 154 facta ... est caro et -ta, in qua deus erat (DRAC. laud. dei 2, 87. EDICT. imp. Iust. de fide p. 87, 33 -vit sibi c. animatam [*gr. p. 86, 31 ἐδημιούργησεν*]). VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 20 *vestra sententia* -tus ..., id est factus vel creatus, non genitus fuit. PROCL. laud. Mar. 9 *Christus est* sine matre quidem ut plasmator, sine patre autem ut -tus (*gr. p. 104, 27 ὡς πλάστης, ὡς πλάσμα*). *al.* *spectat ad resurrectionem*: HIER. in Is. 13, 49, 8 l. 38 G. (*ad* '-vi te' *sec. var. l. LXX ἔπλασά σε*) *deus* servavit eum sive -vit morte superata.

2 *animalia*: VET. LAT. psalm. 103, 26 (Hier. in Is. 4, 11, 15) draco iste, quem -asti ([*cod. 300. al.* finxisti, *303 al. et Vulg.* formasti, HIER. psalt. sec. Hebr. Leviathan istum -asti]. *inde* HIER. in Is. 7, 23, 4 RVFIN. Orig. in gen. 1, 10 p. 11, 22). IV Esdr. 5, 26 ex omnibus -tis pecoribus.

3 *aeonas gnosticorum* (*sc. non -tos*): IREN. 2, 7, 2 cum sint utrique spiritaliter emissi neque -ti neque compositi.

B *-antur res*: **1** *a deo vel Christo* (*quod negatur l. 70*): **a** *creando*: VET. LAT. Is. 45, 18 (Hier. *ad l.*) *deus* non in vacuum fecit eam *terram,* sed ut habitaretur -vit eam ([*Vulg.* formavit]. IV Esdr. 3, 4 quando -asti t. [plant- *var. l.*]. *cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 94, 5 *deus* fecit illud *mare,* et siccam manus eius -verunt [*Vulg.* formaverunt]). PS. PHILO antiq. 50, 4 seculum. HIER. psalt. sec. Hebr. 73, 17 aestatem et hiemem (VVLG. a. et ver). ACT. Archel. 11, 1 (*sec. doctrinam Manichaeorum*) mundus ... nec ipse est dei, sed ex parte materiae -tus. *al.* **b** *aedificando, sc.* templum (*in imag. de corpore Christi nascentis vel resurgentis; subest e. g. Ioh. 2, 19sqq.*): PS. CYPR. pasch. 17 p. 264, 16 t., quod *Christus* ... suis ... manibus ... -vit (formavit *var. l.*). PROCL. laud. Mar. 4 verbum ... t. ⌊vivifice -vit⌋ (*gr. p. 103, 26 ἐζωοπλάστησεν*). RVSTIC. c. aceph. p. 1213^{B} *deus* -vit et suscitavit t., id est hominem *Iesum.* **c** *consilium parando*: VVLG. IV reg. 19, 25 (*loq. deus*) ⌊ex diebus antiquis -vi illud et nunc adduxi⌋, eruntque in ruinam ... civitates (⌊ ⌋ *sim.* Is. 37, 26).

2 *ab hominibus, sc. -antur effigies sim.*: *idola impia*: VET. LAT. Is. 44, 10 (Iren. 3, 6, 3) qui -ant deum et sculpunt inutilia (blasphemant *codd. Iren.; restit. sec. gr. πλάσσοντες, cf. Vulg.* formavit). Hab. 2, 18 (Priscill. 1, 16) finxerunt illud conflatile ..., et qui -verunt illud, confusi sunt *eqs.* EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 5, 20 p. 83, 16 (*in imag.*) qui *pseudoprophetae* ... quodlibet idolum factum atque -tum in mentibus ... seminarent. ISID. expos. in exod. 38, 1 vitulum *aureum.* *quaelibet*: PROCL. laud. Mar. 6 quod -verat *figulus.* COMMON. patr. 2, 9 *frater figulus* fecit ex luto et -vit quasi figuram mulieris. *ibid.* -vit quasi filiam sibi.

II *cum obi. quod tractatur, mutatur* (*in quam formam, quem statum, indicat praepos.* in *c. acc. l. 20, acc. praedic. l. 23*): **A** *tractatur materia rudis:* *in compar.* (*-at figulus sim., cui comparatur deus; aliter p. 2351, 12 sq.*): VET. LAT. Sirach 33, 13 quasi lutum figuli in manus ipsius, -are illud et disponere. IVLIAN. epit. in psalm. 138, 5^{b} ('tu formasti me *eqs.*') similitudine massam quamlibet -antis et conglutinantis. *in imag.*: PS. AMBR. paenit. 27 p. 1000^{B} (*spectat ad Ier. 18, 4*) suadet ... figulus noster, *i. deus,* a viis pessimis ... nos ... averti, ut conversio poenitentiae in aliud vas possit fracturas nostras vitiaque -are. **B** *reformantur vel erudiuntur homines*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 9, 1 (*ironice ad Arianum quendam*) cur et alios ... vis sanctos -are? cur theologos ... facis *eqs.*? CHRON. Alex. chron. I p. 116, 235 *v. p. 2351, 1.*

appendicula syntactica et stilistica: **1** *additamenta selecta (cf. l. 14); indicatur*: **a** *e qua materia quis vel quid -etur (adde adv.* aliunde *p. 2350, 64):* *per praepos.*: VET. LAT. gen. 2, 7 (Canon. Turner I 2, 1 p. 338a) e limo terrae (IREN. 5, 15, 2 HIER. c. Ioh. 18. *al.; cf.* e terra: TERT. adv. Iud. 13, 11 IREN. 1, 18, 2. 5, 15, 4; ex luto: CONC.^{S} I 3 p. 163, 35 COMMON. patr. 2, 9 RVSTIC. c. aceph. p. 1177^{A}. *sim. al.*). PS. CYPR. pasch. 21 p. 267, 13 de terra (FILASTR. 97, 6. *al.; cf.* de humo: PS. ORIG. tract. 1, 16 [*si recte suppl.*]. PS. AVG. serm. ed. Mai 166, 4. *sim. al.*). IREN. 5, 15, 4 a ... materia. *abl. nudo p. 2348, 52. 2351, 15 et* PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 28, 3 terrae limo. ARATOR act. 2, 638 solo. **b** *qualis quis -etur, per praedic. p. 2350, 55 et* PS. ORIG. tract. 4, 4 *Adam* imperfectus ... -tus est.

2 *accedunt voces notionis similis, sc. maxime* facere (*p. 2350, 65. 2351, 6. et saepe; disting. p. 2350, 60. 2351, 8*), *ceterum e. g.* fabricare *p. 2350, 38 et* SEDVL. op. pasch. 2, 6 p. 202, 2, fingere *l. 7. p. 2351, 25. al.,* formare IREN. 4 praef. 4, machinari *p. 2350, 58; disting. vel opp.* concipere *p. 2350, 43,* facere (*v. supra*), generare *p. 2350, 40,* gignere *p. 2351, 11. 43,* nasci (*sc. pass.* -ari) *p. 2350, 54. 2351, 42.*

3 *iuncturam* plasmā -are *v. p. 2348, 52.*

deriv.: plasmabilis, plasmatio, plasmator, plasmatura.

compos.: com-, replasmo.

plasso, -āre, *πλάσσω.* *i. q. formare*: APIC. 2, 1, 2 *lolliginis* pulpa ... fricatur et exinde isicia -antur (2, 1, 3 pulpae i. -antur. *cf. 2, 1, 7* i. formabis).

plasta *vel* **plastēs,** -ae *m., πλάστης.* *de scriptura*: PROB. app. gramm. IV 199, 5 -a, non blasta. *de formis: sing. nom.* -es *l. 61. 64. p. 2353, 8. al.,* -a *l. 50. p. 2353, 4; gen. et dat.* -ae, *nisi forte gen.* -is *p. 2353, 45* (*ut in nomine proprio* CIL VI 25076 [*saec. I*]); *acc.* -en *l. 67; plur. ratione lat. formatur* (*praeter acc.* -as *ambiguum; gen. non occurrit*). GLOSS. -es: conpositor. [*confunditur in codd. c.* plaustr- PORPH. Hor. epist. 2, 1, 237 VVLG. Is. 41, 25. *falso trad. pro* psaltes (*nisi excidit nescioquid*) GLOSS. III 502, 79 -es: psalmista. *vix huc pertinet* CIL VI 2276 (⟨eico⟩noplastes *tempt. Mommsen*).]

i. qui format vel fingit, fictor: **1** *de artifice imagines, statuas sim. fabricante* (*accedunt adi. technica l. 71. p. 2353, 9sq., gen. rei fictae l. 71*): **a** *respicitur quaelibet materia* (*fere iuxta alia officia*): VITR. 1, 1, 13 non ... debet ... esse architectus ... -es, quemadmodum Myron seu Polyclitus, sed rationis plasticae non ignarus. VELL. 1, 17, 4 grammaticis, -is, pictoribus, scalptoribus *eqs.* PETRON. 88, 5 ut ad -as convertar, Lysippum *eqs.* CIL VI 37400 (*saec. I*) M. Pilius ... Timo, -es. TERT. idol. 3, 2 *non* interest, an -es effingat an caelator exsculpat an phrygio detexat, quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lapide ... formetur idolum. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 90 ⌊caelatorem ac -en⌋ statuarum (⌊ ⌋ = SCHOL. Hor.). epist. 2, 1, 237 in pictoribus ac -is (plaust(r)is *trad.; cf. 239* aerarius signifex). FIRM. math. 4, 13, 2 aut tornatores aut -as aut sculptores. 4, 14, 13 -as (*ed. Aldina,* plasias *al. codd.*). SCHOL. Iuv. 9, 145 ('curvus caelator') anaglypharii -ae. VVLG. Is. 44, 9 -ae idoli omnes nihil sunt.

b *respicitur materia mollis tractanda* (*incerta v. sub a; cf. deum figulum sub 2*): **α** *argilla sim.*: PLIN. nat. 35, 152 (*151* fingere ex argilla similitudines) Butadis *figuli* inventum est ... ex rubra creta fingere ...; propter hunc -⟨a⟩e appellati (*in eodem cap.*: 35, 154 ⌊-ae⌋ laudatissimi

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuere Damophilus et Gorgasus, iidem pictores *eqs.* [ ] -strae *codd. plerique; hinc pendet l. 36*]). TERT. nat. 1, 12, 7 omne simulacrum, seu ligno seu lapide desculpitur seu aere defunditur ..., plasticae manus praecedant necesse est; -a autem lignum crucis in primo statuit (*cf. 8* huic ... statumini argilla desuper intexta ... membra complet. *de eadem re*: apol. 16, 7 diximus [*sc. 12, 3*] originem deorum vestrorum a -is in [de *var. l.*] cruce induci). EDICT. *v. l. 9.* VVLG. Is. 41, 25 adducet magistratūs quasi lutum et velut -es conculcans humum. ISID. orig. 19, 15 *v. l. 42. 45.* **β** *gypsum* (*cf. p. 2352, 66*): EDICT. imp. Diocl. 7, 29 sq. L. [-ae imaginario] *diurna merces tanta* ...; (30) reliquis -is gupsariis *eqs.* (*disting. 24a* aerario. [ ] *ad α spectat, v. e. g. Blümner, comm. 1893, ad l.*). FIRM. err. 6, 4 *Iuppiter* imaginem eius *Bacchi* ex gypso plastico opere perfecit et cor pueri ... in ea parte [-es] conlocat, qua *pectus fuit* ([ ] *coni. Bursian, qui etiam* plasti [*i. operis plastici*] *temptavit*; plastē *cod.*). **γ** *cera*: HIER. epist. 53, 3, 1 mollis cera et ad formandum facilis, etiamsi artificis et -ae cesset manus, tamen *eqs.*

2 *de deo creatore*: HIER. in Zach. 11, 12 l. 336 fictoris -aeque iudicio (*antea*: 'ad statuarium', pro quo in hebraeo legitur 'ioser', id est *τὸν πλάστην,* quem nos fictorem et figulum possumus dicere). *ibid.* l. 359 -ae suo atque fictori ... deo. VVLG. Is. 45, 11 dominus sanctus Israhel, -es eius (*cf. 9* fictori, ... figulo). 45, 18 formans terram et faciens eam, ipse -es eius, non in vanum creavit eam.

cf. Onom.

plastica *et* **plasticē** *v. l. 36. 48.*

[plasticātor *olim falso afferebatur e* FIRM. math. 8, 16, 3, *ubi* implast(r)atores *sim. codd.; v. vol. V 2, 531, 33.*]

plasticus, -a, -um, *πλαστικός. formae graecae* -ē, -ēs, -ēn *occurrunt sub 2a (cf. l. 29); pro voce gr. accipitur l. 38. 44.* [*e coni. incerta acc. sing. neutr. gr.* -on *pro* practicon, *v. vol. X 2, 371, 39.* -us *olim falso afferebatur e* FIRM. math. 7, 26, 10, *ubi* plastratos *codd., v. vol. V 2, 531, 31.*]

i. q. ad artem formandi spectans: **1** *usu adi.*: VITR. 1, 1, 13 rationis -ae (*v. p. 2352, 62*). TERT. nat. 1, 12, 6 -ae manus (*v. l. 3; spectat ad opus fictile*). FIRM. err. 6, 4 ex gypso -o opere *eqs.* (*v. l. 12*).

2 *fem. pro subst., i. q. ars vel actio formandi vel res formata; respicitur opus*: **a** *artificis imaginem fingentis, sc. ex argilla vel gypso; non nisi forma gr.* plasticē, -ēs: PLIN. nat. 1, 35, 45 nobilitates artificum in -e (*pendet e p. 2352, 75*). 34, 35 similitudines exprimendi quae prima fuerit origo, in ea, quam -en Graeci vocant, dici convenientius erit (*disting.* statuaria). 35, 151 -en (*disting.* pictura). 35, 152 -en (*bis; cf. ibid.* fictores. *inde* 1, 35, 43 -es primi inventores). 35, 156 *Pasiteles* -en matrem caelaturae et statuariae scalpturaeque dixit. ISID. orig. 19, 15, 1 (*inde, omisso tit.,* GLOSS.[L] I Ansil. PL 178 [cod. Paris.]) de plastis: -e[n] est parietum ex gypso effigies signaque exprimere pingique coloribus; -e[n] (*πλάττειν Arévalo*) autem dictum graece, quod latine est fingere terra vel gypso similitudines; nam et inpressa argilla formam aliquam facere [plastis] est ([ ] plaust- *var. l.; an gen.? cf. p. 2352, 51*). *fort. restituendum*: GLOSS. V 319, 1 p⟨l⟩astice: compositio. **b** *dei creantis, sc. fere homines eorumve corpora; non nisi forma lat.* plastica, -ae (*qua significatur sive actio sive ipsum corpus; huc pertinere vid.* GLOSS.[L] Corp. P 461 -a: creatura): TERT. anim. 43, 11 *deus* proponit ... tibi corpus *dormiens* ... ut testationem -ae et sepulturae. cult. fem. 2, 2 l. 43 accusandus decor non est, ut felicitas corporis, ut divinae -ae accessio. 2, 5 l. 8 (*antea*: quae cutem medicaminibus urgent) displicet nimirum illis dei -a (*simili contextu*: CYPR. hab. virg. 15 opus dei et factura eius). spect. 18, 2 p. 20, 5 *in stadio non tibi placebit* cura facticii corporis, ut -am dei supergressa. *diabolus putatur corpora plasmasse, sc. ab haereticis*: HIER. epist. 22, 38, 7 si ... corporis earum *virginum haereticarum* auctor est diabolus, quomodo possunt honorare -am hostis sui? (-um, -as, plasmat(i)onem *var. ll.*).

plastographīs: falsis scriptis GLOSS. *e πλαστόγραφον, quod tamen gr. non legitur* (*sed cf. πλαστογράφος, i. fictor*); pla(u)str- *et* -gravis *codd. nonnulli.*

plastus, -a, -um, *πλαστός.* GLOSS.[L] I Ansil. PL 221 [-us]: finctus, creatus ([ ] plaus- *trad.; cf. formam gr.* 177 -on: fictum graece [plant- *var. l.*]). [*de dubia iunctura* primo -us *v. vol. X 2, 1265, 52.*]

i. q. fictus: de ratione fallaci (*sc. somnii*): FVLG. myth. 1 praef. p. 13, 15 (vers.) simulacra modis mentes fallentia -is. *de homine a deo creato* (*cf. l. 72 sq.*): VIRG. gramm. epit. 4, 13, 1 -us homo.

n. **plastum,** -ī *pro subst.* **1** *fere i. q. effigies ab artifice formata* (*cf. coni.* -i *l. 13*): ISID. orig. 19, 15 tit. de -is (*v. l. 42; nota 19, 11* sequitur de venustate aedificiorum *et e. g. 19, 12 tit.* de laquearíis, *19, 16 tit.* de pictura). **2** *fere i. q. corpus a deo formatum* (*disting.* affla, *i. anima*): VIRG. gramm. epit. 1, 2, 2 *homo* -um telleum afflamque habet aetream. *ibid.* -um afflae *servire debet.* 2, 1, 3. 4, 13, 1 -um ex limo. 4, 13, 2.

compos.: cf. primoplastus. *cf. Onom.* *Spoth.*

platacervus *v.* platyceros.

platalea, (-ae) *f.* [*fort. explicandum simili ratione atque* 2. platea (*q. v.*), *quamquam non invenitur gr. adi.* **πλαταλέος* (*sed cf. ὠκύς*: *ὠκαλέος sim.*). *Fo.*] *nomen avis incertae* (*fort. eiusdem atque* 2. platea): CIC. nat. deor. 2, 124 legi ... scriptum, esse avem quandam, quae -a nominaretur; eam *pisces captos aliis avibus eripere eqs.*

platanētum, (-ī) *n.* *a* platanus. *i. q. silva platanorum* (*cf.* platanon): GLOSS. -um: *πλατανών.* -o: ubi sunt multae (*alias* multi) arbores [platani] (*om.* GLOSS. IV 548, 32).

platanĭnus, -a, -um. *a* platanus. *de quantitate incerta v. Kircher-Durand, Les noms en -nus, -na, -num, 1982, 58 sq.* *i. q. ad platanum pertinens*: COLVM. 12, 16, 3 alii foliis vitigineis, nonnulli -is (platanis *var. l.*) ... uvas contegunt. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 48, 3 virgas ... mali granati, quamquam LXX ... '-as' habeant (*respic. gen. 30, 37, v. l. 66*).

platanista (-ēs?), *acc. pl.* -ās *m., πλατανιστής* (*quae vox hoc sensu in gr. non legitur*). *significatur genus quoddam delphinorum* (*v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 204*): PLIN. nat. 9, 46 (*inter pisces insignes*) in Gange Indiae -as vocant, rostro delphini et cauda *eqs.*

platanōn, -ōnis *m., πλατανών. excepto gen. sing.* -is *l. 26 declinatur ut vox gr.* *i. q. silva platanorum*: VITR. 5, 11, 4 (*de xystis faciendis*) ut sint inter duas porticus silvae aut [-es et] in his perficiantur inter arbores ambulationes ([ ] plata non esset *codd.*). SEN. epist. 55, 6 -a medius rivus ... a mari ... dividit. PETRON. 126, 12 ut *ancilla* in -a perduceret dominam (*cf. ibid.* daphnona). 131, 1 in eundem -a descendi. MART. 3, 19, 2 exornant fictae ... -a ferae. 12, 50, 1 -ās (*v. p. 2228, 53*). PLIN. epist. 1, 3, 1 quid agit Comum, ... quid -n opacissimus *eqs.*? CVRIOS. urb. p. 94, 8 -is (= REG. urb. *ibid.* [platonis *al. var. ll.*]. *subaudiasne* platea? *fuit in Aventino, v. Coarelli, Lex. topogr. urb. Rom., IV 94*). SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 13 myrtos et -a pervagatus. *Bl.*

platanus, -ī (-ūs) *f., πλάτανος* (*item* PRISC. gramm. II 25, 2. *cf.* ISID. orig. 17, 7, 37 -us a latitudine foliorum dicta, vel quod ipsa arbor patula sit et ampla, nam *πλατύς* Graeci latum vocant. GLOSS.[L] *p. 2361, 3*). NOT. Tir. 105, 8 -us. *de genere*: PRISC. gramm. II 169, 10 *apud vetustissimos* hic et haec ... -us. *de formis: nom. plur.* -us CVLEX 124 (-i *var. l.*); *testatur* VARRO ling. 9, 80 de ficis, -is et plerisque arboribus, de quibus alii extremum 'us', alii 'ei' faciunt (*postea decl. IV*[am] *vituperat, ut* CHAR. gramm. p. 19, 25). *nom. sing. gr.* -os ORIBAS. *l. 53.* *producitur* plā- CARM. app. Maxim. 5, 7. *de notione*: GLOSS. -us: *πλάτανος.* herba multo frigida (*cf. l. 53*). genus est arboris. GLOSS. II 579, 18 fagus: genus -i (*obscurum, ut* III 539, 11 faba ririca ['sirica?' *Goetz in indice*]: id est -o). *legitur inde a* CATONE, VARRONE, CIC. [*val.* paltin *'Quercus cerris', neap.* kyatęnę, *pedem.* pyayu *'Acer', monteferr.* čaya, *francog.* plane *'Acer pseudoplatanus' ut etiam mondov.* cigio, *cat.* plado *vel* blade, *astur.* pládano, *vasc.* plade; *cf. in Gallia or. francog.* plane, *francog. med.* plan *'Platanus orientalis', in regione q. d. Aude* blazèro *'Acer'. cf. M.-L. 6582. Wartburg IX 36. Corominas*[2] *II 346. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* planta PS. APVL. herb. interpol. 75 l. 35 (*in falsa var. l.* AETNA 263).]

genus arboris, sc. 'Platanus orientalis L.' (*aliter l. 38; gr. resp. πλάτανος vel πλατάνιστος*): **1** *praemonenda*: **a** *loci potiores de natura*: VARRO rust. 1, 37, 5 aliae *arbores* latius *diffundunt radices,* ut -i (*sim.* PLIN. nat. 16, 127. 129). PLIN. nat. 16, 30 *cachrys* gignitur et in ... -o. 16, 90 latissima *folia sunt* fico, viti, -o. 16, 98 festinat et -us *germinare.* 17, 235 quarundam natura rimosus cortex, ut -is. ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 24 Aa p. 497 -os arbor est humida et frigida est substantia (*sim.* La). *al.* **b** *iuncturae nominales: epitheta selecta*: CIC. carm. frg. 22, 10 sub -o umbrifera (*cf.* AVR. Fronto p. 30, 5 -us umbrosa. PALLAD. ins. 145 umbrantes -os). VERG. georg. 2, 70 steriles (QVINT. *l. 61*). HOR. carm. 2, 11, 13 alta (OV. met. 13, 794. *al., cf. e. g.* CVLEX 124 aeriae. APVL. met. 6, 12, 4 procerissima. CARM. app. Maxim. 5, 7 sublimis). 2, 15, 4 -us ... caelebs evincet ulmos (PORPH. celibem -um ait eleganter, quoniam e contrario maritari arbores dicuntur, quibus vites iunguntur. *in eadem opp.*: MART. 3, 58, 3 vidua. QVINT. inst. 8, 3, 8 sterilem [*cf. l. 56. p. 2355, 12*]). OV. met. 10, 95 genialis (*cf. 2bα*). *al.* *partes selectae*: CIC. carm. frg. 22, 13 -i in ramo. SCRIB. LARG. 2 -i pilulae (*al., v. p. 2143, 47; cf. e. g.* pila *p. 2133, 32,* baca PLIN. nat. 15, 29 DIOSC. 4, 131 p. 61, 10 CAEL. AVR. chron. 2, 4, 85). VET. LAT. gen. 30, 37 (cod. 100) virgam ... -i (Ambr. Iac. 2, 4, 19 de -o, VVLG. ex -is [plataninas *var. l.*]; *explicat* AMBR. *ibid.* per -um spiritalis fructus significatur ubertas, quia arbori huic vitis adnectitur [*confudit, quae l. 59 narrantur*]). *al.*

2 *exempla usum illustrantia*: **a** *respicitur cultura, propagatio -orum* (*fort. addas p. 2355, 8*): CATO agr. 51 -um ... a capite propagari eximique serique ... oportet (*sim.* 133, 2. *inde* PLIN. nat. 17, 96). VERG. georg. 2, 70 *insitione* steriles -i malos gessere (*inde* PLIN. nat. 15, 57. *item de insitione*: PLIN. nat. 17, 99 semine ... inserere natura docuit ... ventis saepe translato in aliquas corticum rimas, unde vidimus ... -um in lauru. 17, 121 capacissima insitorum omnium ducitur -us. PALLAD. 3, 25, 17

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pirus inseritur in ... -o. ins. 87. *al.*). Ov. rem. 141 quam -us vino gaudet ... tam Venus otia amat (*cf.* Macr. Sat. 3, 13, 3 Hortensius -os suas vino inrigare consuevit. *v. etiam Plin. nat. 12, 8*). *al.*

b *respicitur utilitas -orum, quae*: **α** *umbram vel locum aptum reclinantibus praebere dicuntur* (*cf. epitheta p. 2354, 54*): Cic. de orat. 1, 28 cur non imitamur, Crasse, Socratem illum, qui est in Phaedro Platonis (*230B*)? nam me haec tua -us admonuit. Catvll. 64, 290 *Peneus* tulit radicitus ... fagos ... non sine nutanti -o ...; haec circum sedes late contexta locavit. Verg. georg. 4, 146 ministrantem -um potantibus umbras. Hor. carm. 2, 11, 13 cur non sub alta vel -o vel hac pinu iacentes ... potamus? Ov. ars 2, 697 nec -us, nisi sera, potest obsistere Phoebo. Nvx 17 -is sterilem praebentibus umbram. Petron. 131, 8 (vers.). Calp. ecl. 4, 2. Plin. nat. 12, 6 quis non iure miretur arborem umbrae gratia tantum ex alieno petitam orbe? -us haec est. 17, 90 iucunda *umbra* ... -i, quamvis crassa. Plin. epist. 5, 6, 20 *areola* quattuor -is inumbratur. *al.* Avr. Fronto p. 249, 15 sub -is ... disputari. Apvl. met. 1, 18, 8 iuxta -um istam residamus. *al.* **β** *in medicina adhibentur*: Scrib. Larg. 2 *prosunt ad capitis dolorem* -i pilulae ... aceto incoctae. Plin. nat. 24, 44 *v. l. 23.* Ser. med. 157 *impetiginem* poteris cohibere ... folio -i. Plin. med. 3, 3, 5 -i vel flos vel mora ... sanant *vulnera.* Marcell. med. 14, 63 -i pilulam ... suspende collo laborantis. *al.* **γ** *ad varios usus adhibentur*: Plin. nat. 15, 29 *oleum* luminum causa et e -i bacis fieri. 15, 66 hoc idem (*sc. uvas servare*) Graeci *faciunt* -i foliis. 24, 44 -i adversantur vespertilionibus, pilulae earum in vino potae ... scorpionum venenis.

c *narrantur mirabilia quaedam de -is singulis*: Varro rust. 1, 7, 6 Cretae ad Cortyniam dicitur -us esse, quae folia hieme non amittat (*sim.* Plin. nat. 12, 11). 1, 37, 5 (*antea p. 2354, 49*) usque eo, ut Theophrastus scribat Athenis in Lyceo, cum etiam nunc -us novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse. Plin. nat. 16, 240 ibi, *sc. Aulocrene,* -us ostenditur, ex qua pependerit Marsuas. 17, 242 -o in oleam mutata. 33, 51 *Cyrus* invenerat ... in eo *auro* ... -um, vitem (*cf.* 33, 137 -um auream vitemque. Epist. Alex. p. 193, 13 inter aureas -os *in pariete*). *al.* Mart. 9, 61, 6 stat -us densis Caesariana comis.

d *exempla varia selecta*: Varro Men. 390 caeditur lotos ..., -us ramis (*suppl.* privatur *sim.*). Cic. leg. 2, 7 cave ... putes Attici nostri Amalthio -isque illis quicquam esse praeclarius. Prop. 2, 32, 13 Pompeia ... porticus ... et -is creber pariter surgentibus ordo. Ov. met. 13, 794 -o conspectior alta *Galatea* (*item in compar.*: Mela 2, 38 *Peloponnesos* -i folio simillima [*sim.* Plin. nat. 4, 9 Avien. orb. terr. 563 Prisc. periheg. 402]. Plin. nat. 12, 128 *folia ferulae* sunt ... -i divisura. *al.* Vet. Lat. Sirach 24, 19 quasi -us exaltata sum iuxta aquam [Isid. orig. 17, 7, 37 dilatatus. *cf. veriloquium p. 2354, 30*]. *al.*). Sen. Oed. 452 verno -us folio viret. Ivv. 1, 12 *poeta recitante* Frontonis -i convulsaque marmora clamant. *al.* *adhibetur in nomine loci iuxta Antiochiam siti* (*cf. Procop. aed. 5, 5, 1 Πλατανὼν ὄνομα*): Itin. Anton. Aug. p. 147, 2 -os. Burdig. p. 582, 2 mansio -us. Vict. Tonn. chron. II p. 194, 504 Antiochenus episcopus ... in possessionem -i vocabulo ... recedit.

deriv.: platanetum, plataninus. *cf. Onom.* *Schrickx.*

1.platea (-ēa *l. 64*), -ae *f.* [*vox gr. πλατεῖα, sc. fem. adi. πλατύς, primitus cum ὁδός iuncta ('via lata'), inde a saec. IV a. Chr. etiam pro subst. adhibita est (v. Bauer, Wb. zum NT, s. v.); quae, cum* platēa *graece pronuntiaretur, in linguam lat. transiit vocali ante vocalem correpta* (*cf. e. g.* balnĕum), *v. Leumann, Gramm. 1977, 65. 78; usu recentiore* (*v. l. 64*) platēa *vocalem productam praebet, v. André, Bull. Soc. Ling. 53, 1, 1958, 146. Fo.*] *originem gr. testantur e. g.* Don. Ter. Andr. 796, 3 *et* Hil. *infra l. 66.* *scribitur* platae- CIL VIII 51 (*non post saec. III med.*). Inscr. Année Épigr. 1964 n. 182 (*bis; Lilybaei, saec. III*^{1}) *et e. g.* Vet. Lat. Marc. 6, 56 (cod. 3), plati- *p. 2356, 36 et* CIL IX 5746 (*saec. II in.*). Inscr. christ. urb. Rom. 14193 (*saec. III?*). CIL XIII 7336. 11726 sq. (*cf. l. 63*), *ceterum in codd. ant.* plath- Vet. Lat. Matth. 6, 5 (cod. 1 *saec. IV/V*). Vvlg. gen. 19, 2 (cod. G *saec. VI/VII*); placia *v. l. 63.* *abbreviatur in titulis* CIL XIII, *sc.* plat 7337 (*a. 229*), pla 7261 (*a. 215*), pl 8251 (*saec. II/III*), *fort. et* p (*v. p. 963, 60*). Not. Tir. 38, 44^{b} -a. 120, 77 placia (-tea *cod. K corr.,* -tia *cod. Gen.; cf. p. 2358, 63*). *producitur* -e- *ab* Opt. Porf., Avson., Prvd. *al.* *de notione*: Hil. in psalm. 118 daleth (= 4) 12 -as latitudines esse graecus sermo designat et nos putamus has esse urbium vias. Ps. Avg. serm. 62, 11 -ae perpetuae ac latiores civitatum viae sunt (*inde* Isid. orig. 15, 2, 23). Gloss. -a: *πλατεῖα. ἀγυιά.* via spatiosa. -ae: viae latae a porta in portam. *al.* *legitur decies apud* Plavt., *sexies apud* Ter.; *deinde singulis locis, nisi aliter indicavimus, apud* Catvll., Caes., Bell. Alex., Hor., Liv., Vitr. (*octies*), Inscr. (*saepe inde a saec. I*^{1}), Ascon. (*bis*), Plin. *min.; postea saepius inde ab* Apvl. [*dial. Curictarum* plasa, *it.* piazza (*inde val.* piaţă), *sard. centr.* piatta, *raet. or.* platse, *occ.* plazza, *francog.* place, *francoprov.* plasa, *cat.* plassa, *hisp.* plaza, *port.* praça (*non e hisp.*); *abiit in got.* plaja *et in linguam Vascorum* plaza. *cf. M.-L. 6583. Battisti-Alessio IV 2898. Wartburg IX 41. Corominas*^{2} *IV 576. C. S.*] [*e coni. dub.* Cic. leg. agr. 2, 96 prae illis -is, *cf. vol. X 2, 490, 23 sq.*]

i. q. *πλατεῖα* (*quod gr. fere respondet, nisi aliud indicavimus; iunctura abundanti* -a lata *p. 2358, 24*): **1** *notione communi significatur via lata urbis, vici sim.* (*Palatii l. 64, monasterii l. 40, cf. castellorum vias p. 2357, 41; de -arum appellationibus v. p. 2358, 16*): **a** *generatim*: Plavt. Amph. 1011 *Naucratem quaerens* omnes -as perreptavi, gymnasia et myropolia *eqs.* Aul. 407 date viam ..., facite totae -ae pateant. Capt. 795 ne quis in ha⟨n⟩c -a⟨m⟩ negoti conferat quicquam sui (*item* in *c. acc.*: Trin. 840 ingreditur. 1006. Ter. Eun. 344 *se* advorterat in hanc nostram -am. Vet. Lat. Luc. 10, 10 [cod. 2. *al.* = Vvlg.] exeuntes. *al.*). Cas. 799 suavi cantu concelebra ... -am hymenaeo. Cist. 534 quis hic est, qui recta -a cursum huc contendit suom? (Ter. Ad. 574 praeterito hac r. -a. 582 ad sinistram hac r. -a. *cf.* Bell. Alex. 2, 5 derectis -is ... movebant *machinas*). Curc. 278 parasitum ... video currentem ... in -a ultima (Ter. Phorm. 215 quem video in u. -a. *item* in *c. abl.*: Ter. Andr. 796 in hac habitasse -a ... Chrysidem. Eun. 1064 si te in -a offendero hac. Catvll. 15, 7 praetereunt. Vitr. 1, 6, 1 consistere. Apvl. met. 2, 27, 1 in proxima -a. Vet. Lat. Marc. 6, 56 [cod. 5. *al., sim.* Vvlg.] in -is ponebant ... infirmos [*gr. cod. D πλατείαις, sed plerique ἀγοραῖς; cf.* cod. 3 in foro et in -is]. Hier. c. Lucif. 1 luminaria iam in -is accensa. *al.*). Mil. 609 sterilis hinc prospectus usque ad ultumam est -am (Act. Petr. 32 *ad spectaculum* turba magna convenit ⌞ad -a(m) quae dicitur⌟ sacra via [⌞ ⌟ *om. gr.*]. *al.; cf. e. g. p. 2357, 65*). Caes. civ. 1, 27, 3 *ne* milites oppidum inrumperent, portas obstruit, vicos -asque inaedificat. Hor. epist. 2, 2, 71 purae sunt -ae, nihil ut meditantibus obstet. Liv. 25, 25, 8 *castrorum* portis regione -arum *Syracusanarum* patentibus stationes ... disposuit. Apvl. met. 8, 6, 5 *Tlepolemi uxor* cursu ... bacchata furibundo per -as populosas (10, 34, 3 miles per mediam -am dirigit cursum. *al.* Amm. 22, 12, 6 transeuntium. Prvd. c. Symm. 2, 1088 *virgo* fertur per medias ut publica pompa -as. Conc. Matisc. a. 581/583 p. 226 l. 92 ut Iudaeis ... per -as aut forum ... deambulandi licentia denegetur. *et saepe*). Tert. spect. 8 p. 10, 14 -ae et forum et balneae ... sine idolis omnino non sunt. CIL XIII 11726 (*saec. III, cf. p. 2357, 41 sqq.*) g⟨e⟩nium ... vicanis Grinar(ionensibus) -(a)e Sumeloce(nnensis) *dedit.* Inscr. Moes. Sup. VI 223 (*inde suppletur* 221. *ante saec. IV*) sodales platiae sup(erae) (*vel* sup(erioris). *nomen personae intellegunt edd. vix recte, cf. p. 2355, 58*). Hist. Avg. Carac. 9, 9 qua *via nova* pulchrius inter Romanas -as non facile quicquam invenias. Fvlg. myth. 1, 21 Homerus *Τροίην εὐρυαγυῖαν* dixit, id est Troiam latas -as habentem. *et saepe.* *?de parte monasterii* (*cf. p. 2357, 35*): Greg. M. dial. 4, 16, 7 in -a ante eiusdem cellulae ostium duo chori psallentium constiterunt.

b *speciatim*: **α** *de -a facienda:* *iuncturae variae*: Vitr. 1, 6, 1 sequuntur intra murum arearum divisiones -arumque et angiportuum ad caeli regionem directiones (1, 6, 12). 2, 8, 11 -a ampla latitudine facta *Halicarnassi* (Avson. 24, 77 [292, 5 S.] *Arelate,* Rhodani sic intercisa fluentis, ut mediam facias navali ponte -am [*explicat Green ad l.*]). *al.* (*v. p. 2358, 33. 34*). Inscr. Année Épigr. 1995 n. 1551 (*Attaliae; saec. I in.*) ⟨plate⟩am ... munierunt (*si recte suppl.*). 1997 n. 740 (*Segestae; saec. I*^{2}) -am a Sosia usque ad fanum (*verbo quodam subaudiendo*). CIL IX 5746 divos Traianus ... balneum et -as rep(arandas) mandavit. Inscr. Année Épigr. 1964 n. 181 (*Lilybaei; a. 169/172*) in straturam -ae Cererum sacrae. 1948 n. 111 (*Thamugadi; a. 213*) opus -ae a thermis usque ad introit(um) perfectum (CIL VIII 23291 [*a. 288*] istut opus -ae ... pe(r)fecerunt. *adde l. 63*). CIL VIII 4878 (*a. 323*) -am v⟨e⟩terem ⟨omni⟩ lapid⟨e⟩ sp⟨o⟩liatam ... constravit. *al.* -am sternere: Inscr. Sard. Sotgiu I 50 (*a. 83*) -as et ⌞c⟨...⟩⌟ itinera municipii C⟨aralit(anorum)⟩ sternenda *curavit* (⌞ ⌟ c⟨ampi⟩ *tempt. Devijver-Van Wonterghem, Zeitschr. Pap. Epigr. 54, 1984, 203; an* c⟨uncta⟩*?*). CIL X 7516 (*saec. I/II?*) *quidam* pro co(n)s(ule) *Sardiniae* -am, quae strata non erat, stravit. Inscr. Année Épigr. 1902 n. 146 (*Thamugadi; a. 143*) -am stratam ... dedicavit (Inscr. Dessau 5351 [*ibid.; a. 151*]. CIL VIII 20367. Hier. tract. in psalm. I p. 110 l. 42 -ae eius *Hierusalem* stratae ... zmaragdo. *cf. l. 59*). 1964 n. 182 (*Lilybaei; saec. III*^{1}) -am vici Septizodi sternendam et perficiendam curavit (*ibid. iterum*). Hist. Avg. Heliog. 24, 6 stravit et saxis ... porphyreticis -as in Palatio, quas Antoninianas vocavit. *al.*

β *respiciuntur variae -ae proprietates* (*sc. praeter commodum, quod euntibus praebetur*): Ⓘ *in -a fit negotiatio*: Ascon. Pis. p. 17, 1 dictum est ... -am esse Capuae, quae Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiari sint soliti. p. 17, 3 qui in ea -a negotiarentur. Inscr. christ. urb. Rom. 14193 (*saec. III?*) pernar⟨i⟩us de -a macelli (*v. Steinby, Lex. top. urb. Rom. IV 94*). Edict. procos. (Année Épigr. 1980 n. 903; *ca. a. 363*) vectigal(i) plate(ae) ... nundinan⟨di causa con⟩lato. Ⓘ *in -a vagatur populus, circumfertur plebs; vox ponitur: ad indicandum aliquid palam, in conspectu omnium fieri*: Vet. Lat. prov. 1, 20 (Hil. in psalm. 118 daleth [= 4] 12. *sim. al., cf. p. 2358, 6*) sapientia ... in -is cum

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libertate agit (VVLG. in -is dat vocem suam). Is. 42, 2 (Cypr. testim. 2, 13. *al.; versum affert* Matth. 12, 19 [cod. 1. *al., sim.* VVLG.]) neque audiet quis in -is vocem eius *servi electi* (*gr. sec. Matth. πλατείαις, sed LXX ἔξω; cf. Tert. adv. Marc. 3, 17. al. et Vulg. Is.* foris). Matth. 6, 5 (cod. 3. *al.* = VVLG.) *hypocritae amant* in angulis -arum stantes orare (*inde e. g.* EVAGR. GALL. alterc. p. 50, 11 in -is oras). Luc. 12, 3 (cod. 2. *al.*) quod in aure locuti estis ..., praedicabitur super tecta ⌞et in -is⌟ (*om. gr. et Vulg.*). PALLAD. c. Ambr. fol. 337^{r}, 22 audax in angulo, in -is timidus, fervens in latebris, in publico tepidus (*sc. Ambrosius*). AVG. civ. 14, 20 p. 43, 25 (*de Cynicis*) in vico aut -a qualibet *concumbere* (*antea*: palam). *al.* *ad illustrandam sedem hominum infimorum*: VET. LAT. Luc. 14, 21 (cod. 2. *al., sim.* VVLG.) exi cito in -as et vicos civitatis et mendicos ... et caecos perduc *ad convivium* (*inde e. g.* TERT. adv. Marc. 4, 31 p. 528, 2 de -is et vicis civitatis facere sublectionem. HESYCH. in lev. 9, 5 p. 891^{A}). AMM. 28, 4, 29 *Romae* videre licet per fora et compita et -as et conventicula circulos multos collectos *iurgantes.* HIER. epist. 50, 1, 2 nescio quem de trivio, de competis, de -is circumforaneum monachum, rumigerulum. QVODV. prom. 4, 5, 7 *haeretici* dicta apostolorum in suis non ecclesiis sed -is praedicant (*c. acumine de conventiculis impiorum*). CONC. Narb. a. 589 p. 254 l. 30 ut nullus clericus ... in -is resideat; certe nec in -is stare et fabulis diversis conmisci. *al.* Ⓘⅱ *in -a iacent corpora trucidatorum sim.*: APVL. met. 2, 18, 3 trucidatos per medias -as videbis iacere (4, 14, 3. VET. LAT. apoc. 11, 8 [cod. 51. *al.*] corpora eorum *prophetarum* iacebunt in -a civitatis magnae [*gr. et* VVLG. *sine verbo*]. RVFIN. hist. 3, 6, 11 per -as [*gr. στενωποί; opp.* in penetralibus]. *al.*). HIST. AVG. Carac. 4, 2 tracta ... per -am cadavera (Heliog. 33, 7. VICT. VIT. 2, 15 corpora per vicus et -as trahi). Max. Balb. 9, 2 *ut* omnes -ae cruore polluerentur (*cf.* HEGES. 2, 11, 4 natabant -ae sanguine [*gr. 2, 497 χῶρον*]). *al.* Ⓘⅴ *-a plena est sordium* (*cf. et l. 27*): VET. LAT. psalm. 17, 43 (cod. 303. *al.* = VVLG.) ut lutum -arum delebo eos *inimicos* (VVLG. Mich. 7, 10 *inimica* erit in conculcationem ut l. -arum [*Vet. Lat. cod. 176* l. in via]. PS. AMBR. laps. virg. 7 vilior facta es luto -arum. *al.*). PRVD. perist. 14, 49 corruit atque in -ae pulvere palpitat (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 178, 39). SALV. gub. 7, 74 (*in imag.*) caenum quasi ex omni -arum et cloacarum labe collectum. VEN. FORT. vita Radeg. 23 *sancta* scopans monasterii -as simul et angulos. *al.*

2 *notione deflexa*: **a** *respiciuntur simul accolae -ae, ut meton. significetur pars inhabitantium loci cuiusdam*: **α** *quae dedicat aliquid cuidam benemerenti*: INSCR. Année Épigr. 1925 n. 126. c (*a. 92/3*) Rufo proc(uratori) Aug(usti) Tiberia -a (*Antiochiae Pis. ut*: 1920 n. 77 gymna⟨siarcho⟩ Aug(usta) -a). **β** *quae colit numen quoddam* (*in titulis saec. III*^{1} *castellorum vicorumque Germaniae superioris praeter l. 48*): CIL XIII 7261 (*a. 215*) in h(onorem) d(omus) d(ivinae); genium pla(teae) p(ost) p(ortam) pr(a)et(oriam) *quidam veteranus dedit* ([*si recte solvitur*]. 7335 [*a. 230*] g. -ae novi vici cum ... ara. 7336 genio -ae novi vici. *cf. l. 46 et notione communi p. 2356, 34*). 7337 (*a. 229*) plat(eae) praetor(iae) aram, qui et genium, ... d(onum) d(edit). 7263 Iun(oni) Reg(inae) ⌞plat(eae) dex(trae) eunt(ibus) Nid(am)⌟ (*sim.* 7264 I(ovi) o(ptimo) m(aximo). -a dextra *fort. et* 11727). 8251 (*col. Agrippinensium*) Tutelae pl(ateae) ... sacrum (*si recte solvitur*). **γ** *quae regitur a procuratore* (*parum constat de* INSCR. Année Épigr. 1931 n. 74 [*Antiochiae Pis.*]): SALV. gub. 7, 68 *v. vol. X 2, 1576, 52.*

b *significatur area ampla ad usum civitatis communem patens, forum sim.* (*attulimus pauca propter situm vel propter vocem gr., quae subest, minus dubia*): **α** *vertitur gr. ἀγορά*: VET. LAT. II Macc. 10, 2 (rec. V) quas *aras* alienigenae per -as exstruxerant *Hierosolymis* (*rec. L* circum forum, *B. al.* per vicos). HEGES. 5, 51, 3 p. 407, 4 *Antiochiae* tetragonum -am ... cremari (*gr. 7, 55 τετράγωνον ἀ., cf. Ps. Rufin. ibid. p. 832* quadratum forum). CASSIOD. hist. 7, 21, 5 in -a, quae Theodosii nunc vocatur (*Constantinopoli*). 8, 3, 1 per mediam -am bacchantes *gentiles Antiochiae.* MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 417$^{in.}$ in balneis et in -is. *al.* **β** *de areis Hierosolymitanis*: VET. LAT. II par. 32, 6 (cod. 109, *sim.* VVLG.) *milites* collecti sunt ad eum *regem* in -a port(a)e civitatis. VVLG. II par. 29, 4 *rex* congregavit eos *sacerdotes et levitas* in -am orientalem *templi.* I Esdr. 10, 9 sedit omnis populus in -a domus dei (*cf. Vet. Lat. III Esdr. 9, 6* in area templi, *gr. εὐρυχώρῳ*). II Esdr. 8, 1 ad -am, quae est ante portam Aquarum (*gr. πλάτος. cf. Vet. Lat. III Esdr. 9, 38* in aream, *gr. εὐρύχωρον*). *al., e. g. l. 55.* **γ** *de areis Carthaginiensibus* (*cf. Oehler, RE X 2176*): AVG. c. adv. leg. 1, 1, 1 libro ... invento ... in -a maritima (civ. 16, 8 p. 135, 24 quae in m. -a Carthaginis musivo picta sunt. retract. 2, 58, 1). mor. Manich. 19, 68 in quadrivio Carthaginis, in -a celeberrima. VICT. VIT. 2, 13 adstante vulgo in media civitate pro gradibus -ae novae.

?**c** *abusive significari vid. via publica*: CASSIOD. hist. 8, 4, 2 *Antiochiae* inter palatium ... et flumen *Orontem* -a est, quae egredientes ex urbe mittit ad suburbanos agros (*ibid. iterum; cf. gr. Theodoret. 4, 26, 2 λεωφόρος ... ὑποδεχομένη τοὺς ἐκ τῶν τῇδε πυλῶν ... ἐξιόντας*).

3 *in explic. allegorica, in imag.*: PS. CYPR. pasch. 17 p. 264, 18 -a ... est via recta et plana, in qua ambulantes perveniunt ad vitam aeternam (*respic.* Dan. 9, 25 *et* apoc. 21, 21; *ad* apoc. *cf.* EVCHER. form. 9 p. 55, 14 -ae: beatitudo dilatata sanctorum). HIER. in Zach. 8, 4 l. 83 (*ad* 8, 5) -as ecclesiae esse virtutes, ⌞in quibus sapientia agit fiducialiter⌟ (*spectat ad* prov. 1, 20 *p. 2356, 74 ut*: ORIG. in Matth. ser. 40 p. 81, 4 Christus ... aedificavit -am, in qua s. f. agit). AVG. conf. 2, 3, 8 iter agebam -arum Babyloniae et volutabar in caeno eius. un. eccl. 23, 66 (*ad* prov. 5, 16) latitudo cordis ... -arum nomine significata est. QVODV. prom. 4, 15, 24 (*ad* apoc. 11, 8 *p. 2357, 23*) haec -a conscientia est omnium impiorum. PETR. CHRYS. serm. 95, 4 in civitate (*Luc. 7, 37 et psalm. 54, 10*) ... distincta iniquitatum -is. EPIPHAN. SCHOL. Phil. Carp. in cant. 73 (*ad* 3, 2) -a ... illa via est, quae ducit ad perditionem (*opp.* angusta *via; cf. Matth. 7, 13 sq.*). *al.*

appendix iuncturarum: **1** *pendet adi. vel subst.*: **a** *in appellatione -arum singularum (etiam Romae, v. l. 22. p. 2356, 64. 70; Hierosolymitanas v. p. 2357, 61 sqq.): adi.*: Antoninianae *p. 2356, 64* (*cf.* Tiberia *et* Augusta *p. 2357, 39 sq.*), dextra *p. 2357, 46 sq.*, maritima *p. 2357, 68,* nova *p. 2357, 71,* praetoria *p. 2357, 45,* Seplasia *p. 2356, 68,* Sumelocennensis *p. 2356, 35,* supera (*vel* superior) *p. 2356, 36,* tetragonus *p. 2357, 56. gen. subst.* (*cf. p. 2356, 51*): macelli *p. 2356, 70,* Theodosii *p. 2357, 58* (*cf.* Traiani, *sc. Romae,* SYMM. epist. 6, 37), vici *cuiusdam p. 2356, 62. 2357, 44.* **b** *vario usu: abl. viae* -a recta *v. p. 2356, 13, pleonastice* -a lata *p. 2355, 67. 2356, 39 et* AVSON. 24, 143 ([298, 16 S.]. *cf. p. 2356, 44; opp.* via angusta AVSON. 27, 4 [399 S.], 22). *ceterum*: PLAVT. Mil. 609 ad ultimam ... -am (*adde p. 2356, 15*). PLIN. epist. 10, 98, 1 pulcherrimam ... *et* longissimam. APVL. met. 2, 18, 3 per medias -as (10, 34, 3 PRVD. c. Symm. 2, 1088. *al.*). 8, 6, 5 populosas (*cf.* AVG. mor. Manich. 19, 68 celeberrima). VET. LAT. iud. 19, 15 (cod. 100 = VVLG.) in -a civitatis (EVCHER. instr. 1, 20 p. 72, 17. *al., e. g. p. 2357, 12 sq. 23*). PALLAD. hist. mon. I 21, 18 p. 282^{D} publica (*fort. etiam* LEX Burg. Rom. 13, 2). *al.*

2 *iuxta voces notionis affinis*: CAES. civ. 1, 27, 3 vicos -asque (VITR. 1, 6, 12. 3 praef. 4 OPTAT. 6, 6, 3. *al., e. g. p. 2357, 12 sq. 26; cf.* -a vici *l. 22*). VITR. 1, 6, 1 in angiportis et -is (*ibid. iterum.* 1, 6, 7. 1, 7, 1. COD. Iust. 12, 40, 10, 6 [*a. 450/5*]). TERT. spect. 8 p. 10, 14 -ae et forum (*al., v. l. 37. p. 2356, 31. 2357, 15*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 5, 1 -as et compita (*al., e. g. p. 2357, 15 sq.*). ASTER. ad Renat. l. 312 fora ..., trivia ..., -ae (*adde p. 2357, 16; cf.* quadrivium *p. 2357, 70*). *sim. al.*

deriv.: platealis, plateola. *compos.*: platiodanni.

cf. Onom.

2. platea, -ae *f.* [*si quid lati in hac ave percipi potuit, cogitare licet de* -a *derivata e gr. adi. fem. πλατεῖα. cf.* platalea. *Fo.*] *nomen avis incertae* (*fort. eiusdem ac* platalea; *v. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 131, Capponi, Ornithologia lat., 1979, 426*): PLIN. nat. 10, 115 -a nominatur advolans ad eas, quae se in mari mergunt (*inde* 1, 10, 56). *addas fort.* POL. SILV. chron. I p. 543, 25 pletea. *Ottink.*

plateālis, -e. *a* 1. platea. *i. q. ad plateam pertinens* (*hyperbolice respicitur via sicca per mare Rubrum, v. exod. 14, 22*): PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 37, 4 (Migne suppl. 2, 984) tu, Iudaica gens, quando ... inter diversas undas -is viator incederes.

plateasmus, *acc. pl. gr.* - ūs *m., πλατειασμός* (*quod apud Graecos non repperimus*). *significatur quoddam vitium pronuntiationis* (*fort. quo os nimis hiat; cf. Theocr. 15, 88 πλατειάσδοισαι et v. Cousin, Études sur Quint. II, 1936, 120 sq.*): QVINT. inst. 1, 5, 32 accidunt ... vitia oris et linguae: iotacismus ... et -us ... Graeci vocant. *Bl.*

?**platēnsis** (*vel* plac-; -tin- *l. 60*). [*fort. pro* platessa (*q. v.*); *quae vox facile mutari potuit, cum* platesis *pronuntiata est (cf. Leumann, Gramm. 1977, 145); v. Gähwiler, Das lat. Suffix -ensis, 1962, 60. Fo.*] *nomen piscis*: POL. SILV. chron. I p. 544, 10 (*inter nomina natantium*) lutarius, placensis, solea *eqs.* ANTHIM. 42 platinsis ... vel soleae unum genus est (placent-, -ens- *var. ll.*).

plateola, (-ae) *f.* *a* 1. platea *demin.* *i. q. parva platea*: NOT. Tir. 120, 78 placiola (plate- *cod. K post corr.; cf. p. 2355, 63*).

plates(s)a, -ae *f.* [*de origine non liquet neque ulla vox gr. cum πλατύς cognata conferri potest; si quidem* -essa *recte trad., cogites fort. de adi. * πλατηεις, fem. * πλατη(ε)σσα (cf. ὠκήεις, πιήεις sim.; forma* -issa *p. 2359, 1 sq. sec.* abbat-issa *sim.*); *aliter explicat Alessio, Lex. etym., 1976, 319. cf.* platensis. *Fo.*] [*wall.* playis, pleïs, *pict.* plez, *francog. vet.* plaïsse (*inde anglosax.* playce) *et* plaïz, *francog.* plie; *iam pridem cum suffixo* -īx *pro* -essa, *unde explices formas masc. francog. vet. et med.* plaïs *et deriv. francog.* plincel, *quae priores sunt quam fem.; ceterum cat.* platussa (*inde hisp.* platoja, platija *et port.* pratucha, platucha), *sic.* pianussa (*sec.* planus), *tarent.* praizza. *cf. M.-L. 6584. Battisti-Alessio IV 3047. Wartburg IX 42. C. S.*] *nomen piscis plani* (*huc fort. pertinet l. 56 sqq.*): AVSON. 27, 13 (393 S.), 60 referuntur ab unda corroco, letalis trygon mollesque -ae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eqs. GLOSS.L Corp. P 464 platisa (-ss- *Lindsay*): flooc (*anglosax.; item* GLOSS. V 382, 19 platissa: floc. GLOSS. Leid. Hessels 47, 9 platissu: folc. GLOSS. I p. 163 [Werth. Gallée] platesa: genus piscis floc saxonice).

plati- *v. etiam* platy-.

1. platia *v.* 1. platea. **2. platīa** *v.* platys. *M. H.*

1. platicē *adv. v.* platicus. **[2. platicē,** *acc. sing.* -ēn, *v. l. 14.*]

platicus, -a, -um, *πλατικός.* [*confunditur in codd. cum* placitus FIRM. math. 4, 17, 2 (*adv. cum* placite 3, 5, 9 *bis*).]

in serm. technico i. q. πλατικός, generalis, non respiciens partes minores (*sc. in astrologia fere c. respectu locorum zodiaci, neglectis partibus CCCLX circuli; saepius opp.* partilis [partiliter], *cf. p. 515, 81 sqq. 516, 60 sqq. et e. g. Vett. Val. 2, 37, 40 τὴν πλατικὴν θεωρίαν ... τὴν μοιρικήν*): FIRM. math. 2, 14, 2 ad ⌞-am locorum⌟ definitionem revertamur (⌞⌟ *olim legebatur* -en locorumque, *unde in lexicis subst. fem.* -ē). 3, 1, 19 quamvis quidam putent -am istam disputationem. 4, 17, 2 (*1* quantuscumque signorum fuerit numerus) haec -a computatio est ...; partiliter vero locus Fortunae ista ratione colligitur *eqs.* (*sc. partes circuli numerando*). *addasne l. 26?*

adv. ⁕**platicē** (*gradu posit. tantum*). *i. q. πλατικῶς, generaliter, sine consideratione partium minorum vel specierum: in sermone astrologico* (*cf. l. 10 sqq.*): FIRM. math. 2, 14, 1 *postea* debemus singula ... invenire, sed interim -e; nam paulo post ... partiliter ostendemus rationem *eqs. ibid.* -e institui. 2, 14, 4 haec ... -e ... dixisse sufficiat ([*opp.* suptili partium definitione]. 2, 20, 14 [*opp.* subtili interpretatione]). 3, 5, 9 -e ... Sol in signo horoscopi constitutus faciet ingenuos. 4, 25, 4 haec est partilis coniunctio ... Lunae, nam -e (pratice *var. l.*, platicam *coni. Kroll-Skutsch*) integris faciemus (faciunt *Brind'Amour*) signis *eqs. al. in eodem opere. in sermone gramm.*: SCHOL. Ter. Bemb. Phorm. 16 ('omnibus') -[a]e, et novis et veteribus *poetis.*

platīnsis *v.* platensis. **platiob-** *v.* platyop-.

platiodannī, (-ōrum) *m. pl.* [*compos. e lat.* 1. platea (*de* e *in* i *mutata cf. Leumann, Gramm. 1977, 46*) *et gall.* danno- (*cf. vol. V 1, 35, 22 sqq.*); *v. Thurneysen, Indogerm. Forsch. 42, 1924, 144; Evans, Gaulish Personal Names, 1967, 189 sq. Fo.*] *fortasse i. q. vici magistri* (*sc. qui pro habitatoribus vici cultum divinum procurant, v. Zeller, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 312 sqq.; vix de curatoribus viarum; cf. p. 2357, 40*): CIL XIII 6776 (*Mogontiaci*) *viri quattuor* -i vici novi sub cura sua d(e) s(uo).

platis(s)a *v.* platessa.

plato- *v. et* platy-.

1. plato, *abl.* -ōne (-ŏne?), *fort. m. a* platoceros (*sc.* platy-) *decurtatum esse putat André, L'alimentation, ²1981, 117 adn. 53, coll.* 1. melo *a* melopepo. *est animal quoddam cervi simile eiusve caro, fort. i. q. platyceros*: APIC. 8, 2, 2 (*1* ius in cervum) in -e similiter et in omne genus venationis eadem conditura uteris (-em *edd. nonnulli,* platicerote *ed. princ.*).

*?***2. plato,** *generis inc. nomen herbae cuiusdam medicinalis, originis inc., nisi est forma quaedam decurtata (errore librarii?) e. g. pro* platophyllos (*sc.* platy-): ORIBAS. syn. 9, 61 add. Aa p. 395 potio ... podagricis: herba -o, centauriae radices *eqs.*

platocervus *v.* platyceros. **platocimīnum** *v.* platycyminum.

platofilum *v.* platyphyllos.

⁕**platoma,** (-ō-*?*), -ae *f.* (*n. fort. l. 56 sq.*). [*fort. a gr. πλάτυμμα sec. subst. desinentia in* -ōma (aet-, thyr-ōma *al.*); *de lat.* -ma *fem. pro gr. -μα neutr. v. Leumann, Gramm. 1977, 454. Fo.*] *scribitur etiam* -tuma *et* (*vix recte*) -ton(i)a *al., v. infra. de genere: fem. est vel esse potest praeter acc. sing. neutr.* (*si haec recte trad.*): LIB. pontif. p. 83, 10 -um (*in solo cod. K*). 99, 26 -a. [*e coni. dub.* CASSIOD. or. frg. p. 483, 11 p⟨latomi⟩s *Mommsen in ed. sua p. 568.*]

fere i. q. saxum planum, tenue (*inscriptum e. g. l. 62*): CASSIOD. var. 3, 9, 3 (*cf. 2* columnas et lapides ... demolitos) supra memoratas -as vel columnas (-tonias *codd. plerique et edd. rec.,* -tomas *unus cod.,* -tonas *ed. 1533*). hist. 2, 18, 4 sicut lex ... in marmorea -a noscitur esse conscripta ([*Socrat. 1, 16, 1 ἐν λιθίνῃ ... στήλῃ*]. LIB. pontif. p. 79, 1 Liberius ornavit de -is m. sepulchrum ... martyris [-tum-, -tin- *al. var. ll.*]). LIB. pontif. p. 83, 22 *Damasus* -am ipsam, ubi iacuerunt corpora sancta *Petri et Pauli,* versibus exornavit. 98, 15 *Xystus sepulcrum martyris* ornavit ⌞-is⌟ (*om. pars codd.*). GROM. p. 343, 9 in modum -ae (-tum- *trad.*) eos *terminos maiores* posuimus, ut, qui nesciunt, miliarios eos putent (*cf. imag. in cod. delineatam n. 321*). *al. in* LIB. pontif.

*?***platonerv(i)um,** (-ī) *n. a* platys *et* nervium (*vel* nervum *pro* nervus), *si recte pro compos. accepimus* (*cf. p. 2361, 13 et* platocervus *nec non Hippiatr. gr. II p. 200, 22 πλατύνευρα*). *i. q. nervus latus (l. 74 spectat ad musculum q. d. latissimus dorsi, qui sensus etiam p. 2360, 2 iuxta* scapulis *probabilior vid.): in equo*: CHIRON 307 -vum media spina positum ... totum caput et cervicem *constringit* (-vum *nos,* plancto nervum *cod. Monac. et ed. Oder,* planta nervum *cod. Basil.*). *in homine*: DIOSC. 2, 15 p. 190, 21 si -vio aut scapulis apostemata fueri⟨n⟩t (plato nervio *ed.*).

platonia *v.* platoma.

[†platonon herba id est gudubal, qui et pedeleonis GLOSS.L I Ansil. PL 192 (med. p. 60). *spectare videtur ad* platyphyllon, *cf. formas corruptas infra l. 67. allatas*]

[platorigidus *v.* plagiorigidus.]

platuma *v.* platoma. **platus** *v.* platys; *cf. et l. 2.*

platycerōs, (-ōtos) *et* **platocervus,** (-ī) *m. vox gr. πλατυκέρως in forma priore servata est, in altera cum voce q. e.* cervus *confusa. scribitur in codd.* platy- *loco* PLIN. nat. *tantum* (*sic cod. M [saec. V/VI]. al.; var. l.* plati-), *ceterum fere* plato- (plata- POL. SILV.), *cf. Bader, Formation des compos. nom., 1962, 28 adn. 53*; -che- *l. 22.* NOT. Tir. 108, 45 -rus. *de formis: sine* v *littera occurrunt sing.* -ros (-rus), -ron, *plur. gen.* -rum *l. 24, acc.* -rotas *l. 19; cum* v *littera* -vus *et* -vum *l. 23. 26 et in var. lect. l. 21.* [*perperam coni. olim* ⟨platyce⟩rotas VARRO rust. 2, 1, 5.]

i. q. animal lata cornua habens (*ut cervus, damma sim.*): PLIN. nat. 11, 123 *natura* sparsit haec, *i. cornua,* in ramos, ut cervorum, ... aliorum fudit in palmas digitosque emisit ex iis, unde -tas vocant (-ceront-, -geront- *var. ll.*). EVCHER. instr. 2 p. 157, 22 'tragelaphus' in Deuteronomio (*14, 5*), -ros, id est cornibus latis (-vus *cod. S; cf.* GLOSS.L I Ansil. PL 188 -ron, quia lata cornua habet *eqs.* [-che- *trad.*]). POL. SILV. chron. I p. 543, 7 (*enumerantur animalia*) onacer. -vus. cervus. tragelafus *eqs.* VITAE patr. Iurens. 9 inter iuga ... praecelsa cervorum -rumve praerupta convallia. GLOSS. V 396, 27 tragelafus vel -rus, ⌞elch⌟ ([*anglosax.*]. 517, 15 tragelafum, quem nos dicimus -vum. *adde l. 20*).

cf. 1. plato.

platycoria, *acc. pl.* -ās *f., πλατυκορία. t. t. med., i. q. platycoriasis*: ALEX. TRALL. 1, 101 *collyrium quoddam* facit ad ... inchoantes ypocises, -as *eqs.* (*scrib.* plati-; *gr. II p. 51 ὑποχύσεις, πλατυκορίας*).

platycoriāsis, *acc. sg.* -in *vel* -im *f., πλατυκορίασις. scribitur in codd. e. g.* platicor- (-gor-), platoc(h)or-.

t. t. med., i. q. morbus oculorum, quo pupillae dilatantur, mydriasis: in iumentis: CHIRON 56 (*in titt.*) de -in. 67 -is, ypochyma (*i. ὑπόχυμα. inter genera suffusionis ut*: VEG. mulom. 2, 16, 1 stenocoriasis, -is, hypocoriasis [hypochysis *coni. Fischer*]). 68. *ibid.* fit -is, id est dilacio pupillae, et perdet visum luminis per diffusionem suam (*cf.* VEG. mulom. 2, 16, 3 -is ... est, cum se ... pupilla diffundit *eqs.*). 69 *bis* (*loco altero* -i(m) *codd.*, -in *edd.*). *in hominibus*: THEOD. PRISC. log. 56 *fit* ex ... resolutione pupillae mydriasis, quam medici -in appellaverunt. CASS. FEL. 29, 22 -is id est dilatatio pupulae (*var. l.* pap- *perperam in textum recepit Fraisse, ed. 2002*).

platycymīnum, -ī *n., πλατυκύμινον. scribitur fere* platocim- (plato cim-). *nomen herbae cuiusdam medicinalis, i. q. πλατυκύμινον* (*quod gr. resp.; 'Seseli tortuosum L.' censet esse André, Les noms de plantes, 1985, 202*): ALEX. TRALL. 2, 210 (*in compositione*) terebintine, ... castorei, -i *tantum* (-o *codd. nostri, an subest gen. gr.?*). *ibid.* infundes castoreum et -um *eqs.*

platyopthalmos, -on, *πλατυόφθαλμος. scribitur in codd. etiam* -thy-, -t(h)i-, *et* -opta-, -obt(h)a-. *i. q. ad dilatatos oculos pertinens; est cognomen metalli q. d. stimi, stibi* (*fort. pro subst. neutr.*): PLIN. nat. 33, 102 plerique -on id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos (*inde* 1, 33, 34 de stimi ... sive -o). DIOSC. 5, 109 (*de stibio*) istu multi -on aut larvoson dixerunt (*gr. 5, 84, 1 πλατυόφθαλμον ... λάρβασον*).

platyphyllos, -on, *πλατύφυλλος* (*quod apud* DIOSC. *in gr. respondet*). *exstant formae nom.* -os *et* -on, *acc.* -on.

i. q. lata folia habens, sc. in nominibus herbarum (*etiam pro subst. masc. vel neutr.; cf. André, Lex. des termes de botan., 1956, 255*): **1** *de genere quodam tithymalli*: PLIN. nat. 26, 70 sextum *genus tithymalli* -on vocant, alii corymbiten ...; nec ullius latiora sunt folia (*inde* 1, 26, 44 tithymalos -os). 26, 119 tithymallum -on cognomine. DIOSC. 4, 159 p. 76, 3 (*inter genera tithymalli*) dendrodes, -os. *ibid.* p. 78, 16. PS. APVL. herb. interpol. 109 l. 21 (*v. p. 1711, 42*). 109 l. 49. **2** *de leontopodio*: PS. APVL. herb. 7 l. 9 Graeci dicunt leontopodium, alii Aethiopis, alii -on (plantifilon, plantafium, platopium *codd.*), alii pedeleonis. *addenda vid.* †plantapium, †plantafi(l)on *in* GLOSS. *per* pedeleonis *sim. explicata (v. Thes. gloss. sub hac voce), fort. etiam* †platonon *l. 4.* **3** *de alia quadam herba*: GLOSS. V 399, 34 viperina: platofilum.

*cf. ?*2. plato.

platypleuron, (-ī) *n., πλατύπλευρον* (*quod in gr. non exstat*). *est genus quoddam plantaginis habens nervos latos* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 202*): DIOSC. 2, 110 p. 221, 25 plantaginis duo sunt genera: unum dicitur †ennebro ⌞aut -on⌟ (*scrib.* -ti-) aut polipleuron *eqs.* (⌞⌟ *desunt gr. 2, 126, 1*). GLOSS. III 574, 8 p⟨l⟩atipleoron, i. plantago.

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

platys, -īa *adi. m. vel f., πλατύς, πλατεῖα (subst. fem. v.* 1. platea). *vix agnoscas dat.* -o *p. 2360, 2.* GLOSS.^{L} I Ansil. PL 186 -is: latus graece; bene ergo platanus, quia spatiosus. **[***vocibus roman. subest forma* *plattus *'planus': val. (macedon.)* plată *'manus plana', it.* piatto, *sard. centr.* piattu, *raet. or. et occ., francog., francoprov., cat.* plat, *hisp., port.* chato; *francog.* plat *'discus', Bormii* plata *'saxum (lignum) planum', in valle Tellina* pyata *'carex', sabaud.* platela *'platessa', francoprov.* plata *'lamina metalli, argenti' (inde cat., hisp., port.* plata *'argentum'), port.* chato *'pediculus'. derivata sunt multa, e. g. neap.* prattelle *'clavis', raet. occ.* plutialę *'tintinnabulum bovis gregem ducentis', Bormii* platada *'iactus lapidis', it.* soppiattare *'condere', francog.* platine *'tabula parietis metallica'. cf. M.-L. 6586. Battisti-Alessio IV 2897. Wartburg IX 44. Corominas*^{2} *II 345. C. S.***]**

i. q. latus, amplus: **1** -ys nervus *in corpore hominis* **(***cf.* platonerv(i)um *supra. vulgo ad τένοντα Achillis q. d. refertur [cf. πλατὺ νεῦρον Hier. adv. Iovin. 1, 11 et Pollux 2, 191,* latus nervus *Cels. 8, 22, 1], sed fort. potius de musculo q. d. latissimus dorsi cogites***)**: PLIN. nat. 26, 90 agarico ... et nervus, qui -ys (-us *var. l.*) appellatur, et umerorum dolor sanatur. **2** -ia sirence *est genus casiae herbae*: DIOSC. 1, 11 p. 10, 14 alia -ia s. invenitur, lata et molli⟨s⟩ *eqs.* (*gr. 1, 13, 2 πλατεῖα σῦριγξ*).

*compos.: ?*platonerv(i)um.

platysma, *nom. et acc. pl.* -mata *n., πλάτυσμα. scribitur in codd.* platis-. *coniungitur c. adi. fem. vel masc. l. 28 sq.*

est t. t. artis medicae significans emplastrum latum, plagellam (gr. resp. πλάτυσμα, nisi aliud indicavimus; cf. e. g. Galen. XIII 665. 685): ORIBAS. syn. 2, 59 tit. La p. 132, 1 ad cuptaria (*i. κοπτάρια*) -ta conficienda **(**[As, Ab de -ta coquenda]. *cf. ibid.* Aa p. 132, 2 -ta Greci coptara vocant [*sim.* As, Ab, La]. 3, 11 Aa tit. p. 851 emplastrum copton -a [*gr. τὸ κοπτόν*]**)**. 3, 11 Aa p. 851 uteris -a aequalem vulneris magnitudinem factam (*sim.* 3, 35, 3 Aa p. 858 uteris ... -a equalem vulneri, et super -a ponis spongia *eqs.*). 8, 7, 16 La p. 214 -a de lana superponis (*gr. ἔριον πλατύ,* Ab lanae -ta, *Aa* lanae floccum). *Bl.*

plaudeo *v.* plaudo.

plauditor, -ōris *m. a* plaudere (*cf.* favitor/fautor *et* sarcitor *iuxta* sartor). *i. q. plausor*: GLOSS. II 579, 36 fautor: -r.

plaudo,** -sī, -sum, -ere. **[sunt, qui putent* plōd- *fuisse formam priscam, unde* plaud- *nimis accurate formatum (cf. Leumann, Gramm. 1977, 72); immo* plaud- *vetustius esse patet e* dis-plūdere, *cf.* claud- : dis-clūd- *(Brüch, Glotta 26, 1938, 156). rectius igitur* plōd- *e* plaud- *ortum sermoni vulgari tribuendum est; si litteram* d *additamentum putes eiusdem generis ac in* cū-d-ere, -fen-d-ere *al., obtineas stirpem onomatopoeticam q. e.* plau-; *cf. et* plau-tus. *Fo.***]** *de scriptura* (*cf.* DIOM. gramm. I 382, 26 plaudo ... apud veteres plodo. SCHOL. Hor. ars 154 et plodere veteres et plaudere dicebant. MART. CAP. 3, 233 'a' ... transvertitur ... in 'o', ut 'plaudo, plostrum'): plaud- *exhibent passim et tituli, e. g.* CE 1530b, 4 (*saec. IV*). 2099, 12 (*saec. V*), *et codd. vet., e. g.* PLAVT. Cas. 1017 TER. Andr. 981 FRONTO p. 128, 8. VET. LAT. Am. 6, 5 (cod. 175); plod- *tuentur edd. cum codd. rec. e. g.* VARRO Men. 166 (206 plaud-). CIC. Att. 13, 44, 1 (*ceteris locis* plaud-). PETRON. 45, 13 -o **(***ceteris locis* plaud-; *item in sermone personae inductae*: QVINT. inst. 6, 1, 52 [*v. p. 2362, 20, sed* 8, 3, 4 plaud-]**)**; *alia scriptura per aliam explicatur* GLOSS. IV 419, 43 plodit: plaudit (*cf. formas pro* plo- *corruptas*: GLOSS.^{L} V Aa P 689 plaudi: prodi [*sc.* plo-]. Corp. P 452 pludit: plaudit). NOT. Tir. 106, 37 sq. plodit. plosit. 106, 43 sq. plaudit. plausit. *de genere verbi: inter semidepon. affert* VIRG. gramm. epit. 8, 7, 5 audeo, gaudeo, ... -o -sus sum. *formas depon. coniug. quartae* -iuntur *sim. vix recte pro var. ll.* bland- *tuetur ed.* EPIPHAN. in euang. 55 p. 147, 11. 57 p. 153, 21. *de formis stirpis praes.: inf. praes. pass.* -ier PLAVT. Rud. 1250; *hic illic inveniuntur formae coniug. secundae* **(***cui verbum tribuit* CHAR. gramm. p. 476, 4, *tertiam testatur* GLOSS. V 93, 11 [= 134, 24]**)**, *sc. ind. praes.* -etis VET. LAT. Am. 6, 5 (Ps. Aug. spec. 110 p. 638, 3), -e(n)t COMM. apol. 20. 480 AMBROSIAST. in II Cor. 12, 10. CE 712, 12 (*saec. VI*^{2}), *coni. praes.* -eant VET. LAT. psalm. 97, 8 (cod. 300), -eas LVCIF. reg. apost. 3 l. 22. 6 l. 18 (*ut huc pertinere vid. inf.* moriend. 1 l. 13), *imperat.* -ete VET. LAT. psalm. 46, 2 (cod. 109 *et* 189), *fut.* -ebit VET. LAT. Sirach 12, 19, -ebunt VET. LAT. psalm. 97, 8 (Cassiod. inst. 1, 15, 5). Is. 55, 12 (Ps. Aug. spec. 120 p. 661, 5, *in var. l.*). *perf.* -di VET. LAT. Ezech. 25, 6 (cod. 175). *de notione*: GLOSS. -o: *κροτῶ*. -it: manus (*vel* manu) percutit. manibus sonum facit. -ite: iubilate. gaudete. manu conponite. -ere: percutere. GLOSS. V 134, 7 -unt: percutiunt[ur] pedibus. 476, 9 ⟦prodet⟧: favet (⟦ ⟧ *i.* plo-, *v.* GLOSS.^{L} Corp. P 443 -it: f.). *sim. al., v. p. 2363, 52. 2365, 23. 71. legitur inde a* PLAVTO, TER., VARRONE, CIC. **[***confunditur in codd. c.* laudare CIC. Att. 16, 2, 3 (*restit.* PORPH. Hor. epist. 1, 18, 65. 66); *in var. l. falsa pro* ludere Ov. trist. 5, 12, 7, claudere OPT. PORF. carm. 21, 3 (*restit.* CLAVD. 28, 630); *restit. pro* prodere *l. 51. 68.***]**

fere i. q. sonare concutiendo, quatiendo, illidendo (gr. respondet fere (*ἐπι*)*κροτεῖν*): **I** *intransitive* (*pass. impers. e. g. p. 2362, 30. 2363, 15; -unt res l. 41. 73. p. 2363, 12. 23. 27. 73 sqq. 2364, 34. 72. 2365, 3. 5. 11 sqq.; raro part. praes. pro subst., v. p. 2364, 74 et e. g.* AMBR. hex. 3, 7, 30 caterva -entium. AVG. mus. 6, 1, 1): **A** *usu pleno, sc. vigente respectu concutiendi, quatiendi (iuxta ponitur actio concutiendi sim. p. 2363, 27. 58. 74); actio -endi fit*: **1** *collisis manibus* **(***accedit abl.* manibus, manu *l. 16. 68 et in sacr. script. [cf. in imag.* ramis *p. 2363, 23], pro subi. sunt* manus *p. 2363, 12. 27; quare -atur, indicat praepos.* in *l. 34. 74,* ad *l. 32. 57* [*distingue l. 40. p. 2363, 36*], super *p. 2363, 42***)**: **a** *ut laus, favor, gratia exprimatur, monstretur (cui exhibeatur, indicat dat. hic illic inde a* PLAVTO; *opp.* explodere *l. 25. 37,* sibilare *p. 2363, 11, cf. p. 2364, 44*): **α** *erga animantes quocumque modo insignes (animalia l. 38. 67, deos eorumve simulacra l. 62. 66. 70. al.*): Ⓘ *histriones, cantores, saltatores sim., poetas eorumve opera sim. (bestiam in circo exhibitam l. 38)*: Ⓐ *spectatores -ere iubentur in fine fabulae (imperat. plur. praeter l. 16. 17. 26)*: PLAVT. Amph. 1146 nunc, spectatores, Iovis ... causa clare -ite (Cas. 1017 qui non manibus c. ... -erit, *punietur.* Men. 1162 valete et nobis c. -ite. Merc. 1026 vos aequom est c. -ere). Curc. 729 **(***imperat. nudus ut*: Mil. 1437. *al.* TER. Ad. 997. *al.* COM. pall. inc. 105 [*si huc pertinet*]. HOR. ars 155 donec cantor 'vos -ite' dicat. QVINT. inst. 6, 1, 52 illud, quo ... tragoediae comoediaeque cluduntur, '-ite'. AVSON. 26 [307 S.], 213. 26 [308 S.], 229**)**. Epid. 733 -ite et valete **(***sim. l. 17.* Persa 858. Truc. 968 bene v., -ite atque exsurgite. TER. Eun. 1094. *al.* AVSON. 26 [302 S.], 130. 26 [306 S.], 201 SCHOL. Hor. ars 155. *cf. l. 26 sq.***)**. AVSON. 26 (305 S.), 188 pars -ite ergo, pars offensi explodite. *in imagine*: APVL. flor. 16, 17 poetam ... domi veram fabulam (*sc. vitam*) consummasse, enimvero iam dixisse rebus humanis valere et -ere. TERT. adv. Val. 13, 2 quod superest, inquis, *Valentine,* vos valete et ⟦-ite⟧! immo, quod superest, inquam, vos audite et proicite (⟦ ⟧ explodite *coni. Kroymann*). Ⓑ *cetera exempla*: PLAVT. Amph. 83 qui *histrio* sibi mandasset, delegati ut -rent. Rud. 1250 spectavi is *comicis* -ier. CIC. Sest. 121 cum ... verbis poetae et studio actoris et exspectationi nostrae -retur (*cf.* Ov. trist. 5, 7, 26 versibus ... -i scribis ... meis. SEN. epist. 108, 9 ad hos versus. CLAVD. 27, 15 -bant numina dictis *poetae*). Phil. 1, 36 nisi forte Accio tum -i ..., non Bruto putabatis. Lael. 24 stantes -bant in re ficta (*antea*: clamores). Att. 16, 2, 3 populum Romanum manus suas ... in -endo consumere. HOR. sat. 1, 10, 76 satis est equitem mihi -ere, ut ... explosa ... *mima quaedam* dixit. Ov. ars 1, 501. trist. 2, 506 -itur et magno palma favore datur. PHAEDR. 5, 7, 33. PETRON. 119 vers. 18 ut *tigris in circo* bibat humanum populo -ente cruorem (CE 2099, 12 [*saec. V*] -entis p. gaudia per cuneos. *cf. l. 66*). PLIN. nat. 36, 118 *populus* ad periculum suum -ens (*sc. propter instabilia theatri sedilia*). STAT. silv. 1, 2, 252. MART. 5, 10, 9 rara coronato -sere theatra Menandro (AVG. civ. 11, 8 p. 471, 15. epist. 155, 14 sententiae [*sc. Ter. Haut. 77*]). *al.*

Ⓘ *principes in rebus publicis homines eorumve res gestas, verba sim.*: CIC. Sest. 105 *popularibus* in theatro -batur. 121 exspectationi nostrae (*v. l. 31*). Deiot. 33 *propter statuam inter reges positam* -i tibi (*sc. Caesari*) non solere. Att. 2, 19, 3 *Curioni filio* ita -sum est, ut salva re publica Pompeio -i solebat. *ibid. equites* stantes -erant (SVET. Aug. 56, 2 *Augusti filiis* praetextatis ... a stantibus -sum *esse. cf. l. 34 et* PLIN. nat. 25, 52 *tribuno plebis* plebs adstans -sit). *al.* LVCAN. 7, 18 *cum Pompeius* -ente senatu sedit adhuc Romanus eques (CLAVD. 20, 135. SIDON. carm. 8, 9 populo simul et -ente s. ENNOD. carm. 2, 86, 7). CALP. ecl. 4, 125 ut ... bono -at paganica turba magistro *pagi,* qui facit ... ludos. MART. 4, 67, 4. QVINT. inst. 8, 3, 4 *orationi Ciceronis.* FRONTIN. strat. 1, 12, 1 Scipio ... cum egrediens nave prolapsus esset, ... '⟨pl⟩audite', inquit 'milites, Africam oppressi'. TAC. hist. 2, 55, 1 ut cessisse Othonem ... in theatrum adtulerunt, Vitellio -sere. AMM. 21, 16, 16 *palatinis* ad singula eius, *sc. Constantii,* verba -entibus. VVLG. IV reg. 11, 12 -entes manu dixerunt: 'vivat rex!'. *al.*

Ⓘ *eos, qui in pompa, triumpho incedunt, ducuntur sim. (cf. p. 2363, 10)*: CIC. Att. 13, 44, 1 (*in pompa*) propter malum vicinum, *sc. Caesarem,* ne Victoriae quidem -itur. TIB. 2, 5, 120 -at curru *filii triumphantis* praetereunte pater. PROP. 3, 4, 22 me sat erit Sacra -ere posse Via. 4, 6, 62 (*57* vincit Roma) omnes ... marinae -erunt circa libera signa deae. Ov. am. 1, 2, 40 laeta triumphanti *Amori* de summo mater Olympo -et. 3, 2, 47 aurea pompa venit ...; -ite Neptuno. 3, 13, 13 ducuntur niveae populo -ente iuvencae (PRVD. c. Symm. 1, 525. *al., cf. l. 38. 52. p. 2363, 10*). ars 1, 148 tu Veneri dominae -e favente manu. *al.* AVSON. 2, 8 (157 S.), 17 *somnians* cerno triumphantes inter me -ere. *al.*

Ⓘ *deum Iudaeorum et Christianorum (-unt res tamquam animantes l. 73, cf. p. 2363, 23. 2365, 19)*: VET. LAT. psalm. 46, 2 (cod. 303. *al.* = VVLG.) omnes gentes, -ite manibus, iubilate deo **(**[*gr. κροτήσατε χεῖρας*]. 97, 8 [*ibid., sim.* VVLG.] flumina -ent manibus, *sc. deo* [*gr. κροτήσουσι χειρί, add.* cod. 325 in idipso, PSALT. Rom. *al.* in idipsum. *cf. p. 2365, 63*]**)**. AVG. epist. 36, 12 *ut* laetantes -entesque cantemus: 'saturasti, domine, animam

[M^{c}Gowan]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inanem *eqs.*' (*nisi ad B ut etiam*: CASSIOD. in psalm. 46, 3 l. 41 quare domino et -i debeat et iubilari. *cf. p. 2364, 30*).

β *erga varios*: PLAVT. Asin. 906 (*iaciuntur tali*) Venerium est! pueri, -ite (*in convivio ut*: Pseud. 1276 -unt ⟨et⟩ 'parum' clamitant mi *saltanti,* ut revertar [*ad loc. cf. p. 574, 66*]). Most. 260 eugae! -o Scaphae *bene loquenti.* VARRO Men. 166 ita uti soliti eramus Romae in balneis -ere coepimus et murmurari. 206 non subsilies ac -es et ab Arato posces ... coronam? CIC. phil. frg. VIII 13 necesse erat peius existimare eos, ⌊qui -rent⌋, quam eos, qui non -rent (⌊ ⌋ qui oderunt *vel* quod erunt *codd.*). OV. Ib. 165 carnificis ... manu populo -ente traheris. SEN. epist. 102, 9 *etiam vir bonus* -it et sibilat. LVCAN. 6, 798 aeternis chalybis nodis et carcere Ditis constrictae -sere manus (*sc. propter civium discordiam*). PETRON. 25, 3 'cur non ... devirginatur Pannychis nostra?' ... -entibus ergo universis et postulantibus nuptias *eqs.* 26, 1 iam ebriae mulieres longum agmen -entes fecerant (*in nuptiis ut*: AMBR. virg. 2, 6, 40 nubenti ... -itur. CLAVD. 10, 172. 12, 37). 45, 13 'munus ... tibi dedi' et ego tibi -o. 67, 5 *Fortunata est* osculata ... *amicam* -entem (*sc. demum advenienti; an de gaudio, ut ad l. 40 sqq. pertineat?*). GELL. 11, 13, 10 *ut,* si quidem gravis atque integra ... sententia diceretur, ⌊tum ... gressibus quoque ipsis orationis et gestibus -retis. VET. LAT. Ier. 5, 31 (Facund. defens. 2, 4, 4) prophetae prophetant iniqua, sacerdotes -erunt manibus suis *eqs.* (*gr. ἐπεκρότησαν ταῖς χερσίν, Vulg.* adplaudebant). Is. 55, 12 (Ps. Aug. spec. 120 p. 661, 5) colles exilient expectantes vos in gaudio, et omnia ligna agri -ent ⌊ramis⌋ (*gr. ἐπικροτήσει.* ⌊ ⌋ VVLG. manu).

b *qualibet in re* (*accedit fere* manu, manibus *in sacr. script.*):
α *negantur -ere manus collisae, quae parum sonant*: SEN. nat. 2, 28, 1 aversas inter se manus collide: non -ent, sed palma cum palma collata plausum facit.

β *-unt homines*: Ⓘ *sequentes rhythmum, indicantes numeros (cf. l. 67. p. 2364, 3. 2365, 75 sqq.): ad saltationem* (*cf. l. 62. p. 2365, 69*): PETRON. 70, 10 iam coeperat Fortunata velle saltare, iam Scintilla frequentius -bat quam loquebatur (*fort. c. notione adhortandi*). STAT. silv. 1, 6, 70. Ach. 1, 834 modo quo citat orbe Lacaenas Delia -entesque suis intorquet Amyclis. VET. LAT. Ezech. 25, 6 -isti manu ([*v. p. 2365, 66*]. AMBR. Hel. 18, 66 *mulieres* -entes manibus, saltantes pedibus *eqs.* HIER. in Is. 2, 3, 16 *v. l. 66.* RVFIN. Orig. in num. 20, 1 p. 186, 7). *ad cantum organi*: VET. LAT. Am. 6, 5 (cod. 175. *al.*) -itis ad vocem organorum (*gr. ἐπικροτοῦντες, Vulg.* canitis). Ⓘ *iubentes, exhortantes* (*cf. l. 32*): PLIN. nat. 7, 177 -endo concivisse ministeria. Ⓘ *varios affectus exprimentes* (*malo alieno l. 42; cf. etiam l. 55. p. 2365, 2. 2366, 6*): VET. LAT. Nah. 3, 19 (Hier. ad loc. l. 703) omnes qui audierunt nuntium tuum *malum,* -ent manibus super te (*gr. κροτήσουσιν χεῖρας ἐπὶ σέ, Vulg.* compresserunt manum; *cf. Hier. ad loc. l. 726* quodam gaudii strepitu concrepabunt). Ezech. 6, 11 (Ambr. epist. 6, 27, 5. *al.*) *lamentando* -e manu et percute pede (*gr. κρότησον τῇ χειρί, Vulg.* percute manu). VVLG. prov. 17, 18 stultus homo -et manibus, cum spoponderit pro amico suo. Ezech. 21, 17 manu ad manum (*in ira, v. p. 2365, 64*). *al.*

2 *alia corporis parte (manu altera l. 67 sq. 70) vel qualibet re pulsa, quassa sim.* (*sublucet notio approbationis l. 55 sq.*): **a** *-unt animantes* (*dei l. 53. 56, anima morientis l. 54. 61*): **α** *volantes (sc. alas quatiendo): accedit abl.*: VERG. Aen. 5, 516 alis -entem nigra figit sub nube columbam ([*pendet* GLOSS. IV 481, 11 percutientem. *sim.* V 264, 51]. FRONTO p. 233, 10 [*Iuppiter Somno*] *te oportet* placide ... advolare nec ut columbae a. -ere. AMBR. epist. 7, 51, 3 *mortuus ad caelum volans* -ens a. atque remigiis spiritalibus). OV. met. 8, 238 *perdix* -sit pennis testataque gaudia cantu est (SIL. 14, 675 *nullo* sanguine pollutis -sit Victoria p. PRVD. ham. 816 *avium* pars petit aetram ... -ens super aëra pinnis). LACT. Phoen. 53 ter alarum repetito verbere -it (*cf. l. 71*). *exempla cetera*: PLIN. nat. 10, 108 (*de columba*) -ere in caelo varieque sulcare. STAT. Theb. 10, 201 me volucres ⌊circum -ere⌋ secundae (*errore vol. III 1157, 20 pro verbo compos. attulimus*). PRVD. perist. 3, 169 flatus, *i. anima martyris,* in aethere -it ovans ... volucer. **β** *saltantes* (*sc. solum pedibus pulsando; cf. p. 2365, 69*): AMBR. epist. 6, 27, 5 tamquam muliebribus intermixtum choreis putamus eum, *sc. David,* concrepare manibus et turpi sono -ere. VVLG. Is. 3, 16 *filiae Sion* nutibus oculorum ibant et -bant, ambulabant *eqs.* (*cf.* HIER. in Is. 2, 3, 16 l. 27 G. *mulierculae quaedam christianae* -unt tam manibus quam pedibus). **γ** *indicantes numeros* (*sc. manu, cf. p. 2364, 3*): AVG. mus. 1, 13, 27 numerose. 2, 10, 18 in -endo ... levatur et ponitur manus. *al. in eodem opere.* **δ** *varii* (*chordas percutientes v. p. 2364, 27*): VVLG. Ezech. 21, 12 *lamentando* -e super femur (*sc. manum illidendo*). DRAC. Romul. 10, 465 verbera -entum (*sc. flagellis viperinis*) resonant per inane sororum (*cf. l. 58*).

b *-it actio hominis* (AVSON.) *vel pars corporis quassa, mota*: AVSON. Mos. 344 *vidi aliquos* -enti gelidum flumen pepulisse natatu (*cf. p. 2365, 46*). TRACT. in Luc. 5, 28 ut columba ex retibus *liberata* -entibus pinnis (AVG. c. Iulian. 5, 10, 43 fereris ... linguae tuae velut exsultantibus et -entibus p. [*postea*: strepitu]. CYPR. GALL. gen. 307 *Noe* dimittit p. -ente volucrem). AVG. mus. 2, 13, 24 videri opus est -entem manum (*cf. supra aγ*).

B *usu deflexo actio -endi fit quolibet modo, sc. respectu partis corporis concutiendae, quatiendae fere evanido (sc. praeter l. 46, sed subest in imag. maxime l. 12 sqq. 44 sqq.); praevalet respectus*: **1** *favendi, laudem, gratiam sim. conferendi* (*huc quaedam sub A 1 a allata vergere non negamus, maxime p. 2363, 5. 16; -i dicendo, canendo sim. intellegitur maxime l. 17. 23. 26 sqq. et saepe sub b*): **a** *aliis, sc. ipsis vel ingenio eorum sim.* (*accedit dat. l. 16. 23. 30. al.*): CIC. Tusc. 5, 73 quod *Epicurus* ... me ... -ente dicit. fam. 7, 33, 1 gregalibus illis, quibus te -ente vigebamus, amissis. ad Q. fr. 1, 2, 6 (*referuntur verba Quinti*) *vivus reus* fumo ut comburetur -ente tota provincia. 2, 4, 1 Vatinium ... concidimus dis hominibusque -entibus. HOR. epist. 2, 1, 88 Saliare Numae carmen qui laudat ..., ingeniis non ille favet -itque sepultis, nostra sed impugnat (OV. Pont. 2, 5, 22 *versus meos* ore favente probas, i. que meo ... -is). SEN. nat. 4, 8 unam rem ... adiciam, et favere te ac -ere iuvabit. STAT. Theb. 4, 225 -enti ... habiles Caryae resonare Dianae. MART. 1, 61, 5 Marone felix Mantua est, ..., ⌊Apollodoro⌋ -it imbrifer Nilus, ..., gaudent ... Canio suo Gades (⌊ ⌋ *an abl., ut locus ad 2 pertineat?*). ARNOB. nat. 1, 64 p. 61, 15 illos omnes *scriptores* ... admirantes -entes ad caeli sustollitis sidera. AMBR. vid. 13, 79 (*opp.* despiceret). HEGES. 1, 46, 2 adclamatio facta militum Archelao -entium (*gr. I 670 βοὴ ... τῶν Ἀρχελάῳ συννηδομένων*). AVG. civ. 2, 20 p. 78, 9 populi -ant ... largitoribus voluptatum. SVLP. SEV. epist. 3, 21 Martino divinis -itur psalmis *eqs.* (*item pendet abl.*: SIDON. carm. 1, 9 *Iove regna suscipiente* Castalidum ... chorus vario modulamine -sit: carminibus, cannis, pollice, voce, pede. GREG. TVR. Franc. 2, 40 p. 91, 4 -entes tam parmis *percussis* [palmis *var. l.*] quam vocibus eum clypeo evectum ... regem constituunt. VEN. FORT. carm. app. 17, 1 -ite voce deo). VEN. FORT. carm. 6, 2, 7 hinc cui *regi* barbaries, illinc Romania -it: diversis linguis laus sonat una viri. *al.* *peculiariter -unt ea, quibus quaedam sententia confirmatur* (*cf. Tert. resurr. 11, 9* utrumque mihi adplaudet): TERT. pudic. 6 p. 229, 1 si qua vobis exempla *ex vet. test. sumpta,* ⌊in sinu[m]⌋ -ent, non opponentur huic quam defendimus disciplinae (⌊ ⌋ *sc. in cogitatione vestra solum; corr. Oehler*).

b *sibi vel propriis actionibus, cogitationibus sim., ut vergat in notionem gloriandi, superbiendi sim.* (*sc. inde a* PLIN. *l. 46 et sub β; indicatur, qua re quis glorietur, per abl. causae l. 48. 51. al. [cf. 69. p. 2365, 5. al., distingue l. 26 sqq. p. 2365, 12], praepos.* de *l. 49. 52. 59* [*cf. l. 75*], in *c. abl. l. 47. 58 [cf. p. 2365, 2], enunt. secund. c.* quod, quia *l. 50. 53. al. [cf. l. 71 sq.], (acc. c.) inf. l. 60. 62. 64 [cf. p. 2365, 6]; erga quem, per praepos.* in *c. acc. l. 56*): **α** *cum dat. pron. refl.* (*cf. l. 71*): HOR. sat. 1, 1, 66 (*loq. avarus*) populus me sibilat, at mihi -o ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca (OV. met. 6, 97 sumptis quin candida pennis ipsa *Antigona* sibi -at crepitante ciconia rostro. PLIN. epist. 9, 14, 1). APVL. apol. 74, 6 habet in istis quod sibi -at *auctor accusationis* (*antea*: gloriatur). CYPR. eleem. 13 quid tibi istis ineptis ... cogitationibus -is? epist. 73, 17, 1 *ne Iudaei* sibi blandirentur et -rent de solo *deo* patre (*antea*: iactitabant se). LVCIF. reg. apost. 3 l. 22 nolo tibi -eas, quod ... habeas regnum *eqs.* HIER. epist. 140, 21, 1 liberi arbitrii sibi potestate -entes. PAVL. NOL. carm. 31, 527 de se sibi. AVG. in psalm. 36, serm. 2, 4 l. 21 quid sibi ... -it iniquus, quia *eqs.*? SALV. gub. 7, 48 p. 170, 19 catholici nominis praesumptione. *al.* **β** *cetera exempla*: TAC. dial. 32, 7 (*loq. Messalla*) me, dum iuris et philosophiae scientiam tamquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis -isse. MIN. FEL. 14, 2 parce ... in eum -ere; neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis, quam *eqs.* LVCIF. reg. apost. 6 l. 18 ne ... in eo -eas, quod ... pater vester vobis tradiderit regnum, dicens: *'eqs.'*. moriend. 1 l. 13 de ... vana imperii tui dominatione temet collegi -ere. EVAGR. vita Anton. 24 p. 879 ille, qui universa maria a se deleta -bat (*gr. ἐπαγγελλόμενος*). AMBR. Iac. 2, 11, 48 *ne* -as, quod *eqs.* ANON. in Phil. 5A -bant 'se legis' observatione Iudaicae 'confidere in carne'. COMM. apol. 20 dum -ent divitiis, *se avertunt a pauperibus* (*an ad 3?*). 480 qui magis de facto *malo* deberent lugere, -ent! ROMVL. fab. 92, 2 rec. vet. *pulex* -bat se esse melio- rem *quam camelus* (rec. W sibi esse melior). PS. ORIG. in Iob 2 p. 451[A] gloriaris ac -is, quod *eqs.* *al.*

2 *gaudendi, laetandi, exultandi, sibi gratulandi sim.* (*sc. fere de perceptis ab homine, deo, natura sim.; malo alieno* QVODV.): APVL. met. 3, 19, 1 at ⌊⟨ego plau⟩si lepido sermone Photidis (⌊ ⌋ *Helm, alii alia*). 5, 12, 1 nuntio Psyche laeta florebat et divinae subolis solacio -bat et futuri pignoris gloria gestiebat *eqs.* AMBR. exc. Sat. 1, 23 -bam mihi, quod tali me dominus fratre donaverat. hex. 4, 1, 3 *ligna* -unt, quod priora luminibus caeli esse coeperunt (*cf.* VEN. FORT. carm. 3, 9, 24 *vere reducto* -it quaeque suis arbor amoena comis [*an ad 3?*]). Tob. 11, 38 clamor -entium (*sc. de lucro alea facto*). AVG. in psalm. 88, serm. 2, 6 de quibus *promissionibus*

[McGowan]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tam alacriter -bamus (*antea*: gaudebamus; *postea*: gratulabamur). QVODV. prom. 4, 15, 24 *impiorum* -entium in morte sanctorum. GREG. TVR. glor. mart. 78 p. 540, 28 *ecclesia* apostoli reliquiis -it. vita patr. 20, 3 p. 743, 2 non ... dimissis capillorum flagellis ... -bat, sed certo tempore capillum tondebat. VEN. FORT. carm. 2, 6, 28 -is, *sancta crux,* triumpho nobili. 5, 8, 7 -imus ... communia vota tenere (*sc. episcopum rediisse; antea*: gaudeo, quod rediit *eqs.*). LAVRENT. eleem. p. 114[A] plange hic (*sc. propter peccatum*), ut -as alibi. *al. ?vergit in notionem q. e. gloriando frui (siquidem sic legendum)*: APVL. Socr. 4 p. 126 homines ratione ⌊-entes⌋, oratione pollentes (⌊ ⌋ gaudentes *var. l.*).

3 *sonandi (cf. p. 2363, 64. 2364, 26 sqq. 46; pro subi. est locus l. 13. 17, sonus ipse l. 15, res per sonum indicata fort. l. 21; per abl. indicatur res in sonum mota l. 19, aliud l. 17. 20)*: AMBR. hex. 3, 5, 23 *ut* -ant insulae tranquillo fluctuum sanctorum choro, hymnis sanctorum personent. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 29 *qui* oratoriam fortitudinem -entibus concinentiis evirant (*antea*: resonantium sermunculorum taureas). PS. GREG. TVR. Thom. 6 audiebant sonos musicos et urbem totam laetitia magna -ere. VEN. FORT. carm. 3, 9, 43 (*poeta alloquitur diem resurrectionis Christi*) hinc tibi silva comis -it, ... hinc grates tacito palmite vitis agit. *huc fort. pertinet*: SEDVL. carm. pasch. 5, 103 his alapis, *sc. Christo ductis,* nobis libertas ... -sit (*cf. op. pasch. 5, 7* libertatem sumus consecuti. *an coll. p. 2361, 73* prodit *legendum?*).

II *transitive* (*cf.* GLOSS.[L] IV Plac. P 1 '-o tibi illam rem' potest bona locutio esse; prope tale est in Virgilio [*mire affert* Aen. 6, 644 *l. 69*]):

A *praevalente vi magis minusve vehementer feriendi, concutiendi sim. cum sonitu quodam (-it ipse sonus l. 51; iuxta ponitur sonitus l. 31. 40. 44. 75)*: **1** *cum obi. rei, quae afficitur; -untur*: **a** *quae pulsantur, contrectantur sim. (quae res sub I indicatur per praepos.* ad *p. 2363, 47,* super *p. 2363, 57. 70)*: **α** *palpantur animalia*: VERG. georg. 3, 186 *oportet equum* gaudere magistri laudibus et -sae sonitum cervicis amare (SIL. 4, 264 -sae c. AVSON. 26 [299 S.], 9. AMBR. virg. 2, 6, 41 -sae sonitum ... c.). Aen. 12, 86 manibus ... pectora -sa (OV. met. 2, 867 p. praebet *taurus* virginea -enda manu. *cf. l. 47*). OV. ars 1, 630 -sa ... colla. STAT. Theb. 4, 11 *Bellona* -it equos. **β** *exempla cetera*: CIRIS 179 non Libyco molles -untur pectine telae (*ad loc. v. comm. Lyne, 1978, 37 sq.*). PERS. 6, 77 Cappadocas *venales* ... pinguis -isse (pavisse *var. l.*). PLIN. nat. 10, 111 aliae *aves volando alas* raro intervallo quatiunt, aliae crebrius, sed et primas dumtaxat pinnas, aliae et tota latera -unt (*cf.* AVIEN. Arat. 1745 *corvi* pinnis corpora -unt). VAL. FL. 3, 527 citatarum tellus pede -sa sororum personat (*cf.* MART. 12, 50, 5 pulvereum ... fugax hippodromon ungula -it). SIL. 3, 348 *Hispaniae pubem* ad numerum resonas gaudentem -ere caetras (*cf.* STAT. Theb. 7, 134 *Mars* clipeum ter ⌊pectore⌋ -sit [*sc. hastā, ut* ⌊ ⌋ *sit abl. loci? cf.* silv. 5, 2, 130 *Quirinus puero* tibi ... permisit -ere collo ... clipeos *Saliorum*]). 6, 363 *hortator* ad numerum -at resonantia caerula tonsis (*cf.* 12, 99 *Icarum* alis turbida -entem ... freta. STAT. silv. 1, 3, 74 *Anio ipse* vitreas ... natatu -it aquas). HOMER. 420 *ut avis videns pullum laniari* levibus ⌊-it⌋ sua pectora pennis (plang- *var. l.*). STAT. Theb. 4, 791 *Curetes* certantia -unt ⌊orgia⌋ (SCHOL. tympana). silv. 1, 2, 146 gaudentes -erunt limina *domus sponsae* cycni. ARNOB. nat. 5, 26 p. 282, 11 (vers.) *partes obscenas* succutiens ... manu ... -it, contrectat amice. CE 712, 12 (*saec. VI*[2]) *praeconia domini* perassiduis concentibus aethera -ent. *?p. p. p. pro adi. i. q. percussus vel quod percuti potest*: VET. LAT. psalm. 143, 9 (cod. 136) in nabla ⌊decem⌋ plosa psallam tibi (⌊ ⌋ *pro 'decies' vel 'ratione decemplici', nisi voluit interpres compos.* decemplosus [*sec.* bipartitus *sim.*], *cf. gr. δεκαχόρδῳ, Vulg. al.* decacordo; *sim.* -ere *spectat ad chordas percutiendas p. 2364, 28*).

b *quae ipsa quatiuntur, colliduntur*: **α** *varia*: OV. met. 14, 507 *volucrum* numerus ... subvolat et remos -sis circumvolat alis (14, 577 *Ardea* subvolat et cineres -sis everberat a.). CLAVD. DON. Aen. 7, 140 p. 23, 6 ('ardentem ... manu quatiens ostendit ... nubem') ipsam ⌊nubem⌋ sic Iuppiter demonstravit -ens manu, ut appareret *eqs.* (⌊ ⌋ *ἀπὸ κοινοῦ intellegendum*). **β** *manus*: VET. LAT. psalm. 97, 8 (cod. 325) flumina -ent manus (*ceterum v. p. 2362, 73*). Ezech. 21, 14 (cod. 176) -e manum ad manum ([*gr. aliter, Vulg.* percute manu ad m.]. 21, 17 [*ibid.*] plau⟨dam⟩ m. ... ad m. ... et in⟨mit⟩tam iram [*gr. κρότησον ἐπὶ τὴν χεῖρά σου, VVLG.* manu ad m.]). 25, 6 (cod. 175) -isti manum tuam et sonum fecisti pede tuo et insultasti in anima tua (*gr. ἐκρότησας τὴν χεῖρά σου, VVLG.* manu).

2 *cum obi. rei, quae efficitur*: VERG. Aen. 6, 644 pars pedibus ⌊-unt choreas et carmina dicunt⌋ (⌊ ⌋ *inde* AVSON. 18 [352 S.], 24. *huc spectat* GLOSS.[L] III Abol. PE 1 pedibus -unt: triumphant [*sim.* GLOSS. IV 457, 31. *cf. supra p. 2363, 30. 62*]. *cf.* SIDON. carm. 22, 16 quidquid ... Dryas vel ... Hamadryas umquam ... festum -sere). CLAVD. 28, 630 ferreus alterno concentus -itur ense (*Scaliger,* clau- *codd.*). AVG. mus. 2, 13, 24 *metri* pedes ... personandos mihi -endosque permitte ([*antea*: admoto plausu ista percurram; *postea*: intende ... aurem in sonum et in plausum oculos]. *cf.* 3, 7, 15 iambus. *sim. al. in eodem opere; cf. p. 2363, 67*).

B *praevalente vi laudandi, probandi, de aliqua re laetandi sim. (hic illic evanido respectu manuum concussarum)*: PERS. 4, 31 farratam pueris *avari* -entibus ollam (farrata ... olla *var. l.*). IVV. 1, 146 ducitur iratis -endum funus amicis. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 65 non solum studium laudabit, sed etiam ⟨p⟩laudet. OPT. PORF. carm. 19, 20 *poeta* felicia saecula -ens. SYMM. or. 3, 5 cunctis alacri favore -entibus patrem ... cedentem. PRVD. perist. 10, 220 in theatris *peccatum.* CLAVD. 26, 452 laetis ... vocibus auspicium. PS. AVG. serm. 194, 4 *Maria ab angelo salutata* promeruit gloriam, quam ipsa postmodum -sit (*seq. Luc. 1, 48* ex hoc beatam me dicent omnes generationes). THEOD. MOPS. in II Tim. 4, 7 ('certamen bonum certavi *eqs.*') non -ens se ista dicit, sed *exhortans Timotheum.*

deriv.: plauditor, plausibilis, plausio, plausor (-trix), plausus (-ūs); *cf.* plaustrum, plautus.

compos.: ap-, circum-, com-, di(s)-, ex-, *?*im-, re-, super-, supplaudo.

[plaudio *v.* plaudo.**]** **[plauga** *v.* planca.**]** *M°Gowan.*

[plaumōnis *falso tradi vid.* VET. LAT. II reg. 5, 23 (*cod. 91. al.*) *pro* clauthmonis, *sc. κλαυθμῶνος (v. enim cod. 115* clautonis). *aliter Fernández Marcos, Scribes and Translators, 1994, 60 sq.***]**

plaumoratum, -ī *n.* [*orig. inc., vox fort. celt. vel raet.*; plau- *c. vocibus germ. collatum est (cf. theod.* Pflug), -ratum *c. celticis (cf. vet. hibern.* roth *'rota'): frustra tamen, nam tota vox explicatione eget. v. Ernout-Meillet, Dict. [4]1959, 513; Le Bonniec ad Plin. nat. 18, 172. Fo.*] *genus aratri rotis praediti (ad rem cf. White, Agric. Implements, 1967, 132 sqq. 141 sqq.)*: PLIN. nat. 18, 172 inventum in Raetia Galliae duas addere ... rotulas, quod genus vocant -i (plaustraratri *Harduinus, alii alia*). *N. H.*

plausibilis, -e. *a* plaudere (plausum, *sic fere* PRISC. gramm. II 132, 21 EVTYCH. gramm. V 456, 6). NOT. Tir. 106, 47 -is. *compar.* -ior AMBR. *p. 2367, 4 (cf.* magis -e *l. 59 nec non adv. p. 2367, 25); superl. deest. de notione (cf. l. 68 sq.)*: SYNON. Cic. p. 447, 14 vulgare. populare. -e. plebeium. GLOSS. -e[m]: quod ad plausum pertinet. -ia: iocosa, scurrilia. -e⟨s⟩ res: favore exceptas. GLOSS.[L] I Ansil. PL 205 sqq. (cod. Paris.) -e: vendibile negotium. populare. vulgatum. *legitur apud* CIC., SEN. *philos.,* QVINT. *et inde a* CYPR.; *in versibus non nisi p. 2367, 11.* [*de forma, ut vid., corrupta* plausilis *v. p. 2367, 26.*]

1 *sensu pass., i. cui plausus, assensio datur, et inde fere i. q. placens, gratus, acceptus* (*sc. fere plerisque hominibus, populo sim.; c. dat. pers. l. 65; fere pro syn. sunt e. g.* amabilis *l. 46. 49,* laetus *l. 58,* popularis *l. 45. 60, opp. e. g.* serius *l. 73. p. 2367, 6,* utilis *l. 51. 65; adhibetur saepius c. vituperatione quadam, e. g. l. 55. 59. p. 2367, 6; ad plausum manuum spectat maxime l. 57* [*cf. p. 2367, 16*]): **a** *-ia sunt dicta vel scripta (cf. p. 2367, 4), quae placent*: **α** *vario modo*: CIC. div. in Caec. 8 etiam censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur, id iam populare et -e factum est (FILASTR. 111, 4 *pagani* ex rege Pagano ..., quasi -e [passibile *cod. alter*] atque amabile n. eius habentes *eqs.*). Tusc. 3, 51 *Epicureos* admonebo ..., quoniam haec (*sc. dogmata sim.*) -ia non sunt, ut ... gloriose loqui desinant. SCHOL. Cic. Clun. p. 272, 8 (*ad Lig. 37* similem ... gloriae laudem) acceptam ... populo vel amabilem ⌊et -em⌋ (te -e *var. l.*). SALV. gub. praef. 3 rerum magis quam verborum amatores utilia potius quam -ia sectamur (*vergit ad β, cf. e. g. postea*: lenocinia *in scriptis*). GLOSS.[L] V Abba FA 27 (*sim.* GLOSS. V 500, 2. 599, 45) Fescenninas (fasc- *trad.*): -es †vallationes (⟨ca⟩villationes *Niedermann, Contrib. à la critique ... des gloses lat., 1905, 9 sq.*). **β** *propter stilum, ornatum rhetoricum sim.*: SEN. epist. 59, 6 *apud antiquos* nondum captabatur -is oratio (HIER. in Zach. 7, 8 l. 220. SIDON. epist. 5, 10, 2 *quendam* perorantem et rhetorica sedilia -i o. frangentem). QVINT. inst. 4, 3, 1 plerisque moris est ... in aliquem laetum ac -em locum, quam maxime possint favorabiliter, excurrere. 12, 10, 73 vitiosum ... dicendi genus ... magis existimant populare atque -e. SACERD. gramm. VI 493, 32 (= PROB. cath. gramm. IV 41, 19) si -is non fuerit *trisyllaba structura* ..., nec structuram faciet nobis placentem (*respic. clausula metrica ut l. 74 et locis vol. III 1325, 11 sqq. allatis*). SYMM. epist. 3, 11, 1 in -is sermonis argutias (FILASTR. 89, 3. AVG. anim. 4, 33 p. 411, 10 parum ... fore -em. serm. 180, 6, 6 et si non tam -is s. vobis sit ..., utilis tamen est). HIER. epist. 118, 1, 3 puerilis atque -is eloquii venustatem. ANIAN. Chrysost. hom. prol. p. 977 Antiochi -em pompam. RVFIN. Orig. in Rom. 9, 3 l. 151 polita ... et -ia *verba.* DOSITH. gramm. VII 427, 1 ⌊-is petitio⌋: *κροτητικὴ αἴτησις* (⌊ ⌋ *restit. pro* pulsabilis peritio CHAR. gramm. p. 407, 25. *fort. hinc pendet locus corruptus* GLOSS.[L] II Philox. PL 33 -e: *αιτησεκριτον*). ARNOB. IVN. confl. 2, 3 l. 103 clausulam. *neutr. pro subst.*: HIER. epist. 29, 7, 2 quidquid pueri -e *in loquendo* habueramus, amisimus (*item iuxta pron.*: SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid ... panegyrista -e, sophista serium ... condiderunt). AVG. doctr. christ. 4, 115 an ... consulto illi haec -ia devitaverint, *sc. ornatum clausularum.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *-ia sunt varia:* **α** *de hominibus:* CYPR. epist. 16, 2, 1 *clerici quidam,* dum ... -es esse cupiunt, magis lapsis obsunt. **β** *de rebus* (*addasne l. 11?*): AMBR. off. 1, 44, 218 *filii ecclesiasticorum saepe* ad ea convertuntur studia, quae -iora arbitrantur (*antea*: gravis deterret actus *eqs.*). *neutr. pro subst.* (*cf. p. 2366, 71 sqq.*): AMBR. epist. 1, 4, 13 *Iacob* fugiens umbras inanium rerum ..., -bus praeponens seria. in psalm. 1, 24, 5 neque secunda extollant neque adversa te frangant nec -ia demorentur nec maesta detineant.

2 *sensu instrum., i. quo quis plaudit (viget notio feriendi praeter l. 14):* ?**a** *-is est actio aquam pulsandi* (*nisi exemplum ad l. 2 trahas*): CYPR. GALL. exod. 57 (*ad 2, 5*) *filia regis in Nilo* -es ... captat laeta natatus (*cf. p. 2363, 74. 2365, 46*). **b** *-e est, quo laudes aguntur* (*accedunt l. 14 dat. rei laudatae et syn.* favorabilis): SIDON. epist. 9, 13, 1 est ... versibus meis sententia tua tam -is olim, tam favorabilis, ut poetarum me quibusque lectissimis comparandum putes. 9, 14, 2 dignus ..., quem -bus (plausilibus *var. l.*) Roma foveret ulnis, quoque recitante ... subsellia ... quaterentur.

adv. **plausibiliter** (*cf.* DIOM. gramm. I 406, 7 *a* plausibili -r). *compar.* -ius SIDON., *superl. deest.* *i. q. modo plausibili, sc. ita ut plausus vel assensio detur* (*cum vituperatione quadam l. 22 sqq.*): AVG. civ. 1, 12 p. 23, 6 (= cur. mort. 2, 4) licuit ... poetis -r dicere '...' (POMER. 1, 24 *declamatores* -r dicunt et nihil auditoribus ... proficiunt). c. Cresc. 4, 45, 54 p. 551, 24 -r ... adiungere: *'eqs.'*. pat. 4, 3 theatricum aliquid -r exhibendo (*postea*: populari vanitate). SIDON. epist. 8, 10, 3 magnus orator, si negotium aggrediatur angustum, tunc amplum -ius manifestat ingenium.

plausilis, -e *forma corrupta vocis q. e.* plausibilis *esse videtur, cf. var. lect. l. 16.* NOT. Tir. 106, 46 -e (*postea p. 2366, 29*). GLOSS.^{L} III Abstr. PL 14 (*inde* I Ansil. PL 208) -e et plausibile unum est. V Aa P 697 -es res: ⌊favori aptas⌋ (*pro* favore exceptas, *cf. p. 2366, 33*). *Spoth.*

plausio, -ōnis *f.* *a* plaudere. *i. q. actio plaudendi; non nisi e versione inepta* (*v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 131*): CASSIOD. hist. 2, 1, 6 Constantinus ... gratiarum actionis imaginem secundum nos apostolica -e constituens (*Socrat. 1, 8, 7 ἀνετίθει χαριστήριον, εἰκόνα χορείας ἀποστολικῆς ταύτην καθ' ἡμᾶς συστησάμενος*).

cf. supplosio.

[plausito, -āre; *non nisi in parte codd.* ANTH. 762, 21 (*med. aevi*) ⌊-at⌋ ... palumbes (⌊ ⌋ pausit- *Riese, cf. etiam p. 799, 54 sqq.*).**]**

plausor (plōsor), -ōris *m.* *a* plaudere. SCHOL. Hor. ars 154 'plosoris' et 'plausoris' legitur (*quae seq., v. p. 2361, 42*).

i. qui plaudit (*pendet gen. obi. l. 49. 58, pro quo pron. poss. l. 48. 63*): **1** *usu pleno, sc. sonum (magnum) efficiendo; respicitur is:* **a** *qui laudem, approbationem, favorem sim. exhibet, sc. fere manibus concussis* (*sed potius vociferando, iubilando l. 50. 52*): HOR. epist. 2, 2, 130 *quidam* se credebat miros audire tragoedos in vacuo laetus sessor -rque theatro. ars 154 si -is eges aulaea manentis et usque sessuri, donec cantor 'vos plaudite' dicat. PETRON. 5 vers. 7 *ne* -r in scaena⟨m⟩ sedeat redemptus histrionis ad rictus. QVINT. inst. 12, 9, 4 cum illa dicendi vitiosa iactatio inter -es suos detonuit, *eqs.* PLIN. paneg. 46, 4 populus ... scaenici imperatoris *Neronis* spectator et -r. SVET. Nero 25, 1 sequentibus currum *Neronis* ovantium ritu -bus '...' clamitantibus. COD. Theod. 15, 9, 2 *ne iudices* inconsulta -orum insania (*sc. pretiis eorum*) curalium vires ... evellant. SIDON. epist. 9, 3, 5 (*ad episcopum*) *licet* praedicationes tuas ... raucus -r audierim. **b** *qui feras excitat in venatu* (*sc. voce vel instrumento quasso sim.; ad rem cf. Aymard, Les chasses Rom., 1951, 226 sq.*): SIDON. epist. 8, 6, 12 retibus cassibusque ... -r (clusor *var. l.*) statarius nemora circumvenis.

2 *usu deflexo, sc. evanido respectu soni; respicitur is:* *qui cuilibet favet vel aliquid laudat*: TERT. apol. 35, 11 scelestarum partium socii aut -es. SYMM. epist. 4, 18, 6 *fratrem meum* scriptorum meorum doctissimum ... iudicem – cur dicam iudicem, quem malo -em? – fac socium lectionis. SIDON. carm. 9, 299 *Merobaudes,* -es cui ... Quirites ... statuam ... locarunt. epist. 4, 25, 2 *candidatus episcopalis officii* promiserat ecclesiastica -bus suis praedae praedia fore. *qui spectator iudicat* (*sc. malevolus; in compar.*): TERT. paenit. 10, 5 quid consortes casuum (*i. peccatorum*) tuorum ut -es fugis? (*cf. 10, 4* insultatores). SIDON. epist. 9, 9, 4 an verebare, ne tuis dictis invideremus? ... an *meum* supercilium tamquam difficilis ac rigidi -is extimescebas?

f. **plaustrīx,** -īcis. *i. quae plaudit*: NON. p. 150, 35 possestrix a possidendo: ... ita curstrix, ita -x *eqs.* *Ottink.*

plaustellum *et* **plōstellum,** -ī *n.* *a* plaustrum. *scribitur* plost- *praeter* GLOSS. *i. q. plaustrum parvum* (*cf.* GLOSS. -um: vehiculum breve): *de genere tribuli, sc. machinae frumento terendo aptae* (*de re v. White, Agricultural Implements, 1967, 155 sq.*): VARRO rust. 1, 52, 1 fit *tribulum* ... ex axibus dentatis cum orbiculis, quod vocant -um poenicum; in eo quis sedeat atque agitet ... iumenta. *cetera exempla*: HOR. sat. 2, 3, 247 (*inter ludicra puerilia*) -o adiungere mures. AVG. civ. 7, 21 p. 299, 19 membrum *virile* per Liberi dies festos ... -is impositum ... vectabatur.

[plauster *v. l. 55.***]**

(plaustralis) **plōstrālis,** -e. *a* plaustrum. *i. q. ad plaustrum pertinens*: INSCR. Année Épigr. 1922 n. 127 (*saec. II/III*) C. Pomponius ... viam -em fecit de sua pecunia (*sc. plaustris vehendis aptam*). *pro subst. neutr. de festo quodam*: INSCR. suppl. Ital. n. s. 13 p. 313 n. 2 (*saec. I^2/II^1*) Rufilliu⟨s⟩ Augustus votum sol(vens) -bu⟨s⟩ dedicavit.

[plaustrarātrum *v.* plaumoratum.**]**

plaustrārius *et* **plōstrārius,** -a, -um. *a* plaustrum. *scribitur* plost- *praeter* LEGEM *l. 15 et* GLOSS. *l. 20. 23.* [*olim falso edebatur pro* claust- HIST. AVG. Alex. 24, 5.]

i. q. ad plaustrum pertinens: **1** *de rebus et iumentis*: CATO agr. 11, 1 asinos -os (duo) (*cf.* LEX Vrson. [CIL I^2 594] 98, 28 iumenta plaustraria). 11, 2 iugum -um (unum).

2 *de hominibus*: **a** *masc. pro subst.:* *de eis, qui plaustrum conficiunt* (*cf. b*): CIL IV 485 Marcellum aed(ilem) lignari, -i rog(ant) (*nisi adi. c.* lignari *coniungendum*). X 3989 ⟨p⟩lostrarius (*seq. nomen; an ad l. 21?*). GLOSS. plostrarius: *ἁμαξοποιός.* plustrarius: carrarius. *de eis, qui plaustrum agunt*: VLP. dig. 9, 2, 27, 33 si ex plostro lapis ceciderit ..., Aquiliae actione -um teneri placet, si male composuit lapides. **b** *usu adi.* (*fort. addas l. 18*): GLOSS. faber plaustrarius: *ἁμαξοπώλης.*

plaustrilucus (*exspectes* -lūc-), -a, -um. *a* plaustrum *et* lucere. *i. q. inter signa Plaustri lucens*: MART. CAP. 9, 912 (vers.) -is luminat ignibus Anguis Parrhasias disiciens feras.

?**plaustrit:** quod de (*vel* e) plaustro sonat GLOSS. *quae lateat corruptela, incertum.*

plaustrīx *v.* plausor.

(plaustror) **plōstror,** -āri. *a* plaustrum. *i. q. plaustrum agere*: DOSITH. gramm. 71, 13 (*inter* verba, quae passive tantum efferuntur) *ἁμαξηλατῶ* -or.

plaustrum *et* **plōstrum,** -ī *n.* **[**-um *videtur primitus* -au-, *non* -ō- *habuisse (Brüch, Glotta 26, 1938, 155 sqq.) ideoque, quod ad formam quidem attinet, c.* plaudere *coniungi potest (de suffixo* -(s)tro- *v. Leumann, Gramm. 1977, 313), sed ratio, quae inter notiones harum vocum intercedat, vix inveniri potest (v. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 328 sq.), ita ut potius veriloquium vulgare suspiceris. an cogites de* *pro-u̯ek-stro- (*a* provehere) > *plou̯(e)stro-, *sc. per dissimilationem q. d. et syncopen? Fo.***]** *de origine*: VARRO ling. 5, 140 -um ab eo quod ... ex omni parte palam est, quae in eo vehuntur, quod perlucet, ut lapides, asseres, tignum. ISID. orig. 20, 12, 3 -um vehiculum duarum rotarum, quo onera deferuntur; et dictum -um, quia volvitur, quasi diceret pilastrum. *de scriptura: 1) testimonia*: SVET. Vesp. 22 *admonuit Mestrius Florus* plaustra potius quam plostra dicenda. PROB. Verg. georg. 1, 163 (*v. infra l. 57*) imperiti ea plostra vocant. MART. CAP. 3, 233 'a' ... transvertitur ... in 'o', ut ⌊plaudo, plostrum⌋ (*Eyssenhart,* plaustro plostro *codd. plerique*). PRISC. gramm. II 39, 8 *au dipthongus* transit in o productam more antiquō, ut ... plostrum pro plaustrum. II 44, 14. GLOSS.^{L} I Ansil. PL 338 plostrum dicimus magis quam plaustrum. *2) legitur in titulis* plost- CIL I^2 1831 (*saec. II a. Chr.?*). LEX Iul. munic. (CIL I^2 539) 57. 60. 62 sqq., plaust- CE 269, 2 *et* 5 (*inscr. pag.?*), *in codd. vet.* plost- ALF. dig. 9, 2, 52, 2 (*nonies*). PAVL. dig. 8, 3, 7 pr. VLP. dig. 9, 2, 27, 33, plaust- PLAVT. Epid. 592 (*A*). VERG. georg. 1, 163 (*AMPR*). 2, 444 (*MR*). *al.* LIV. 5, 40, 9 sq. (*V*). 25, 11, 17 (*P, ut passim*). 42, 57, 10 (*V, ut* 45, 40, 1). *al.* *forma* plauster *non nisi in glossis l. 61 sq.* *de notione*: BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 163 -a: vehiculum bobus aptum. PROB. Verg. georg. 1, 163 (*antea l. 45*) sunt autem vehicula, quorum rotae non sunt radiatae, sed tympana cohaerentia axi et iuncta cantho ferreo. ISID. *v. l. 42.* GLOSS. -um: *ἅμαξα. κρόταλον* (*corruptum? cf. e. g. p. 2371, 14*). reda aut carrum vel vehiculum. carpentum. GLOSS. II 589, 56 -ter: -um. GLOSS.^{L} I Ansil. PL 209 -ter: genus ve⟨h⟩iculi. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, SISENNA. [*non nisi in Gallia sept., sc. Rouchi* plutre *'cylindrus ad viam coaequandam' et* plutrer *'occare', francog. med.* ploustre *'plaustrum' et* ploustreur *'occator' (cf. aremor.* pleûstra *'boves aratro assuefacere'); cf. M.-L. 6588. Wartburg IX 52. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* paluster PLIN. nat. 4, 10 VVLG. Am. 1, 3 COD. Iust. 10, 49, 2. *falso tradi vid. pro* emplastrum GLOSS. III 583, 26 gipsius i(d est) -um.]

i. q. genus vehiculi (*a bobus trahi dicitur l. 57. p. 2369, 14. 2371, 5. al., a mulis, asinis non nisi p. 2369, 3 [cf. l. 15]; plur. pro sing. apud poetas inde a* PROP. *p. 2370, 46, saepe sub IIA, ceterum e. g. p. 2369, 27*): **I** *de ipso vehiculo*: **A** *proprie; de instrumento*: **1** *vehendi*: **a** *illustratur usus*: **α** *exempla varia* (*selecta inde a* VARRONE; *in locut. proverbiali l. 75*): PLAVT. Aul. 505 (*vituperatur luxuria*) nunc, quoquo venias, plus -orum in aedibus videas quam ruri. Epid. 592 perii, -um perculi

[Rzepiela]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*de usu proverbiali v. p. 1196, 5 sq. et Otto, Sprichw. n. 1437*). CATO agr. 5, 6 terram cariosam cave ne ares, neve -um ... inpellas. 62 quot iuga boverum, mulorum, asinorum habebis, totidem -a esse oportet. *al.* CIL I^2 1831 (*saec. II a. Chr.?*) via ... privatast ... precario itur; pecus, -u(m) niquis agat. SISENNA hist. 40 -a scorpiis ... onusta. CIC. Verr. II 1, 53 omnia *signa* ... -is evecta exportataque esse. *al.* LVCR. 6, 548 -is concussa tremescunt tecta viam propter. BELL. Afr. 21, 2 Labienus saucios ... iubet in -is deligatos Hadrumetum deportari. *al.* LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 63 quae ... -a triumphi caussa ... ducei oportebit. VARRO rust. 1, 16, 6 si viae sunt, qua -a agi facile possint. 1, 20, 3 ut *boves* inania primum ducant -a (*cf.* COLVM. 6, 2, 8 vacuo -o subiungendi *boves*). VERG. georg. 3, 362 *unda Scythica* puppibus ... prius, patulis nunc *frigore* hospita -is (*cf.* Ov. trist. 3, 10, 34 per ... novos pontes subterlabentibus undis ducunt Sarmatici barbara -a boves. 3, 12, 30 Pont. 4, 7, 10 LVCAN. 2, 641 VAL. FL. 6, 154. *al.*). 3, 536 *iumentis mortuis* contenta cervice trahunt *homines* stridentia -a. Aen. 11, 138 -is ... vectare gementibus ornos. HOR. sat. 1, 6, 42 si -a ducenta concurrantque foro tria funera (*inter strepitus turbantes ut*: epist. 2, 2, 74. AVSON. 27, 4 [399 S.], 26. *cf. p. 2370, 11 et* TERT. anim. 17, 3 auditus fallaciae reus, ut cum caeleste murmur putamus et -um est. VVLG. Am. 2, 13. *al.*). ars 276 dicitur et -is vexisse poemata Thespis (PORPH. ad quas *tragoedias* agendas -o circa civitates ... vehebatur. SCHOL. chori in -is constituti circa vicos tragoedias dicebant. *ibid. aliter* tam multa scripsisse, quae posset -is advehere). TIB. 1, 10, 52 rusticus e luco ... vehit ... uxorem -o progeniemque domum (*fort. ad γ*). 2, 1, 42 *ruris dei* primi ... feruntur ... -o supposuisse rotam. Ov. fast. 6, 679 sq. dominus ... -o ... morantes *tibicines, qui Tibur recesserant,* sustulit; in -o scirpea lata fuit (*de eisdem*: 6, 684 mane in medio -a fuere foro. LIV. 9, 30, 9 *Tiburtini* in -a somno vinctos *tibicines* coniciunt ac Romam deportant. VAL. MAX. 2, 5, 4). LIV. 5, 40, 9 sq. eas *virgines Vestales* cum L. Albinius ... conspexisset -o coniugem ac liberos avehens ... (10) pedibus ire, ... descendere uxorem ac pueros iussit, virgines sacraque in -um inposuit (*de eadem re*: VAL. MAX. 1, 1, 10 FLOR. epit. 1, 13, 12). VITR. 10, 1, 5 -orum seu serracorum per terram, navicularum per aquam ... machinationes. 10, 3, 9 -a, raedae, tympana ... per ... rotationem circini versando faciunt ad propositum effectus. PAVL. FEST. p. 15 arcirma genus -i est modici, quo homo gestari possit (*cf.* GELL. 20, 1, 29 arcera ... vocabatur -um tectum undique). VAL. MAX. 2, 6, 7 corpora ad sepulturae locum -o devehuntur. SEN. Oed. 721 iuga curva -i. LACT. mort. pers. 7, 8 *sub Diocletiano magna* provinciarum exactio in exhibendis ... -is. *al.* **β** *respiciuntur gentes externae* (*fere in -is habitantes; ad bellum -is venitur e. g. l. 45. 50, pro muro castrorum sunt l. 51 sqq.*): SALL. hist. frg. 3, 76 Scythae nomades ..., quibus -a sedes sunt (*item de Scythis gentibusve propinquis*: HOR. carm. 3, 24, 10. VAL. MAX. 5, 4 ext. 6 -is vagos. MELA 2, 2 *Sauromatae,* quia pro sedibus -a habent, dicti Hamaxobioe [*cf.* VAL. FL. 2, 178 *Sarmatica* -a sequi. TAC. Germ. 46, 2]. VAL. FL. 2, 160 -o derepta nurus *Thressa.* 6, 80 -is ... ad proelia cunctas Coelelatae traxere manus. *et saepe, cf. l. 12 sqq.*). PLIN. nat. 5, 22 Numidae ... mapalia sua, hoc est domos, -is circumferentes (*cf.* SIL. 3, 290 nulla domus *Gaetulis*; -is habitant). 8, 143 domus eorum *Cimbrorum* -is impositas (*item de Cimbris*: FLOR. epit. 3, 3, 16 sq.). TAC. ann. 14, 34, 2 *Britanni* animo adeo feroci, ut coniuges quoque ... *in bellum* traherent -isque imponerent. FRONTIN. strat. 4, 7, 33 Voccaei ... universas copias cinxere -is (*cf. e. g.* AMM. 31, 7, 5 *barbari castra defendunt* ad orbis rotundi figuram multitudine digesta -orum. CLAVD. 5, 129 *barbarus* muri ... locata in speciem caesis obtendit -a iuvencis). *al.* **γ** *adhibetur in religione*: LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 62 virgines Vestales ... -eis in urbe sacrorum ... caussa vehi oportebit (*cf. l. 29*). VERG. georg. 1, 163 Eleusinae matris. Ov. fast. 4, 345 *magna mater* sedens -o porta est invecta Capena. HYG. fab. 254, 6. TERT. spect. 7 p. 9, 9 etsi unam tensam trahat *pompa circi,* Iovis tamen -um est. CYPR. testim. 2, 16 *arcam testamenti* in -o boves reportaverunt (*cf. LXX I reg. 6, 14 ἅμαξα. de eodem*: VVLG. I reg. 6, 7 sq. *al.*). CARM. c. pag. 104.

b *iuncturae selectae*: **α** *verbales (part. quaedam sub β attulimus); respicitur actio: vehendi (fere abl., sed nom. l. 67. 68. 70)*: CIC. Verr. II 1, 53 *signa* -is evecta exportataque esse (*cf. l. 66 sqq. et e. g.* convehi LIV. 4, 60, 6, devehi VAL. MAX. 2, 5, 4. 2, 6, 7, invehi Ov. fast. 4, 345). BELL. Afr. 75, 3 qui -is merces portabant. LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 62 virgines ... -eis ... vehi (HOR. ars. 276 VAL. MAX. 1, 1, 10 CVRT. 8, 10, 3 QVINT. inst. 5, 13, 40. IVV. 3, 256 pinum -a vehunt. *al.; cf.* vectare VERG. Aen. 11, 138 *et compos. l. 63*). HOR. carm. 3, 24, 10 -a ... trahunt domos (*cf.* VAL. FL. 6, 80). PAVL. FEST. p. 15 quo -*o* ... gestari (*v. l. 35*). VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 -o ferri (SEN. Phaedr. 76. LVCAN. 3, 451 *lignum* -a ferunt). IVST. 11, 7, 11 *hominem* euntem -o. *al.* *onerandi*: CATO orig. 39 *sues* in -um imponit (LIV. 5, 40, 10. PLIN. nat. 8, 143 -is [*item dat.*: TAC. ann. 14, 34, 2. *al.*]. *al.*). CIC. div. 1, 57 *mortuum* in -um ... coniectum (LIV. 9, 30, 9). CVRT. 6, 2, 16 onerantium -a (*cf. p. 2370, 17*). *al.* *agendi*: CIL I^2 1831 (*saec. II a. Chr.?*) -u(m) niquis agat (LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 57 ni quis ... -um ... ducito agito [*item iuxta* ducere: 60. 64 sq.]. VARRO rust. 1, 16, 6 Ov. trist. 3, 12, 30). LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 66 quae -a ... in urbem inducta erunt. Ov. Pont. 4, 7, 10 ut ducat -a bubulcus (PAVL. dig. 8, 3, 7 pr.; *adde l. 1; aliter l. 7*). CE 269, 2 (*inscr. pag.?*) procul hinc reg(e) -a, bubulce (*cf. l. 56*). *trahendi*: VARRO ling. 5, 136 *regulam,* item ut -um, boves trahunt (VERG. georg. 3, 536 LACT. inst. 4, 17, 19 CARM. c. pag. 104). rust. 1, 20, 3 *ut boves* ducant -a (ALF. dig. 9, 2, 52, 2 Ov. trist. 3, 10, 34. *al.; aliter l. 3*). HYG. fab. 254, 6 -um ... reduxerunt. *vertendi*: PLAVT. Epid. 592 -um perculi (CATO orig. 93). ALF. dig. 9, 2, 52, 2 muliones conversum -um sublevabant (*ibid. iterum*).

β *nominales: respicitur strepitus*: VERG. georg. 3, 536 stridentia -a (Ov. trist. 3, 10, 59 CARM. c. pag. 104). Aen. 11, 138 -is ... gementibus (SEN. Phaedr. 76 GAVDENT. serm. 17, 22). Ov. trist. 3, 12, 30 stridula. PRISC. periheg. 181 sonoris. *respicitur gens*: Ov. trist. 3, 10, 34 barbara. LVCAN. 2, 641 Scythici. CLAVD. 8, 53 Geticis (*cf. l. 62*). *epitheta varia selecta*: CATO agr. 2, 7 vetus. 10, 2 maiora (*inde* VARRO rust. 1, 22, 3). orig. 93 oneratum (FRONTIN. strat. 3, 3, 5 HYG. fab. 130, 2. *cf.* onustum SISENNA hist. 40 ALF. dig. 9, 2, 52, 2. *al.*). VARRO rust. 1, 2, 20 inania (*cf.* COLVM. 6, 2, 8 vacui). VERG. georg. 1, 163 tarda (SEN. Oed. 721 CYPR. GALL. exod. 489. *cf. l. 58*). 3, 140 gravibus. HOR. epist. 2, 2, 74 robustis (*cf.* SIL. 12, 444 roboreis). *al.*

2 *paleae conterendae* (*non nisi in versione sacr. script. [hebr. resp.* חָרוּץ *praeter l. 28] vel locis eo pertinentibus, sed cf. p. 2367, 72; fere in imag. vel compar.; explicatur l. 33 et* GLOSS.^{L} Corp. P 481 -um: in similitudine arcae rotas habens intus; et ipsae dentes habent, qui rostra dicuntur, in quibus frangent spicas): VET. LAT. Is. 25, 10 (Hier. in Am. 2, 13) conculcabitur Moabitis, sicut conculcatur area in -is (*gr.* ἁμάξαις, VVLG. sicuti teruntur paleae in -o [*hebr. non resp.*]. *huc spectat* HIER. in Is. 8, 25, 9 quomodo ... -is serratis paleae conteruntur, sic conteretur Moab. *al.*). VVLG. Is. 28, 27. 41, 15 (*loq. deus*) ego posui te quasi -um triturans novum ...; triturabis montes. Am. 1, 3 quod trituraverint in -is ferreis Galaad (*huc spectant* HIER. *ad loc.* l. 161 sq. *tribula* hebraice appellantur arsoth [*v. l. 23*] ..., quae nos -a ferrea interpretati sumus; est autem genus -i, quod rotis subter ferreis atque dentatis volvitur, ut ... stipulam in areis conterat et ... paleas comminuat. IVLIAN. *ad loc.* -is ferreis tribulisque. *al.*).

B *metonymice*: **1** *de itinere -i*: AVIEN. Arat. 1334 orbis medii si caedat Cynthia formam, octavos ortus octavaque -a docebit (*gr. aliter; de vehiculo Lunae a bobus tracto, v. Lex. Icon. Myth. Class. VII 1, 706. 711 sq. 714*). **2** *de munere vehiculi praebendi* (*cf. p. 2369, 38*): COD. Iust. 1, 2, 11 (*a. 445*) neminem angariis ... vel -is vel quolibet munere excusari praecipimus, cum ... provincialium per loca, qua iter arripimus, debeant nobis ministeria exhiberi (*loco gemino* 10, 49, 2).

II *de sideribus forma similibus, sc. Vrsa maiore et minore (saepe adhibentur voces potius ad fabulam Vrsae pertinentes, e. g. l. 54. 61); respicitur*: **A** *Vrsa maior* (*exempla inde a* SEN. *selecta; plerumque nominatur iuxta Booten*): PROP. 3, 5, 35 cur serus *sit* versare boves et ⌊-a Bootes⌋ (⌊ ⌋ *codd. rec.,* flamma boon *vel* flamma palustra *antiquiores; cf.* SEN. Ag. 70 lucida versat -a Bootes). Ov. met. 2, 177 *Phaethonte mundum urente fugisti,* Boote, quamvis ... te tua -a tenebant (*cf. l. 19*). 10, 447 inter ... triones flexerat obliquo -um temone Bootes. Pont. 4, 10, 39 proxima sunt nobis -i praebentia formam ... sidera (*nisi ad C*). MANIL. 5, 20 memor ... -i ... Bootes. GERM. 139. PACON. carm. frg. 2 Arcto⟨o⟩ -o (*cf. p. 2371, 3*). GAETVL. carm. frg. 3 sicca Lycaonius resupinat -a Bootes. SEN. Herc. O. 1523 sub -o ... Vrsae (LVCAN. 5, 23 Hyperboreae -um glaciale sub V. *cf. l. 74*). Med. 315 flectit ... Attica tardus -a Bootes. *al.* OCTAVIA 233 qua -a ... regit Bootes (*cf.* BOETH. cons. 4 carm. 5, 3 cur regat ... -a Bootes [legat *codd. plerique et pars edd.*]). LVCAN. 2, 722 -a Bootae (MART. 8, 21, 4 numquid te pigra B. -a vehunt, lento quod nimis axe venis, *Phosphore*? AVIEN. orb. terr. 189 Bootis [512 ENNOD. carm. 1, 7, 23. *al.*]). 9, 541 te, *incola regionis aequatorialis,* segnis Cynosura subit, tu sicca profundo mergi -a putas. AVIEN. Arat. 261 *non licet Arctophylaci* in picturatae -um procurrere matris (*cf. gr. 93 ἁμαξαίης ... Ἄρκτου*). CLAVD. 26, 247 Getici ... sidera -i. *al.* *in definitione, explicatione nominis* (*cf. p. 2371, 5 sq.*): HYG. astr. 2, 2, 2 maiorem Arctum complures -i similem dixerunt, et *ἅμαξαν* Graeci appellaverunt. *ibid. sec. speciem* non Arctum, sed -um nominaverunt, ut ex septem stellis duae ... pro bubus haberentur, reliquae autem quinque figuram -i simularent. *ibid.* Aratus ... non hac re, *sc. forma,* ... -um dicit appellari, sed quod Arctus videatur ut -um circum polum ... versari (*cf.* ISID. nat. 26, 3 ideo -um vocatur, quia in modum vehiculi volvitur). *ibid.* dicit *Homerus* hanc utroque nomine et Arctum et -um appellari (*sc. Σ 487 et ε 273 Ἅμαξαν*). GREG. TVR. stell. 33 *stellae,* quas rustici -um vocant. *al.* **B** *Vrsa minor*: SEN. Oed. 477 sidus Arcadium geminumque -um. AVIEN. Arat. 1230 Cepheus ... -a Lycaoniae pulsat pede desuper Vrsae. **C** *utraque Vrsa*: GERM. 26 sive Arctoe seu Romani cognominis Vrsae -aque, quae facies stellarum proxima verae

[Rzepiela]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. gr. 27 Ἅμαξαι et* AVIEN. Arat. 103 sq. Ausone easdem voce feras Vrsasque et -a vocare solemus: fabula namque ursa⟨s⟩, species dat -a videri). STAT. Theb. 5, 529 ab arctois discriminat aethera -is Anguis et usque notos. AVIEN. orb. terr. 761 -a poli (*gr. 582 ἐς πόλον ἄρκτων*). SERV. auct. Aen. 3, 516 haec signa *Helice et Cynosura* ... -a dicuntur, quae a bobus necessario trahi solent, ut Graeci *ἄρκτον ἅμαξαν* (*sim.* PROB. Verg. georg. 1, 227).

deriv. : plaustellum, plaustralis, plaustrarius, ?plaustrit, plaustror.

compos. : plaustrilucus. *Rzepiela.*

plausus, -ūs *m.* *a* plaudere. *de origine*: ISID. orig. 3, 22, 13 de sono vocis nomen habet ... -s manuum. *scribitur* plauss- *cod. M* VERG. georg. 2, 508. *neutr.* -um *v.* GLOSS.; *decl. quartae tribuit* PS. ASPER gramm. suppl. 44, 17. *de notione*: GLOSS. -s (*vel* -um): *κρότος. κροταλισμός.* favor. risus stultorum vel sonitus. sonitus manuum. sonitus pennarum. laetitiae indicium. GLOSS.^{L} I Ansil. PL 223 -s: laus. 226 -u: manuum percussu. *al.* *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, ENN., VARRONE, CIC. (*plus 40^{ies}*); *plur. saepius inde a* NAEV. [*restituas fort.* GLOSS. III 10, 51 *κρότος*: ⟨p⟩l⟨a⟩usus manibulus. *falso trad.* CONC.^{S} I 5 p. 250, 33 -um (*gr. I 1, 5 p. 16, 2 κατάρρησιν,* lusum *Holmes in plagulis*).]

i. q. actio vel effectus plaudendi, κρότος: **I** *usu pleno, sc. vigente respectu soni concutiendo, illidendo effecti*: **A** *collisione manuum*: **1** *ad laudem, favorem, assensionem, gratulationem sim. exprimendam* (*inde in imag. vel translate de ipsa laude, assensione sim. qualibet ratione expressa vel recepta [v. e. g. l. 46. 49. p. 2372, 16. 49; distingue p. 2373, 49 sq.]; iuxta pos. vel disting.* clamor *l. 41. 52. 68. p. 2372, 27. 32. al.*, vox *l. 38. p. 2372, 5. 20. 22. al.*, favor *l. 62. p. 2372, 4. 8. al.; pendet gen. indicans plaudentes l. 46. p. 2372, 4. et saepius [nota adi. l. 44. 62. fort. et p. 2373, 22. 25], sed locum maxime* CIC. Phil. 1, 36 Apollinarium ludorum): **a** *usu communi; -s datur*: **α** *dicentibus, recitantibus sim. vel ipsi operi recitato, lecto*: Ⓘ *actoribus in theatro eorumve partibus*: NAEV. com. 72 quae ego in theatro hic meis probavi -bus. PLAVT. Asin. 947 *id impetrare potestis,* -um si clarum datis (*item in ultimo versu comoediae, cum imperat.* date: Capt. 1036. Cist. 787 d. -um postrema in comoedia. Most. 1181 spectatores, ... vos -um d. Rud. 1423 [1421 dare]). Poen. 1371 si placuit, -um postulat comoedia. CIC. off. 1, 97 Atreo *haec* dicente -us excitantur. OV. trist. 5, 7, 28 nil ... feci ... theatris Musa nec in -us ambitiosa mea est. Pont. 2, 6, 28 in quorum -us tota theatra sonant. MART. 7, 64, 9 vendere ... vocem Siculis -umque theatris. AMBR. off. 1, 41, 207. Ⓘⓘ *poetis, oratoribus, philosophis sim. eorumve operibus recitatis* (*Musis l. 43*): CIC. or. frg. A 6, 2 *poeta ludis* -us et clamores movet. orat. 236 *orator* eloquens ... admirationes, clamores, -us ... movere debet. SEN. contr. 9 praef. 2 desiit illos *declamatores* ad omnem gestum -us excipere. GERM. 552 qui *Sagittarius* solitus Musas venerari supplice -u (*sim.* AMPEL. 2, 9). PHAEDR. 4 prol. 20 illiteratum -um ... *non* desidero. SEN. epist. 100, 11 ad profectum omnia tendunt ..., non quaeritur -s (*cf.* RVFIN. Orig. in Rom. epil. l. 39 non -um legentium, sed fructum proficientium quaerere. POMER. 3, 14, 1 *ut non* profectum, sed -um ... quaerant [*antea*: vanitate placendi]). PETRON. 90, 1 (*ironice*) *lapidibus in se iactatis recitans,* qui -um ingenii sui noverat, operuit caput *eqs.* SIL. 11, 298. QVINT. inst. 3, 11, 26 -um adfectantibus. 4, 1, 77. 8, 3, 3 ut populus ... admirationem suam non adclamatione tantum, sed etiam -u confiteretur. TAC. dial. 39, 4 oratori ... clamore -uque opus est et velut quodam theatro. ann. 16, 4, 4 plebs ... personabat certis modis -uque composito (*cf.* SVET. Nero 20, 3 e plebe ... elegit, qui ... -uum genera condiscerent – bombos et imbrices et testas vocabant – *eqs.*). HIER. in eccles. 9, 17 quemcumque in ecclesia videris clamatorem ... excitare -us, risum excutere *eqs.* *al.*

β *magistratibus, ducibus, imperatoribus, viris illustribus sim. (statuis deorum p. 2372, 3) vel eorum actionibus, consultis sim.* (*in triumpho l. 65. 68. p. 2372, 3. al., in theatro l. 75. p. 2372, 2. 13. al. [cf. l. 53 sq.]; selecta inde a* SEN. *philos.*): CIC. Cluent. 131 rumorem quendam et -um popularem esse quaesitum. Sest. 115 *ei, qui* favore populi tenetur ..., -um immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. 123 ea ... populus Romanus non solum -u, sed etiam gemitu suo comprobavit. Pis. 60 captare -us, vehi per urbem. Phil. 1, 37 istos -us, cum popularibus civibus tribuerentur, semper *contempsi.* 2, 85 ille cum -u reiciebat *diadema* (*opp.* cum plangore). 6, 10 *Plancus* maximo vestro -u condemnatus. 6, 11 -s ... in triumpho ..., saepe ludis. div. 1, 59 *senatus consultum* clamore et -u comprobatum. Att. 2, 19, 3 Caesar cum venisset mortuo -u. 8, 9^{a}, 1 -us in foedissima causa quaerere. ad Q. fr. 3, 1, 13 de Milonis -u. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 8, 1 *quendam* calumniam maximo -u tulisse (*i. ita calumniae convictum esse, ut convincenti plauderetur*). VERG. georg. 2, 508 hunc -s hiantem per cuneos geminatus ... plebisque patrumque corripuit. Aen. 8, 717 laetitia ludisque viae -uque fremebant. HOR. sat. 2, 3, 185. carm. 1, 20, 4 datus in theatro cum tibi -s. epist. 1, 6, 7. PROP. 3, 4, 14 ad vulgi -us ... resistere equos (*sim.* OV. trist. 4, 2, 53 sono -uque ... resistere equos). 3, 18, 18 stantia ... in -um tota theatra iuvent. OV. am. 3, 2, 44 tempus adest -us: aurea pompa venit. Pont. 2, 1, 35 quaque ierit *triumphator,* felix adiectum -bus omen. 3, 4, 29 -bus ex ipsis populi laetoque favore. LIV. 4, 53, 12 cum ... favor circumstantis populi -uque et adsensu cum vocibus militum certaret. 35, 43, 9 exceptus ingenti favore multitudinis cum -bus clamoribusque. VAL. MAX. 2, 10, 8 PHAEDR. 5, 7, 28. SEN. dial. 1, 4, 5 inter -us senescis ..., te ... favor sequitur. epist. 29, 12 si intrante te clamor et -s, pantomimica ornamenta, obstrepuerint. 69, 4 ambitio purpuram et -um *promittit. al.* LVCAN. 7, 12 vocibus et -u cuneos certare sonantes. QVINT. decl. 260, 14 illos ... -u fovebimus et in omnibus spectaculis adulatione multa prosequemur. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 66 ('populus me sibilat') malos principes civitatis theatrum ingressos populus exsibilabat, bonos autem -u excipiebat. HIER. epist. 23, 3, 2 quem -u quodam et tripudio populus Romanus excepit. CLAVD. 20, 85 dispergere -um empturas in vulgus opes. CANON. Turner I 2, 3 p. 517 rec. III (*gr. ἐγκωμίοις*). *al.*

γ *athletis, gladiatoribus, saltatoribus, sc. in ludis, spectaculis sim.* (*pugnantibus l. 32, equo l. 30*): CIC. Tusc. 5, 9 qui *spectatores Olympia* nec -um nec lucrum quaererent. VERG. Aen. 1, 747 ingeminant -u Tyrii, Troesque sequuntur (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 2, 1 p. 145, 7 strepebant vocibus et -u). 5, 148 -u fremituque virum studiisque faventum consonat omne nemus (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 442, 18 voce ac -bus). 5, 506 micuit ... exterrita pennis ales et ingenti sonuerunt omnia -u (SERV. alii pinnarum dicunt [*cf.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 481, 20], sed melius est spectantum favore). *al.* OV. ars 1, 113 in medio -u – ⟨-us tunc arte carebant⟩ – rex ... signa *dedit* (⟨ ⟩ *cf. p. 2371, 54*). met. 10, 668. PHAEDR. 5, 5, 21 *scurram porcellum imitantem* -u prosequuntur maximo (*in eadem re*: 5, 5, 28 -us et clamores). SEN. dial. 9, 2, 13 a -u et fragore. SIL. 16, 336 conclamant -uque fremunt *spectatores.* 16, 575. STAT. Theb. 7, 19 credas bello rediisse, tot instant -bus. silv. 5, 2, 25 illum *equum* ... acuunt -us. *al.* IVV. 11, 163 -u ... probatae ... puellae. TAC. hist. 3, 83, 1 spectator populus, ut ... in ludicro certamine, hos *pugnantes in bello civili* ... clamore et -u fovebat. *al.*

δ *variis* (*deo l. 49. 54*): CIC. Cato 64 *cuidam seni in theatro Atheniensium sedem praebent Lacedaemonii*; quibus ... a cuncto consessu -s ... *est* datus (*de eadem re*: VAL. MAX. 4, 5 ext. 2 maximo -u). OV. met. 4, 735 (*Perseo*). PHAEDR. app. 16, 29 perficit ... *aequalium* inter -us nuptias *amator* (*item in nuptiis*: CLAVD. carm. min. 25, 22 clamor ... et fausti iuvenum -us. *al.*). SEN. apocol. 13, 4 *Claudio ad inferos veniente* cum -u procedunt cantantes *'εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν'* (*nisi ad β*). epist. 12, 8 inter -us exoletorum. 102, 9 (*opp.* sibilum). PETRON. 11, 2 (*de irrisionis indicio*) *aliquis* invenit me cum fratre (*i. puero amato*) ludentem; risu itaque -uque cellulam implevit. 36, 4 *cenam videntes* damus omnes -um (*sc. domino cenae vel coquo ut*: 50, 1 post hoc automatum). 92, 8 *iuvenem inguina maxima exhibentem in balneis* frequentia ingens circumvenit cum -u et admiratione (*cf.* MART. 9, 33, 1 audieris in quo ... balneo -um, Maronis illic esse mentulam scito). CE 39 (= CIL IV 768; *respondetur suffragium rogantibus*) Sabinus dissignator cum -u facit. COD. Theod. 10, 10, 12, 1 (*a. 380*) omnium -u detecta ... calumnia. AMBR. epist. 6, 27, 8 quae *gentes* spiritalem deo -um dederunt. HIER. in Matth. 12, 43 cum haec intellegentia (*i. versus sic intellectus*) -um quendam et colorem doctrinae praeferat, nescio an habeat veritatem. AVG. civ. 2, 18 p. 76, 15 *Christus condit* non -u vanitatis, sed iudicio veritatis gloriosissimam civitatem (QVODV. prom. 2, 20, 37). CYPR. GALL. Ios. 544 consona -u lingua canit nil esse deo (deum *trad.*) sublimius uno. *al.*

b *metonymice de eo homine, cui -s datur*: MART. 9, 28, 2 dulce decus scaenae, ludorum fama, Latinus ille ego sum, -us deliciaeque tuae (*sim.* 10, 53, 2 ille ego sum ..., clamosi gloria Circi, -us, Roma, tui deliciaeque breves).

2 *qualibet in re; -um efficiunt*: **a** *ipsae manus collisae, sc. sonando* (*cf. p. 2363, 26*): SEN. nat. 2, 27, 4 inlisae inter se manus -um edunt (*sim.* 2, 28, 1 palma cum palma collata -um facit).

b *homines*: **α** *ratione varia*: VARRO rust. 3, 16, 7 si quando displicatae sunt *apes,* cymbalis et -bus numero redducunt in locum unum (*sim. ad apes convocandas*: PLIN. nat. 11, 68 -u atque tinnitu aeris. *cf.* 10, 193 cum -u congregari feros *pisces* ad cibum). OV. met. 11, 17 clamor et ... tympana ... et -us et Bacchei ululatus (*cf.* PLIN. epist. 2, 14, 13 -s ... ac potius sola cymbala et tympana illis canticis desunt, *sc. orationibus depravatis*; ululatus quidem ... large supersunt). VITR. 2, 8, 14 *regina cives* -um iussit ab muro his *Rhodiis* dare pollicerique se oppidum tradituros (*cf.* FLOR. epit. 3, 6, 13 abiectis ... telis ... -u undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam petiverunt [*nisi uterque locus ad 1 pertinet*]). PLIN. nat. 9, 103 *conchis* ad -um apertis, ad bucinam recurvis. AMBR. epist. 6, 29, 16 -u hominum fremere *equos.* in Luc. 6, 8 (*antea affert Ezech. 6, 11* plaude manu et percute pede) *deus non* indecoros crepitus viris -usque femineos imperaret (*nisi trahas ad B2*). VVLG. Iudith 14, 13 -um fecit manibus suis.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CASSIAN. inst. 2, 11, 2 psallentis progressio senioris interciditur -u, quem dans manu sua ... facit ad orationem consurgere. **β** *laetitiam, gaudium exprimentes, exsultantes* (*inde in imag. vel translate de ipsis affectibus etiam alio modo expressis*): LIV. 33, 32, 9 ab certo ... gaudio *libertatis receptae* tantus cum clamore -s est ortus totiensque repetitus, ut *eqs.* (*in eadem re* FLOR. epit. 2, 7, 14, *nisi libertatem donanti plauditur*). 45, 1, 3 *in circo* clamor -s velut certo nuntio victoriae allato est exortus (*item de gaudio victoriae*: 45, 1, 10 clamor cum ingenti -u. SIL. 11, 493. TAC. hist. 4, 2, 3 *milites dediti in triumpho* adversum -us ac lasciviam insultantis vulgi immobiles). CVRT. 9, 9, 26 -s ... militum ... insperatam salutem immodico celebrantium gaudio. AMBR. Cain et Ab. 1, 414 p. 350, 20 concentus canentium, saltantium strepitus, ridentium cachinnus, lasciventium -s. ISID. eccl. off. 1, 41, 2 *Kal. Ian. lascivitate* perstrepunt omnia saltantium pedibus, tripudantium -bus. *al.*

B *qualibet collisione, percussione (pro obi. effecto q. d. ponitur l. 19. 25 sq. 45); -s fit*: **1** *alis, pennis*: **a** *avium*: ENN. scaen. 220 *galli* -u ... premunt alas, *quas cantantes expanderunt* (*item de -u galli*: PLIN. nat. 10, 46 nuntiant ... cantum -u laterum. IVVENC. 4, 582 [*ad Matth. 26, 74*] vocem *Petri,* -um quatiens sub culmine tecti, ales prosequitur cantu. *al.; distingue l. 52*). VERG. Aen. 5, 215 *columba* -um ... exterrita pennis dat tecto ingentem (*item de -u columbae*: MART. 3, 58, 18). STAT. Theb. 2, 40 (*interpol.?*) summos ... *non* praepetis alae -s adit colles *Maleae.* 9, 31 sonat ... aether -bus. Ach. 1, 377. AMBR. virg. 1, 10, 61 (*in imag.*) assurgere alis, concrepare pinnis, emicare -u. DRAC. laud. dei 1, 259 volat non motis -bus ales. Romul. 6, 79 remigat ammotis pinnarum -bus ales. *al.* **b** *Amoris*: DRAC. Romul. 10, 100 (*98* quatit ... alas) micat ignis ... -bus excussus pueri (*in eadem re*: 10, 110 puer Idalius spargebat -bus ignes).

2 *pedibus, sc. in terra*: ENN. ann. 439 it eques et -u cava concutit ungula terram. TER. MAVR. 2254 quam *moram* pollicis sonore vel -u pedis discriminare, qui docent artem, solent (*cf. l. 40*). DRAC. Romul. 7, 28 -bus insultent et tympana ... puellae percutiant palmis (*respic. saltatio ut*: MAXIM. eleg. 5, 24 suspensos ... novis -bus ire pedes. *fort. huc p. 2372, 74*).

3 *manu*: VAL. FL. 4, 358 -u fovet hanc *iuvencam* et pectora mulcet Iuno. STAT. Theb. 6, 591 *athletae* forti pectora conlidunt -u. APVL. met. 9, 4, 2 -us manuum et aurium flexus ... placide patiebar. ARNOB. nat. 7, 33 p. 385, 13 salapittarum sonitu atque -u. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 7 (*spectat ad Hier. epist. 84, 6* ventri adplaudere) cum -u femoris et ventris. AVG. mus. 2, 9, 18 (*antea*: in plaudendo ... levatur et ponitur manus) tantumdem temporis in his ponit -us, quantum levat (*pertinet ad metrum percutiendum ut*: 4, 1, 1 percute hoc metrum, non voce, sed -u. *et saepe in eodem opere; cf. etiam l. 30*). DRAC. Romul. 10, 524 *non* tympana -u percutiunt. *al.*

4 *alio modo*: AVSON. Mos. 263 (*moritur piscis in terra*) iam piger invalido vibratur corpore -s. MAXIM. eleg. 1, 225 *senex* numerosa movens certo vestigia -u *baculi.*

II *evanido respectu percutiendi, illidendi sim. significatur sonus tantum* (*exempla certiora*): **A** *exempla varia*: PS. AVR. VICT. epit. 18, 6 ob cuius laudem ingeminatis ad vocis usque defectum -bus acclamatum est (*cf.* ENNOD. carm. 1, 9 praef. 1 vocum -us). AMBR. in psalm. 1, 2, 2 quandoquidem vox missa gratiore -u e nemoribus resultet. GREG. TVR. vit. patr. 2, 4 cum ... -um ales, *sc. gallus,* ille lucis nuntius repercussis alis altius protulisset (*distingue l. 17 sqq.*). **B** *de crepitu verborum inanium, auribus tantum blandientium* (*cf. l. 57*): AMBR. in Luc. 7, 218 *sermones inanes* quodam sonorum facundiae -u pompam magis quam utilitatem ... demonstrantes. HIER. epist. 140, 1, 2 *psalmum edisserere* non conposita oratione verborum -uque populari, qui solet ... aures ... palpare, sed oratione simplici. in Ezech. 8 praef. l. 3 qui omissis declamationibus ac -u et compositione verborum cupiunt scire *rem.* in Is. 1 praef. l. 100 G. quorum *Latinorum* aures ... ad intellegendas scripturas ... nauseant -uque tantum eloquentiae delectantur.

appendicula iuncturarum verbalium (praebemus potiora): c. abl. -u, -bus: NAEV. com. 72 probavi (IVV. 11, 163. *cf.* comprobare: CIC. Sest. 123 div. 1, 59 VAL. MAX. 4, 5 ext. 2). CIC. har. resp. 52 prosequebantur (*al., v. vol. X 2, 2189, 66 sqq.*). VERG. Aen. 5, 575 excipiunt (STAT. Theb. 6, 555 PORPH. Hor. carm. 1, 20, 3 sq. HIER. epist. 23, 3, 2 CE 1254, 3. *al.; cf.* suscipere: SYMM. epist. 1, 3, 3 HEGES. 4, 14). *c. obi. acc.* -um, -us: PLAVT. Asin. 947 datis (Capt. 1036. *al.* CIC. Sest. 117 Att. 4, 1, 6. *al.* VERG. Aen. 5, 215 HOR. carm. 1, 20, 4 VITR. 2, 8, 14 PETRON. 36, 4. 50, 1 AMBR. epist. 6, 27, 8. *al.*). CIC. Cluent. 131 quaesitum (Tusc. 5, 9 Att. 8, 9[a], 1 SEN. epist. 100, 11 RVFIN. Orig. in Rom. epil. l. 39. *al.*). Sest. 115 excitare (124 off. 1, 97 HIER. epist. 5, 4, 1. *al.; cf.* concitare: HIER. in Ezech. 34, 1 l. 261). Pis. 60 captare (Tusc. 2, 64 CLAVD. 28, 606 AVG. util. cred. 7, 17). or. frg. A 6, 2 movet (orat. 236 PHAEDR. 5, 5, 28 CLAVD. carm. min. 23, 17. *cf.* commovere: HIER. in Ezech. 33, 23 l. 1424).

plautus (plōtus), -a, -um. [plauto- *'planus' (sc. fere pedibus) et adi. et nom. propr. commune est tam linguae lat. quam dial. it. vicinis* (> *umbr.* plōto-, *v.* FEST. *l. 24*); *pro subst. adhibitum est osc.* plavtad (*abl. sing. fem.*) *'solea', unde derivatum est verbum umbr.* pre-plota-tu (*imperat.*) *'calcato'.* -us *cognatum esse vid. c. verbo* plau-dere (*q. v.*); *cf. vocem (etsi mutatam) lett.* plauksta *'palma'. v. Brüch, Glotta 26, 1938, 170 sq.; Untermann, Wörterb. des Osk.-Umbr., 2000, 563. 573. Fo.*] *scribitur* plot- *sub l,* plaut- *sub 2; cf.* GLOSS.[L] V Aa P 704 plautus: ⟨p⟩lotus [seu lentus]. [*subst.: it.* piota *'planta, gleba, caespes', umbr. vet.* piota *'tabula lapidea', francoprov.* plauta, *Lugduni* plota *'solea', Bilitione* pyöda, *in valle Sesitis* pyova, *Comi* pyöda *'tegulae e lapide sectili factae', in valle q. d. Maggia* pyoda *'pressorium ad caseum faciendum', in Gallia mer. et or.* pyota *'pes'; adi.: dial. it.* pioto *'lentus, tardus'. parum constat, quomodo lat.* plautus/*pautus (*vel* -a) *pertineat ad hisp.* pata, patada, *port.* pouta, *francog.* patte (*in unum commissis* *patta *et* plauta*?*). *cf. M.-L. 6589. Battisti-Alessio IV 2936. Wartburg IX 53. Corominas[2] IV 423. C. S.*] [*falso trad. vel in var. l. falsa pro* fluta COLVM. 8, 17, 8 (*v. Rippinger, Rev. Phil. 63, 1989, 255. 259*), (prae)lautus TERT. pall. 3, 6 (*v. vol. X 2, 685, 79 sqq.*), petilus *v. p. 1935, 72 sq.* (*ubi fort. addas* GLOSS. V 383, 40 plutus: gracili corpore. 608, 57 plantos: auribus g. c., *sc.* -us *c.* petilus *conflari vid.*).]

significatur qualitas animantis plantas vel aures planas, extentas habentis (sc. quibus incussis vel motis efficit sonum quendam? de ipsis auribus sub 2b); respicitur: **1** *qui planos pedes habet, plancus est*: FEST. p. 238 (*suppl. e* PAVLO) ⟨plotos appellant⟩ Vmbri pedibus planis ⟨natos⟩ (*postea*: ⟨Macci⟩us poeta ... a pedum planitia initio Plotus, postea Plautus *dictus est [cf. l. 34]; inde* GLOSS.[L] IV Ps. Plac. P 5 plotos: a pedibus dictos. *sim.* GLOSS. V 93, 14. 134, 20).

2 *qui aures magnas vel languidas habet*: **a** *de animantibus* (*sc. de canibus quibusdam, ut vid.; cf. l. 19 sq.*): PAVL. FEST. p. 231 -i appellantur canes, quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere. GLOSS.[L] II Philox. PL 23 -us: *βαρύωτος.* III Abol. PA 9 (*fere idem* GLOSS. V 574, 54) p⟨l⟩a⟨u⟩tus: auribus magnis vel ⌞cervice⌟ (*vix sanum*). GLOSS. I p. 41 sq. -us: graves auriculas habens. V 630, 43 -us: languidus auribus vel ⌞nomen auctoris⌟ (⌞ ⌟ *pertinet ad 1, cf. l. 25*). **b** *de ipsis* auribus: GLOSS.[L] III Abol. AU 14 a. -is: flaccidis (placi- *trad.*) et ingentibus. Corp. P 470 -is a.: magnis ('-us: a. m.*?*' *Lindsay fort. recte, item* GLOSS. V 383, 39 [*seq. l. 19*]).

compos.: semiplotium. *cf. Onom. Ottink.*

plax, *acc. pl.* placas *f., πλάξ. i. q. lamina: auripigmenti*: ORIBAS. syn. 2, 56, 63 La p. 128, 2 auripimento ... ⌞placas squame⌟ similis habens (⌞ ⌟ *Mørland in app.,* peccias squas, piccias quame, peciasque *codd.; gr. πλάκας λεπιζομένας, Aa* lamnas). *? marmoris* (*nisi subest* planca, *sed cf. e. g. Gloss. II 408, 44 πλάξ*: crustae): GLOSS. crustae: -x (plas *cod.*), id est marmoribus. -as, id est marmores. *N. H.*

plēbēcula, -ae *f. a* plebes *demin. scribitur etiam* -bic-, *e. g. in cod. vet.* HIER. epist. 52, 8, 2 (*G*). NOT. Tir. 23, 93 -a.

fere i. q. plebs vilis (*sc. cum affectu despicientis vel miserantis dictum; accedunt adi. e. g.* misera *l. 51,* vilis *l. 58. 66 [cf. gen.* imperitorum *l. 65]; minus apparet vis demin. sub 2b; plur. saepius sub 2a*): **1** *generatim respiciuntur incolae*: **a** *urbis Romae*: CIC. Att. 1, 16, 11 illa contionalis hirudo aerari, misera ac ieiuna -a (*antea*: sordem urbis et faecem). 16, 8, 2 -am urbanam et ... bonos viros. HOR. epist. 2, 1, 186 his *pugilibus* ... -a gaudet *in ludis scaenicis* (*disting.* eques; *cf. Schol. Hor. ad 182* vulgaris populus). SVET. Vesp. 18 *quendam iussit* 'sineret se -am pascere', *sc. per operas publicas.* **b** *cuiuslibet civitatis*: PERS. 4, 6 *Athenis* ubi commota fervet -a bile (*cf. 15* popello). IVL. VAL. 1, 10 l. 524 quae ... de cestibus sive cursu -am iuvant *Olympiis.* 2, 33 l. 1018 -ae dignitatem. HIER. epist. 52, 8, 2 vilem -am et indoctam contionem ... decipere (in Gal. 5 p. 400[D] ecclesia Christi ... de vili -a congregata est. in Ier. 3, 15, 3 vulgus ignobile v. que -a [*opp.* reges ecclesiarum]. in Matth. 21, 10 [*ad 21, 11, ubi gr. οἱ ... ὄχλοι et e. g. Vet. Lat. cod. 13* turba, *cod. 11. al. et Vulg.* populi]). in Os. 4, 4 l. 84 quasi si ... sacerdoti -a contradicat (*i. Iudaeorum*).

2 *speciatim respicitur populus christianus* (*certae dioeceseos sim. maxime l. 69 et sub b; aliter l. 59*): **a** *varie indicatur simplicitas, vilitas sim. eius*: HIER. epist. 112, 18, 2 imperitorum -am ..., qui te, *Augustine,* venerantur ut episcopum. 121, 10, 21 apud inperitos et vilem -am. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 33 advocatarum saepe a te -arum catervis (AVG. *ibid.*). 2, 14 -arum aut ruralium aut theatralium scita. AVG. un. bapt. 16, 28 p. 30, 4 donec deceptae -ae ... episcopos ordinarent (*cf. l. 58 et* ARNOB. IVN. in psalm. 128 l. 23 *qui sine benedictione* -as docuit, quas decepit). CAES. AREL. serm. 1, 13 p. 12, 18 simplicissimam -am nostram. **b** *cetera exempla*: ALC. AVIT. epist. 50 p. 79, 3 excusans -ae absentiam meam. VIVENTIOL. Alc. Avit. epist. 68. PASS. Iulian. 1 huic -ae *Arvernae urbis* (*antea*: urbs vel plebs haec). GREG. TVR. glor. mart. 5 p. 490, 9 -a⟨e⟩ ... supplicanti *in vigiliis.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plēbeius, -a, -um. [*a* plebes. *conferri potest cognominum suffixum* -eio-, *sc.* -ēiio-, *proprium maxime gentium plebeiarum velut* Fonteiius, Pompeiius, Tarpeiius, *quae per duo* i *scribenda esse monent viri grammatici* (*cf. cognomen* CIL II 1129 PlebeiIo); *ad haec exemplа* -us *formatum videtur. Fo.*] *scribitur in inscr.* pleib- *p. 2376, 42,* plev- *p. 2377, 69* (*et hic illic in codd.*); -ei(s) *pro* -eii(s) *in inscr. e. g. p. 2377, 28. 68, in codd. e. g.* LIV. 23, 30, 17 (*P*). *abbreviatur* pleb FAST. ann. Iul. Maff. Nov. 15 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 82). Antiat. Nov. 4 (*ibid.* p. 210). CIL XIV 256, 38. *ceterum v. fortasse p. 2381, 17.* NOT. Tir. 23, 92 -us. *de formis: gen. plur.* pleibeium *p. 2376, 42; compar. et superl. desunt, sed augetur per adv.* (prae)nimis *p. 2376, 4. 14.* *de notione*: SYNON. Cic. *v. p. 2366, 32.* GLOSS. -us: *δημότης. ἰδιώτης, ὁ μὴ ἄρχων ἢ στρατευόμενος.* publicus, pop⟨u⟩laris. homo sine dignitate. unus de populo. -um: rusticum vel de plebe. popularem, saecularem. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., LVCR., HOR., *in prosa orat. inde a* CATONE, S. C. *p. 2376, 42,* CIC., VARRONE, LIV. (*fere 130ies*); *in sermone gr. Dionys. Hal. antiq. 5, 18, 1 πλήβειοι* (*sed vertitur 2, 8, 1 per δημοτικούς*). [*confunditur in codd. cum* plebs eius, plebe eius *sim.* AMBR. epist. extra coll. 14, 85 CANON. Turner I 2, 1 p. 32⁹, 11. *al.* (*restituitur* CLEM. ad Cor. 40, 5); *e coni. dub.* AFRAN. com. 55 -um genus (*Ribbeck*; letium *trad.*).]

fere i. q. ad plebem pertinens (*gr. respondet ἀγοραῖος p. 2376, 28, ἰδιωτικός l. 58. p. 2377, 36. 2378, 10, λαϊκός p. 2377, 72; fere pro syn. accedunt maxime* humilis *l. 64. 73. p. 2377, 19. al.*, privatus *l. 54 sq. 72. p. 2376, 74. al.*, vilis *l. 63. p. 2376, 16. 35. al.; cum subst. contemptum significantibus, e. g.* caenum *p. 2377, 5,* faex *p. 2376, 30 et* SYMM. or. 4, 7, vilitas *p. 2376, 31. 37. 2378, 41 et* AMBR. Cain et Ab. 1, 2, 6 paenit. 1, 9, 41. *al.; in figura q. d. litotes l. 63. 70. p. 2376, 5*): **I** *respicitur plebs civitatis, gentis sim.* (*opp. e. g.* optimates *p. 2377, 13,* patricius *p. 2377, 63 et saepissime sub B1,* rex *l. 40. p. 2377, 11. 14,* regius *l. 65. p. 2376, 33 [cf. p. 2378, 12. 13]; v. etiam ad B3b*): **A** *quaelibet exempla*: **1** *vario respectu*: **a** *-i sunt homines eorumve coetus* (*pars corporis l. 39; pro subst. masc. e. g. l. 34. 38, fem. l. 43 et* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 2, 63 matronae stola utebantur, -ae toga): **α** *de quolibet homine e plebe*: PLAVT. Poen. 515 videmur tibi -i et pauperes. ENN. scaen. 286 palam muttire -o piaculum est (*de Telepho mendico inter duces Graecorum, ut vid.*). CATO orat. 107 pauperem -um atque proletarium. OV. fast. 5, 352 -o ... choro. SEN. Thy. 400 -us moriar senex. STAT. silv. 1, 4, 66 animam (IVV. 8, 254). SVET. Nero 56 *imagunculam accepit* a -o quodam et ignoto. *al.* *opp. rex sim.*: SEN. Herc. f. 738 vidi ... terga -ā manu scindi tyranni. HIER. in Gal. 6, 10 p. 433A servus et liber, -us et rex, dives et pauper (CLAVD. 5, 476 *apud inferos* regem proturbat -us egens. AVG. serm. 197, 2 *Christus* non elegit reges aut senatores ..., immo vero elegit -os, pauperes *eqs.*). VEN. FORT. carm. 8, 3, 383 quot mala -ae veniant, quis pandere possit? (*384* reginae). **β** *de meretrice, quam plebs frequentat* (*cf. b*): MART. 2, 53, 7 si -a Venus gemino tibi ⌊vincitur⌋ asse (⌊ ⌋ iungitur *Heinsius*). AMBR. in Luc. 3, 23 p. 115, 7 (*ad Ios. 2, 1 sqq.*) *Raab* pudore integra, amore -a, casta meretrix.

b *-ae sunt res, sc. quibus plebs utitur, quae ab ea aguntur, ei conveniunt, destinantur, contingunt sim.* (*saepe de rebus pretii minoris, e. g. l. 60. 68. 74*): **α** *corporeae* (*v. etiam sub IIB1*): Ⓘ *vestimenta sim.*: CIC. Sest. 19 *homo* vestitus ... nostra hac purpura -a et paene fusca. LVCR. 2, 36 veste (5, 1429 [*opp.* purpurea]). PROP. 2, 25, 45 -o vel ... sandycis amictu (LVCAN. 2, 18 [*opp.* purpura]. 5, 538 *Caesar,* quamquam -o tectus a., indocilis privata loqui. SIDON. carm. 7, 594). LVCAN. 7, 267 (*loq. Caesar*) *sum* privatae cupidus me reddere vitae -aque toga modicum componere civem. CYPR. ad Donat. 3 ad -um ... ac simplicem cultum (LACT. mort. pers. 51, 1. *al.*). RVFIN. hist. 2, 6, 7 *Pilatus* milites habitu -o ... multitudini inmiscuit (*gr. ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς*). *al.* Ⓘ *cibus* (*cf. p. 2376, 10*): VARRO rust. 3, 17, 7 -ae cenae piscis. SEN. epist. 119, 3 utrum hic panis sit -us an siligineus (SCHOL. Pers. 3, 111). PERS. 3, 114 *ulcus oris* -a radere beta. 5, 18 prandia. Ⓘ *variae*: VARRO rust. 3, 17, 3 nostra piscina ... -a (*cf. 2* apud plebem, *ubi opp.* piscinae nobilium). OV. Ib. 152 rogo (*cf.* STAT. Theb. 12, 60 non -o ... busto [*61 sq.* vilem ... rogum]). SEN. Phaedr. 1139 humilis tecti -a domus (rem. fort. 13, 2 [*opp.* regia]. STAT. silv. 4, 6, 86 [*opp.* convivia Sullae]. *cf.* Theb. 3, 609 -a ad limina civis). epist. 86, 7 fistulas *balnei* (*cf.* STAT. silv. 1, 5, 47 nil ibi *in balneo* -um *eqs.*). MART. 13, 8, 1 ollas. 14, 94, 1 -a toreumata vitri. IVV. 11, 145 -os calices et paucis assibus emptos. *al.*

β *incorporeae*: Ⓘ *variae*: PROP. 2, 13, 24 adsint *mihi mortuo* -i parvae funeris exequiae (*cf. l. 63 et* LVCAN. 3, 442 non -os luctus [ADNOT. in funere egentium vel ignobilium]). SEN. dial. 5, 5, 6 illa -a ira et privata (*opp.* potentium ira). 11, 6, 2 te in altiorem ordinem ... amor Caesaris extulit ...; nihil te -um decet, nihil humile. epist. 56, 1 *hominem in balneo* -a unctione contentum. PETRON. 119 vers. 8 usu -o trita voluptas. PLIN. nat. 15, 78 olea umbrae gratia sedulitate -a sata[e]. APVL. met. 10, 23, 6 -am ... humanitatem (*i. inter -os solitam; nisi intellegas 'erga hominem ex plebe', cf. vol. VI 3, 3079, 64*). *al.* Ⓘ *condiciones, fortuna sim.*: COLVM. 10 praef. 2 paupertas. LVCAN. 5, 765 (*loq. Cornelia*) sorte frequenti -aque nimis careo dimissa marito (ADNOT. quod ignobilibus contingit). STAT. silv. 3, 4, 37 te, *puer, non* -a manebunt iura: Palatino famulus deberis amori, *i. Domitiani.* IVV. 6, 588 fatum (*opp. 585* divitibus). CHALC. comm. 185 elata ... an -a ... atque humili fortuna (NOVELL. Valent. 32 pr. nulla f., ... non mediocris, non nobilis, non -a). *al.*

c *neutr. pro adv.*: PETRON. 93, 2 vers. 5 *rarae* volucres placent palato ...; at albus anser ... -um sapit.

2 *cum respectu condicionis rudis, indoctae*: **a** *de sermonibus, verbis* (*cf. l. 25 sq.*): CIC. fam. 9, 21, 1 -o sermone agere tecum *in epistulis* ([*postea*: cottidianis verbis]. ISID. reg. monach. praef. 1 s. -o vel rustico). GELL. 19, 10, 9 nescio quid hoc praenimis -um est et in opificum sermonibus ... notius (*antea*: usitati pervulgatique verbi). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 345 -is vilissima carmina verbis. ENNOD. carm. 1, 4, 28 dicta.

b *cetera exempla*: OV. trist. 3, 1, 82 sumite -ae carmina nostra manus. GELL. 12, 2, 1 *quod* eruditio *Senecae sit* ... vernacula et -a. SYMM. epist. 1, 3, 3 ne sobriam solitudinem nostram sodalitas -a fuscaret. AMM. 21, 1, 13 vanities ... -a strepit haec imperite mussando. AMBR. epist. 1, 6, 2 nihil in sacerdotibus -um requiri, nihil populare, nihil commune cum studio ... inconditae multitudinis. in Luc. 8, 88 inscientiam. MACR. Sat. 7, 4, 4 ingenia (*antea*: ex plebe imperitorum). *al.* *masc. pro subst.*: SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 72 -us expers rationis. epod. 2, 47 'huius anni', quod -ei dicunt 'hocannium' (sat. 1, 5, 14 SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epod. 9, 36). MARCELL. med. praef. 2 ab agrestibus et -is remedia ... didici (*antea opp.* inlustres honoribus viri). MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 p. 239 -is et popularibus (*gr. τῶν ἀγοραίων*).

3 *cum respectu ignobilitatis sim.* (*pauca certiora*): CIC. frg. inc. K 11 (*si genuinum est*) de -a faece sellulariorum (COD. Theod. 9, 42, 5 si per egestatem abiecti sunt in f. vilitatemque -am [*opp.* locupletes]). MIN. FEL. 16, 5 philosophos ... *primum* habitos esse -os, indoctos, seminudos. AVSON. 27, 13 (393 S.), 96 *non* fas est mihi regio magistro -am numeros docere pulpam (*sc. te Theonem; iocose*). SYMM. epist. 9, 138 vitia -a. AMM. 27, 3, 4 vilis quidam -us. HEGES. 5, 49, 1 p. 403, 20 mutatio *principum factionum* ... ex illo ... superbo fastigio in hanc humilem ac -am deiectionem. EPIST. imp. Honor. et Theod. Migne 56, 490B notam -ae ... vilitatis *esse* sentire cum cunctis (*cf. l. 31*).

B *exempla strictius ad rem publicam pertinentia*: **1** *in urbe Roma*: **a** *-i sunt homines eorumve coetus*: **α** *usu adi.; describuntur*: Ⓘ *magistratus, duces sim.*: *a plebe facti*: S. C. de pago Mont. (CIL I² 591; *saec. II² a. Chr.?*) I 2 ⟨ar⟩bitratu aedilium pleibeium (LIV. 10, 23, 13 ab a. -is. 27, 21, 9 a. curules fuere *hi* ..., -i *illi. al. apud eundem; nom. plur. ambiguum* a. -ei [*vel* -ei a.] *v. sub* plebes *p. 2380, 59 sq.; cf. etiam p. 2377, 5. 18*). LIV. 2, 56, 2 ut -i magistratus tributis comitiis fierent (3, 39, 9 [*disting.* patricios]. *al., v. vol. VIII 99, 38 sqq.; cf. p. 2377, 1*). *e plebe orti*: LIV. 4, 3, 13 -i consulis (22, 34, 7 consulem vere -um, id est hominem novum [*postea l. 60*]. *et saepius apud eundem*). 4, 54, 2 quaestoribus. 7, 17, 10 dictatorem. *al.* LVCAN. 4, 800 -us signifer, *sc. Curio.* Ⓘ *quilibet*: CIC. Mur. 15 *quidam* sunt amplae ... familiae -ae (ASCON. Scaur. p. 27, 8. *al.*). LIV. 4, 9, 4 virginem -i generis (*item per gen.*: PAVL. FEST. p. 151. VAL. MAX. 6, 1, 2 [*opp.* patricii ... spiritus]. TAC. ann. 6, 15, 1 -i ... g., verum antiqui honoratique). 6, 36, 11 -o homini (*al.* SVET. Tib. 2, 4 MIN. FEL. 7, 3 LACT. inst. 2, 7, 20. *cf. p. 2377, 49. 2378, 1*). *et saepe.*

B *ceterorum populorum* (*usu generali l. 57. 73*): **1** *variorum* (*exempla inde a* LIV. *selecta*): **a** *notione communi*: CIC. rep. 3, 16 *Lycurgus* agros locupletium -i ut servitio colendos dedit. 3, 48 *Rhodii* omnes erant idem tum de -e, tum senatores vicissitudinesque habebant, quibus mensibus populari munere fungerentur, quibus senatorio. leg. 2, 59 locupletibus ... cum -e communia *esse praecepta quaedam legum Solonis et XII tab.* Tusc. 1, 108 (*opp.* optumates). BELL. Afr. 87, 3 *Cato Vticensium* -em inermem oppido eiecerat ...; senatum ... custodia tenebat. SALL. Iug. 19, 1 *Phoenices quidam* sollicitata -e ... condidere *colonias.* 66, 4 (*opp.* nobilitate). LIV. 1, 28, 7 populum omnem Albanum Romam traducere ..., civitatem dare -i, primores in patres legere. 24, 2, 8 ut -es *civitatum Italiae* ab optimatibus dissentirent, senatus Romanis faveret, -s ad Poenos rem traheret. 24, 2, 9 principem -is. 26, 4, 1 servitia ac -s *Capuae.* PHAEDR. 4, 6, 13 quemcumque populum tristis eventus premit, periclitatur magnitudo principum, minuta -es facili praesidio latet. CVRT. 10, 2, 3 concilio -is habito *Athenis.* PLIN. nat. 35, 137 *pictoris cuiusdam est* imago Atticae -is (*cf. 35, 69 Parrhasius* pinxit demon Atheniensium). STAT. Theb. 11, 276 deest servitio -es *bello consumpta.* TAC. ann. 2, 56, 2 proceres -emque *Armeniorum.* VET. LAT. III Esdr. 4, 10 omnis -s et virtutes eum *regem Persarum* obaudiunt. IVST. 16, 4, 10 *Clearchus* ex defensore senatoriae causae repente patronus -is *Heracleensis* evasit. *al.* **b** *opp. solus rex, dux sim., ut* -s *vergat in vim totius populi* (*exempla potiora; cf. e. g. p. 2386, 29. 49*): OV. met. 11, 283 (*loq. Ceyx rex*) mediae quoque commoda -i nostra patent. LIV. 2, 35, 8 *princeps Volscorum et Coriolanus* haud facile credebant -em suam impelli posse *ad bellum.* CARM. de bell. Aeg. frg. 3, 4 (*in precibus reginae Aegypti, ut vid.*) -em ... no⟨stram⟩. VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 quo ... tutius -e trucidata regnaret, frequens iuventute gymnasium *flammis delevit Ptolomaeus Physcon* (*nisi ad p. 2387, 51*). STAT. Theb. 1, 169 iam murmura serpunt -is Echioniae, tacitumque a principe vulgus dissidet, et, qui mos populis *eqs.* APVL. Plat. 2, 24 p. 256 suadendum est fundatoribus rerum publicarum, ut usque ad id locorum -es suas augeant, dum rectori omnes noti esse possunt. VET. LAT. gen. 41, 40 (cod. 101) omnis -s mea, *sc. Pharaonis.* *al.*

2 *Gallorum, Germanorum*: CAES. Gall. 1, 17, 1 *quorundam* auctoritas apud -em plurimum *valet.* 5, 3, 6 ne omnis nobilitatis discessu -s propter imprudentiam laberetur, *sc. Treverorum.* 6, 11, 4 ne quis ex -e contra potentiorem auxilii egeret. 6, 13, 1 -es paene servorum habetur loco *eqs.* (*opp. 2* potentiorum, *3* nobilibus). *al. in eodem opere.* HIRT. Gall. 8, 7, 6 omnium principum consensu, summa ⟨-ei⟩ cupiditate (-is *rec. a*). 8, 21, 4 (*antea*: multitudinis; *opp.* senatum). 8, 22, 2 invitis principibus, resistente senatu, omnibus bonis repugnantibus infirma manu -is bellum concitare. TAC. Germ. 11, 1 ut ea quoque, quorum penes -em arbitrium est, apud principes praetractentur. hist. 2, 61 *quidam* e -e Boiorum (*vix de tota gente*). *al.* AMM. 31, 5, 5 Alavivo et Fritigerno ad convivium corrogatis ... barbaram -em ... procul arcebat. *al.*

3 *Iudaeorum* (*disting. varii ordines populi; aliter sub IIA2*): VET. LAT. psalm. 106, 32 (cod. 306. *al.* = VVLG.) in ecclesia -is et in cathedra seniorum (*cod. 300. al.* populi). Sirach 41, 22 erubescite ... a principe et iudice de delicto, a synagoga et -e de iniquitate. Ier. 1, 18 (Lucif. non parc. 13 l. 48 = 14 l. 6) omnibus regibus Iuda et principibus eius et -i terrae (*inde* LVCIF. *ibid.* 13 l. 51 -bus terrae). act. 6, 12 (cod. 50 = VVLG.) -em et seniores et scribas (*cod. 5. al.* populum). III Esdr. 1, 13 qui erant ex -e (*disting.* sacerdotibus). IVVENC. 4, 608 -is ad arbitrium (*opp.* proceres). HEGES. 1, 41, 12 *Herodes* -em excitat (*antea*: convocato ... populo et congregatis ducibus). HIER. epist. 78, 40, 4 nemo de -e ..., nullus ignobilis, sed principes et duces. *al.*

II *laxius et vario respectu de multitudine*: **A** *hominum*: **1** *quorumlibet*: **a** *vigente notione partis, quae comprehendit ignobiles, inferiores sim.*: **α** *in aliquo populo*: Ⓘ *generatim* (*pertinet saepe ad paupertatem, victus vilitatem sim., rarius ad morum simplicitatem, e. g. l. 30. 34; exempla inde ab* HOR. *selecta*): ENN. scaen. 228 sq. -es in hoc regi antistat loco: licet lacrumare -i, regi honeste non licet. BELL. Alex. 5, 2 ea *aqua limosa* -es ac multitudo *Alexandriae* contenta est necessario (*disting.* domini aedificiorum). VARRO rust. 3, 17, 2 alterum *genus piscinarum* apud -em (*opp.* nobilium). SALL. hist. frg. 1, 11 fenore oppressa -es, cum assiduis bellis tributum et militiam simul toleraret. HOR. sat. 2, 7, 23 laudas fortunam et mores antiquae -is. epist. 1, 7, 35 *non* somnum -is laudo satur altilium. OV. met. 11, 645 populos ... -emque pererrant *filii Somni* (*disting. unus, qui apparet* regibus ... ducibusque). COLVM. 10, 128 *crescit brassica* pariter -i regique superbo. PLIN. nat. 19, 52 Romae ... hortus ager pauperis erat; ex horto -ei macellum. 19, 53 alio pane procerum, alio volgi, tot generibus usque ad infimam -em descendente annona (*cf.* 19, 54). 28, 133 qui *cibus, sc. butyrum,* divites a -e discernat. *al.* Ⓘⓘ *speciatim, sc. exempla notabiliora selecta, quae illustrant: inscitiam, conditionem indoctam*: HOR. carm. 2, 2, 18 dissidens -i ... virtus *aliter iudicat* (SCHOL. *nihil* habens ... cum insipientibus ... commune). SEN. dial. 1, 4, 1 prosperae res et in -em ac vilia ingenia deveniunt (*opp.* magni viri est, *sc. sapientis*). COLVM. 10, 58 nescia -s generis (*ducti non a Prometheo, sed a lapidibus Deucalionis*). LVCAN. 1, 673 terruerant ... haec pavidam praesagia -em. *ortum humilem, despectum*: HOR. carm. 2, 4, 18 *puellam* non ... de scelesta -e dilectam ([*15* regium ... genus]. OV. epist. 16, 51 quamvis de -e videbar [*opp.* indicium tectae nobilitatis]. met. 6, 10 haec *mater Arachnes* de -e ... fuerat [*7* non illa *Arachne* loco nec origine gentis clara]. 9, 671 progenuit tellus *Cretica* ignotum nomine Ligdum, ingenua de -e virum. *al., cf. p. 2384, 8*). LIV. 1, 30, 7 apud vagos quosdam ex inopi -e ... merces valuit (CVRT. 10, 1, 32 regem *Cyrum* ... haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset e -e. *al., cf. p. 2383, 70*). SEN. dial. 2, 13, 3 illi *sapienti* homo -is ultimae ... salutationem non reddiderit. *sermonem incultum*: PETRON. 118, 4 sumendae voces a -e semotae. FRONTO p. 160, 8 in ore -is adhoc pervolgatum est ... hoc genus verborum. GELL. 1, 22, 2 id dicitur non in compitis tantum neque in -e ⟨volgaria⟩ (*i.* volgari), sed in foro *eqs.* ARNOB. nat. 7, 24 p. 372, 13 -is oratio (*cf. p. 371, 18* a volgaribus). CONSENT. gramm. p. 11, 25 vitium *dicendi 'stetim'* -em Romanam quasi quadam deliciosa novitatis affectione corrumpit. *dicacitatem*: TAC. hist. 3, 32, 2 ut sunt procacia urbanae -is ingenia, petulantibus iurgiis *milites* inluserant. AMM. 16, 10, 13 cum equestres ederet ludos, dicacitate -is oblectabatur.

β *in coetu quodam peculiari; respiciuntur*: Ⓘ *servi, ministri*: TER. Ad. 898 paulatim -em ... facio meam (DON. *ad l.* 1 moraliter inferiorum turbam dixit -em, hoc est: ut in urbe vulgus, ita in familia servos. SCHOL. Bemb. -is ... constat ex servis atque libertis). OV. ars 2, 259 porrige et ancillae *munera* ...; fac -em, mihi crede, tuam: sit semper in illa ianitor. met. 9, 306 una ministrarum *Alcmenes,* media de -e, Galanthis. STAT. Theb. 4, 805 *puellarum* pars cingunt, pars arta -e sequuntur ... ducem *Hypsipylen*; medium subit illa per agmen. MART. 6, 29, 1 non de -e domūs ..., sed domini ... dignus amore puer. IVVENC. 4, 540 *Petrus* sedit cum -e ministra, *sc. Caiaphae* (*respic. Matth. 26, 58*). Ⓘⓘ *milites* (*sc.* gregarii sim.): VERG. Aen. 9, 343 *Euryalus* multam in medio ⟨sine nomi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne -em⌋ ... subit (⌊ ⌋ *item* CORIPP. Ioh. 8, 530. *cf.* OV. met. 12, 602 quid spicula perdis sanguine -is? ... vertere in Aeaciden [*600* ignotos]). OV. met. 5, 207 nomina longa mora est media de -e virorum dicere. 12, 116 hastam misit in adversum Lycia de -e Menoeten. SEN. Tro. 1077 ducum -isque turba (*item opp.*: LVCAN. 9, 244 HOMER. 706. *al.*). LVCAN. 6, 144 *quidam* castrorum in -e merebat (*opp.* promotus. *cf.* ADNOT. miles gregarius). TAC. hist. 3, 5, 1 principes Sarmatarum ... in commilitium adsciti; -em quoque et vim equitum offerebant (*item opp.*: 4, 70, 4 AMM. 24, 8, 2. *al.*). ann. 2, 19, 1 -es, primores *Germanorum* ... agmen Romanum ... incursant. AMM. 25, 3, 13 *tot* Persarum optimates et satrapae cum -e maxima ceciderunt. *al.* Ⓘⅱ *varii* (*corporatos v. p. 2385, 27*): STAT. Theb. 6, 645 Arcas equum dono *praemium certaminis,* clipeum gerit ... Idas, cetera -s Lyciis vadit contenta pharetris. MACR. Sat. 3, 7, 1 quae incuriose transmittuntur a legentium -e. 7, 4, 4 aliquis ex -e imperitorum (*postea*: plebeia ingenia). CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 104, 15 ignobilium philosophorum -e reiecta potiores quosque delegi.

b *sublata notione partis transfertur ad*: **α** *populum totum, incolas omnes civitatis* (*domus unius l. 26; de Romanis e. g. l. 25. 28 sq.; plur. de uno populo l. 42. 46 [cf. p. 2388, 57]; saepius c. gen. vel adi. explicativo; huc vergunt p. 2383, 46. 56. 2384, 27. 2385, 64, vix p. 2386, 10; cf. infra 2a et 3aβ, γ*): CARM. de bell. Aeg. 2, 9 (*loq. Caesar*) er⟨at h⟩ostis haec mihi ... -es, *sc. Pelusii.* PLIN. nat. 6, 85 *oppidum* (ducentorum milium) -is. 6, 122 ferunt ei *Babyloni* -is urbanae (sescenta milia) esse. STAT. Theb. 1, 561 -s Argiva litant. 2, 156 Pelasgae. silv. 4, 3, 30 hic quondam ... -s in mediis Latina campis horrebat mala navigationis. 4, 8, 54 *Apollo aliique dei,* hos cum -e sua ⌊patriae⌋ servate penates (⌊ ⌋ *sc. dat.,* patrii *cod.*). *al.* MART. 10, 25, 4 Abderitanae pectora -is habes. 10, 76, 4 civis non Syriae ..., sed de -e Remi Numaeque verna. TERT. apol. 35, 6 ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium -em convenio. VET. LAT. III reg. 9, 7 (cod. 93. *al.*) erit Israel ... inproperium omnibus -bus (*item plur. de paganis universis* [*fere iuxtapos. vel syn.* gentes]: psalm. 43, 15 [cod. 303. *al.*]. 46, 4 [cod. 300 *man. pr.*] subiecit -es nobis et gentes [*cod. 303. al.* populos]. GAVDENT. serm. 8, 33 superioris aevi -es. AVG. in psalm. 103, serm. 3, 15 l. 2 -es populorum. *al.; cf. p. 2388, 34 sqq.*). AVIEN. orb. terr. 955 *Asopi filia* -em ... suo de nomine dixit, *sc. Sinopem.* AVSON. 24 (296 S.), 105 *Tolosa* non ulla exhaustae sentit dispendia -is (*101* innumeris cultam populis). AMM. 15, 6, 4 *hic,* cum Treveri civitatem Caesari clausissent Decentio, ad defendendam -em electus est. 31, 4, 6 barbaram -em, *sc. Gothos* (*cf. l. 57*). 31, 16, 7 incolentium -em ... immensam (*respic. Constantinopolis*). RVFIN. hist. 4, 13, 1 universis simul -bus Asiae (*gr. τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας*). PRVD. perist. 11, 206 indigena et Picens -s et Etrusca venit. PS. ORIG. tract. 12, 9 cum ... ruentium -ium nova[e] strage[s] totum gentilium vulgus *Iericho* periret. MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 *terrae motu* septem *castella* quarta tectorum suorum totaque -is parte depressa (*syn.* habitatoribus; hominum; populi). PRISC. periheg. 175 Maurusia -es (*gr. 185 Μαυρουσίδος ἔθνεα γαίης*). CORIPP. Iust. 4, 50 tanta nec Inachiae secuerunt robora -es, armata classes ratibus cum mille pararent. *al.* *comprehenditur genus humanum*: STAT. silv. 2, 1, 212 populus mortale genus *est* -isque caducae quis fleat interitus. 2, 1, 223 nos *homines* anxia -es, nos miseri *eqs.* (*cf. e. g. 2, 2, 129* nos vilis turba).

β *quamlibet multitudinem* (*hucine p. 2385, 69? cf. p. 2388, 59 sq. 2389, 34; cum adi. indicante quantitatem l. 58 sqq. 67. 72. al., cf.* multitudo -is *l. 75. p. 2388, 22*): Ⓘ *militum* (*aliter p. 2386, 74*): STAT. Theb. 2, 491 exit in unum -s ferro iurata caput, *sc. ab Eteocle congregata* (*cf. 493* agmine). 6, 596 credas e -e Cydonum Parthorumque fuga totidem exiluisse sagittas. 7, 709 innumeram ferro -em *occidere. al.* AMM. 15, 4, 12 proterebant barbaram -em, *sc. Alamannorum* (31, 7, 16. 31, 12, 11). 18, 8, 8 trudente pondere -is immensae ... diffundimur (20, 7, 15. 31, 7, 2. *item indicatur magnitudo*: 25, 6, 3 cum hostium -e non parva. 25, 7, 2 maximam. 27, 2, 1 maiorem barbarorum -em). 20, 6, 6 conversa -e, *sc. Romanorum,* dimicabatur artissime. 29, 1, 1 sagittarios et conductam ... -em. *al. apud eundem.* ENNOD. opusc. 1, 66 p. 279, 11 sic se praecipitem -s, *sc. barbarorum,* Marti[s] inmiscuit. Ⓘⅱ *variorum animantium*: STAT. Theb. 4, 608 *Laius non ad* sanguinis haustus, cetera ceu -es, ... accedit (*de umbris Orci ut*: silv. 5, 3, 282 discussa -e. CLAVD. rapt. Pros. 2, 317 lecti de -e ministri). silv. 1, 6, 30 *Kalendis Dec. in circo* subit ... -es altera (*sc. ministrorum*), non minor sedente. 1, 6, 73 illic agmina confremunt Syrorum, hic -s scaenica. *al.* TAC. hist. 2, 88, 1 effusa *Romā* -es totis se castris miscuerat (*2* populum). CE 271, 13 (*aet. Hadr.*) incola quo -es tectis effunditur. APVL. met. 3, 10, 1 risus libere iam exarsit in -em *spectaculo intentam.* VET. LAT. Is. 2, 4 (Ps. Cypr. adv. Iud. 9, 1) *lex* iudicabit in medio gentium, corripiet -em multam. Matth. 27, 64 (cod. 3. *al.* = VVLG.) *ne discipuli* furentur eum, *sc. Iesum mortuum,* et dicant -i, quia surrexit a mortuis. Luc. 6, 17 (cod. 4. *al.* = VVLG.) turba discipulorum eius et multitudo copiosa -is ab omni Iudaea et Hierusalem ([*cod. 3. al.* populi]. *item de turba Iesum audiente*: CYPR. epist. 11, 3, 1 *est* praeceptum -i adsistenti, ut ... peterent [*e. g. Matth. 7, 7*]. IVVENC. 2, 757 amota credentum -e [*ad Matth. 13, 36*]. 2, 794 discipulis -ique. SEDVL. carm. pasch. 3, 251 [*op. pasch. 3, 22* populo ... innumero]. *al.*). act. 18, 8 (cod. 55) ⌊multa -s⌋ Corinthiorum audierant verbum domini (⌊ ⌋ *gr. πολλοί, cod. 5. al. et Vulg.* multi). IVVENC. 1, 261 *Herodes in Betlehem* infantes cunctos teneramque sub ubere -em avellit *eqs.* (*de eisdem*: CAES. AREL. serm. 222, 1 candidatam -em inbellis infantiae. *item de pueris*: IVVENC. 3, 649 inpubem ... -em [*ad Matth. 21, 15 sq.*]). 4, 273 *esurientem* me ... refecit haec -es (*Matth. 25, 35*). GAVDENT. serm. 9, 15 sanctorum patriarcharum et prophetarum iustorumque omnium -em. AMM. 15, 13, 2 impetu -is promiscae, *sc. divitum et pauperum.* 19, 6, 1 innumeram ... -em, *sc. captivam* (*postea*: multitudo). AMBR. paenit. 2, 7, 55 dicit ei -s, *quae Lazarum luget,* 'veni et vide'. RVFIN. Orig. in num. 17, 1 p. 155, 8 doctorum ac Pharisaeorum -is incredulae. SEDVL. carm. pasch. 5, 254 unus de -e nefanda (*spectat ad milites sub cruce stantes*). PRISC. gramm. III 306, 3 *ἑκάτεροι* de -e duplici apud illos *Graecos* dicitur; ... *ἕκαστοι* de duobus non dicunt. *al.* *plur. pro sing.* (*nisi meton. de singulis hominibus -is; cf. p. 2382, 73. 2389, 75*): RVFIN. hist. 2, 20, 5 sicarii -bus admixti (*gr. τῷ πλήθει*). PASS. Petr. 8 p. 31, 1 (*Agrippa Petro*) multa tibi est fiducia ... in -bus, quas circumvenis. GREG. M. moral. 1, 27 de esurientibus -bus (*cf. e. g. Matth. 14, 15* turbae). ISID. eccl. off. 1, 28, 1 (= orig. 6, 18, 13; *spectat ad Ioh. 12, 13*) multitudo -ium obviam ei *Iesu* clamaverunt 'osanna *eqs.*'.

2 *Iudaeorum* (*cf. IB3*): **a** *de populo toto* (*in universum aut c. respectu -is dei; Iudaeos respici elucet e gen., adi., pron. poss. passim, e voce opposita l. 34*): VET. LAT. gen. 17, 14 (Ps. Orig. tract. 6, 49) periit anima eius, *sc. maris non circumcisi,* a -e sua (*gr. γένους, cod. 100. al.* de genere, *Vulg.* de populo). exod. 32, 10 (cod. 104) ⟨faciam te i⟩n -em magnam (*gr. ἔθνος, cod. 100 et Vulg.* gentem). deut. 21, 8 (cod. 100) propitius esto -i tuae Istrahel ..., domine (Am. 7, 15 [cod. 175. *al.*]. Luc. 2, 32 [cod. 4. *al.* = VVLG.; *cod. 3. al.* populi]. *al.; cf.* Istrahelitarum IVVENC. 1, 207. *al.,* Israelitica RVFIN. Orig. in exod. 4, 8 p. 181, 22. *al.*). 32, 43 (*ibid.*) epulentur gentes cum -e ipsius *dei* (*cod. 300. al.* cum populo; *inde* Rom. 15, 10 [cod. 75. *al.* = VVLG.]. *item disting.* gentes: DIDASC. apost. 46, 22 qui sive de -e sive de g. crediderunt. *al.; cf. p. 2387, 30 sqq. 2390, 13*). Os. 1, 9 (cod. 177, *sim.* 176) voca nomen eius 'non populus meus', quia vos ipsi non -s mea (*utrobique gr. λαός, Vulg.* populus; *cf. p. 2390, 10*). Mich. 2, 3 (Lucif. Athan. 1, 35 l. 38) cognosco super -em mala (*gr. τὴν φυλήν, Vulg.* familiam). act. 12, 11 (cod. 50 = VVLG.) -is Iudaeorum (GAVDENT. serm. 8, 40 AMBR. Isaac 6, 56. *cf.* Iudaica PS. CYPR. Iud. incred. 1 p. 119, 9. *al.,* Iudaea IVVENC. 2, 163. *al.*). IREN. 4, 27, 3 -is praevaricationes. CYPR. epist. 67, 4, 1 ut sacerdos -e praesente sub omnium oculis deligatur (*postea affertur num. 20, 25 sq.; cf. 67, 4, 2* coram omni synagoga, ... populi adsistentis). PS. CYPR. adv. Iud. 3, 1 Christum qui diligunt, odiuntur ... apud indignam -em (PS. PROSP. carm. de prov. 532 [*526* impia gens]. *item accedit adi. vituperans*: HIL. in Matth. 2, 6 infidae et prophetis inobedienti. SEDVL. carm. pasch. 5, 375 [*spectat ad Ioh. 20, 19*] formidine ... -is apostaticae, dominum quae caeca negasset [*opp.* turba fidelis]. *al.*). LACT. inst. 4, 11, 1 *deus prophetas* in media -e constituens (*seq.* populi). 7, 15, 5 tunc una -s dei et aput unam gentem fuit, *sc. Aegyptum* ([*syn.* populus]. FIRM. err. 27, 3 HIL. in psalm. 13, 3 l. 21. *al.*). AMBR. epist. 9, 62, 13 *ut Samson* a cervicibus -is suae averteret Palestinorum potentiam. VVLG. Esth. 10, 3 Mardocheus Iudaici generis secundus a rege Asuero ... acceptabilis -i fratrum suorum. RVFIN. Orig. in num. 6, 4 p. 36, 6 -is prioris. PRVD. cath. 5, 68 -s sub bifido permeat aequore. CYPR. GALL. deut. 198 (*ad 32, 9*) cohaesit domino -is Iacobi. GREG. ILIB. in cant. 1, 18 synagogae -es vetulae et stultae dicuntur (*opp.* novellae -es ex gentibus congregatae *a Christo*). *et saepe.*

b *de minore quodam coetu* (*usu fere sacrae script.; quae minus recedunt a notione communi multitudinis, v. e. g. l. 1. 14*): **α** *de familia, cognatione sim. pro gr.:* *λαός* (*in Vulg. resp.* populus): VET. LAT. gen. 23, 7 (Aug. c. Maximin. 2, 3) -em filiorum Heth (*de eisdem*: VVLG. gen. 23, 13 circumstante -e). 32, 8 (cod. 100) Iacob ... divisit -em, quae erat cum eo, et oves *eqs.* (*sim.* 33, 15 [cod. 101] relinquam ... tecum de -e, quae mecum est. 35, 6 [Fulg. Rusp. c. Fab. frg. 34, 4 ad Monim. 2, 4, 2]). 49, 29 (*ibid.; loq. Iacob*) illis ego adponor ad -em meam, saepellite me cum patribus meis ([*cod. 102* populum]. *in eadem re*: 49, 33 [cod. 100. 102]). *δῆμος*: VET. LAT. num. 1, 20 (cod. 100) fuerunt fili Ruben ... per cognationes suas, per -es et domos et pagos (*in Vulg. resp.* familia *ut*: Ios. 7, 17 [Lucif. non parc. 3] oblati sunt per -es et ostensa est -s Zara; et obtulit -em Zaram per domus *eqs.* [*cod. 100 ter* popul-]. 18, 11 [cod. 100] exiit sors tribu Beniamin ... secundum -es illorum. 21, 20 [*ibid.*]. *al.*). 4, 18 (*ibid.,* sim. Rufin. Orig. in num. 5, 1 p. 24, 23. 25, 12) nolite disperdere de tribu -em Gaath de medio Levitarum (*Vulg.* populum). Ios. 7, 14 (cod. 100, Lucif. non parc. 3) *tribum* adducite per -em (*in Vulg. resp.* cognatio

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut: 13, 15 [cod. 100] dedit Moyses tribui Ruben secundum -es illorum. 13, 23 [*ibid.*]). **β** *de tribu* (*in Vulg. fere resp.* populus): VET. LAT. gen. 48, 19 (cod. 100. 101) *Ephraim* erit in -e (*i. crescet usque in -em; disting.* in multitudine(m) gentium). 49, 16 (cod. 100. *al.*) Dan iudicabit -em suam. num. 18, 2 (cod. 100) fratres tuos tribu Levi, -em patris tui, adsume eos ad te (*gr. δῆμον, Vulg. aliter*). Matth. 4, 16 (cod. 1; *affertur Is. 9, 2*) -s sedens in tenebris, *sc. tribus Zabulon et Napthali,* vidit lumen magnum (*cod. 3. al.* populus, *6* populi). Ps. PHILO antiq. 14, 3 -em Levi (*sec. num. 1, 49 φυλήν, ubi Vulg.* tribum). PRVD. psych. 542 non illum *Achar* generosa tribus, non -is avitae iuvit Iuda parens. **γ** *de Iudaeis die sabbati in synagoga congregatis* (*cf. l. 52*): VET. LAT. act. 13, 15 (cod. 50. 51, *sim.* VVLG.) miserunt principes synagogae *Antiochensis* ... dicentes: '... si est sermo in vobis exortationis ad -em, dicite' (*gr. λαόν, cod. 5* populum).

3 *Christianorum* (*v. Loi, Salesianum 27, 1965, 606sqq. et Mazzini, Studi Urbinati 43, 1974/75, 235sqq.*). *-em ad deum pertinere indicat gen.* Christi CYPR. epist. 43, 7, 2 HIER. epist. 116, 35, 1. *al.* (*cf.* christiana: PONT. vita Cypr. 10, 2 GAVDENT. serm. 15, 1. *al.*), dei CYPR. Fort. praef. 1 *et l. 61. p. 2390, 30. 38. al.* (*cf.* divina: LACT. inst. 4, 26, 21), domini *l. 46. p. 2390, 20. al. (cf.* dominica *vol. V 1, 1889, 83sq.); cf. pron. (gen.) e. g. p. 2390, 10. 31. 68 nec non adi.* sancta CYPR. epist. 59, 19, 1 (*superl.*). AMBR. paenit. 2, 10, 91. *et saepius,* sacra *p. 2390, 35. gen. vel pron. indicat episcopum sim., ad quem -s pertineat vel a quo regatur, e. g. p. 2390, 33. 39. 47. 57. 2391, 11* (*cf.* episcopus -is *p. 2391, 2 et* PRVD. perist. 7, 22. *al., praecipue in* CONC.); *cf.* CONC. Carth. a. 345/348 p. 8 l. 161 alienas. AVELL. 2, 74 -s sancta ... presbyteri. *ex* -s *pendet gen. explic. e. g. l. 36. 73. p. 2390, 13. 22. 27. 49. et saepius, nota* -s ecclesiae (ecclesiarum) *l. 50. 71. p. 2390, 35. 55. al.* (*cf.* ecclesiastica: BACHIAR. repar. laps. 10 p. 1046[B]). *pro syn. sunt vel variant in contextu* populus *p. 2390, 26. 54. 60. al.,* grex *p. 2390, 48. 53. al.,* fratres, fraternitas *p. 2390, 52. 54. 61. al.* (*sed disting. e. g. p. 2390, 24*), dioecesis *p. 2390, 64* (*sed disting. p. 2391, 12. 22*), civitas *p. 2390, 59. 64. 2391, 3. al.; iuxta ponitur magis minusve distinguendo* ecclesia *e. g. p. 2390, 28. 66. 69. gr. respondet plerumque λαός, sed aliud l. 37. 43. 46. p. 2390, 48.*

a *vario usu respicitur*: **α** *quaelibet multitudo fidelium*: Ⓘ *temporibus Christi vel apostolorum* (*cf. p. 2387, 74sqq.*): VET. LAT. act. 6, 2 (cod. 55. *al.*) convocaverunt illi duodecim totam -em discipulorum (*gr. πλῆθος, cod. 5. al. et Vulg.* multitudinem. *item de discipulis, sc. sine gen.*: CYPR. epist. 67, 4, 2 Petrus ad -em loquitur [*respic. act. 1, 15*]. IVVENC. 2, 363 *cur non* sub Christo -es ieiunia ferret [*cf. Matth. 9, 14* discipuli]. ARATOR act. 1, 967 -s cuncta requirit, gentibus unde salus [*act. 11, 1* apostoli et fratres]). 18, 10 (cod. 55) -s est mihi *deo* multa in ista civitate, *sc. Corinthi* (*cod. 5* populus). I Petr. 2, 9 (Hil. in psalm. 51, 3) vos ... genus sanctum, -s ad possidendum (*gr. ἔθνος ..., λαός,* Didasc. apost. 25, 3 multitudo sancta, -s adoptata; *Vulg.* gens sancta, populus adquisitionis). 5, 2 (Ps. Aug. spec. 47 p. 505, 18) seniores ... obsecro ..., ut regatis -em domini *eqs.* (*gr. ποίμνιον, cod. 55. al. et Vulg.* gregem). DAMAS. carm. 1, 4 *cum Saulus* cuperet discerpere -em. PRISCILL. tract. 1, 39 cum *apostolus* ad -es, quibus praedicabat, scriberet '...' (*I Cor. 14, 31*). HEGES. 3, 2 p. 186, 16 -s *Romana* lacrimis quaerere, ne se relinqueret *Petrus.* AVG. epist. 265, 4 scriptum est, quando baptizatae sint -es ecclesiarum in Hierusalem et in Samaria (*seq. p. 2390, 14*). *al.* Ⓘⓘ *aetate posteriore* (*saepe de fidelibus in ecclesia ad rem sacram congregatis, e. g. l. 53. 56 [cf. l. 11], de laicis l. 54. 58. al.*): TERT. anim. 9, 4 post transacta sollemnia dimissa -e. castit. 7 l. 18 differentiam inter ordinem et -em constituit ecclesiae auctoritas (*syn.* laici). CYPR. domin. orat. 31 l. 567 sacerdos ... parat fratrum mentes dicendo 'susum corda', et dum respondet -s 'habemus ad dominum', admoneatur *eqs.* epist. 19, 2, 2 praepositi cum clero convenientes praesente etiam ⌊stantium⌋ -e (⌊ ⌋ *i. non lapsorum*). 59, 19, 1 florentissimo illic clero ... et sanctissimae atque amplissimae -i legere ... litteras. CIL XIV 1937 (*ca. a. 300*) episc(opus) ... basilicam sanctae ⟨ple⟩bi d⟨ei construxit⟩. COD. Iust. 1, 13, 1 (*a. 316*) si sub adspectu -is adsistentibus Christianorum antistitibus *servi manumittantur.* AMBR. myst. 8, 43 *baptismate* abluta -s, *sc. neophytorum,* ... ad Christi contendit altaria. HIER. epist. 92, 1, 3 (*Theophil.*) ne *haeretici quidam* ... in illis partibus -is et monachorum turbent animos. PAVL. NOL. epist. 18, 4 p. 131, 16 ecclesiis et monasteriis -e numerosis. AVG. coll. c. Don. 3, 17, 32 l. 43 quo *tempore persecutionis* etiam congregationes -ium fieri solebant. c. Emer. 1 p. 181, 7 *cum episcopi* in exhedram processissent praesentibus presbyteris et diaconibus et universo clero ac frequentissima -e. FAVST. Aug. c. Faust. 23, 1 disputanti mihi aliquando quidam ex numerosa -e respondens *eqs.* CONC. Rei. a. 439 p. 68 l. 117 huic *chorepiscopo* ... etiam in ecclesiarum -bus, per loca tamen magis quam per urbes, benedicere liceat (*disting.* per familias, per agros, per privatas domos). VITAE patr. 5, 9, 4 -s fratrum (*antea*: fecerunt seniores conventum et miserunt ad abbatem; *gr. p. 550 ὁ λαός solum*). ISID. eccl. off. 2, 11, 1 (*syn.* populum). *et saepissime. plur. pro sing.* (*v. p. 2388, 17*): HIL. coll. antiar. app. p. 186, 2 extorquere coniventiam -ium (*cf.* p. 185, 15 -s). in Matth. 10, 13 mentes -ium ... promissis ... occupemus. syn. tit. -bus et clericis Tolosanis. EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1134[A] martyrum festivitatibus innumerae ... -es *baptizantur.* AVG. epist. Divj. 20, 3, 1 in civitate[m] multi homines, ... in agris multae -es accesserant ex parte Donati. serm. 301A, 8 coll. Morin p. 88, 25 -bus ..., fidelibus ..., Christianis. VEN. FORT. carm. 9, 14, 11. *al.*

β *uterque populus, quo ecclesia est constituta, sc. Iudaeorum et paganorum*: VET. LAT. Rom. 9, 25 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *deus vocavit gentes,* sicut in ⌊Osee⌋ dicit: vocabo 'non -em meam' -em meam (⌊ ⌋ *sc. 2, 24, ubi bis* populus *cod. 176; cf. p. 2388, 36*). CYPR. epist. 63, 12, 2 (*explicat apoc. 17, 15*) quod ad nuptias Christi ... Iudaeis cessantibus -s magis gentium conflueret ([*syn.* g. populum]. AVG. epist. 265, 4 quando ... baptizatae sint aliae -es g., quibus apostoli epistulas miserunt). HIER. epist. 36, 16, 4 peccata utriusque ... -is, quae Christus ... cruci secum ... adfixit (*cf.* AVG. serm. 137, 6, 6 *ecclesiam* de duabus -bus factam. VEREC. in cant. 2, 44 l. 11). *al.*

γ *universa ecclesia* (*fere catholica, sed haereticorum e. g. l. 34. 39; definitur* HIER. tract. in psalm. II p. 396 l. 74 omnes ... quicumque in ecclesia sunt, -s domini ... vocantur): *in malam partem*: MIN. FEL. 8, 4 (*loq. Caecilius paganus*) *Christiani* de ultima faece collectis inperitioribus et mulieribus credulis ... -em profanae coniurationis instituunt (*antea*: factionis; *postea*: natio). *usu communi*: CYPR. epist. 17 tit. Cyprianus fratribus in -e consistentibus s(alutem) (*aliter l. 73; cf. 69, 1, 1* extra ecclesiam consistens. NOVATIAN. cib. Iud. tit. -i in euangelio perstanti salutem). 63, 13, 1 quando ... in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur et credentium -s ei, in quem credidit, *iungitur* (*cf.* 63, 13, 2 ecclesiam, id est -em in ecclesia constitutam). unit. eccl. 23 una ecclesia ... et -s in ... unitatem ... copulata. Ps. CYPR. mont. 15, 1 spiritalis -s ... Christianorum. LACT. inst. 4, 26, 41 *signum crucis valens* ad -em dei protegendam. mort. pers. 52, 4 (*2* divini gregis) *a deo* pacem ... -i suae datam. PACIAN. epist. 1, 3, 1 -s apostolica (*postea*: populi ... unitatem). 2, 5, 5 -em tuam, *sc. Novatiani.* AMM. 22, 5, 3 dissidentes Christianorum antistites cum -e discissa (*opp.* unanimantem ... -em). AMBR. epist. extra coll. 1, 23 etiam infimos -is sacrae diligit. hex. 3, 12, 50 -s ecclesiae. PRVD. apoth. 291 catholica non es de -e, sed unus de grege turifero, *sc. gentili.* 773 iustorum. perist. 5, 391 *ne sepulcrum martyris* -s gregalis excolat. c. Symm. 2, 902 ite procul, gentes! consortia nulla ... sunt vobis cum -e dei. AVG. un. bapt. 16, 29 -s unitatis. AVELL. 2, 67 -es haereticorum (*cf.* GREG. M. moral. 19, 27 l. 27 haereticarum -ium principes). *et saepe.*

b *in administranda ecclesia de societate fidelium episcopo commissa, subiecta* (*distinguitur saepe episcopus, clerus sim., ut significentur laici, pars inferior populi; accedit respectus regionis, territorii e. g. l. 65. p. 2391, 11. 17*): **α** *respicitur potius tota dioecesis* (*plur. e. g. l. 55sq.*): Ⓘ *exempla quaelibet*: TERT. ieiun. 13 p. 291, 28 episcopi universae -i mandare ieiunia adsolent. monog. 12, 2 (*opp.* praepositos, *4* de episcopis). PASS. Perp. 13, 6 (*ad episcopum*) corrige -em tuam (*gr. resp. τὸ πλῆθος ut*: CLEM. ad Cor. 54, 2 [*seq.* grex]. PASS. Matth. 25 p. 252, 29 *episcopus* congregans ... omnem -em fratrum. p. 253, 31). CYPR. epist. 52, 1, 2 *quendam episcopum* cathedrae et -is extorrem et de ecclesia Christi exulem (*cf.* laps. 6 derelicta cathedra, -e deserta. VITA Fulg. Rusp. p. 71 paucarum -ium cathedrae). 66, 5, 1 iam sex annis nec fraternitas habuerit episcopum nec -s praepositum nec grex pastorem *eqs.* PONT. vita Cypr. 5, 3 (*cf. 2* populus, *4* fraternitas). HIL. coll. antiar. p. 122, 9 ut cognoscerent singularum ecclesiarum -es sacerdotis sui, *sc. episcopi,* integritatem. LVCIF. Athan. 2, 30 l. 8 tulisti episcopos e -bus. EPIST. pontif. 232 Zeitschr. neutest. Wiss. 35, 1936 p. 20, 16 -es ... eorum *haereticorum episcoporum* (*postea*: populorum). 237 Silva-Tarouca Thess. p. 18, 54 ne patiamini *episcopum* ... de civitate alia ad aliam transduci et deserere -em sibi commissam et ad alium populum per ambicionem transire. HIER. epist. 90, 4 (*Theophil.*) saluto fratres, qui tecum sunt; te -s, quae nobiscum est, in domino salutat. 92, 5, 3 (*Theophil.; ad episcopos*) fratres et -em, quae vobis credita est (*postea*: gregem domini). CONC. Carth. a. 411, 1, 65 in -e mea, id est in civitate Constantinensi (*postea*: in medio ... diocesis meae. *cf.* 1, 117 in una -e *episcopi Donatistarum* ..., in una dioecese). AVG. coll. c. Don. 1, 5 quodsi -es duos in ecclesia episcopos, *sc. catholicum et Donatistam,* ferre non possent. epist. 105, 1, 1 (*Donatistae Christianis*) recedite a -bus nostris (*postea Christiani illis*: accedite pacati ad -es non nostras, sed illius *dei*). LEO M. epist. 1, 5 ad -em et ecclesiam suam. REG. eccl. Carth. l. 162 episcopus *quidam* -e sua derelicta ... invasit ecclesiam *alienam* et ... relinquere eandem, quam invaserit, -em contempsit. *al.* Ⓘⓘ *intellegitur dioecesis loco principalis cathedrae tantum indicato* (*cf. l. 64*): CYPR. epist. 58 tit. Cyprianus -i Thibari consistenti s(alutem) (67 tit. -bus c. ad Legionem et Asturiae *eqs.* GREG. M. epist. 2, 3 tit. Neapolim [*sed* 2, 8 tit. Neapoli]. FACVND. c. Moc. 16 in Romano clero omnique christiana -e

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inibi c. *al.; distingue p. 2390, 24*). *ex attributo*: HIL. coll. antiar. app. p. 142, 24 Romanae -is episcopum (CONC. Carth. a. 411, 1, 120 l. 4 Optatus e. -is Vesceritanae [*seq.* Fortunatus e. civitatis suprascriptae]. 1, 126 l. 7 Ferox e. -is Macrianensis Maius [*seq.* Pomponius e. loci suprascripti]. *al., cf.* 1, 120 l. 13 Latonius e. ecclesiae -is Tenitanae). AVG. bapt. 5, 5, 6 p. 267, 27 Mustitanae et Assuritanae et aliarum -ium. CE 1837, 4 innumera -s Tipasensis. *al.*

β *respicitur potius pars dioeceseos quaedam minor* (*cf. Lancel, Rev. hist. eccl. 77, 1982, 446sqq.; vix est, quod de parochia rurali cogites sec. Aebischer, Rev. linguist. Rom. 28, 1964, 143sqq.*): CONC. Carth. a. 345/348 p. 8 l. 157 ne episcopus alterius episcopi -es aut fines usurpet. a. 397 p. 337 l. 285 statutum est ..., ut -es, quae in dioecesibus ab episcopis retinentur, quae episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores. *ibid.* l. 292 adversus episcopos suos cervices erigunt presbyteri ... sibi conciliantes -em *eqs.* p. 340 l. 406 eum in diocesi, concedente episcopo qui matricem tenuit, solam eamdem retinere -em, in qua fuerit ordinatus *episcopus*. AVG. epist. Divj. 20, 9, 4 octo -es, quae ad ecclesiam Fussalensem ... ad suffragia de ordinando episcopo ferenda non convenerant. 20, 10, 5 unam -em sibi addendam ..., fundi scilicet Thogonoetensis (*cf.* 20, 13, 3 -em Thogonoetensem, *sed 20, 14, 1* Th. locum). 22, 8, 3 -es aliquas repetebat, non ipsam matricem, in qua erat episcopus constitutus (*disting.* diocesim). REG. eccl. Carth. l. 1471 placuit, ut quicumque episcopi -es, quas ad suam cathedram existiment pertinere, non ita repetunt, ut *eqs.* INSCR. Duval, Loca sanct. Afr. 126 (*ca. a. 580*) posite sunt memorie *sanctorum* ... per manus ... ep(i)s(cop)i s(an)c(te) ecl(e)s(i)e Nicivensi istius -i, per istantia ... pr(es)b(yteri). *al.*

B *animalium*: **1** *de parte generis cuiusdam inferiore, ignobili* (*complurium generum l. 40; disting.* rex *l. 30sq. al.,* dux *l. 32. 38,* imperator *l. 35*): **a** *apium*: VERG. georg. 4, 95 ut binae regum facies, ita corpora -is. COLVM. 9, 9, 1 ut pariter quaeque -s generetur cum regibus. 9, 9, 6 sunt ... saepe plures unius populi duces et quasi procerum seditione -s in partes diducitur. 9, 11, 1 tres alvorum -es in unam contribuere. *al.* PLIN. nat. 11, 26 domos primum -ei exaedificant, deinde regibus. 11, 52 mira -ei circa eum *imperatorem* oboedientia. 11, 64 rege ... consumpto maeret -es. SVLPICIA sat. 56 (*54* turba). **b** *aliorum*: PLIN. nat. 10, 47 *galli* imperitant suo generi ...; et -s tamen aeque superba graditur. STAT. Theb. 7, 395 (*in compar.*) *pastor ovium* iubet ordine primo ire duces, media stipantur -e maritae. SOL. 27, 13 in -e remanent iubarum inopes *leones*. *in allegoria*: AMBR. Abr. 2, 8, 56 *turtur* refugiens -em quandam creaturarum (*cf. Physiol. rec. Y 41* in solitudinibus secedens).

2 *de toto genere* (*cf. p. 2387, 17*): SOL. 27, 56 -es simiarum ... est ... non sine ingenio aemulandi (*antea*: simiarum genus). VVLG. prov. 30, 26 lepusculus, -s invalida (*cf. 30, 25* formicae, populus infirmus).

3 *de quolibet grege, agmine sim.* (*cf. p. 2387, 51*): AVIEN. Arat. 1801 gaudebit arator ... -e gruum prima (*1802* agmine; *cf. gr. 1078* ὁμιλαδόν). CYPR. GALL. num. 354 mare ... varia de -e natantum exuere, *sc. piscando*. AVIAN. fab. 7, 13 senior de -e *canum* (*12* turbam).

C *numinum* (*angelorum l. 65*): **1** *de inferioribus, quibus opp. nobiles, Iuppiter*: OV. met. 1, 173 *hic* deorum atria nobilium valvis celebrantur apertis; -s habitat diversa locis. 1, 595 (*loq. Iuppiter*) *non* de -e deo, sed qui ... sceptra ... teneo (fast. 5, 20 de media -e ... deus. CLAVD. rapt. Pros. 3, 271 non Dryadum de -e sumus; turrita Cybele me quoque Saturno genuit [*aliter l. 61*]). Ib. 81 vos quoque -s superum, Fauni Satyrique ... semideumque genus. MART. 8, 49, 3 accubuit genitor *Iuppiter* cum -e deorum ([*cf. 7* vescitur ... eques tecum, *Domitiane,* populusque patresque]. PRVD. c. Symm. 1, 27 cum Iove ... multa et cum -e d. *al.*). TERT. nat. 1, 10, 39 *mala* Iovem paene perpessum a caelitum -e. *al.*

2 *de qualibet turba, multitudine* (*pendet gen. praeter l. 63. 65*): STAT. Theb. 7, 108 *Mars* unum dira comitum de -e Pavorem ... anteire iubet. 9, 578 *Atalantam* extorrem Dryadumque a -e fugatam. silv. 3, 4, 29 *Venus puerum quendam* natorum de -e putat (*de Amoribus ut*: CLAVD. carm. min. 25, 140 aligera ... de -e). ARNOB. nat. 3, 4 p. 161, 21 (*de deis universis paganorum*) -s numinum. IVVENC. 1, 170 (*spectat ad Luc. 2, 13*) *angelo Christum natum nuntianti* iunguntur milia -is caelestis, *sc. angelorum*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 8, 3 ne -em deorum introducere videamur ([*sc. ultra trinitatem; Migne gr. 36, 320*^{B} *δῆμον θεῶν. postea*: plurimos]. Ps. PROSP. carm. de prov. 720 innumeram ... -em ... d.). ENNOD. carm. 1, 20, 25 *Martinus* de -e lusit daemonum.

D *rerum* (*vigente respectu partis inferioris imprimis l. 71. 74*): SOL. 52, 63 *beryllos crystallis similes* scientissimi lapidum -i dederunt (*Plin. nat. 37, 77* postremi sunt). PAVL. NOL. carm. 9, 71 fracta in Christo vitiorum -e. ENNOD. carm. 2, 74, 3 astrorum -es (*cf. 2, 128, 1* a. populus). opusc. 1, 35 p. 271, 7 -em conflictuum ... sileo. 4, 15 p. 386, 23 *vallem* amnium -e locupletat uber solum.

E *universae creaturae*: FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 133, 21 si creatura est spiritus sanctus ..., si spiritus sanctus unus est ex -e facturae *eqs.* (*antea*: subiectae ... condicionis). 2, 11 p. 155, 7 de -e vel multitudine creaturae.

iunctura ⁕**plēbēī scītum** *sim. et inde compos.* ⁕**plēbīscītum,** -ī *n., sc. a* plebes *et* sciscere (*cf. p. 2381, 56*; pleb(e)i *fort. primitus dat., postea certo gen.*). *de origine*: FEST. p. 177 'sciscito' significat ... 'suffragium ferto', unde scita plebis. ISID. orig. 5, 11 scita plebium: ... vocata scita, quod ea plebs sciat vel quod sciscitatur et rogatur, ut fiat. *iuncturam duarum vocum intellegi suadent ordo inversus* scitum plebis *sim.* LIV. 3, 67, 9. 10, 22, 9. 22, 26, 4. 31, 50, 10 FEST. p. 177. 293 VAL. MAX. 5, 2, 4. 9, 7 mil. Rom. 1, scita plebium *l. 8, particulae interpositae* que, ve *sim. fere in legibus* (*e. g.* LEX Papir. [Fest. p. 347]. agr. [CIL I^2 585] 2 sq.) *et* LIV. 25, 7, 5. *al., punctum interpositum* LEX Irnit. 3 A 18. 33. *al. (cf. etiam abbrev. bipertitas infra); compos. testantur gramm. l. 18sqq.* *abbreviatur* pl sc LEX agr. (CIL I^2 585) 40. 42 sq. Rubr. (CIL I^2 592) 1, 29. *al. in inscr.,* plebei ... sc LEX agr. (CIL I^2 585) 2 sq. 22. 29. 41, p s PROB. litt. sing. 3, 19. *de formis* (*affertur inter composita, quorum una pars declinatur* DIOM. gramm. I 309, 36 AVG. gramm. V 506, 32. *al., inter nomina cum participiis composita* PRISC. gramm. II 179, 13. 441, 12): *prima pars vocis* plebi *in inscr.* LEX agr. (CIL I^2 585) 6. 13. Bant. (CIL I^2 582) 15, *in codd. vet.* CIC. rep. 4, 2. LIV. 25, 7, 5 (*P*). 42, 21, 8 (*V*). GAIVS inst. 1, 2 sq. *al.,* plebei *in inscr.* LEX agr. (CIL I^2 585) 2 sq. *et saepius, in cod. vet.* CIC. rep. 2, 63 (*man. pr.*), plebe LEX agr. (CIL I^2 585) 41. LIV. 26, 34, 1 (*P*), plebis *in inscr.* LEX de imp. Vesp. 24. 34. 36 (*sed* 22 plebei). Irnit. 3 A 33. 10 B 5. *al.* CIL V 7637 (*a. 139/161*), *in codd. vet.* LIV. 22, 26, 4 (*P, ut* 27, 5, 19). POMPON. dig. 1, 2, 2, 8. *al.* *abl. sing.* -u DECRET. pontif. Cic. Att. 4, 2, 3 (*bis iuxta* iussu). LIV. 25, 7, 5. *de notione v. infra sub 1.* *legitur inde a* LEGE Papir. *l. 62,* PLAVTO (*item in versibus* LVCAN.); *abiit in sermonem gr. e. g.* THEOPHIL. inst. Iust. 1, 2, 4. [*falsa var. l. pro* populi scitum NEP. Arist. 1, 5 Epam. 7, 4. *al.*]

fere i. q. decretum a plebe, concilio plebis factum (*sc. sine patribus [ad rem v. Siber, RE XXI 1, 54sqq.]; disting. inter* plebs *et* populus *l. 47. p. 2393, 3sq. et* GELL. 10, 20, 6 GAIVS inst. 1, 3; *iuxta ponitur saepissime* lex, *v. imprimis l. 61sqq., ceterum* senatus consultum, *e. g.* LEX Atest. [CIL I^2 600] 11. LIV. 10, 22, 9, rogatio CIC. dom. 44 LEX de imp. Vesp. 34. *al.* [*pro syn. l. 43. 53. p. 2393, 1*]): **1** *exempla notionem vel institutum illustrantia*: LIV. 3, 55, 3 cum velut in controverso iure esset, tenerenturne patres -is, legem ... tulere consules, ut quod tributim plebes iussisset, populum teneret (*a. 449 a. Chr.; sed alias idem ius aliis temporibus institutum esse dicitur, sc.* 8, 12, 19 [*a. 339*]. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 4 ne leges quidem proprie, sed -a appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius ... legem tulit [*a. 287; de ea lege*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 8. *al.*]). FEST. p. 233 quod plebes scivit, plebi⟨scitum ...⟩ appellatur. p. 293 scita plebei appellantur ea, quae pleps suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante. p. 330 (*disting.* scitum populi). GELL. 10, 20, 1 quid lex sit, quid -um, quid rogatio, quid privilegium (*simili in enumeratione*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 12 GAIVS inst. 1, 2 PAPIN. dig. 1, 1, 7 pr. *al.; ceterum disting.* lex *l. 42 et* GAIVS inst. 1, 3). 10, 20, 6 (*sec. At. Cap.*) -um *est* ... lex, quam plebes, non populus accipit (*pro syn. est* lex *ut*: 10, 20, 9 *in veteribus scriptis* -a ... translaticio nomine leges appellaverunt eademque ... rogationes dixerunt. VLP. dig. 9, 2, 1, 1 lex Aquilia -um est). POMPON. dig. 1, 2, 2, 8 ut plebs ... secederet sibique iura constitueret, quae iura -a vocantur. GLOSS. -um: *δήμου ψήφισμα. δήμου δόγμα.* quod populus sci⟨i⟩t. GLOSS.^{L} I Ansil. PL 242 -a: plebis consulta. *al.*

2 *exempla usum illustrantia* (*ad quam rem -um spectet, indicatur per praepos.* de *l. 67. p. 2393, 12 et* SVET. Vesp. 8, 5 GELL. 20, 1, 23, *per attrib. gen.* CIC. rep. 4, 2 aliquo -o reddendorum equorum, *per coni.* ne *p. 2393, 17; iunctura* -um rogare *e. g.* LEX agr. [CIL I^2 585] 6. 22. Atest. [CIL I^2 600] 13): **a** *apud Romanos*: **α** *iuxta* lex, leges (lex *solum ponitur pro -o e. g. Lex Bant. [CIL I^2 582] 8. 14; cf. l. 42sqq. 51sqq.*): LEX Papir. (Fest. p. 347) ex l. plebeique scitis (LEX Bant. [CIL I^2 582] 7 ex hace l. -eive scito. 15. agr. [*ibid.* 585] 2. *al.* Corn. de XX quaest. [*ibid.* 587] 2, 11. *al. in inscr., cf.* LEX Rubr. [*ibid.* 592] 1, 29 ex l. Rubria seive id pl(ebei)ve sc(itum) est [*item* 1, 39]). agr. (CIL I^2 585) 40 *iurare* in leges pl(ebei)ve sc(ita) de ea re (*item* 42). 41. Corn. de XX quaest. (CIL I^2 587) 2, 17 per leges plebeive scita (CIC. Att. 3, 23, 3 [*verba rogationis*]). CIC. dom. 44 'iubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit' ...; hoc -um est, haec lex, haec rogatio est? LEX Atest. (CIL I^2 600) 11 qui ... lege foedere pl(ebis)ve sc(ito) s(enatus)ve c(onsulto) ... iure dicundo praefuit (*abl. instr. ut*: Iul. munic. [*ibid.* 593] 52. *al.* Vrson. [*ibid.* 594] 104, 13 iussu C. Caesaris ... et lege Antonia senat(us)que c(onsulto) pl(ebi)que sc(ito). *al.*). *al.* LVCAN. 1, 176. *al.*

β *cetera exempla*: PLAVT. Pseud. 748 ecquid is homo scitust? :: -um non est scitius. RHET. Her. 1, 15, 25 ex -o *vetari* (LIV. 10, 22, 9. 42, 21, 8

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rogationem ... plebes scivit iussitque; ex eo -o ... praetor consuluit senatum. *al.* SEN. epist. 95, 30. *cf. p. 2392, 63*). LEX Gabin. Calp. (CIL I² 2500) 33 populei pleb⟨isve scito⟩ **(***abl. instr. ut*: DECRET. pontif. Cic. Att. 4, 2, 3 neque populi iussu neque -u [*fere eadem ibid. iterum*]. CIC. fin. 2, 54 ut ... tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri; quo -o decreta a senatu est consuli quaestio [*cf. l. 1*]. *al.* LIV. 4, 48, 2. *al.* FEST. p. 318 [*e lege tribunicia*] si quis eum, qui eo -o sacer sit, occiderit. *al., cf. p. 2392, 70sqq.*). CIC. rep. 2, 63 quae *lex* postea -o Canuleio abrogatast (*indicatur tribunus rogans per adi. ut*: LIV. 38, 36, 9 Valerio. AT. CAP. Gell. 14, 8, 2 Atinium. GELL. 20, 1, 23. *per gen.*: GELL. 6, 3, 40 Stolonis). leg. 1, 57 nec nostras duodecim tabulas nec -a. LIV. 4, 49, 6 nullum -um nisi ex auctoritate senatus *pati.* 9, 30, 4 lator huius -i. 31, 50, 10 de altero aedile scitum plebi est factum. *al.* QVINT. inst. 2, 13, 6 *non* rogationibus plebisve scitis sancta sunt ista praecepta *oratoria.* SVET. Iul. 28, 2 -o *obrogare. al.*

b *apud Athenienses*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 (*respicitur iudicium per suffragium factum*) cuius *potestatis* arbitrio -a ordinarentur. 4, 1 ext. 4 *Thrasybulus* -um interposuit, ne qua praeteritarum rerum mentio fieret.

deriv.: plebecula, plebeius, *?*plebesco, plebitas.

compos.: plebicola, plebiscitum (*v. supra; cf. ?*plebiscito).

cf. Onom. (Pleps).

?plēbēscere: plebem imitari GLOSS. V 608, 66 (*traditum est par glossarum ordine interpretamentorum inverso*: 66 -ere: plebem alloqui. *67* plebiscitari: plebem imitari; *corr. Goetz in indice sec. l. 39*). *a* plebes (*cf. e. g.* matrescere), *nisi e falsa var. lect. l. 39.*

plēbicola, -ae *m.* (*sed cf. l. 27*). *a* plebes *et* colere. *scribitur etiam e. g.* -beic- *et* -cula *in* GLOSS. (*ceterum v. l. 31*). *inter nomina generis communis affertur* AVG. gramm. V 501, 37.

i. q. plebis cultor, fautor (*cf.* GLOSS. -a: *δημοχαρής*. qui amat cives. amans cives. *vergit in usum adi. maxime l. 30 et apud* PRVD.): CIC. leg. agr. 2, 84 ager Campanus ... possidetur a plebe ... optima, *quae* ... ab hoc -a tribuno plebis *Rullo* funditus eicitur (plebecula *al. var. ll.*). Sest. 110 *quidam,* ut -a videretur, libertinam duxit uxorem (*antea*: homo ... populo Romano deditus). LIV. 3, 33, 7 ut *Ap. Claudius decemvir* -a repente omnisque aurae popularis captator evaderet. 3, 68, 10 adsentatores publicos, -as istos. SEN. benef. 5, 16, 5 (*de Caesare*) ille -a, ille popularis. PRVD. c. Symm. 1, 561 -as ... Gracchos.

plēbicula *v.* plebecula.

***?*plēbīscīto,** -āre (*vel* -or, -ārī). *siquidem agnoscendum, a* plebiscitum. GLOSS. ⌞-at⌟: plebem adloquitur (⌞ ⌟ *trad. etiam* plebescat *et* plebem scitat). ⌞-at⌟: plebs interrogat (plebem i. *restituunt edd.*; ⌞ ⌟ *trad. etiam* plebscita(vi)t GLOSS. V 321, 41 GLOSS.ᴸ Corp. P 478). *v. etiam* -ari *l. 23.*

plēbīscītum *v. p. 2392, 5.*

plēbitās, -ātis *f.* *a* plebes (*item* GLOSS. V 645, 19). *scribitur in codd. Non. etiam* (p)lev-, pluv-. *i. q. status plebeius* (*explicat utrumque afferens locum* NON. p. 149, 2 -em: ignobilitatem): CATO orat. 205 propter tenuitatem et -em. HEMINA hist. 17 quicumque propter -em agro publico eiecti sunt.

plebium (plēb-*?*), -ī *n.* (*nisi est* plebius *m.*). [*originis germ. esse apparet; viri docti conferunt vet. saxon.* plegan *'praestare, in se recipere'* (*cf. theod.* pflegen), *sed haerent in explicanda littera* b/v (*fort. sec.* praebere *mutata*); *v. Wartburg XVI 634. Fo.*] *i. q. pignus, cautio* (*cf. Lex Sal. Merov. 40, 4* pignus *et v. Geffcken, ed. 1898, 264sq.*): LEX Sal. Merov. 87 aut ad -um (plibi-, plevi-, plebei- *var. ll.*) promoveatur *servus inculpatus* aut ipse pretius domino reformetur.

plēbs *v.* plebes. **pleco** *v.* plico. *Spoth.*

plecta, -ae *f.* [*gr. πλεκτή, sc. receptum aetate antiquiore, qua usus vocis latius diffusus esse debuit; vix subest p. p. p. lat. priscum* *plectus (*a* 1. plectere). *Fo.*]. *de notione*: GLOSS. -as: sportulas. plect[r]a[n]s: funes de palmulis. GLOSS.ᴸ Corp. P 465 plect[r]a: auunden (*anglosax.*). [*sard. mer.* pretta *'corbis ad frumentum condendum', arag., cat.* pleta *'saeptum', hisp.* pleita *'opus plectile oblongum' ut port.* empreita, *francog. vet. et med.* plite (*notione p. 2394, 11 illustrata*). *cf. M.-L. 6591a. Battisti-Alessio IV 2975. Corominas-Pascual IV 581. Wartburg IX 57. C. S.*]

i. q. opus plectile (*gr. respondet σειρά, nisi aliud indicavimus* [*cf. l. 72 et Gloss. II 409, 21 πλεκτή*: sira]): **1** *respicitur id, quod in modum funis plexum est* (*praecipue ad sportas sim. faciendum; fere e palmis, e. g. l. 59. 70sqq. 75sqq., aliter l. 73. p. 2394, 3*): **a** *exempla varia*: VITA Anton. 53 p. 62, 1 advenit quidam ... et trahebat -am unde operabatur *Antonius*: sportas enim suebat. CASSIAN. conl. 18, 15, 3 codicem ... inter eius -as, quas de palmarum foliis solebat intexere, ... abscondit (*cf.* VITAE patr. 5, 4, 10 abscondit illud *prandium* post -as de palmis). 18, 15, 4 inter -as palmarum, quas illi siras vocant. APON. 7, 21 (*ad cant. 4, 9* in uno crine colli tui) *capilli* in unum collecti per -am (*sim.* 8, 70 quasi retorti in -am velut capilli. *cf. p. 2394, 9*). VITAE patr. 5, 4, 5 faciebat ... -am de ipsis palmis et cusabat (5, 5, 23 ⌞faciens -as⌟ de palmis siccis [*gr. Nau 1908 p. 56 n. 173 πλέκων*]. 5, 7, 27 coepit ⌞-am facere⌟ ex eis *palmulis* [*gr. ibid. p. 277 n. 195 πλέκειν*]. 5, 11, 14 *ut* fecerit ... -as ad duas sportas. *aliter* CASSIOD. Ios. antiq. 2, 246 -as ... ex papyro f. in modum arcarum [*gr. πλέγματα*]). 5, 4, 20 ascendens ... cum -is de palmis (*cf.* MART. BRAC. sent. patr. 12 ascendens aliquando viam eremi Scythi et texens -am. *ibid.* ne forte irascerer, dimisi -am meam et fugi). **b** *in imag. vel translate*: ARIVS ad Euseb. vers. *α* 2 ⌞omnem -am⌟ commovet (*sc. vela pandit*) adversum nos episcopus (⌞ ⌟ *gr. πάντα κάλων. cf. vers. β* omne malum, *γ* omnem benignum animum). APON. 7, 20 quos ... caritatis -a simul univit unanimitas fraternitatis in Christo (*v. p. 2393, 73sq. et cf. l. 14sq.*).

2 *respicitur pars quaedam operis structi, sc. iunctura vel ornamentum* (*formae plexae, si recte intelleximus; sed cf. p. 2399, 53*): VVLG. III reg. 7, 29 (*describitur basis labri in templo Salomonis*) inter coronulas et -as leones et boves et cherubim (*allegorice explicat* GREG. M. in Ezech. 2, 9, 18 -ae ... concordiae unanimitatem signant [*sim. ibid. iterum*]).

deriv.: plectula. *Ottink.*

[plectātor (-tur *var. l.*): vindicator (-tur *var. l.*) GLOSS.; *vix agnoscas subst., cf. Lindsay ad* GLOSS.ᴸ Corp. P 454.**]** *N. H.*

***plectibilis,** -e. *a* 2. plectere, *cf.* plexibilis. [GLOSS.ᴸ II Philox. PL 40 *falso trad. pro* plectile; PS. QVINT. decl. 3ᵇ, 2 *medii aevi est.*]

1 *i. q. plectendus, poena dignus* (*indicatur causa plectendi per abl. l. 36*): **a** *de rebus*: COD. Theod. 14, 3, 16 quicquid ex horreis -i usurpatione praesumptum sit. 16, 5, 5 quisquis opinionem ⌞-i ausu⌟ dei profanus imminuit (⌞ ⌟ -ius *cod.*). EPIST. pontif. 583 Thiel 14, 1 p. 201 si quid apud te sacerdotalis modestiae teneretur, nunquam -es perpetrarentur excessus. 739 Thiel frg. 44 p. 507 -is orta est praesumptio. SIDON. epist. 4, 6, 4 si ... calumniam -i sufflammat invidia *petitor.* 4, 13, 4 nemo fere est, qui -bus careat occultis. 6, 1, 2 recordatione vitae -is. CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 22, 16 vitio. 1, 3 p. 32, 20 in tam -i sententia (2, 10 p. 140, 17). DRAC. laud. dei 2, 275 actu. 2, 464 mores. Orest. 229 inpete -i. CASSIOD. var. 2, 19, 2 dominum suum -i scelere trucidantes. 2, 41, 1 culpa (in psalm. 54, 24 l. 409). in psalm. 18, 14 l. 269 fit proprium *peccatum,* quia consensus -is adhibetur. *al. apud eundem. neutr. pro subst.*: CASSIOD. in psalm. 118, 52 l. 929 'memor iudiciorum' -a non praesumit. **b** *de hominibus*: AVELL. 100, 10 in ipsis blasphemiis tuis, quibus es iure -is. DRAC. Orest. 426 verbero -is *Aegisthus.*

β *peculiaria quaedam; respicitur*: Ⓘ *pecunia* (*addasne* PLAVT. *p. 2409, 69?*): CIC. S. Rosc. 6 pecuniam tam -am atque praeclaram (*postea*: patrimonium tam amplum et copiosum). MARCELL. dig. 35, 2, 56, 1 peculii incrementum -iorem faciet hereditatem (*antea*: uberiorem). Ⓘⓘ *tempus*: POMPON. dig. 4, 4, 50 utrum restitutio ... decem dierum sit an -ior. *?*Ⓘⓘⓘ *licentia* (*sc. disputandi; nisi respic. tempus*): ACT. Archel. 30, 1 de omnibus, quibus disceptavimus, prudentia iudicum -issimum terminum posuit. Ⓘⓥ pulsus *sanguinis*: VINDIC. epist. ad Pentad. p. 489 sanguis facit p. -um (*ibid.* minus -um; *opp. utrobique* tenuem). CAEL. AVR. acut. 2, 4, 20 p. rarus, sed -ior fiet (*antea opp.* densus atque parvus). 2, 10, 69 -us, vehemens (*catalepticis ut* 2, 10, 74 sq.). Ⓥ *foetor*: DIOSC. 5, 127 p. 221, 12 bromum psori -um habet, nausiam provocat (*cf. gr. 5, 102, 1 βρωμωδέστερον, sc. ἐστίν*).

b *-i sunt dei, qui vi magna adsunt, adiuvant sim.* (*sc. usu praedic. tantum*): MANIL. 3, 662 ⌊Liber⌋ ... descendit -us ab ulmo (⌊ ⌋ *meton. pro uva*). LVCAN. 4, 122 Fortuna ... -a redit (ADNOT. felicitate -issima; COMMENT. in omnibus favens). 5, 166 non umquam -ior artus Phoebados inrupit Paean. *apud Christ.*: PS. PAVL. NOL. carm. app. 3, 138 credenti ⌊-am⌋ -ior adde fidem (⌊ ⌋ *ad p. 2417, 55*). ENNOD. dict. 2, 9 p. 432, 24 ad consecrationem operis tui, *i. basilicae,* -us inlabere.

B *speciatim respiciuntur*: **1** *voces vel soni* (*saepe in serm. gramm. et rhet.; cf. p. 2419, 4. 8*): **a** *de longis vel productis*: LVCIL. 361 (*v. p. 2144, 35*) *scribe* 'peila', ut -ius fiat (*bis opp.* tenues [*a* tenuare] *359 sq.; respic. scriptura, v. Belardi, Studi lat. ... in memoria di A. Pagliaro, 1984, 159 sqq., sed ad sonum refert* SCAVR. gramm. VII 18, 23 *Lucilius,* ubi *'i'* -um est, praeponendum esse ⟨e⟩ credit [*opp.* exile]). QVINT. inst. 9, 4, 83 quo quique *pedes* sunt temporibus -iores ..., his graviorem faciunt orationem (*opp.* breves. *cf.* 9, 4, 136 *pedes* temporibus ... satis -i).

b *de sonoris, gravibus*: **α** *-a est ipsa vox, sonus sim.* (*cf.* SYNON. Cic. p. 448, 14 vox magna. -a. gravis *eqs.*): Ⓘ *hominum* (*sc. maxime oratorum*): RHET. Her. 3, 14, 24 sermo cum est in dignitate, -is faucibus quam sedatissuma ... voce uti conveniet. CIC. de orat. 3, 31 *Sulpicius est* -issima et maxima voce (Brut. 289 grandiorem et -iorem [*opp.* anguste et exiliter dicere]. QVINT. inst. 11, 3, 42 gravior et -ior [*opp.* tenuis et acuta]. 11, 3, 63. TAC. Germ. 3, 1 [*de cantu bellantium*] obiectis ad os scutis, quo -ior et gravior v. repercussu intumescat. *al.*). 3, 217 *genus vocis* flexibile, -um *eqs.* PLIN. dub. serm. frg. Prisc. gramm. II 29, 10 sonum ... -um *'l' litterae* ([*opp.* exilem, medium, *ut in eadem re* MART. CAP. 3, 241]. QVINT. inst. 1, 11, 6 -iore. 11, 3, 41 parum clarus nimiumque -us [*opp.* praetenuis]. VEL. gramm. VII 49, 21 antiquum sermonem -ioris s. fuisse. 78, 3). QVINT. inst. 11, 3, 15 *qualitas vocis* et -a et exilis. Ⓘⓘ *avium*: VERG. georg. 1, 388 cornix -a pluviam vocat ... voce (SERV. rauca, contra naturam suam). PLIN. nat. 10, 82 *sonus lusciniae interdum* -us, gravis, acutus, creber *eqs.* Ⓘⓘⓘ *tonitrus*: GERM. frg. 4, 95 pluviae -ique (plerique *trad.*) in nube fragores.

β *-a sunt verba, litterae sim.*: RHET. Her. 4, 20, 28 longior aut longiores, -ior aut -iores syllabae (VEL. gramm. VII 76, 3). CIC. de orat. 3, 46 tu illa lata *Cottae* ... imitaris, ut ... 'e' -issimum dicas (*item de litteris*: VEL. gramm. VII 68, 9 nimis -a [*opp.* exilis]. *al.*). 3, 150 in quibus *verbis* -um quiddam et sonans inesse videatur (*neutr. pro subst. ut*: QVINT. inst. 11, 3, 48 aliquid -ius et erectius). part. 53 verba ... gravia, -a, sonantia (FORTVN. rhet. 3, 6 splendida et -a [*opp.* exilia]). Tusc. 1, 64 grave -umque carmen *poetae* (*postea*: sonantibus verbis *oratoris. sunt qui locum ad 2b referant*). QVINT. inst. 9, 4, 93 (*de clausulis*) *non* tam -um est '... timerē' quam illud '... confiterī'. 11, 3, 167 -ius adhuc et lentius ... '...'; producenda omnia *eqs.* TER. MAVR. 814 exitum -um. DIOM. gramm. I 466, 31 quae *iunctura* structior -iorque fieret *hiatu devitato.*

γ *-us est orator*: CIC. de orat. 1, 132 neminem ... voce -iorem aut suaviorem mihi videor audisse *quam Sulpicium.*

2 *sermones (describuntur ipsi oratores sub cβ; cf. IB1); agitur potius de ubertate, amplitudine*: **a** *materiae* (*sc. -a est vel ipsa materia vel causa sim. eam praebens*): CIC. de orat. 2, 312 eae ... causae sunt ad augendum ... gravissimae atque -issimae, quae plurimos exitus dant ad ... digressionem. Phil. 2, 2 quid ... -ius, quid uberius quam ... contra Antonium dicere? SEN. benef. 6, 30, 2 -a tibi occurret et varia materia *gratiae referendae* (CYPR. epist. 59, 18, 1 largior et -ior). QVINT. inst. 8, 4, 14 -os singula locos habent.

b *tractationis*: CIC. de orat. 2, 34 quid -ius quam omni genere rerum cumulata oratio? Brut. 164 illa censoria *Crassi* ... non est oratio, sed quasi ... orationis commentarium paulo -ius. fam. 11, 12, 1 tres ... a te accepi epistulas, unam brevem ..., duas -iores (ad Brut. 22, 1 -ior [*antea*: longiorem]. EPIST. Alex. p. 203, 17 minus -am. *cf.* litterae: CYPR. epist. 68, 2, 1 [*superl. ut*: SYMM. epist. 5, 34, 1]). CAES. civ. 1, 53, 1 *legati* haec ... -iora etiam atque uberiora ... perscribebant, *i. in maius extollentes.* OV. met. 10, 290 -issima concipit heros verba, quibus ... grates agat. SEN. epist. 100, 12 *scripta Fabiani philosophi* non solida, sed -a. PS. QVINT. decl. 16, 3 tam -a confessione. PLIN. epist. 4, 9, 23 habebis hanc ... epistulam ut *πρόδρομον,* exspectabis orationem -am onustamque (*fort. sublucet sensus p. 2411, 16 sqq. illustratus*). GELL. praef. 17 quae ... videbuntur ... minus -a instructaque. APVL. met. 10, 4, 3 consilio -iore. VLP. dig. 13, 5, 18, 1 interpretationem -iorem. FORTVN. rhet. 2, 19 *haec* in oratione perpetuum et -um sibi vindicant locum (*opp.* breviter). *al.*

c *dictionis sim.*: **α** *de orationibus sim. earumve generibus, officiis*: CIC. de orat. 3, 51 de horridis rebus nitida, de ieiunis -a ... est oratio tua (3, 199 est et -a quaedam *o.,* sed tamen teres, et tenuis ..., et *mediocris* [*spectat ad doctrinam trium generum ut*: 3, 212 figuram o. -ioris et tenuioris *eqs.; cf. l. 38*]. off. 1, 2). orat. 91 (*antea*: uberius) *genus mediocre* est ... -ius quam hoc enucleatum, quam autem illud ornatum ... summissius (QVINT. inst. 11, 1, 31 *g.* -um et erectum *eqs.* [*opp.* pressum et mite *eqs.*]). QVINT. inst. 6, 1, 9 *perorationis officia* plerumque sunt, ut dixi, prooemio similia, sed liberiora -ioraque (*cf. 4, 1, 28 licet* effundere adfectus *eqs.*). 12, 10, 59. 12, 10, 67 (*de generibus mixtis*) subtili -ius aliquid ... invenitur (*neutr. pro subst. ut*: PLIN. epist. 5, 17, 2 [*opp.* exilia]). *al.* **β** *de oratoribus eorumve facultate sim.*: CIC. de orat. 3, 16 *si quis* aut Antonium ieiuniorem aut Crassum -iorem fuisse *putabit* (*item de oratoribus nominatis*: Brut. 125 *neminem* -iorem aut uberiorem ad dicendum fuisse *quam C. Gracchum* [*de eodem*: TAC. dial. 18, 2 -ior et uberior *quam Cato*]. QVINT. inst. 10, 1, 77 -ior Aeschines *quam Demosthenes* et magis fusus. TAC. dial. 25, 4 vehementior et -ior et valentior *fuit* Cicero). off. 1, 61 *fortiter gesta* quasi -iore ore laudamus. QVINT. inst. 9, 4, 138 an non in prohoemiis ... summissi ..., in narratione -i atque expressi ... sumus? 11, 1, 19 -issimam *eloquentiam.* DIOM. gramm. I 471, 6 oratoris -am fluentemque libero impetu facultatem.

III *potius de densis, solidis sim.; describuntur*: **A** *ea, quae nihil vacui habent* (*saepe in serm. philos.; pro syn.* continuus *l. 60,* solidus *l. 59. 70. al.; opp.* inanis *l. 58 et saepius,* vacuus *l. 62. 67. al.*): **1** *proprie*: LVCR. 1, 376 aiunt *philosophi quidam* ... res inter se posse moveri ..., quamvis sint omnia -a ([*opp. 382* esse admixtum ... rebus inane]. IREN. 2, 5, 1 [*opp.* vacuum]). CIC. rep. 1, 22 sphaerae illius ... solidae atque -ae vetus esse inventum. SEN. dial. 8, 4, 2 continua sit omnis et -a materia ..., an diducta et solidis inane permixtum. nat. 2, 7, 1 (*de aëre*) non -i corporis, sed multum vacui habentis. PS. APVL. Ascl. 33 (*antea opp.* inane) omnia ... mundi sunt membra -issima, ut ipse mundus sit -us atque perfectus corporibus ... diversis *eqs.* LACT. opif. 11, 4 (*de pulmone*) -um quidem viscus ..., sed inflabile atque aëris capax. *neutr. pro subst.* (*cf. l. 74; addasne* SEN. *p. 2409, 16?*): LVCR. 1, 525 corpus inani distinctum *est,* quoniam nec -um naviter exstat nec porro vacuum; sunt ergo corpora certa, (527) quae spatium -o (poena *trad.*) possint distinguere inane. 6, 1085 ut cava conveniant -is. CIC. ac. 2, 118 Leucippus -um et inane *esse dixit.* TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 19 nihil solidum ab inani, nihil -um a vacuo perfici licuit. *al.* **2** *in imag.*: PAVL. NOL. epist. 16, 11 ut ... fucum illum facundiae *philosophicae* ... -is (-us *var. l.*) rebus accommodes (*postea: non* vacuum figmentorum sed medullatum veritatis corpus). AVG. beat. vit. 1, 3 *mons fallacis philosophiae* ita nihil intus -um atque solidum habet, ut ... superambulantes ... sorbeat.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *quaelibet crassa, compacta sim.*: CIC. nat. deor. 2, 17 hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli -iorem naturam (*cf. antea*: crassissimus ... aer). OV. ars 3, 267 quae *puella est* nimium gracilis, -o velamina filo sumat (*cf.* TEST. Remig. l. 139 casulam subtilem et aliam -iorem). CELS. 8, 23 materiam -iorem (*i. pus ut*: HIER. tract. in psalm. I p. 306 l. 152 sicut vulnus ... tumens crassum est et ⌞pus -um est⌟ [-um *var. l.*]. *nisi ad p. 2420, 42 utrumque*). COLVM. 9, 10, 1 (*inde sim.* PALLAD. 7, 7, 7) -iorem quasi capillum, quem in ventre gerunt *reges apium* (*hucine p. 2417, 69?*). *?locut.* sui -us, *sc. de terrae solo pingui*: PLIN. nat. 17, 15 tellus *nive cooperta* ... fermentescit et sui -a *eqs.* (*vide ne melius* suci -a *edd. vet., ut pertineat ad p. 2409, 65 sqq.*).

appendix locutionum, in quibus neutr. pro subst. -um (-ius), -o *subiungitur praepos.*: **1** *vario usu; respicitur status*: **a** *impletus*: PLAVT. Asin. 181 (*in imag.*) is *amans* dare volt ..., nam ibi de -o promitur. LVCIL. 1155 vinum defusum ⌞e -o⌟ (*item* SEN. nat. 3, 29, 1, *v. vol. X 2, 1741, 28*). VERG. georg. 2, 244 huc (*i. in qualos et cola*) ager ... *et* undae ad -um calcentur (*cf.* usque ad -um: PALLAD. 2, 15, 4 *sorba* fictilibus u. ad -um clauduntur urceolis. HIER. psalt. sec. hebr. 74, 9). **b** *integer, perfectus sim. vel abundans*: AETNA 122 *necesse est hiatus* trahat ex -o, quod fortem contrahat amnem ([*locus valde dubius, v. app. crit.; opponi vid. 120* ex tenui]. SEN. dial. 7, 24, 3 *ut liberalitas* quasi ex -o fluat. 10, 3, 4 velut ex -o et abundanti perditis *tempus*). PROP. 3, 5, 28 coactis cornibus in -um menstrua luna redit. *al.* **c** *solidus*: PHOEBAD. c. Arian. 25, 5 nihil ... vacuum de -o.

2 *locutiones vice funguntur adv. modi, ita ut significent*: **a** *fere i. q. perfecte, integre vel abunde* (*usu praedic. [cf. p. 2424, 9] e. g. l. 41 sq. 54 sqq.; pro syn.* ad perfectum *l. 32,* integre *l. 40; opp.* ex parte *l. 45. 57. fere c. verbis, sed c. adi. l. 31. 34, variis l. 36. 38 sq. 43*): **α** ad -um: HOR. carm. 1, 17, 15 hic tibi copia manabit ad -um benigno ... cornu. VITR. 6, 6, 3 ⌞ad -um⌟ opus facientibus (⌞ ⌟ *i. quam strenuissime sim.*; ad prelum *coni. Krohn*). SEN. epist. 71, 18 beatum quidem esse ..., sed non ad perfectum nec ad -um (DON. Ter. Andr. 378 ad -um et p. [*v. p. 1742, 47*]). DON. Ter. Andr. 447, 1 'subridet' non ad -um ... ridet. 447, 2 ('subtristis') *non* ad -um tristis. EVTR. 8, 19, 1 philosophiae scientiam ad -um adeptus (*Paean. πρὸς ἄκρον*). PEREGR. Aeth. 9, 6 discere. HIER. vita Hilar. 30, 3 non ad -um viginti transiere dies, cum *eqs.* RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 43 *schedulas* nondum ad -um relegeram. CASSIAN. c. Nest. 7, 21, 4 non quidem ad -um eadem verba sunt, sed ad -um una perversitas. SALV. gub. 7, 17 non ita ad -um esse, ut loquor. HIPPOCR. vict. 2 l. 101 nihil ... integr[a]e aut ad -um ... agnoscere. CASSIOD. hist. 5, 20, 12 (*gr. Socrat. 2, 37, 28 τελέως*). NOVELL. Iust. 1, 3 ad -um sententiam testatoris servare (*gr. πλήρη τὴν γνώμην κτλ.*). PAP. Tjäder 30, 82 (*a. 539*) p⟨reti⟩um auri solidos *tot* ... adcipimus a⟨d⟩ -um. ORIG. in Matth. 15, 36 p. 457, 27 senes ad -um. 17, 32 p. 682, 14 sq. (*bis; gr. ἐξ ὅλων ... πάντη*). ser. 49 p. 106, 9 (*opp.* ex parte *ut* 128 p. 265, 25). *et saepe.* **β** in -um (-ius): SEN. epist. 91, 8 in -um cogitanda fortuna est. POMPON. dig. 40, 7, 11 si *heres* in -um ei *pecuniam* donasset (*i. sine condicione ut*: GAIVS dig. 12, 6, 63. PAPIN. dig. 38, 16, 15 non ... in -um liberatus. COD. Iust. 6, 61, 6, 1). DECRET. fabr. Pisaur. (CIL XI 6335) 22 intellegentes. ANON. de mach. bell. 15, 4 miles armabitur. SORT. Sangall. 55, 5 vinces et in -ius gaudevis ([*i. -bis*]. *item compar.*: 107, 1 discere litte⟨ras⟩. VVLG. Tob. 8, 19 benedicere *dominum*). *al.* **γ** in -o: CE 1994, 8 (*saec. II*) ⟨t⟩hura mero semper inposuissemus in -o (*cf. Lommatzsch ad l.*). VET. LAT. I Ioh. 1, 4 (cod. 65) ut gaudium nostrum sit ⌞in -o⌟ (*gr. πεπληρωμένη,* VVLG. -um). HERM. vulg. vis. 2, 2 ut recipiant ⌞in -o⌟ repromissionem (*gr. ἐκ πλήρους,* Pal. 2, 2, 6 -am). 3, 13 habes in -o revelationem (*gr. ἀπέχεις ὁλοτελῆ κτλ., Pal. 3, 13, 4* perfecte). HIER. in Ier. 6, 17, 11 *bona* dabuntur in -o (*opp.* ex parte). *al.* **δ** de -o: DECRET. decur. Tergest. (CIL V 532) 2, 16 ut ... sin⟨t⟩, cum quibus munera ... de pl⟨e⟩no compartiamur. PAVL. NOL. epist. 13, 2 p. 86, 9 *amicitia nostra* de -o incipit orta per Christum.

b *fere i. q. in universum, καθόλου*: in -um: PLIN. nat. 4, 80 ab eo *flumine* in -um quidem omnes Scytharum sunt gentes, ... tamen *eqs.* 7, 73 in trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram futurae certum est; in -um autem cuncto mortalium generi minorem ... fieri ... observatur (12, 70). 13, 31 in -um ... dixisse (16, 217. 23, 29). ad -um: THEOD. MOPS. in Phil. 3, 17 p. 241, 13 (*gr. καθόλου*). in I Tim. 3, 16 p. 137, 5 *Christus* eiciebat daemones ... et ad -um omnia illa, quae ... expediebat (in Philem. argum. p. 263, 11).

pro subst. masc. p. 2408, 29. 2415, 62. 2419, 75, neutr. sine praepos. e. g. p. 2413, 45. 2421, 75. 2422, 65, cum praepos. l. 12 sqq.

adv. **ⁿplēnē.** *scribitur litt. gr.* INSCR. christ. urb. Rom. V 13077, 8 ΠΛΗΝΙΟΥΣ. *de formis: compar.* -ius *inde a* CIC., AETNA, *superl.* -issime *in prosa orat. inde a* VAL. MAX.; *de posit.* pleniter *v. p. 2425, 66. de notione*: DOSITH. gramm. 40, 4 *πεπληρωμένως* -e. PS. ASPER gramm. V 552, 20 (*inter adv., quae* modum significant). GLOSS. -e: ubere, enixe, large. -issime: *πληρέστατα. al.; cf.* -ius *p. 2406, 8. legitur in prosa orat. raro apud* CIC., CAES., VELL., VAL. MAX., *saepius inde a* SEN. *philos.* (TERT. *41 ies; vocem frequentant iuris consulti*), *in versibus raro, sc. in* AETNA *et apud* HOR., OV., IVVENC., AVIEN. *al.* [*in codd. maxime variat c.* plane, *v. p. 2339, 64. 74; falso trad. pro* paenissime *p. 50, 25 sq., pro adi.* plenus COMM. instr. 1, 39, 5 (*in falsa var. l.* PLIN. nat. 14, 139).]

i. q. modo pleno, i. vel perfecte, integre (cf. p. 2414, 27) vel abundanter, copiose, valde sim. (cf. p. 2419, 61 et v. infra maxime sub IA1b, 2b et c); qui sensus non ubique facile distingui possunt. usu praedic., quo respicitur plenitudo non tam actionis, quam eius, quod praestatur, possidetur sim., e. g. l. 28. 48. 53. 62. pro syn. e. g. perfecte *l. 59. p. 2425, 40,* uberius *l. 45. p. 2425, 29. al.; opp. e. g.* ex parte *l. 28. 34,* maligne *l. 47,* restricte *p. 2425, 6. in paronom. iuxta* plane *p. 2346, 74.*

I *generatim*: **A** *accedit ad verba*: **1** *exempla quaelibet; spectat potius ad*: **a** *perfectionem, gradum summum*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 38 hoc *vitium* -e vitare (plane *Ernesti*). CAES. Gall. 3, 3, 1 cum ... munitiones ... *non* -e essent perfectae. SEN. benef. 7, 14, 5 -issime ad me pervenit animus tuus. SCRIB. LARG. praef. 5 nisi *medicina* omni parte sua -e excubat in auxilia laborantium. *ibid.* 12 *candorem* omnibus quidem hominibus -e, mihi autem etiam peculiariter praestas. ASCON. Corn. p. 62, 29 -issime Silanus absolutus est, nam duae solae tribus eum ... damnaverunt (Mil. p. 46, 10 -ius quam prius). QVINT. inst. 4, 5, 18 nos -e ... satis esse facturos (CYPR. epist. 66, 9, 1. *al.*). 8, 3, 62 *non* -e dominatur oratio, si *eqs.* FLOR. epit. 2, 14, 5 *dux* amissum cum legione praetorem -issime ultus est. APVL. met. 9, 3, 2 foribus patefactis -ius (*antea*: de rima). *al.* TERT. anim. 26, 3 (*respic. gen. 25, 25*) *Iacob nondum* -ius edito, tantum manu nato (PAVL. dig. 2, 13, 7 pr. minus -e editum *esse, sc. libellum sim.*). castit. 4 l. 40 *apostoli spiritum sanctum* -e habent ([*opp.* quasi ex parte]. HIST. AVG. Pesc. 1, 1. *al.*). NOVATIAN. trin. 28, 4 qui penitus et -e et cum tota fide ... accessit ad dei filium. IVVENC. 2, 266 (*sec. Ioh. 4, 13*) ex ista -e nullus satiabitur unda (GREG. M. dial. 3, 15, 18). FILASTR. 110, 8 *mysterium* -ius ... completum atque consummatum (RVFIN. hist. mon. 7, 8, 8 -issime. *cf. e. g.* HIER. in Zach. 2, 8, 7 l. 187 -issime ... expleri [*antea*: ex parte completa]. AVG. in psalm. 67, 44 nomen *Israel* ... -issime implebitur). AMM. 16, 7, 10 *aegram* -e curatam. AVG. conf. 8, 10, 22 nec -e volebam nec -e nolebam (GREG. in euang. 3, 3 l. 59 -issime). SVLP. SEV. chron. 2, 30, 7 quo -ius ... religio tolleretur (*item c. verbo destruendi sim.*: CONC.^{S} II 3, 2 p. 32, 17 *ut aedificia* -ius igne [Rustic.: ignis] consumeret [*gr. II 1, 2 p. 18, 30 ἄρδην*]. IORD. Rom. 213 Cantabri ... -issime demoliti sunt. 370 urbem -issime spoliavit). APIC. 4, 5, 3 cucurbitas ... non -e coctas. *et saepius.* **b** *amplitudinem* (*exempla certiora*): AETNA 285 terra ... in se abstrahit auras; -ius hoc etiam, rigido quia vertice surgens *eqs.* OV. Pont. 2, 11, 20 *uxor mea,* quod fuerat stimulis factura sine ullis, -ius auctorem te ... nancta facit. SEN. benef. 3, 17, 4 quemadmodum -ius uberiusque respondeat *aliquis bene facientibus* (epist. 23, 5 *metallorum* vena adsidue -ius responsura fodienti). nat. 7, 23, 2 prout *ignis* -ius aleretur aut malignius (QVINT. inst. 2, 2, 8 vox *magistri discipulum* alit -ius *quam exempla*). *al.* QVINT. inst. 2, 16, 18 nulla in parte -ius labor gratiam refert *quam in dicendo.* APVL. met. 2, 16, 7 ut mihi morem -ius gesseris. *al.* CIL X 3759, 12 (*saec. II*) diem ... ludorum -issime exhibuit. CALL. dig. 47, 14, 3, 1 -ius coercendum *esse abactorem.* CYPR. epist. 63, 8, 4 quod avida ... cupiditate suscipitur, -ius et uberius hauritur. NOVATIAN. trin. 28, 30 -ius haereticum istum ... agitare. HIL. trin. 5, 2 dilata adhuc -ius unitatis quaestione. *al.*

2 -e *dicere, scribere, explicare sim. (verbum subauditur l. 63); respicitur*: **a** *tractatio plena, sc. qua negleguntur vel pauca vel nihil* (*exempla selecta inde a* QVINT.; *v. etiam sub c*): CIC. part. 8 -ius (planius *var. l.*), quod vis, explicabitur *postea* (ARNOB. nat. 3, 6 p. 164, 16 -e. FIRM. math. 2, 7, 4 -issime. *al.*). nat. deor. 2, 74 -e ... et perfecte sic dici existumato: '...' (QVINT. inst. 8, 3, 58. 10, 1, 92. PAVL. dig. 32, 92 pr. ut -ius dicam. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 13, 1 copiose et -issime [*opp.* breviter]. *al.*). VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 accusatio partes suas -e exhibebat. QVINT. inst. 1, 5, 38 qui -issime (*sc. haec tractaverunt sim.*). 2, 13, 15 de his -ius ... tractabimus (8, 6, 76. CYPR. epist. 55, 30, 1 uberius ac -ius. *al.*). GELL. 14, 7, 13 -ius accuratiusque ... scribere (CYPR. epist. 19, 2, 1 satis -e. 55, 5, 1 -issime. *al.*). APVL. apol. 101, 3 *ego* crimina ... -issime dilui. TERT. idol. 12, 1 -ius ... respondebo (VLP. dig. 11, 1, 9, 6 -ius. ARNOB. nat. 3, 1 satis -e accurateque. LACT. inst. 5, 17, 2 parum -e. *al.*). AMM. 31, 1, 4 versus ... futura -e pandentes. RVFIN. hist. 1, 1, 6 -ius ... singulorum narrationem aperire (*opp.* breviter succincteque. *cf. gr. πληρεστάτην ... τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι*). *et saepius. iuxta voces brevitatem significantes*: TERT. virg. vel. 8, 4 apostolus pronuntiavit et breviter et -e (AVG. civ. 16, 29 p. 174, 4 brevissime -issimeque). CLAVD. DON. Aen. 2, 320 p. 192, 1 eadem ... brevitate ... *id* -e perdocuit. **b** *sonus plenus* (*cf. p. 2421, 54 et infra IIA1*): HOR. carm. 2, 13, 26 (*ad Alcaeum*) te sonan-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem -ius ... dura navis ... mala. **c** *argumentum plenum* (*nonnulla etiam ad a referre possis*): HOR. epist. 2, 2, 10 -ius aequo laudat venalis, qui volt extrudere, merces (VAL. MAX. 7, 3, 7 PS. CATO dist. 1, 20, 2. *sim.* conlaudare: SVET. vita Crispi p. 88, 5 -issime. APVL. apol. 96, 2 tam -e. *cf. etiam* PLIN. epist. 5, 8, 13 quamvis illud, *i. laudare,* -issime, hoc, *i. culpare,* restrictissime feceris). VELL. 2, 104, 3 *cum Ti.* Caesarem revisentes sibi quisque quam illi gratularentur -ius. PLIN. epist. 9, 21, 4 tanto -ius et effusius *precabor.* 10, 26, 3 *illud* nondum mihi videor satis -e fecisse (*i. quaestori dignitatem petiisse*). APVL. flor. 16, 47 -ius gratias canam. MOD. dig. 38, 10, 4, 2 civilis ... cognatio licet ... per se -issime hoc nomine vocetur, proprie tamen 'adgnatio' vocatur. FAVSTIN. trin. 1, 12 l. 24 apertissime et -e dictum est 'ego et pater unum sumus' (*[Ioh. 10, 30]*. AVG. doctr. christ. 1, 75 qui ... -issime dicere potuit 'ego sum, qui sum' [*exod. 3, 14*]). THEOD. MOPS. in Philem. argum. p. 263, 12 (*antea*: ad plenum) -issime praecipiens, ut ... *omne debitum* persolvatur. *al.*

3 -e *audire, cognoscere, intellegere sim. vel constare*: VAL. MAX. 5, 8, 3 -issime ... diligentissimeque auditis testibus (TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 304, 2 -ius. CYPR. epist. 44, 2, 2 -issime singula). QVINT. inst. 2, 20, 8 -ius hoc ... atque apertius intueri. APVL. Socr. 14 p. 150 quo liquidius et -ius ... cognoscatis (BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 11 p. 32, 1 -ius uberiusque. CASSIOD. inst. 2, 1, 3 latius -iusque. PASS. Petr. Paul. brev. 4 -ius [*postea*: integre]. *al.*). TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 535, 16 -ius constabit (*seq. acc. c. inf. ut*: PS. CHRYSOST. de solstit. l. 179). CYPR. epist. 67, 5, 1 *plebs* singulorum vitam -issime novit (patient. 11 manifestius ... et -ius. HEGES. 2, 2, 2 p. 133, 23 Alexandrum -e [*gr. 2, 106 σαφῶς*]. AVG. anim. 4, 23, 27 p. 416, 16 -issime ac planissime. *al.*). AMM. 28, 6, 28 indicio -e comperto. *al.*

4 -e *cavere, providere sim.*: TAC. ann. 12, 60, 1 senatus ... consulto cautum *est* -ius quam antea et uberius (*superl.*: VENVL. dig. 48, 19, 15 INST. Iust. 3, 3, 2). POMPON. dig. 50, 16, 122 -ius omnibus liberis prospexisse *voluit testator* (*sc. post* 'filio' *addens* 'filiisque meis').

B *accedit ad adi. sim.*: HOR. epist. 1, 11, 14 *non* furnos et balneas laudat ut fortunatam -e praestantia vitam (*nisi* -e p., *ut ad A1*). OV. Ib. 92 -ius ingenio sit miser ille meo! TERT. adv. Prax. 15 p. 254, 4 *Christum* -ius visibilem caro effecit. uxor. 1, 3 l. 33 -e ⌞bonum⌟ (*subst. neutr.*). PS. AVR. VICT. epit. 45, 4 filium necdum -e puberem. PS. HIL. libell. 19 p. 92, 9 (*antea*: vere ... continens) *qui* se a tota nequitia compescit ..., is -ius est continens. SERV. Aen. 4, 8 'male sana': non -e sana (*superl.*: AVG. nat. et grat. 26, 29. 42, 49). AVG. civ. 11, 11 p. 477, 30 vere -eque beati (14, 25 p. 52, 14 -e atque perfecte). THEOD. PRISC. log. 85 sine febribus -e esse. *al.*

II *speciatim*: **A** *in sermone gramm. spectat ad*: **1** *sonos vel perfecte vel fortiter enuntiatos*: VEL. gramm. VII 50, 5 usque i littera castigavimus illam pinguitudinem *u litterae,* non tamen, ut -e i litteram enuntiaremus (*[ad rem cf. Quint. inst. 1, 4, 8]*. 78, 19 [*loco parum perspicuo*] -ius per n quam per m enuntiatur). 54, 19 (*v. vol. X 2, 1184, 37*) ⟨quod⟩ pressius et -ius sonet (SCAVR. gramm. VII 20, 10 [*v. vol. VIII 753, 23*]. *al.*). DIOM. gramm. I 453, 8 nimium -e pronuntiemus (*v. vol. VII 2, 763, 5*). **2** *voces vel sententias non imminutas*: VEL. gramm. VII 66, 11 *'trans'* ab aliis -e ponitur, ab aliis ... minuitur, *ut sit 'trā-'*. DON. Ter. Andr. 223, 1 -e dixit (Eun. 44 [*opp. ἐλλειπτικῶς*]). Ad. 158, 2 bona *ἔλλειψις,* nemo enim -e loquitur, qui luctatur. **3** *significationem non imminutam*: PROB. inst. gramm. IV 131, 3 *pronomen positum* pro nomine minus quidem -e, idem tamen significat (*sim.* DOSITH. gramm. 29, 1. EXPLAN. in Don. gramm. IV 499, 34 sq. [*opp.* semiplene]. *al.*). SERV. gramm. IV 409, 38 *pronomina vim nominum* non ... -e exprimunt (*seq. p. 2418, 40*). *al.*

B *in sermone iuris spectat ad*: **1** *interpretationem iuris*: IAVOL. dig. 1, 4, 3 beneficium imperatoris ... quam -issime interpretari (GAIVS dig. 23, 5, 4 PAVL. dig. 50, 17, 12. *al.*). GAIVS dig. 18, 1, 53 quod ... diximus, -ius acceptum est (VLP. dig. 29, 5, 1, 8. *al.*). **2** *ius perfectum, nulla condicione impeditum*: SCAEV. dig. 17, 1, 60, 4 -e ... mandasse *rerum suarum administrationem.* VLP. dig. 18, 4, 2, 3 *hereditatem* -ius ad eum *venditorem* videri pervenisse. 18, 6, 1 pr. quasi *vinum* tunc -issime veneat, cum fuerit degustatum. COD. Iust. 8, 33, 3, 3^{C} -issime habeat rem creditor.

adv. **plēniter.** *compar. et superl. v. sub* plene. [*locum* EPIST. pontif. 907 Migne 69, 19^{B} *in codd. deficere testatur González, Coll. canon. eccl. Hisp. II, 1821, 156.*]

i. q. plene (*praeter l. 74 respicitur status integer vel gradus summus*): **1** *cum verbis dicendi sim.*: EVSEB. VERC. epist. 1, 2 -r mihi ratio reddi non potuit (*cf. 1, 1* plena ... ratio. *spectat ad copiam argumentorum ut*: PASS. Theclae Bb 1 p. 4, 10 edoceret. PETR. CHRYS. serm. 56, 3 -r [plenius *var. l.*] haec traduntur). ENNOD. epist. 5, 16, 4 p. 139, 6 exorare -r (*i. vi magna*). PS. THOM. euang. 6, 6 *Iesus puer* versiculum dixit per litteras ... -r cum multa festinatione (*i. nullis omissis; cf. gr. 6, 3 εἶπεν ... πάντα τὰ γράμματα*). **2** *cum quibuslibet verbis*: NICET. compet. frg. 4 -r ad fidem ... pervenire. PS. AVG. serm. ed. Mai 143, 1 (*an medii aevi?*) legis sacramenta in Christo sunt -r consummata. PASS. Pimen. (BHL 6849) 2 *puerum* perfecte erudivit ac ... spiritus sancti gratia -r roboravit.

deriv.: plenarius, plenesco, plenia, plenitas, plenitudo, plenulus.

compos.: plenilunium, plenipotens; semi-, superplenus.

cf. Onom. *Reineke.*

pleo, -ēre. [*radix indogerm.* *pleə$_1$ *'implere' sine additamento adhibebatur pro stirpe aoristica* (*gr. πλῆ-το*); *inde derivandum videtur perf.* -plē-vī. *praes. in aliis linguis indogerm. formatur aut c. nasali* (*vet. ind.* pr̥ṇáti, *armen.* lnowm, *vet. hibern.* línaid) *aut c. reduplicatione* (*πιμ-πλη-, vet. ind.* pi-pra-), *sed lat.* pleo < *plē-i̯ō *e stirpe aoristica novatum videtur. pro* pleo *propter brevitatem vocis* (*e. g.* *plēs, *plet) *substituuntur composita, e. g.* com-, im-pleo. *cf. Lex. der idg. Verben, ^{2}2001, s. v.* *pleh$_1$. *Fo.*] *non vel raro legi testantur gramm.*: FEST. p. 230 '-entur' antiqui etiam sine praepositionibus dicebant. POMP. gramm. V 234, 16 est *etiam* compositum, quod non potest fieri simplex, ut 'compleo'; nemo potest dicere '-o' (*sim.* 240, 34). PRISC. gramm. II 178, 13. [*e coni. dub.* LVCR. 2, 631 (*cf. distinctionem dub.* ex pletis *pro* expletis 6, 1203).]

fere i. q. plenum facere: S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 38 transferre *lanistas* tantisper -endi numeri gregariorum gratia.

*deriv.: cf. ?*plemino, plenus, plerus, pletura (*v. p. 2437, 22*).

compos.: com-, de-, ex-, im-, op-, re-, suppleo; semipletus; *cf.* manipulus. *N. H.*

pleonasmos (-us) *m., πλεοναμός.* *trad. litteris gr. e. g. l. 32. 40.* NOT. Tir. 114, 57 -os. *fere formis gr., lat. e. g. l. 41. 47. legitur fort. iam apud* VARRONEM (*l. 40*), *certo inde a* CAECIL. *rhetore aet. Aug.* (*l. 35*).

1 *t. t. gramm. et rhet. i. q. abundantia dicendi*: **a** *usu sollemni, sc. de abundantia verborum* (*fere vitium est apud gramm., figura apud rhet.*): QVINT. inst. 1, 5, 40 (*antea: fit vitium* adiectione 'nam enim', 'de susum' *eqs.*) quidam ... adiectionis vitium *-όν,* detractionis *ἔλλειψιν* ... vocant. 8, 3, 53 est ... -os vitium, cum supervacuis verbis oratio oneratur: 'ego oculis meis vidi'; sat est enim 'vidi'. 9, 3, 46 sq. congregantur ... verba idem significantia: ... 'abiit, excessit, erupit, evasit': hoc Caecilio -os videtur, id est abundans super necessitatem oratio ...; verum id ..., cum supervacua oneratur adiectione, vitium est, cum auget ... sententiam, sicut hic, virtus ...; (47) cur tamen haec proprie nomine tali *Caecilius* notarit, non video: nam ... qualiscumque adiectio *-ός* videri potest. SCAVR. gramm. VII 32, 20 (*e Varrone*) 'ab Roma venio' *-ός* est pro 'Roma' (*corrupte trad. litteris gr.*). AQVILA rhet. 45 p. 36, 25 *-ός* (-us *codd.*): plus necessarium; eius figurae usus in eo est, ut verba quaedam adiciamus, non tam enuntiandae rei necessaria, quam ut ex his ... dignitas ... motura iudicem circumponatur; alioqui ... vitiosa erit (*sim.* MART. CAP. 5, 537). SACERD. gramm. VI 454, 1 (*tit.* de ceteris vitiis) de -o: -os est unius verbi adiectio amplius, quam exigit sensus, ut 'sic ore locuta est' (*sim.* DON. gramm. mai. 3, 3 p. 658, 13 ISID. orig. 1, 34, 6). CHAR. gramm. p. 356, 32 de -o: -us est sententia verbo plus quam necesse est abundans (*item* DIOM. gramm. I 449, 18 [*inter* obscuritatis species]). SERV. georg. 2, 1 'sidera caeli' -os est *eqs.* Aen. 1, 208 'voce refert' -os est, qui fit, quotiens adduntur superflua. gramm. IV 447, 19 *v. p. 1493, 53 sq.* CARM. de fig. 178 *-ός*: exsuperatio fit, cum causa appono decoris, quod vacat. HIER. in Dan. 11, 17 l. 1121 'filiam ... feminarum' per *-όν* vocat (PS. IVL. RVF. schem. 40 p. 57, 30 figura per -on). in psalm. 1 p. 3, 7 (*primus psalmus titulo eget*) *-οῦ* esse vitium eum primum dicere, ante quem nullus sit (*Morin, -όν vel* -or *sim. codd.*). CASSIOD. in psalm. 141, 2 l. 27 ('voce mea ... clamavi') quae figura dicitur -os, id est superabundantia. *al.* **b** *de epenthesi litterae*: DIOM. gramm. I 441, 10 hunc metaplasmum (*sc.* Mavortis *pro* Martis) quidam -on appellant. **c** *de abundantia vitiosa partium declamationis*: FORTVN. rhet. 2, 4 divisionis vitia quae sunt? *ἔλλειψις, -ός, ἀταξία.*

2 *perperam de εὐφημίσμῳ*: SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 4 'quippe benignus erat' -os: non enim vere benignus erat, sed prodigus. *Spoth.*

pleonexia, -ae *f., πλεονεξία.* *ed. litteris gr.* (*sed lat.* GLOSS.), *contextu lat. non nisi l. 67.* *fere i. q. avaritia*: HIER. in Eph. 4, 17 p. 505^{C} *-α* ... avaritia nuncupatur. AVG. in psalm. 118, serm. 11, 6 *avaritia* a plus habendo appellata est *-α* (*inde* GLOSS.). *ibid.* non legitur apud apostolum (*I Tim. 6, 10*) *-α* ..., sed *φιλαργυρία. ibid.* ista *-ᾳ* subversi sunt *primi homines.*

pleōrēs *v. vol. VIII 1606, 58; sed cf. e. g. Piva in: Beitr. zur mündl. Kultur der Römer, ed. Vogt-Spira, 1993, 70.*

[pleosis: *δασύς* GLOSS. ('pilosus?' *Goetz in indice*).]

plēps *v.* plebes.

[GLOSS. V 544, 70 **pleres:** iudicasti (*πλῆρες suspicatur Goetz in indice;* cf. Don. Ter. Ad. 262, 2 Phorm. 194, 4. 290, 2).]

plērīque *v.* plerusque. *N. H.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

†plērōma, -atis *n., et inde* -ae *f., πλήρωμα. abbrev. in inscr.* pler *l. 8. 11,* pl *l. 10. genus et decl. sub 1a incertum est, fem. decl. primae heteroclit. sub 1b, quod etiam derivato* pleromarius *subesse videtur, neutr. passim sub 2.* [*falso trad. pro* pteroma VITR. 4, 8, 6].

fere i. q. plenitudo (*gr. resp. πλήρωμα*): **1** *hominum*: **a** *usu sollemni de hominibus in eadem nave servientibus* (*accedit gen. navem, ut vid., indicans l. 9 sq. [nisi navarchi sunt]. l. 13*): CIL XIII 7681 (*a. 89/96*) miles ex c⟨l⟩asse germanica p(ia) f(ideli) D(omitiana) pler(omate) Cresimi (*cf.* INSCR. Année Épigr. 1956 n. 249 [*post a. 89*] mil(iti) ex classe g(ermanica) p(ia) f(ideli) pl(eromate) Euhodi). INSCR. Année Épigr. 1979 n. 187 L. Valerius Sabinu⟨s⟩ vot(um) sol(vit) ⟨c⟩um pler(omate) (*saec. I ex./II in. ut ibid.* n. 189 C. Cordius Aqu⟨i⟩llinus v. s. cum ⌊-a(te) Rhe⌋-do⟨n⟩is et Me⟨d⟩aur⟨i⟩ [⌊ ⌋ pleromariis *Mommsen desperatis, quae sequuntur,* CIL IX 1]). SERV. auct. Aen. 11, 327 ('si *Troiani naves* complere valent') proprie verbum nauticum: nam graece dicitur *-α.* **b** *usu incerto*: INSCR. Année Épigr. 1992 n. 1791 (*saec. VI?*) Anastasia cum -a sua de dona dei botum solbit.

2 *divina*: **a** *in theologia gnosticorum significatur plenitudo triginta aeonum* (*tamquam locus spiritalis tractatur maxime sub α; pro syn. vel in appos.* plenitudo *p. 2404, 5,* deus *p. 2404, 8; accedit adi. ad plenitudinem pertinens, sc.* universus IREN. 1, 2, 6 [*gr. τὸ πᾶν Π., ut* 1, 7, 1]. 2, 4, 2. 2, 5, 1. *al.,* totus TERT. adv. Val. 7, 7; *accedit gen. eorum, quae continet, e. g.* IREN. 2, 1, 2 [*v. p. 2404, 9*]. 3, 10, 3 -a triginta aeonum; *distinguuntur plura -ata l. 35. 44*): **α** *cum praepos.*: TERT. anim. 18, 4 veritatem illam arcanam ... apud -a constitutam (*cf.* IREN. 1, 14, 4 apud Aeonas -is). adv. Val. 14, 2 recurrit Christus in -a (32, 2 *spiritus* invisibiliter in -a recipientur. *al.; cf. l. 31 et* 32, 1 nihil in -atis palatium admittitur, nisi spiritale examen Valentini). 16, 1 extra -a proficisci (IREN. 2, 5, 1. 2, 5, 2 *Salvator et Christus* e. -a egressi ad formationem matris ipsorum. *al.; cf.* TERT. adv. Val. 20, 1 Demiurgus e. -atis limites constitutus). PS. TERT. haer. 4 p. 220, 7 aeonum triacontada, quae sit in -ate (IREN. 2, 22, 6. *al.; cf. l. 26. 42 et* 2, 5, 3 in ventre -atis). *ibid.* p. 221, 17 dicit Valentinus aeonem tricesimum excessisse de -ate. IREN. 1, 2, 4 *Sophiam* infra -a perseverasse ([*gr. ἐντὸς Π.*]. *item pro* intra *ponitur*: 2, 8, 3 i. -a ipsorum. *al.*). 2, 1, 4 quis adstruet super -a alterum esse -a. 2, 4, 3 intra -a (2, 5, 2. *al.; cf. l. 34*). *al. apud* TERT. *et* IREN. **β** *exempla cetera*: TERT. adv. Val. 7, 7 soboles ad initium universitatis et formationem -atis totius emissa (*cf.* IREN. 2, 16, 1 si ... licuit bytho a semetipso talem figurationem -atis perficere). 12, 4 pulcherrimum -atis sidus ..., Iesum (*sim.* IREN. 1, 2, 6). 23, 1 in summis summitatibus praesidet ⌊tricenarius⌋ -a (⌊ ⌋ *iocose tamquam titulus praesidis, nisi* tricenarium *scribendum*). 31, 1 hic *Soter* erit in scripturis sponsus, et sponsalis, *sc. thalamus, erit* -a (*cf. e. g.* 32, 4 in nymphone -atis). PS. TERT. haer. 4 p. 219, 21 *Valentinus* introducit -a et aeones triginta. IREN. 2, 1, 4 (*antea l. 34*) semper necessitas erit excogitare altera -ata. 2, 5, 2 -a ... est agnitio. 2, 24, 1 *nomen Soteris* et per litteras et per numeros -atis debuit ostendere mysterium. *al. apud* TERT. *et* IREN.

b *in theologia catholica significatur plenitudo dei*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 29 filius recipiendo ... *-α* extitit. *ibid.* uterque *pater et filius χώρημα* et *-α* est. in Eph. 3, 18 l. 66 ('in omnem plenitudinem dei') Christi caritas, haec est plenitudo dei, quod Graeci *-α* dicunt, id est perfectio, cui nihil desit. *al. apud eundem.*

deriv.: pleromarius.

plērōmārius, -a, -um. *a* pleroma (-ae, *v. l. 3*). [*vix recte restit. l. 13.*] *i. q. pertinens ad pleroma transportandum* (*incertum, utrum id sit onus navis [v. e. g. Meiggs, Roman Ostia, 1973, 298] an manus in nave serviens*): CIL XIV 252, 3 (*a. 200; cf. suppl. p. 614*) ordo corporator(um) lenunculariorum -orum auxiliarior(um) Osten⟨s⟩ium. *Baraz.*

plērōsis, *acc.* -in *f., πλήρωσις. i. q. actio, qua quid impletur, vel status plenus*: PROB. inst. gramm. IV 118, 38 sunt nomina, quae ⌊-in⌋ patiantur, hoc est quae 'e' littera plus scribantur, ut puta limen et leimen *eqs.* (⌊ ⌋ plenitudinem *var. l.*). GLOSS.^{L} I Ansil. EP 12 (med. p. 31) *hepar* antequam perdurescat ..., potest ... sanari; nam si ⌊-is⌋ integra fuerit *eqs.* (⌊ ⌋ *Heiberg in app.,* pleurasis *cod.*).

plērōticus, -a, -um, *πληρωτικός* (*quod gr. resp., nisi aliud adnotavimus; cf.* anapleroticus). [*confunditur cum* pletor- *l. 71,* pleuret- *l. 68. 72.*] *i. q. ad plerosin pertinens, explens; non nisi in iunctura* virtus est -a (-e *l. 68*): DIOSC. 2, 51 p. 198, 7 suco lanae v. est calida, -a vulnerum *eqs.* (2, 58 p. 203, 5 -e). 2, 66 p. 208, 16. 5, 96 p. 202, 23 (pleuret- *cod. P; gr. 5, 75, 12 ἀναπληρωτικήν* [*πληρ- var. l.*]). 5, 106 p. 209, 15 -a, alta vulnera replens *eqs.* (*gr. 5, 81, 3 δύναται ... πληροῦν*). *restit. sec. gr.*: DIOSC. 5, 95 p. 200, 10 (pletorica *cod. M; gr. 5, 74, 2 πληρωτικήν* [*ἀναπληρω(μα)τικήν var. ll.*]). 5, 113 p. 215, 12 (pleurot- *M,* pleuret- *P*). *M. H.*

1. plērum *adv. v. p. 2428, 21.* **[2. plērum** *v. vol. X 2, 1166, 5 sq.*]

plērumque *v.* plerusque.

plērus, -a, -um. [plēro- *derivandum videtur e radice indogerm.* *pleə$_1$ *'implere'* (*v.* pleo) *c. suffixo* -ro-, *v. Leumann, Gramm. 1977, 315. eiusdem originis est πλήρης, si substitutum est per analogiam pro *πλῆρος* (*Schwyzer, Gr. Gramm. I 1939, 513*), *unde sequatur, ut* plerus *fere i. q. 'plenus' primitus significaret; fort. notio indef. in vocem simplicem, cum obsolesceret, a* plerusque *translata est. Fo.*] *de origine*: FEST. p. 230 -a dixisse antiquos testis est Pacuius (*affert l. 16*). PRISC. gramm. II 182, 2 vetustissimi ... solebant proferre ... '-us, -a, -um' absque 'que' additione (*affert l. 16 sq. 19*). 182, 17 nihil aliud est in his nominibus 'que' nisi syllabica epectasis, quomodo 'ce' ...; nam et '-us, -a, -um' et '-usque, -aque, -umque' idem significant. [*potius per errorem lapicidae explicandum l. 44; falso afferebatur in lexicis* CIC. leg. 3, 6, *ubi* ploera, *i.* plura, *trad.*]

fere i. q. plurimus (*nota l. 17; pro subst. masc. l. 19, praedicative l. 16*): **1** *sing.*: CATO orig. 7 agrum, quem Volsci habuerunt, campestris -us Aboriginum fuit. PACVV. trag. 320 periere Danai, ⌊-a pars⌋ pessum data est (*de iunctura potius notioni q. e. maximus, satis magnus sim. apta cf. l. 47*). **2** *plur.*: PACVV. trag. 136 pater Achivos in Capherei saxis -os perdidit. VIRG. gramm. epist. 2, 2, 1 l. 19 L. -i iurgium ... docte sedare volebant (plerique *Polara*).

acc. neutr. **plērum** *pro adv.* (*cf. p. 2433, 28*): ASELL. hist. 3 ut fieri solet -um, ut in victoria mitior ... fiat.

compos.: plerusque.

†plērusque, -aque, -umque. [-que *vocis* plerus-que *aliquid indefinitum exprimit, cf.* ubi-que, quis-que, -cum-que. *de* plēro- *v. l. 1. Fo.*] *de origine v. l. 6. notatur* pleriq *in pap. saec. IV/V* PAPIN. resp. frg. 9, 18. *de formis* (*affert* CHAR. gramm. p. 35, 1 *inter* masculina semper pluralia, 118, 27 *inter ea,* quae ... nominativum singularem [*cf. l. 29*] vocativumque non *habent*): *raro sing., v. p. 2432, 35 sqq.; nom. sing. masc. non nisi* GLOSS.^{L} I Ansil. PL 312 -usque: multus. *gen. plur. non nisi* HEGES. 5, 18, 3 p. 337, 21 (-umque *var. l., fort. recte*) *et e coni. incerta* VITR. 1, 1, 11 qui ... scientia -⟨ar⟩umque litterarum ... nutriti pervenerint ad summum templum architecturae. *acui semper paenultimam testatur* PRISC. gramm. II 181, 18. 181, 23 'que', quando cum integris componitur dictionibus, quamvis significationem suam amittat, tamen ēnclitici vim servat: '-áque', 'ubíque' *eqs.* III 488, 27. *de notione*: CHAR. gramm. p. 35, 1 -ique: *οἱ πλεῖστοι.* GLOSS. -ique: *πλείονες.* aliquanti, nonnulli ... vel plurimi. -osque: multos. *al. legitur in versibus raro, sc. apud* NAEV. (*semel ut* MANIL.), PLAVT. (*quinquies*), TER. (*quater*), LVCR. (*ter ut* HOR., SIL.). *al., in prosa oratione inde a* CATONE (*bis*), QVADRIG. (*semel*) *per totam latinitatem.* [*confunditur in codd. imprimis c.* pluresque *sim.* TER. Haut. 830 SALL. Iug. 52, 4 CELS. 4, 6, 3. *al.; in inscr. obscura*: CIL IX 1681, 13 (*Beneventi; a. 257*) Nonium Gratilianum v(irum) c(larissimum) et Egnatium Sattianum v. c. ⌊-osque⌋ splendidos equites Romanos (⌊ ⌋ et -osque *intellegendum vid.; cf. similem confusionem* GLOSS. V 134, 19 -osque: multosque).]

fere i. q. plurimus (*in iunctura c.* pars *potius i. q. maximus, satis magnus p. 2432, 41*): **I** *exempla pauca notionem illustrantia* (*saepe adhibetur de eis, qui doctrinam habent vel aliquid opinantur sive periti sive imperiti, e. g. l. 69. p. 2429, 10. 2431, 49; de consulentibus, decernentibus* CAES. civ. 1, 2, 6 *et e. g. p. 2429, 26; de populo, sc. oppositis potentibus, maxime p. 2431, 56; persaepe dicuntur -ique falsa vel prava agere vel credere, e. g. l. 60 sq. 65. 75. p. 2429, 8. 17. 2433, 15*): **A** *significatur universitatis cuiusdam pars* (*fere respicitur numerus vel magnus vel minus definitus, aliter e. g.* VARRO ling. 7, 45 in his qui sunt versibus -ique [*seq. sex nomina*]): **1** *maior*: **a** *exempla varia* (*selecta inde a* CATONE): NAEV. carm. frg. 54 ⌊-ique omnes⌋ subiguntur sub unum iudicium (⌊ ⌋ *de iunctura v. vol. IX 2, 622, 7 sqq., ubi addas explicationes* DON. Ter. Eun. 85, 3 '-ique omnes' id est 'omnes', et '-aque omnia' id est 'omnia'. Phorm. 172 *παρέλκον*). PLAVT. Curc. 377 habent hunc morem -ique argentarii, ut alius alium poscant, reddant nemini (*item in gnomis sim. e. g.* Epid. 166 -ique homines, ... ubi pudendum est, ibi eos deserit pudor. CATO orat. 118 solere -isque hominibus rebus secundis ... superbiam ... crescere. CIC. Phil. 6, 7 -isque in rebus gerendis tarditas ... odiosa est. BALB. Cic. Att. 9, 7^{a}, 1 consilia ex eventu, non ex voluntate a -isque probari solent. SALL. Catil. 51, 15 -ique mortales postrema meminere). *al.* TER. Eun. 118 sororem -ique esse credebant meam. CATO orig. 34 -aque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui. QVADRIG. hist. 22 arma ... -ique abiciunt. RHET. Her. 3, 23, 38 -osque Graecos, qui de memoria scripserunt *eqs.* (*postea*: quorum rationem ... inprobamus). VARRO frg. Gell. 1, 18, 2 *vocem graecam* esse -ique ignorent ... 'puteum'. 17, 3, 4 *Liburni* -asque naves loris suebant, Graeci magis cannabo. CIC. inv. 1, 39 quae nuper gesta sint, quae scire -ique possint. S. Rosc. 105 *per vicinos* -ique *sub Sulla* produntur. Planc. 53 cum tribūs -asque ... tulerit Plancius *in aedilitate petenda.* de orat. 2, 210 -ique sunt invidi maximeque

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hoc est commune vitium. SALL. Catil. 51, 9 -ique eorum, qui ante me *Caesarem* sententias dixerunt, conposite *eqs. al.*

b *opponitur vel distinguitur*: **α** *reliqua pars* (*vel qui ad eam pertinent; aliter, sc. opp. ad aliam multitudinem pertinentes, e. g. l. 1. p. 2428, 69*): Ⓘ *singuli* (*exempla selecta inde a* CIC.): RHET. Her. 4, 29, 41 haec exornatio plurimum iuvabit coniecturales argumentationes; sed non erit, tamquam in -isque, ut, cum velimus, ea possimus uti. CIC. Pis. 95 non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quae fortasse -ique: damnationes *eqs.* de orat. 2, 152 est ... ut -ique philosophi nulla tradant praecepta dicendi ..., sed Aristoteles *eqs.* (*item opp. auctores*: NEP. Them. 9, 1 scio -osque ita scripsisse ...; sed ego potissimum Thucydidi credo [*sim.* 10, 4 apud -osque]. Alc. 11, 1 hunc infamatum a -isque tres gravissimi historici *laudaverunt.* CELS. 8, 21, 1 -ique scripserunt ..., Meges tamen *eqs. al.*). Brut. 123 veteres orationes ... non a me quidem ..., sed a -isque legi sunt desitae. :: me numera ... in -isque. off. 1, 67 quae eximia -isque ... videntur, ... contemnere fortis animi *est.* SALL. Iug. 85, 1. HOR. sat. 1, 6, 5 *non* ut -ique solent, naso suspendis adunco ignotos. SEN. epist. 33, 2 ita ... -ique iudicant; apud me *eqs. al.*

Ⓘⓘ *multitudo*: Ⓐ *in oppositione bimembri* (*exempla selecta*): CIC. Verr. II 3, 103 -isque aratoribus nihil omnino superfuisse; si cui quid ... relictum ... sit, *eqs.* (*cf.* de orat. 3, 136 sin aliquis *eqs.* SALL. Iug. 17, 6 -osque senectus dissolvit, nisi qui *eqs.*). leg. agr. 2, 1 non nulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur, -ique autem *eqs.* (de orat. 2, 32 off. 1, 32 NEP. Milt. 7, 1 COLVM. 4, 11, 3. *al.*). Cael. 42 ego fortasse et pauci ..., -ique autem *eqs.* (rep. 2, 56 ut ... pauca per populum, -aque senatus auctoritate ... gererentur. *al.* SALL. Iug. 104, 2 ea Sullae et -isque placuere, pauci ferocius decernunt. hist. frg. 1, 12 [*v. p. 2431, 55*]. *al.* LIV. 29, 29, 1. QVINT. inst. 1, 1, 1 paucissimis hominibus ..., -osque vero *eqs. al.*). LVCR. 6, 46 quoniam ..., quaecumque in eo *caelo* fiunt ..., -aque dissolvi, quae restant percipe porro. CAES. civ. 1, 67, 1 -ique ..., alii *eqs.* (SALL. Iug. 65, 4 LIV. 10, 36, 4. 27, 3, 3 VELL. 2, 52, 2. *al.; cf. l. 42 sqq. 52 nec non* ceteri: SALL. Iug. 74, 1; reliqui: SALL. Catil. 57, 1 -ique ... dilabuntur, relicuos Catilina *eqs.* TAC. ann. 13, 50, 3 SVLP. SEV. chron. 1, 49, 4). VARRO ling. 5, 75 de his *volucribus* -aeque ab suis vocibus *nominantur,* ut ... upupa ...; sunt quae aliis de causis appellatae (10, 5 s. qui ...; -ique *eqs.* LIV. 26, 49, 4). rust. 1, 18, 7 antiquissimi agricolae temptando -aque constituerunt, liberi eorum magnam partem imitando (*cf. l. 52*). HOR. ars 44 ut *poeta* iam nunc dicat iam nunc debentia dici, -aque differat. LIV. 21, 52, 5 mille equites, Numidas -osque, mixtos quosdam et Gallos (24, 34, 3 -aque alta ..., summissa quaedam. *al.* SEN. dial. 2, 10, 1. *al.*). *al.*

Ⓑ *in serie* (*ponitur fere ultimo loco, aliter e. g. l. 53*): CIC. Verr. II 5, 28 alius ..., alius ..., -ique (*item* CAES. Gall. 6, 37, 8. VARRO ling. 5, 77 vocabula piscium -aque translata a terrestribus ..., alia a coloribus ..., alia *eqs.* rust. 2, 9, 7. *al.*). fin. 1, 49 ob ... debilitatem animi ... multi amicos, non nulli patriam, -ique autem se ipsos penitus perdiderunt. *al.* CAES. civ. 1, 3, 5 terrentur infirmiores, dubii confirmantur, -isque vero ... decernendi potestas eripitur. VARRO ling. 9, 80 de ficis, platanis et -isque arboribus (*item appenditur generaliter enumerationi singulorum*: COLVM. 9, 4, 3 arborum ... sunt probatissimae ... amigdalae persicique ac piri, denique pomiferarum -aeque, ne singulis immorer. PLIN. nat. 28, 1. PRISC. gramm. III 345, 1 'de' et 'prae' et 'pro' et -aeque praepositiones). SALL. Catil. 48, 5 alii ..., pars ..., -ique (*cf.* Iug. 31, 13 pars ..., alii ..., -ique). Iug. 54, 10 -ique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit. *al.*

β *totum, sc. fere* omnes (*aliter e. g. l. 57. 66; exempla selecta, cf. e. g. quae p. 2431, 12 sqq. attulimus*): CIC. inv. 1, 65 multi nihil prodesse philosophiam, -ique etiam obesse arbitrantur (*aliter l. 73*). 2, 47 aut in o. ... aut in -asque causas (*eodem ordine*: 2, 117. orat. 136 aut o. aut certe -asque ... sententias. *al.; ordine inverso*: Tusc. 2, 1 aut -aque aut o. fat. 6). Verr. II 5, 68 lautumias Syracusanas o. audistis, -ique nostis. *al.* CAES. Gall. 5, 14, 2. VARRO rust. 1, 55, 7 quod ignorant -ique (*opp.* omnibus notum). SALL. Catil. 33, 1 or. Macri 7 LIV. 26, 14, 5. SCRIB. LARG. praef. 2 -ique ..., ne dicam o. (*item negatur totum*: QVINT. inst. 2, 21, 3 non o. virtutum ..., sed -aeque earum *eqs.* COD. Iust. 4, 35, 21 [*a. 313/5?*] non o. negotia, sed -aque. HIER. in Ezech. 41, 22 l. 1625 *non* clarum lumen et cunctis patens, sed -isque ex parte ... absconditum. *al.*). PS. CYPR. rebapt. 18 -aque, immo paene o. *al.*

γ *pars ipsius multitudinis, quae per* -usque *indicatur*: CIC. de orat. 2, 100 -asque causas et maxime privatas (*item adduntur specimina praecipua e. g.*: SALL. Catil. 17, 6 iuventus -aque, sed maxime nobilium, Catilinae inceptis favebat. COLVM. 8, 2, 4 -ique Graecorum et praecipue ... Deliaci. PLIN. nat. 21, 86 -aeque gentium ... maximeque Aegyptus. QVINT. inst. 4, 2, 31. *al.*). Tusc. 5, 6 ut *philosophia* a -isque neglecta a multis etiam vituperetur ([*aliter l. 57*]. fam. 4, 7, 3). VARRO rust. 2, 5, 13 *vaccae* -aeque pariunt in decem annos, quaedem etiam plures. *al.*

2 *de hominibus pleuritide affectis* (*quaedam ad 1 vergunt*): **a** *masc. pro subst.* (*iuxta ponuntur alii morbi e. g. l. 11. 22*): **α** *plur.*: SCRIB. LARG. 94 (*inde* MARCELL. med. 16, 8) qui lateris dolorem cum febre sentiunt, quos Graeci -os vocant ([*an ad b?*]. *sim. definitur*: THEOD. PRISC. log. 16). *ibid.* dantur *tussientibus* coclearia quina *medicamenti* ..., -is etiam plura (PLIN. nat. 20, 31. 20, 176 tussientibus ... et -is et peripneumonicis. *al.; cf. l. 29*). PLIN. nat. 21, 137 *crocum* inflammationi earum *vesicarum* vehementer utile, item tussi et -is (25, 98 -is et nervis. *al.* DIOSC. 1, 2 p. 5, 3 [*gr. 1, 2, 2 πρὸς πλευρᾶς πόνους*]). 24, 23 *hammoniacum* prodest dyspnoicis, -is, pulmonibus *eqs.* (MARCELL. med. 17, 6 caducis, freneticis, -is et ad omnia vitia, quae *eqs.* PS. GALEN. ad Glauc. 3, 35, 6. *al.*). 24, 97 *struthium* suspiriosos sanat, sic et -os et omnes lateris dolores. 26, 86 *hypericum* medetur et -is ..., vesicae *aliud* (DIOSC. 3, 4 p. 378, 7 subgluttionibus et frigoribus et -is [*gr. 3, 4, 5 ἀλγήμασι πλευρᾶς*]. *al.*). *al.* THEOD. PRISC. log. 19 dolentes ... latus sine febribus ..., quos ... non -os, sed latus dolentes ... appellabo (*an ad b?*). 21 *sicut* in -is ordinatum est (CAEL. AVR. chron. 5, 10, 114 *v. p. 1491, 33.* HIPPOCR. aphor. 1, 12. *al.; cf. l. 28. 30. 33*). MARCELL. med. 14, 46 *medicamentum* ad gravidines ... capitis et ad -os (CASS. FEL. 66 tit. *v. p. 2438, 42.* ORIBAS. syn. 9, 4 La p. 276 facit ... ad -os [*deest in gr. et Aa*]. 9, 7 Aa tit. p. 280 *v. p. 2438, 46.* PLIN. phys. Bamb. 64, 12 ad pulmonum inflatione et ad -os. *adde l. 26*). 24 tit. -is et laterum doloribus remedia. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 113 ad -os curandos (DIOSC. 3, 47 p. 398, 7 [*gr. 3, 45, 2 πλευρᾶς πόνον*]. *al.*). PS. SORAN. puls. p. 279, 24. ORIBAS. eup. 4, 78, 1 Aa p. 598 dominatur ... tussis ... pleuret⟨ic⟩is (La in -is; *gr. ἐν πλευρίτισι. aliter nos p. 1491, 52 sq.*). *al.* **β** *sing.*: MARCELL. med. 24, 12 *id* dabis -o. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 6. 2, 19, 117 in ... -o ... inspicere, utrum *eqs.* (*cf. Hippocr. acut. spur. II 456 Littré τὰ πλευριτικά*). diaet. pass. 21 ex quibus -um adprehendis? HIPPOCR. num. sept. 27, 30 (cod. G) *abundantia umidi et calidi* in -o est (cod. A i⟨n⟩ -os). ALEX. TRALL. 1, 143 (codd. Andecav., Oxon.) verum ... -um (*cod. Paris.* plethoric-).

b *adi.* (*huc trahas fort. l. 7. 19*): CHIRON 352 pulmo ... incipiet esse -us. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 42 alios -os, alios peripleumonicos interisse, item quosdam ... difficultate spirationis affectos.

3 *de medicamento*: CASS. FEL. 66, 11 cerotarium -um ... appones.

⁂**pleurītis,** -idis *f.*, *πλευρῖτις* (*quod gr. respondet*). *scribitur* -ret- *in parte codd.* HIPPOCR. aer. 4, 3 aphor. 3, 23. 30. 5, 15. *de formis: sing. acc.* -im CAEL. AVR. (*quater*), *gen.* -dis *l. 56. 63, abl.* -de, -di *l. 62. 63; plur. nom. et acc.* -des HIPPOCR. (*quinquies*). [*coni. Rose* CASS. FEL. 66, 1 -is (pleureticis *trad.*).]

1 *significatur morbus lateris cum dolore et febre acutus, sc. πλευρῖτις* (*fort. stat pro affectis -de l. 54. rem tractat* CAEL. AVR. acut. 2, 13–24, *definitiones affert* 2, 13, 87 sqq.; *v. Looschen, Die ... Geschichte des Krankheitsbegriffs Pleuritis, diss. 1969*): VITR. 1, 6, 3 vitia ... sunt, quae difficulter curantur in regionibus *ventosis*: ... tussis, -is ... et cetera, quae ... adiectionibus curantur. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 3 *celerum passionum* cum febribus sunt plurimae, ut phrenitis, lethargia, -is, peripneumonia. 1, 4, 43 -is et peripleumonia et omnes passiones, quae ex dolore ... alienationem *mentis* faciunt. 2, 13, 87 -is a parte corporis, quae magis patitur, nomen sumpsit. 2, 14, 94 -is ... eodem tempore febriculae concurrit. 2, 17, 102 ab empyicis discernitur -is, quod febres noxiae ... in pleuriticis inveniantur. chron. 2, 14, 201 cum empyicos saepe antecedat -is vel peripleumonia et tumor ... et febres. 2, 21, 126 signa ... futurae -dis. *al. apud eundem.* HIPPOCR. aer. 3, 6 -des (pleuretici *var. l.*) ... et peripleumoniae et causi et quicumque acuti morbi sunt (*cf.* 4, 3 -des multae et aliae ... aegritudines). 10, 14 *aestate pluviali fieri convenit* cholericis ... -des et peripleumonias (*cf.* aphor. 3, 23 *fiunt* hieme ... -des *eqs.* [pleuresis, pleuriticis *var. ll.*]). aphor. 3, 30 anelitus, -des (pleuresis *var. l.*), peripleumoniae *eqs.* 5, 15 quotquot ex -de (pleureticis *var. l.*) empyici fiunt. num. sept. 27, 12 -dis. 27, 13 (cod. G) pleur⟨i⟩tis (cod. A -di). 27, 17 (cod. A) in -di (*cod. G v. p. 2438, 50*). **2** *nomen herbae* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 202*): PS. APVL. herb. interpol. 71 adn. 8 nomen herbae scordion ..., idem -is (*Diosc. gr. Vind. 3, 111 οἱ δὲ πλευρῖτις*). *Reineke.*

pleuron, *acc.* -on *n.*, *πλευρόν.* [*calabr.* plevrò, *apul.* plegrò, *nisi potius aevo byzant. tribuendum sec. Battisti-Alessio IV 2975; sim. dubites de vocibus francog. ad* pleuritis *referendis, v. Wartburg IX 64. C. S.*] *i. q. latus*: CAEL. AVR. acut. 2, 13, 87 latus ... *pleuritide* vexatur, quod Graeci -on vocaverunt (-an *Amman coll. p. 2438, 30; de genere neutro cf. Soran. p. 76, 20 ἐπὶ τὸ δεξιὸν πλευρόν*).

pleuroprīstēs, *acc.* -em, *πλευροπρίστης. significatur instrumentum medici, quo costae secantur*: CHIRON 671 aperies locum ante eam costam, quam vexaverat *animal,* et astulam (fistulam *Fischer dubitanter*) ipsam per ⌊-em⌋ secabis (⌊ ⌋ *restit. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 120 coll. Schoene, Hermes 38, 1903, 283*; -xist- *Oder,* -clist- *codd.*).

[pleurōticus *v.* pleroticus.**]** **[pleutopa** *v. p. 2437, 25.***]** *M. H.*

plexibilis, -e. *a* 2. plectere, *cf.* plectibilis. *fere i. q. plectendus, poena dignus*: SCHOL. Verg. Veron. ecl. 8, 29 *Cato* ait, quod mulier in publico osculum offerre debuerit nec obtulerit, plexibil⟨e esse⟩. *Schrickx.*

?**plexilis,** -e. *a* 1. plectere, *si vox agnoscenda est. i. q. forma plexa factus*: AMPEL. 8, 24 Nilus fluvius aere factus -is in cubitis trecentis (*plerisque edd. corruptum videtur,* flexilis *Urlichs*).

?**plexūra,** -ae *f.* *a* 1. plectere. *fere i. q. res plexa*: POTAM. subst. 1. 625 C. catena sua articuli *manuum consuuntur* ..., quibus et ipsi nodi se trinitatis per -as intorqueant (*an* flexuras*?*).

1. *et* 2. plexus *v.* 1. *et* 2. plecto.

[3. plexus, -ūs *m. olim falso edebatur* MANIL. 5, 147.**]** *N. H.*

[plica *olim afferebatur e lect. falsa ed. vet.* CATO agr. 77.**]**

plicātilis, -e. *a* plicare. *i. qui plicari potest*: PLIN. nat. 5, 59 eas *naves* -es umeris transferunt *Aethiopes.* 10, 86 *upupa* crista visenda -i, contrahens eam subrigensque per longitudinem capitis (11, 122).

?**plicātrīx,** -īcis *f.* *a* plicare. *scribitur fort.* pliga- *l. 24. ea, quae vestimenta sim. plicat* (*non nisi e suppl.*): PLAVT. Mil. 695 (*verba uxoris prodigae*) plicat⟨ricem⟩ clementer non potest quin munerem (*suppl. Studemund,* plicat *A,* patricam *P*). CIL XII 4504 Voltilia ... Secunda sibi et ... viro suo ⌊pligatṛi⟨x⟩⌋ (*lectura incerta, praesertim utrum* g *sit in lapide an* c).

plic(ā)tūra, -ae *f.* *a* plicare. GLOSS. II 467, 34 *ὑποραφή*: plictura, resarcinatio (*an* plectura*? cf. p. 2437, 23 sq.*). [*in falsa var. l. pro* pictura SVET. Aug. 75.] *i. q. actus plicandi*: PLIN. nat. 7, 171 *signum mortis esse* stragulae vestis -as.

[plicātus, -ūs *m. vix recte affertur in lexicis* VET. LAT. I Petr. 3, 3 (Ambr. exhort. virg. 10, 64); *v. vol. VII 1, 639, 79 sqq.***]**

⁂**plico,** -āvī, -ātum (-uī, -c(i)tum), -āre. [*plerumque putatur* -are *radicem vocis* plectere *continere, sc. formam vetustiorem sine* -t- (*v. p. 2394, 60*), *et* plic- *e compos. vocalem debilitatam exhibentibus ortum esse, cf.* colligere : legere *sim.* (*sic e. g. Leumann, Gramm. 1977, 46. 549. 562*). *sed notiones plicandi et plectendi vix congruunt. id quoque observandum est, notionem plicandi* (plic-āre, -ātrix, plix, *al.*) *vix usquam occurrere in stirpe* plec- (*cf. tamen l. 43*). *ideoque credendum est* *plik *'plicare' radicem sui iuris fuisse, fort. cognatam c. πλίσσω* (*etsi πλιχ-άς obstare videtur*). *in compos. autem exhibentibus* -plic- *videntur* *plek *et* *plik *re vera misceri; inde enim explicanda est variatio notionum et formarum* (-plicavi, -plicatus *et* -plicui, -plic(i)tus), *quae postea irrepsit etiam in verbum simplex* -are (*cf. l. 44. p. 2441, 23*). *Fo.*] *scribitur* plec- *in codd. rec.* PEREGR. Aeth. 2, 4, *etiam* NOT. Tir. 76, 4 -at. *de formis: perf. act.* -ui *testantur inter formas perfectas primae coniug.* PROB. inst. gramm. IV 164, 2 domui, -ui, tonui. *al., sed utramque formam servari testantur* PHOC. gramm. V 431, 17 sq. PRISC. gramm. II 468, 27. 473, 1 PS. PRISC. gramm. III 526, 32. *apud auctores* -ui *habent* VET. LAT. Iudith 10, 5 (cod. 130. *al.*). Luc. 4, 20 (cod. 4. *al.*), -avi VET. LAT. Iudith 10, 5 (cod. 131). Luc. 4, 20 (cod. 10). PEREGR. Aeth. 6, 3 AMBR. virginit. 20, 131. *al.* *p. p. p.* -catus LVCR. 6, 1087. CE 1233, 6 (*saec. III*). *al.*, -ctus SEN. epist. 95, 2 *et fort. l. 63,* -citus AVG. anim. 4, 21, 34 gen. ad litt. 5, 20 p. 165, 1. *de notione*: THEOPHIL. inst. Iust. 4, 14 pr. -o ... *ἐστι τὸ πλέκω.* GLOSS. -o: *εἰλῶ.* -at: *πτύσσει, διπλοῖ.* GLOSS. III 471, 68 -ate vestimenta: *διπλώσατε τὰ ἱμάτια. al.* *legitur inde a* LVCR. [-are (*vel* *picl-) *perstat in omnibus linguis roman. praeditum variis notionibus; in linguis occ. c. notione appropinquandi (v. iam p. 2441, 36), ut hisp.* llegar *'advenire', port.* chegar; *val.* pleca *'discedere' ex '-are vela vel tentoria' ortum vid., cf. francog.* plier bagage. *exstant deriv. multa. cf. M.-L. 6601. Battisti-Alessio IV 2909. Wartburg IX 65. Corominas*[2] *III 729. C. S.*] [*confunditur p. p. p. cum* placitus LVCR. 6, 1087 SEN. epist. 95, 2 AVG. anim. 4, 21, 34; *suppl. dub.* TAB. cer. Herculan. 79, 5; *falso trad. e. g.* MART. CAP. 2, 184 (*pro* supplicans). 7, 734 (*pro* implicitis). *loco corrupto*: CIL VI 218b -ctis columnis.**]**

1 *usu communi respicitur actio, qua res in se flectitur, curvatur*: **a** *pro obi. est res, quae -ando afficitur*: **α** *flectendo*: Ⓘ *-itur pars corporis*: LVCR. 4, 828 fastigia posse surarum ac feminum pedibus fundata -ari. PS. QVINT. decl. 1, 12 cum manus ... -etur in capulo. VEG. mulom. 1, 25, 4 ubi ... flexura fit, cum armus -atur (*sec. p. 2441, 27*). AMBR. hex. 5, 4, 11 pisces ... branchias habent, quas nunc -ant et colligunt, nunc explicant atque aperiunt (*cf. Basil. hex. p. 149*^{B} *ἐπίπτυξις*). CHRYSOST. repar. laps. 15 l. 57 manus ... ad pectus. PRVD. perist. 2, 243 volam. SIDON. epist. 3, 13, 7 *frons* foedissimo gestu cutem -at. GREG. M. moral. 31, 27 alas. Ⓘⓘ *cetera exempla*: PALLAD. 4, 9, 8 oleum sic metuit *cucumis,* ut ... velut hamus -etur (*item de herba*: SIDON. epist. 2, 2, 18 cirri). VVLG. Ezech. 41, 24 *in templo* bina erant

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ostiola, quae in se invicem -bantur. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 138 supra eas partes, quae patiuntur, aegrotantes ... -entur. SIDON. carm. 23, 397 incitatus *auriga* ... elatas ... quadrigas iuncto non valuit -are gyro. *speciatim de re texta* (*cf. b*): HIER. hom. Orig. in Ier. 7 p. 642[A] in cinctorium eius *dei* -amur (plectimur *var. l.; gr. p. 376[C] πλεκόμεθα. subest Ier. 13, 1 sqq.*).

β *volvendo* (*refl. l. 8; in imag. vel compar. l. 14 sqq. 22*): VERG. Aen. 5, 279 *serpentem vulneratum* nexantem nodis seque in sua membra -antem (*item de serpente*: SEN. Med. 689 ISID. orig. 12, 4, 1. *cf. l. 28*). SEN. epist. 95, 2 recitator historiam ingentem attulit ... artissime -tam (*item clauditur liber*: MART. 4, 82, 7. VET. LAT. Luc. 4, 20 [cod. 4. *al.* = VVLG.] cum -uisset *Iesus* librum, reddidit ministro [*gr. πτύξας*]. *al.; cf. l. 16*). GELL. 17, 9, 9 lori, quod *circum surculum* -batur (*antea*: complicabant). VET. LAT. psalm. 101, 27 (Priscill. tract. 5, 82) tamquam amictum -bis illos *caelos* ([*sec. var. l. gr. ἑλίξεις*]. *item in imag. de caelo*: Is. 34, 4 [Aug. conf. 13, 15, 16. *al.*] caelum ... -bitur ut liber [*gr. ἑλιγήσεται, Vulg.* conplicabuntur]. PRVD. perist. 10, 536. AVG. conf. 13, 15, 18 pellis -bitur [in psalm. 103, serm. 1, 7; *sec. psalm. 103, 2* extendit caelum sicut pellem]. *al.*). AMBR. virginit. 20, 131 piscator *Petrus* ... -vit retia (in psalm. 118 serm. 2, 7, 1; *subest Matth. 4, 20*). HIER. epist. 117, 8, 2 -are fasciolas. AVG. gen. ad litt. 5, 20 p. 165, 1 *deus* explicat saecula, quae illi *creaturae universae* ... tamquam -ta indiderat.

b *pro obi. est res, quae -ando efficitur, sc. serta*: NEMES. ecl. 3, 19 te, *Bacche,* cano, qui ... vitea serta -as. HIER. tract. in psalm. I p. 245 l. 155 de vinculis -asti mihi coronam victoriae, *deus.*

c *sine obi.*: PACIAN. epist. 3, 25, 1 *pars indumenti* sinu -ante subsuitur. CHIRON 18 quo loco flexuram admittit pectus -andi (-ando? *inde p. 2440, 68*). CASS. FEL. 28, 3 ut *vermiculi* se in spaerulas -ando convertant (*nisi ad αβ*).

2 *usu deflexo adhibetur pro composito, ita ut sit fere i. q.*: **a** *implicare vel complicare* (*pro obi. est, quod implicatur in alia re l. 33*): LVCR. 6, 1087 est ..., quasi ut anellis hamisque -ta, inter se quaedam possint coplata teneri. VET. LAT. Iudith 10, 5 (cod. 130. *al.*) -uit omnia vasa sua (*gr. περιεδίπλωσεν, cod. 151* duplicavit, *132* complicuit). *translate*: CE 1233, 6 (*saec. III*) in toto corde -ta inerat *Venus.* **b** *applicare, sc. appropinquando*: PEREGR. Aeth. 2, 4 *ut* -emus nos ad montem dei (*refl. ut*: 6, 3 -vimus nos ad mare). 19, 9 cum ... prope -rent civitati.

deriv.: plicatilis, *?*plicatrix, plic(a)tura.

compos.: ap-, circum-, com-, de-, dis-, ex-, im-, inter-, op-, per-, replico. *Schrickx.*

scamnile acopicto (*i.* acu-) valente solido uno, **plicton** vetere siliquas quattuor aureas PAP. Tjäder 8, 2, 6 (*a. 564; inter res hereditarias*). *subesse vid. gr. πλικτόν 'plexum', sc. p. p. p. pro subst.* (*cf. p. 2394, 53 sq.*).

plictūra *v.* plicatura. **plictus** *v.* plico.

*?***pligātrīx** *v.* plicatrix.

[per **pligorias** lineas oportet computare GROM. p. 315, 3. *est med. aevi, si recte Rudorff, Die Schriften der röm. Feldmesser, II 408 n. 452 deducit ab voce* plegius *'fideiussor' sim.; cf. Du Cange s. v.*]

plinthis, -idis *f., πλινθίς.* **1** *de tabula, in qua aliquid statuitur, stat sim.* (*t. t. architecturae*): VITR. 3, 3, 2 (*de speciebus templorum*) systylos est, in qua ... spirarum -es (-ti- *pars codd.*) aeque magnae sint ei spatio, quod fuerit inter duas -es. 10, 10, 4 in -e, in qua statuitur columella (*sc. machinae bellicae*). **2** *de parte organi hydraulici*: VITR. 10, 8, 3 quae *regulae motae* obturant ea foramina -esque appellantur. **3** *de areae mensura*: HYG. grom. p. 78, 21 *quaestorii agri* centuriae nunc appellantur, id est -es, hoc est ⌞laterculi⌟; eosdem in quinquagenis iugeribus quadratos cluserunt limitibus (⌞ ⌟ *v. vol. VII 2, 1001, 88*). p. 85, 18 *agri regis Ptolomaei populo Romano relicti* sunt -es ⟨id est⟩ laterculi quadrati uti centuriae, per sena milia pedum limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero *tot* (*de re v. Hultsch, Metrologie, 1882, 651*).

plinthium, (-ī) *n., πλινθίον.* *significatur genus quoddam horologii*: VITR. 9, 8, 1 *dicitur invenisse* -um (*ed. 1522,* panthium *codd.*) sive lacunar *quidam* ...; aliaque genera ... alii ... inventa reliquerunt, uti ... ⌞cavatum⌟ -um *eqs.* (⌞ ⌟ *Soubiran,* concavatum *Degering,* conicum *Rose,* conatum *codd.*).

plinthus (-os *p. 2442, 1*), -ī *f., πλίνθος.* [*fort. dial. it.* chiènta *'gleba terrae', ut it. mer.* chienta, *Salerni* chienda, *abrut.* chienga. *cf. Battisti-Alessio II 898. IV 2977. C. S.*]

1 *t. t. architecturae; significatur tabula lapidea quadrata vel rotunda (p. 2442, 2) pertinens ad columnae: basim*: VITR. 3, 5, 1 uti crassitudo *spirarum* cum -o sit columnae ex dimidia crassitudine (*sim.* 5, 9, 4). 3, 5, 2 altitudo eius *spirae* ... ita dividatur, ut superior pars tertia parte sit crassitudinis columnae, reliquum -o relinquatur; ⌞dempta -o⌟ reliquum dividatur in partes quattuor *eqs.* (⌞ ⌟ *cf.* 3, 5, 3 praeter -um). 3, 5, 3 altitudo ... ita ut eius *spirae* -os (*nom.*). *ibid.* ad ⌞extremam⌟ -um (extremum *var. l.*). 4, 7, 3 habeant spirae earum *columnarum* -um ad circinum, altam *eqs.; ibid. iterum.* *capitulum*: VITR. 4, 3, 4 crassitudo capituli dividatur in partes tres, e quibus una -us cum cymatio fiat, altera ..., tertia *eqs.* (*sim.* 4, 7, 3). **2** later: tegula, -us (plinc- *cod.*) GLOSS. V 505, 44. *M. H.*

plipio, -āre. [*cum* pli-pi- *cf. stirpes onomatopoet. similis structurae, e. g.* cra-ca-(re), gru-gu-(lare), *apud André, Les mots à redoubl., 1978, 92. Fo.*] [*var. l. falsa p. 2190, 44.*] *significatur actio sonandi, sc. accipitris propria* (*cf. p. 2190, 43*): SVET. frg. p. 251, 1 (*in serie vocum animalium*) *est* accipitrum -are (*inde* GLOSS. I p. 92 = GLOSS.[L] I Ansil. VO 167). *Ottink.*

plīre *v. vol. X 2, 2392, 27.* **plīsim-** *v. vol. VIII 1607, 16.*

plīstolochia, -ae *f., πλειστολοχία* (*quod in gr. non invenitur*). *scrib. in codd. saepe* -locia, *hic illic* pisto-, phisto-. *nomen herbae (v. André, Les noms de plantes, 1985, 202 sq.):* *i. q. Althaea officinalis L.*: PLIN. nat. 20, 29 (*inde* 1, 20, 14) pastinacae simile hibiscum, quod molochen agrian vocant et aliqui -an. 20, 222 (*inde* 1, 20, 84) e silvestribus *malvis una* ... althaea vocatur, ab excellentia effectus a quibusdam -a (-lycia *ed. Harduini*). *i. q. Aristolochia pistolochia L.*: PLIN. nat. 25, 96 (*inde* 1, 25, 54) *inter genera aristolochiae* est et quae -a vocatur (*97* hanc ... polyrrhizon cognominant). 25, 101. 25, 141 vulneribus capitis medetur aristolochia ..., similiter -a.

plīstonīcēs, *abl.* -e *m., πλειστονίκης.* [*loco lacunoso* PLIN. nat. 20, 122.] *i. qui multis vel plerisque certaminibus vicit, sc.* Apion (*v. Cohn, RE I 2803, 42 sqq.*): PLIN. nat. 37, 75 A. cognominatus -es (*cf.* 1, 36 ind. auctor. ext. A. -e). GELL. 5, 14 tit. A., doctus homo, qui -es appellatus est (*sim.* 5, 14, 1. 7, 8, 1 [*litt. gr. -νείκης*]).

plix: *ἡ πτυχή* GLOSS.[L] II Philox. PL 71, *subst. fem.* [plic- *verisimile est priscum nomen radicale, quod pertinet ad* plic-āre (*q. v.*) *ita ut* dic- (*cf.* dic-is causa; *v. Leumann, Gramm. 1977, 274*) *ad* dīcere, dicāre; *fort. comparari potest gr. πλίξ. Fo.*]

plo- *v. etiam* plau-.

plocamos, (-ī) *m., πλόκαμος.* *non nisi in nomine corallii graeco* (*v. André, Lex. des termes de botan., 1956, 105*): PLIN. nat. 1, 13, 52 ⌞Isidos⌟ -os (⌞ ⌟ Isidis *var. l.; spectat ad 13, 142* Isidis crinem). *cf. Onom.*

plocē, *acc.* -ēn *f., πλοκή.* *scrib. fere litt. gr., sed lat. in codd.* MART. CAP. (*praeter* 9, 936).

term. techn. significans ornatum, quo coniunguntur vel miscentur diversa: **1** *in rhetorica*: QVINT. inst. 9, 3, 41 apud Ciceronem mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua et primo verbo longum post intervallum redditum est ultimum, et media primis et mediis ultima congruunt: '...'; hanc frequentiorem repetitionem *-ήν* vocant. 9, 3, 49 (*cf. 47* sensus ... idem facientes acervantur) congeruntur et diversa: '...'; inveni, qui et hoc *-ήν* vocaret; cui non adsentior, cum *eqs.* AQVILA rhet. 28 p. 31, 7 *-ή*, copulatio: ea figura elocutionis, in qua idem verbum aut nomen bis continuo positum diversa significat (*item fere* DON. Ter. Eun. 936, 1 unum 'cum' praepositio est, alterum 'cum' coniunctio; et dicitur haec figura *-ή. al. apud eundem.* MART. CAP. 5, 532 *-ή* [-e *codd.*], id est copulatio *eqs.*). PS. IVL. RVF. schem. lex. 14 p. 51, 16 *-ή*, cum idem verbum sententiave ad consummationem superioris retorquetur (*postea*: latine dicitur implicatio vel retractatio). **2** *in harmonia*: MART. CAP. 9, 958 *bis* (*v. vol. I 1410, 80 sqq. et Cristante, comm. 1987, ad l.*).

cf. Onom. *M. H.*

[**plocian** *olim afferebatur e* PLIN. nat. 16, 168, *v. l. 60.*]

plocimos, *acc.* -on *m., πλόκιμος.* *significatur genus harundinis subtile, flexile, ad plectendum aptum*: PLIN. nat. 16, 168 characian vocabant *harundinem* crassiorem firmioremque, ⌞-on⌟ vero subtiliorem, hanc in insulis fluvitantibus natam, illam *eqs.* (⌞ ⌟ *Urlichs sec. Theophr. hist. plant. 4, 11, 1 πλόκιμον,* plocian *vel* plotian *codd.*).

*?***plocīnum** (*vel* -us), *abl.* -ō *n.* (*vel m.*). *titulus comoediae Plauti significationis incertae*: NON. p. 149, 7 Plautus -o '...' (plocio *Iunius*; -o *edd. rec. plerique, quam formam e radice vocis πλόκιον et* -īnus *commixtam esse putat Hanssen, Lat. Diminutives, 1951, 91*).

plocium, *abl.* -ō *n., πλόκιον.* *nisi est nomen mulieris, significatur aut monile aut coma, sc. in titulis comoediarum Menandri et Caecilii*: GELL. 2, 23 tit. quae *comoedia* -um inscripta est. 2, 23, 5 Caecili -um. 2, 23, 6 Menandri ... -um. 3, 16, 3 de fabula -o *Menandri.* NON. p. 84, 3 Caecilius -o (*sic saepe apud eundem*). *in tit. com. Plauti e coni. dub. supra l. 62.*

*deriv.: cf. ?*plocinum. *cf. Onom.*

*?***plōda,** (-ae) *f.* [*occurrunt menti voces romanicae a* plautus *sim. derivatae* d *litteram continentes; cf. p. 2374, 10. Fo.*] *si agnoscendum est, significat, ni fallimur, lapidem planum sepulcri*: PASS. Secund. Theb. (BHL 7568) 11 ad sepulcrum ... Iulianae ... venerantes concurrunt ... fi-

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deles populi, sive de pulvere colligentes seu de -a, quae superposita est, radentes secum deportant.

plōdo *v.* plaudo. **ploer-, ploir-** *v. vol. VIII 1606, 59. 1607, 17.*

plombārius *v.* plumbarius.

†plomonion GLOSS. V 379, 17 (*sine explic.*; -on rationem *cod. Epinal., v. app.*). *corruptum esse vid. ex* Polemōnion (*ut coni. Bücheler*), *siquidem spectat ad Hier. vir. ill. 117, 4* P. dicendi *χαρακτῆρα* (*i. Polemonis rhetoris proprium*; P. *cod. veterrimus saec. VI in.*, Polemonis *al. var. ll.*).

plompārius *v.* plumbarius. *Bl.*

plōrābilis, -e. *a* plorare, *cf. e. g.* flebilis. *i. q. ploratu dignus* (*utrobique neutr. pro subst. iuxta pron.*): PERS. 1, 34 Phyllidas, Hypsipylas, vatum (vanum *var. l.*) et -e siquid eliquat *recitator.* CLAVD. 18, 261 *Eutropius* verbis ... sonat -e quiddam ... fractis et proelia narrat. *i. q. ploratum significans*: CYPR. GALL. iud. 125 -e nomen *loci* (*sec. iud. 2, 5; cf. l. 45*).

plōrābundus, -a, -um. *a* plorare. *fere i. q. plorans vel plorare volens* (*v. Risch, Gerundivum, 1984, 83; cf. var. lect. l. 21*): PLAVT. Aul. 317 homo ad praetorem ⌞-us devenit⌟ (venit deplorabundus *Non. p. 509, 5 metro invito, unde* depl. v. *Hermol. Barb.; postea p. 2444, 69*).

adv. **plōrābundē.** *i. q. modo plorabundo*: PORPH. Hor. epist. 1, 17, 52 *meretrix amatorem* simulatis damnis -e spoliat (plorabunda *var. l.*).

plōrātillus, *acc.* -um *m.* *a* 2. ploratus *demin.* (*cf. Leo, Ausgew. kl. Schr. I, 1960, 41 sq.; alii vix probabiliter adi.* plōrātillus, -a, -um *intellegunt*). *i. q. parvus ploratus*: PLAVT. Poen. 377 ego faciam ⌞-um⌟, nisi te facio propitiam (⌞ ⌟ plorantem illum *var. l.; cf. 378* verberetillum).

⁂plōrātio, -ōnis *f.* *a* plorare. *plur. non nisi* AVG. serm. 351, 1 p. 1536 PRIMAS. in apoc. 7, 5–8 l. 354. *de notione* (*adde p. 2306, 49*): AVG. quaest. hept. 7, 12 graece *κλαυθμός* -o dicitur. GLOSS. -o: *θρῆνος.* [*in dub. var. l. pro* comploratio IVLIAN. in Am. 5, 16.]

i. q. actio plorandi, flendi (*in iunctura* -e plorare *l. 34; gr. resp. κλαυθμός, nisi aliud indicavimus*): VET. LAT. deut. 34, 8 (cod. 100) consummati sunt dies luctus -is Moysi (*Vulg.* dies planctus lugentium). Esth. 4, 3 (cod. 151. *al.*) ⌞-o⌟ et luctus ingens (⌞ ⌟ *gr. κραυγὴ καὶ κοπετός, Vulg. aliter*). 4, 9 (*ibid.*) ploravit -e magna (*cod. 130* flevit vehementer, *gr. et Vulg. desunt*). psalm. 83, 7 (cod. 300. *al.*) in convalle -is ([*gr. τοῦ κλαυθμῶνος, cod. 306* fletus, *Vulg.* lacrimarum]. *inde* HIL. in psalm. 127, 11. *al.; cf.* vallis -is: VET. LAT. *ibid.* [Hil. in psalm. 59, 7]. AVG. in psalm. 119, 1. *al.*). Ioel 2, 12 (Ps. Cypr. ad Novat. 9) in ieiunio et -e et planctu (*Vulg.* in fletu). Matth. 2, 18 *v. p. 2444, 13.* 8, 12 (Cypr. domin. orat. 13. *al.*) illic erit -o et stridor dentium ([*cod. 3. al. et Vulg.* fletus, *Aug. epist. 140, 58. al.* ploratus]. *sim. al. in script. sacris et* QVODV. temp. barb. 2, 8, 6 stridor atque -o). CYPR. Demetr. 24, 2 erit ... inanis -o. SALV. epist. 4, 18 deus vagitu infantium et -e mollitus est. CASSIOD. in psalm. 118, 136 l. 2504 -is ardorem. *al.* *in nomine loci* (*ad rem* AVG. quaest. hept. 7, 12): VET. LAT. iud. 2, 5 (cod. 100. 107) vocatum est nomen loci ... -o (*gr. Κλαυθμών, Vulg. locus* flentium sive lacrimarum).

plōrātor, (-ōris) *m.* *a* plorare. *i. qui plorat, flet* (*de infante, parvulo; iuxta subst., ut vergat in usum adi.*): MART. 14, 54, 1 si quis -r collo tibi vernula pendet, haec quatiat ... sistra.

1. plōrātus, -a, -um *v.* ploro.

2. ⁂plōrātus, -ūs *m.* *a* plorare. *genus masc. testantur* PROB. app. gramm. IV 193, 13. *al.* *corripitur* plo- *p. 2444, 2.* *de notione et differentia*: SERV. Aen. 6, 427 *et* HIER. epist. 106, 54, 3 *v. p. 2306, 46 sqq.* GLOSS.[L] I Ansil. PL 324 sqq. (cod. Paris.) -s: planctus. fletus. lacrimae *eqs.* GLOSS. II 556, 20 *θρῆνος*: -s. [*fort. trad. loco lacunoso* FEST. p. 253.]

i. q. actio plorandi (*gr. resp. κλαυθμός, nisi aliud indicavimus. effusio lacrimarum respicitur e. g. l. 75 sq. et sub 2; nota iuncturam* -u plorare *l. 74*): **1** *proprie de actione animantium* (*sc. fere hominum [saepe mulierum vel infantium], avium l. 68. plorantem indicat gen. subi. vel pron. poss. saepe, adi. p. 2444, 8. 11 [aliter l. 63]; opp. e. g.* gaudium *p. 2444, 12,* risus *l. 67,* silentium *l. 70*): **a** *varia exempla*: CIC. Tusc. 2, 21 (vers.) heu, virginalem me ore -um edere! (*verba Heraclis sec. Soph. Trach. 1072 βέβρυχα κλαίων. cf.* 2, 38 -us turpissimos edere). LIV. 23, 42, 5 -um ... coniugum ac liberorum nostrorum exaudire. 29, 17, 16 omnia passim mulierum puerorumque ... -bus sonant. *al.* PLIN. nat. 1, 31, 16 *aquae* risum aut -um facientes (*sc. hominibus; spectat ad 31, 19* fontes Claeon et Gelon). 36, 29 -um infantis. 37, 41 avium. QVINT. inst. 8, 3, 68 infantium feminarumque. TAC. Agr. 38, 1 virorum mulierumque. ann. 3, 4, 1 *fuit* dies ... modo per silentium vastus, modo -bus inquies. GELL. 19, 1, 6 *hominem* -us ... nullos ... cientem. CYPR. laps. 25 puella ... -u concuti. IVVENC. 4, 585 (*sec. Matth. 26, 75, v. p. 2445, 44*) *Petrum* egressum ... -s habebat amarus (egressus *et* amaros *var. ll.; ad textum v. Hansson, Textkr. zu Iuvenc., 1950, 55. cf.* VVLG. Ezech. 27, 31 plorabunt te ... -u amarissimo). AVG. conf. 9, 12, 33 hominis superbe interpretantis -um meum (*antea*: dimisi lacrimas). VEREC. satisfact. 50 *mihi lacrimarum* subtracto pereunt[i] umore -us. *al.* **b** *iuxta subst. notionis affinis*: CIC. Att. 5, 16, 2 audivimus ... civitatum gemitus, -us (GELL. 2, 23, 18 puellae in puerperio enitentis. CYPR. patient. 12. PETR. CHRYS. serm. 20, 3 praecordiorum gemitu ..., christianis lacrimis, -u alto, apostolicis clamoribus). LVCR. 2, 580 *nulla nox non audivit* mixtos vagitibus ... -us, mortis comites (PLIN. nat. 7, 2 ad vagitus ... et -um). LIV. 2, 33, 8 clamor ... oppidanorum mixtus muliebri puerilique -u (5, 21, 11. *al.* CVRT. 9, 3, 16. 9, 5, 29. *adde l. 5*). CVRT. 10, 5, 7 -u lamentisque et planctibus tota regia personabat (APVL. mund. 35 p. 368). 10, 6, 3 eiulatus ingens -sque. APVL. met. 7, 21, 5 -u questuque femineo. VET. LAT. Bar. 4, 23 emisi ... vos cum luctu et -u (*opp.* gaudio et iucunditate). Matth. 2, 18 (cod. 4. *al.* = VVLG.) vox in Rama audita est, -s et ululatus multus ([*cod. 1. 5* ploratio. *vocem explicat* OP. imperf. in Matth. 2 p. 645 fletum parvulorum]. VVLG. Ier. 3, 21). *al., e. g.* planctus *l. 9. p. 2307, 74.*

2 *transfertur ad actionem balsami arboris sucum emittentis* (*cf. p. 2446, 54; vix de ipso suco accipiendum*): PLIN. nat. 12, 116 sucus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, ... tenui guttă -u (*cf.* lacrima *balsami 12, 118. 120*).

deriv.: ploratillus.

plōreus: plōrēta (*i.* proreus: proreta) GLOSS. III 205, 34 (*v. Schulze, Kl. Schriften, 1933, 297 adn. 1*).

⁂plōro, -āvī, -ātum, -āre. [*a ceteris huius verbi compositis sensu differt* explōrare, *quapropter sunt qui diversam illi tribuant originem. quod etsi parum verisimile est, attamen communis verborum horum omnium origo adhuc probari non potuit. sunt etiam qui in* plōr- *vestigium agnoverint subst. vel adi. non iam exstantis* (*e. g.* *plōro-, *prōro-); *quod cum aliunde firmari adhuc non potuerit, de hac re non liquet. Fo.*] *de origine*: DIFF. ed. Uhlfelder 20 *a pluvia* -are est dictum, cum coactae dolore lacrimae exprimuntur. *sim. al.* NOT. Tir. 74, 17 -at. *fut.* -assit LEX reg. (*v. l. 60*). *de notione et differentia*: FEST. p. 230 -are flere [inclamare] nunc significat, et cum praepositione inplorare, id est invocare; at apud antiquos plane inclamare (*affertur* LEX *l. 58*). SERV. auct. Aen. 11, 211 cum voce flere (*v. p. 2310, 14*). DIFF. ed. Beck p. 66, 3 (*v. vol. VII 2, 844, 40*). GLOSS. -o: *κλαίω.* -at: *κλαίει.* flet. *legitur in* LEGE reg.; *postea in versibus inde a* PLAVTO (*decies*), TER. (*semel*) *aliisque comicis vet.,* LVCR., *sed fere rarius quam* flere (*e. g.* HOR. *12/13,* TIB. *2/14,* PROP. *4/32,* OV. *10/129,* STAT. *10/53,* MART. *14/20,* PRVD. *2/20; contra* PERS. *2/0,* IVV. *8/3*), *omnino deest e. g.* CATVLLO, VERG., SEN. *trag.,* LVCANO, VAL. FL., SIL., CLAVD. (*de* ENN. *parum constat, v. l. 73. p. 2445, 9*); *in prosa oratione inde a* CIC. (*novies*), LIV. (*semel, sed* ploratus [-ūs] *novies*), *paulo frequentius e. g. apud* SEN. *philos.,* PETRON., *in* VVLG. *et* VITIS patr. (*v. Hofmann, Indogerm. Forsch. 43, 1926, 98 sq.*), *omnino deest* CAES., SALL. *rerumque scriptoribus plerisque et e. g.* SEN. *rhet.,* APVL. [*passim in linguis roman. (praeter val., it. mer., sard., v. supra p. 2310, 25 sq.), sc. it.* piorare, *pedem. vet.* piorer, *langob. vet.* piorare, *raet. occ.* splorar, *francog.* pleurer, *prov., cat.* plorar, *hisp.* llorar, *port.* chorar; *potius ad* *pluvare *quam ad* piu *vocem onomatopoet. et* -are *referendae vid. formae quaedam it. sept. or., raet.; cf. M.-L. 6606. Battisti-Alessio IV 2935. Wartburg IX 76. Corominas*[2] *III 732. C. S.*]

fere i. q. prae luctu, dolore sim. clamare, lamentari sim. (*gr. resp. κλαίειν, nisi aliud indicavimus*). *accedunt voces notionis similis, e. g.* flere *l. 74. p. 2446, 26.* CYPR. epist. 64, 6, 2. *al.* (*v. Löfstedt, Syntactica II, 1933, 44 sq.*), gemere *p. 2445, 2. 25. 28. al.,* plangere *p. 2446, 29 et e. g.* VITA Anton. 26 p. 41, 12, queri *p. 2445, 27. 29. al.; plus significat quam* lacrimare *p. 2445, 23; opp.* ridere *p. 2445, 7 sq. 13. al.,* gaudere *p. 2445, 35. 2446, 1. al.*

I *t. t. iuris, sc. -at, qui iniuriam passus fidem populi clamando postulat, invocat* (*c. obi.* fidem CAECIL.): LEX reg. (Fest. p. 230; *ad rem v. e. g. Kaser, Das altröm. ius, 1949, 337*) si parentem puer verberit, ast olle -assit paren⟨s⟩, puer divis parentum sacer esto. CAECIL. com. 212 pro deum, popularium omnium, ... clamo, postulo, obsecro, oro, -o atque inploro fidem.

II *usu communi -at, qui cum clamore vel lacrimis lamentatur* (*vergit in meram notionem lacrimandi e. g. p. 2445, 3. 19. 30. 50. 55; pass. impers.* -atur AVG. serm. 31, 4 COMM. instr. 1, 26, 12. 2, 2, 7): **A** *-ant animantes* (*sc. maxime homines vel dei [deus pro simulacro positus p. 2445, 33; partes corporis p. 2445, 31. 67, provincia p. 2445, 30], animalia e. g. l. 72. p. 2445, 13*): **1** *non indicatur, quid lugeatur sim.*: **a** *usu vario*: **α** *iuxta verba orandi sim.* (*cf. l. 61*): PLAVT. Aul. 318 infit ... postulare -ans, eiulans, ut *eqs.* Cist. 567 anus ei amplexa est genua -ans, obsecrans, ne deserat se (AFRAN. com. 171). CAECIL. com. 150 -ando, orando ... me optudit (TER. Phorm. 8 *cervam* -are, orare *eqs. al., v. vol. IX 2, 1051, 45 sqq.*). VERS. Rhet. Her. 4, 12, 18 (*fort. ex Ennio, v. ann. 103 cum Skutsch, 1985, p. 655 ad l.*) flentes, -antes, lacrimantes, obtestantes. CIC. dom. 55 *cum senatum* pro me ... -are et supplicare mutata veste prohibe-

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rent. **β** *cetera exempla* (*selecta post* LIV.): PLAVT. Amph. 1099 uxorem tuam *puerperam* neque gementem neque -antem ... audivimus. Curc. 138 ne -a, amabo (Merc. 501 ne -a, ... oculos corrumpis talis. Persa 656. Pseud. 1038. *cf.* noli -are: VET. LAT. Luc. 7, 13 [cod. 5; *3. al. et Vulg.* noli flere]). CIC. Verr. II 2, 129 omnibus recusantibus et -antibus (implor- *var. l.*). Pis. 89 cum concursum -antium ... ferre non posses. Planc. 33 (*opp.* ridendo). Brut. 188 *multitudo, dum oratorem audit,* gaudet dolet, ridet -at *eqs.* Tusc. 3, 64 *magistri pueros* verberibus ... -are cogunt (*item -ant parvuli, infantes* [*cf. e. g. l. 43*]: PLIN. nat. 18, 84 Ennius [*ann. 526*] ... offam eripuisse -antibus liberis patres commemorat. STAT. Theb. 3, 579 -antis ... natos *relictos* [*sim.* IVV. 6, 86]. QVINT. inst. 6, 1, 46 date puero panem, ne -et. VET. LAT. sap. 7, 3 primam vocem ... emisi -ans. *al.*). Att. 15, 9, 1 -ando fessus sum (*opp.* rides). *al.* LVCR. 5, 1072 *canes* -antes fugiunt ... plagas. HOR. sat. 1, 10, 91 *vos* discipularum inter iubeo -are cathedras (*item iubetur quis -are*: CIL IV 5280 [*sim.* 5281] Fausta, -as [*ed. pro imperat. accipit*]. MART. 2, 41, 23 [*1* ride] -a ..., o puella, -a). 2, 3, 253 an meretricis amore sollicitus -es (*item -ant amantes sim.*: PROP. 2, 14, 14. 3, 12, 1 -antem ... linquere Gallam. OV. am. 2, 2, 59 *maritus* aspiciat dominae lacrimas, -bit et ipse). 2, 5, 69 *Nasica* inveniet ... nil sibi legatum *esse* praeter -are. ars 431 qui conducti -ant in funere (PORPH. qui mortuos fleant. *item -ant, qui mortuum vel morituros lugent* [*cf. e. g. p. 2446, 24 sqq.*]: TIB. 2, 6, 42 OV. epist. 21, 171. SEN. epist. 63, 1 *amico mortuo* lacrimandum est, non -andum [*antea*: nec fluant *oculi*]. PETRON. 72, 2 [*1* flere]. *al.; respicitur mors ipsius -antis*: SEN. epist. 77, 11. 102, 26 gemis, -as. STAT. silv. 2, 1, 22 -antem ... animam). OV. ars 1, 431 (*nisi ad p. 2446, 1*) mendaci damno maestissima -at *amica.* LIV. 22, 14, 8 clamoribus -antium sociorum. SEN. dial. 7, 15, 6 quisquis ... queritur et -at et gemit. PETRON. 108, 2 spongia uda facies -antis detersa est. PLIN. nat. 37, 41 quae *aves* ... -tum adierint Indos. MART. 1, 89, 3 quereris, arguis, -as ... in aurem. 4, 65, 1 oculo ... semper altero -at. IVV. 1, 50 tu victrix, provincia, -as. 5, 158 quae comoedia ... melior -ante gula? VET. LAT. Luc. 6, 21 (Tert. adv. Marc. 4, 14) beati -antes, quia ridebunt (cod. 2 qui nunc -ant, *Vulg.* qui ... fletis). AVG. civ. 3, 11 p. 108, 30 luctum et cladem Apollinem (*i. simulacrum eius*) significasse -antem. INSCR. Année Épigr. 1930 n. 68 (*in tabula lusoria*) ⟨vi⟩nces, gaudes; ... perdis, -as (*scrib.* plob-). *al.*

b *accedunt additamenta selecta, quibus indicatur*: **α** *quomodo vel quantum quis -et*: Ⓘ *varia*: OV. ars 3, 292 *puellae* quōque volunt -ant tempore quōque modo. SEN. apocol. 12, 2 *in funere Claudii* causidici -bant, sed plane ex animo. VET. LAT. gen. 21, 16 (Aug. quaest. hept. 1, 54. *al.*) exclamans ... puer -vit ([*Vulg.* flevit, *sc. mater*]. VVLG. Iob 2, 12. *cf.* VET. LAT. Iac. 5, 1 [cod. 66 = VVLG.] -ate ululantes). *al.* Ⓘⓘ *adv.* (*adde p. 2446, 37 et cf. p. 2446, 7. 29*): CELS. 2, 7, 3 *si puer aeger* -at ... adsidue *eqs.* VET. LAT. Matth. 26, 75 (cod. 11. *al.* = VVLG.) *Petrus* -vit amare ([cod. 4. *al.* amarissime]. OPTAT. 3, 2, 1 VITAE patr. 5, 3, 11). IREN. 1, 9, 4 (*ex Hom. Ω 328 πολλ' ὀλοφυρόμενοι* [*οἴκτῳ' ὀλ. Iren. gr.*]) -antes multum (AMBR. paenit. 2, 10, 94). HIST. Apoll. rec. A 25 l. 19 fortiter. ⓘⓘⓘ *abl. instr.*: EPIST. imp. Hadr. dig. 29, 5, 1, 28 potuisse ... ancillam *dominae suae* auxilium ... ferre ... voce -antem (VET. LAT. IV Esdr. 12, 45 v. magna [*cf.* 9, 38 cum v. m.]). VET. LAT. Esth. 4, 9 ploratione (*v. p. 2443, 34; cf.* ploratu *p. 2443, 74*). VVLG. Mich. 1, 10 lacrimis ne -etis (*cf. p. 2446, 54*).

β *apud quem quis -et* (*c. respectu lacrimarum in aliquem cadentium* OV.): TIB. 2, 5, 103 ferus ille suae -bit *puellae* (*nisi iungenda sola* ferus ... suae [*cf. Murgatroyd, comm. 1994, ad l.*]. *item per dat.*: PORPH. Hor. epod. 11, 11–12 ['applorans tibi'] querebar tibi -ans). OV. ars 3, 242 *ancilla* -at in invisas ... comas *dominae.* QVINT. decl. 343, 2 apud iudices. VET. LAT. gen. 45, 14 (cod. 100) *Ioseph* -vit super eum *Beniamin* et Beniamin -vit s. collum ipsius ([*Vulg.* flevit ... flente]. 45, 15 [*ibid.*] s. eos *fratres* [VVLG. s. singulos]. VVLG. Tob. 7, 6 s. collum eius. *cf. p. 2446, 4*). iud. 14, 16 (*ibid.*) ⌞et -vit⌟ (expl- *cod.*) mulier Samson ad eum ([*Vulg.* fundebat apud S. lacrimas]. 14, 17 [*ibid.; Vulg.* flebat apud eum]. AVG. conf. 4, 5, 10 ad aures tuas. *al.*). VVLG. deut. 1, 45 coram domino. *al.*

c *accedit obi. int.* (*sc. quo significantur questus, lacrimae, affectus; cf. p. 2446, 54*): POMPON. Atell. 120 non est hoc merum, quod hic -at. PERS. 1, 91 verum nec nocte paratum -bit, qui me volet incurvasse querella. PAVL. NOL. 23, 255 talia dum -at (*finito sermone, ante quem 200* querellam). DRAC. Orest. 63 vultus gaudia -ant (VEN. FORT. Mart. 4, 50). VEN. FORT. carm. 6, 5, 158 -ta ... unda *lacrimarum.*

2 *indicatur causa -andi, sc. quid lugeatur, defleatur, vel cuius rei pigeat, paeniteat, misereat sim.*: **a** *vario modo*: **α** *per adv. interrog.* quid (*sc. ubique* q. -as?): PLAVT. Curc. 520 (*sim.* Rud. 557) q., stulta, -as? NOVIVS Atell. 113 q. -as, pater? VET. LAT. Ioh. 20, 13 (cod. 2. *al. et* VVLG.). VITAE patr. 5, 8, 1. *al.* **β** *per praedic. subiecti*: OV. epist. 5, 75 Helene doleat ⌞deserta⌟que coniuge -et (⌞ ⌟ defecta *var. l.*). PERS. 5, 168 censen, -bit ... relicta *puella*? MART. 4, 48, 1 *v. p. 1205, 17* (*opp.* gaudes). **γ** *per casus: abl.* (*hucine p. 2445, 26?*): MART. 11, 50, 3 -at speculo ... ancilla relicto. IVV. 6, 272 *nupta* ficta paelice -at. *dat.*: VVLG. Ier. 48, 32 de planctu Iazer -bo tibi, vinea Sobema. **δ** *per praepos.*: VET. LAT. iud. 11, 37 (cod. 100; *loq. filia Iepthae*) -bo super virginalia mea ([*Vulg.* plangam virginitatem meam]. Sirach 22, 10 *bis* [supra *var. l.*]. IREN. 1, 20, 2 s. eam *Hierusalem* [*sec. Luc. 19, 41; gr.* δακρῦσαι ἐπ' αὐτήν]. *al.; cf.* VET. LAT. Sirach 22, 11 modicum -a supra mortuum [super *var. l.*]). AVG. serm. 31, 4 de rebus vanis (EPIST. Austras. 7, 8 de perditione tua [deperd- *Gundlach, ut ad l. 1*]).

b *per struct. verbales*: PLAVT. Aul. 308 *avarus* aquam ... -at, quom lavat, profundere (*item inf.*: HOR. carm. 3, 10, 4 me ... obicere ... -res Aquilonibus). HOR. epist. 2, 1, 9 *Romulus Bacchusque* -vere suis non respondere favorem speratum meritis (SCHOL. doluerunt. *item acc. c. inf.*: PROP. 2, 23, 18. PEREGR. Aeth. 37, 7 *Christum* ea passum fuisse). AVG. serm. 31, 4 -at alius damnum suum ..., alius, quod amiserit mortuum aliquem.

c *per obi. acc.* (*vel subi. in structura pass.; cf.* PRISC. gramm. III 275, 18 lugeo te, -o ..., queror te. 487, 28 -o et -or): **α** *accedente part. praedic.*: LYDIA 36 (*de animalibus*) *femina* interpellatos numquam -vit amores (*cf. l. 25*). HOR. epist. 1, 17, 54 cistam effractam et subducta viatica. IVV. 13, 134 -atur lacrimis amissa pecunia veris. 15, 134 pupillum ad iura vocantem circumscriptorem. PASS. Thom. 42 te ... amentem effectam.

β *cetera exempla*: Ⓘ *-antur animantes (fere homines; avis l. 31 sq.): mortui* (*cf. e. g. l. 48. p. 2445, 20 sqq.*): LYDIA 72 Aurora novos ... -vit amores (*i. Orionem occisum*). HOR. carm. 2, 9, 14 non ... -vit omnīs Antilochum *Nestor* senex annos (*17* flevere). 3, 3, 68 uxor capta virum puerosque -et (MART. 4, 58, 2 [*1* luges]). 4, 2, 22 OV. am. 3, 9, 1. ars 1, 75 Veneri -tus Adonis (*inde* AVSON. 27, 13 [393 S.], 43 -andus). PETRON. 42, 6 planctus est optime ..., etiam si maligne illum -vit uxor. 54, 1 mortuum -are. STAT. Theb. 8, 196 diu -bere Delphis, *Amphiarae. al.* MART. 7, 14, 3 quales *delicias* ... -vit amica Catulli Lesbia (*cf.* 14, 77, 2 qualem *avem* ... Lesbia -bat). *al. quilibet miseri* (*c. pron. refl. l. 34. 38*): VET. LAT. psalm. 77, 64 (cod. 300. *al.* = VVLG.) viduae ... non -buntur. Luc. 23, 28 (cod. 5; *loq. Christus*) filiae Hierusalem, nolite plangere me ..., sed vos -ate et filios vestros (cod. 6 nolite super me -are sed super vos -ate *eqs.; 3. al. et Vulg.* nolite flere ..., flete). AVG. serm. 31, 4 iustus ... -at veraciter -antes steriliter; -at -antes, -at ridentes. PASS. Torp. (BHL 8307) 8 se -ans (se *abundare putat Compernass, Glotta 8, 1917, 108 sq.; fere 'peccata sua' intellegit Salonius, Vitae patrum, 1920, 274*). Ⓘⓘ *-antur res*: HOR. epod. 17, 81 -em artis in te nil agentis exitus? (exitum *var. l.*; PORPH. flebo). carm. 3, 27, 38 turpe commissum. PROP. 4, 3, 26 *ne* dentibus ulla puella det mihi *uxori tuae* -andas per tua colla notas. PETRON. 75, 9 etiamnum -as? iam curabo fatum tuum -es (*cf. 75, 2* flens). STAT. Theb. 1, 44 -anda ... bella *Parthenopaei.* silv. 5, 3, 164 Veneri -ta domus (*i. Pompeii obruti*). Ach. 1, 241 sperata diu ... conubia. QVINT. inst. 6, 1, 29 aliena mala. IVV. 14, 150 talia *mala.* VET. LAT. lev. 10, 6 (cod. 100. *al.*) -bunt incendium, quo incensi sunt a deo *filii Aaron* (*Vulg.* plangant). *al.* *fere pro mortuis positae*: OV. fast. 4, 856 -to subdita flamma rogo est *Remi.* HIER. epist. 39, 1, 1 -bo *mortuae* sanctitatem, misericordiam *eqs.*

B *-ant res* (*sc. per prosopop.*): **1** *variae*: CE 1073, 3 (*saec. I*) *filios mortuos* aetas sua -at: bis senos annos non habuere supra. VICTORIN. Christ. 102 *Christo mortuo* luctum flumina -ant. **2** *arbores, fructus sim.*: AVG. conf. 3, 10, 18 ut *stulte* crederem ficum -are, cum decerpitur, et matrem eius arborem lacrimis lacteis. DRAC. laud. dei 1, 324 balsama Caesareos -ant virgulta per agros (*cf. 325* lacrimae. *alludi vid. ad maerorem propter servitutem Iudaeae, v. Vollmer ad l.*).

part. praes. plōrāns *pro subst. masc. l. 37. p. 2445, 6. 32; gerund.* plōrandus *pro adi. l. 44* (*pro subst. neutr.* GREG. M. in euang. 34, 15 ut qui peccata deplorat, -anda minime committat).

p. p. p. **plōrātus,** -a, -um *pro adi., sc. tropice de cupresso, tamquam ploretur ipsa arbor, ad quam plorant maerentes, ita ut vergat in vim q. e. lugubris, feralis* (*vix huc pertinet l. 48*): STAT. Theb. 4, 461 (*sacra parantur inferis*) frontes *ararum* ... cupressus intexit -a ([SCHOL. luctibus apta]. silv. 5, 5, 30).

deriv.: plorabilis, plorabundus, ploratio, plorator, 2. ploratus (-ūs).

compos.: ap-, com-, de-, exploro (*v. p. 2444, 24*), imploro (*in tmesi* endoque plorato *Fest. p. 309*), oppIoro; *cf.* perploro. *Pieroni.*

plōs- *v.* plaus-.

plotta, (-ae *f.?*). [*sunt quibus placeat* plota (< πλωτή) t *geminatam accepisse ad exemplar vocis q. e.* *plattus (*v. p. 2361, 4*); *aliter Moutsos, Glotta 61, 1983, 102. cf. etiam* fluta *vol. VI 1, 977, 17; Walde-Hofmann I 521. Fo.*] [*langob.* piota, *raet. occ.* plotra, *dial. it.* piòtta. *cf. M.-L. 6607. Battisti-Alessio IV 2936. C. S.*] *genus piscis*: POL. SILV. chron. I p. 544, 19 (*inter nomina* natancium) rottas. -a. ricinus *eqs.*

plōtus *v.* plautus.

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**ploum** Raeti PLIN. nat. 18, 172 *e coni. dub. pro* plaumorati *p. 2366, 27.* [*coni. Baist, Arch. Lat. Lex. 3, 1886, 285, vocem agnoscens romanicam et germanicam 'aratrum' significantem; cf. theod.* Pflug. *Fo.*] [*hic illic in Italia tantum, e. g. langob.* pyo. *deriv.: histr.* pyuveina, *raet. or. vet.* pluine, *langob. vet.* piovana *'agri mensura'. cf. M.-L. 6609* (plovum). *Battisti-Alessio IV 2937. C. S.*]

plovo *v.* pluo. **plour-** *v. vol. VIII 1606, 58. 1607, 18.*

ploxenum (-xin-*?*), -ī *n.* (*nisi* -nus, -nī *m.*). [*et forma vocis et sensus suadere possint, ut eam cum radice* *plek *coniungas (v. p. 2394, 60); sed neque ratio vocis formandae convenit linguae lat., neque e linguis celticis, unde derivantur voces lat. complures ad vehicula construenda pertinentes, origo eius adhuc satis explicari potuit. Fo.*] *scribitur in codd.* QVINT. -xen-, FESTI (*F*) -xin-, CATVLLI -x(o)n- *vel* -xom-. [*e coni. dub.* VERG. catal. 10, 22 paterna lora ⌞-i⌟que pectinem (⌞ ⌟ *Garrod,* proximi *codd.,* buxinum *Salmasius, alii alia*).]

i. q. capsus cisii, essedi sim. (*sic* FEST. p. 230 -um appellari ait Catullus capsum in cisio capsa⟨m⟩ve. *plaustrum stercorarium intellegit Whatmough, Poetic ... Forms of Discourse, 1956, 48sq.*): CATVLL. 97, 6 hoc *os* ... gingivas ... -i[o] habet veteris (*huc spectant* FEST. *supra et* QVINT. inst. 1, 5, 8 [*exemplum barbarismi*] Catullus '-um' circa Padum invenit).

plub- *v.* plumb- *vel* pluv-.

[pluenta: *ῥεύματα* GLOSS. III 460, 19 *pro* fluenta, *ut vid. coll. vol. VI 1, 949, 29.*]

pluit *v.* pluo. **[pluito,** -āre *v. p. 2472, 15.*] *Bl.*

plūma, -ae *f.* [*quomodo vox primitus pronuntiata sit, nescimus; incerta igitur est origo, cum fieri possit, ut in media voce vocales mutatae sint et perierint consonantes. sunt autem qui putent radicem priscam* *plŭs- *subesse vocibus quibusdam, ut theod.* Flaus, Vlies, *lithuan.* plùskos; *an ergo* plūma < *plŭs-mā*? v. Pokorny, Indog. etym. Wb. I 838. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 12, 7, 8 -a quasi piluma: nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita -a in avibus. NOT. Tir. 105, 84 -a. *de notione*: GLOSS. -a: *πτίλον, πλουμμίν* (*πλουμμίον Vulcanius*), *πτερόν, μνοῦς. μνούδιον. sim. al.* GLOSS.^{L} I Ansil. PL 344 sq. -is: per -as. per pinnas. *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., VARRONE, CIC., LVCR. *per totam latinitatem. abiit in sermonem gr. πλοῦμος vel -ον. al., cf. H. Hofmann, Die lat. Wörter im Gr., diss. 1989, 332sq. sub vv. πλουμιν, πλοῦμο-.* [*sensu infra sub IA illustrato e. g. it. et sard. centr.* piuma, *raet. occ.* plüma; *abiit in theod. med.* phlûme, *rec.* Flaum. *sensu recentiore sub IB illustrato substitutum pro* pinna *in pedem.* pyüma, *raet. centr.* pluma, *occ.* plémma, *francog.* plume, *prov.* pluma, *cat.* ploma, *hisp.* pluma (*e dial. quadam*), *dial. hisp.* pruma (*e. g. Salmanticae*); *abiit in linguas celt., e. g. hibern. med.* clum, *cambr.* plu, *aremor. med.* pluff, *rec.* plu, *et Vascorum* luma. *cf. M.-L. 6610a. Battisti-Alessio IV 2959. Wartburg IX 83. Corominas*^{2} *IV 583. C. S.*] [*trad. loco corrupto* VESPA 91; *vix recte legitur* PETR. CHRYS. serm. 179, 5 nec turbine minarum nec blandimentorum ⌞-is⌟ *eqs.* (moenis *cod. alter; an* pluviis*?*).]

fere i. q. πτίλον vel πτερόν: **I** *proprie spectat ad tegimen corporis animantium volantium* (*addidimus imagines l. 68. p. 2448, 48. 2449, 72 et usum fere meton. p. 2449, 9; de Cycno sidere v. p. 2448, 49*):

A *strictius respicitur tegimen vel totius corporis vel magnae partis* (*-a tegit e. g.* caput *p. 2448, 28. 36,* collum *p. 2448, 8. 53sq. al.,* femur *p. 2448, 19,* tergum *p. 2448, 53. 2449, 4* [*accedit etiam* pectora], *invenitur etiam* sub alis *p. 2448, 28 [cf. adi.* subalaris *p. 2449, 28], rarius in* cauda [*v. p. 2448, 58; fort. ἀπὸ κοινοῦ p. 2448, 8. 53; disting.* pinnae *caudarum* COLVM. 8, 2, 10]). *accedunt adi., quibus significatur tenuitas, mollitia sim., sc.* lĕvis *p. 2449, 5. 29* (*cf. l. 70 nec non p. 2450, 1*), mollis *p. 2448, 61. 72. 2449, 15* (*cf. l. 73*), tenuis *p. 2448, 3. 64. 2449, 31; color p. 2449, 1 et sub p. 2448, 49sqq. (cf. p. 2449, 6); genus avium p. 2448, 7. 2449, 54. de ratione inter voces q. s.* -a *et* pinna *intercedente v. p. 1085, 9sqq., quibus addere licet p. 1090, 32 et infra p. 2449, 56. de usu numerorum: sing. collect. significat vel tegimen corporis (v. p. 2448, 20sqq. et e. g. p. 2448, 2sqq. 49. 53; plur. eodem sensu p. 2448, 13sqq. et e. g. l. 73. p. 2448, 50. 57) vel materiam ex avibus decerptam (v. p. 2449, 9. 13. 53sqq. al.; plur. eodem sensu p. 2449, 11sq. 15. 29); sing. vel plur. de singulis particulis tegiminis p. 2448, 33sqq. et e. g. l. 68. p. 2449, 41sqq.*

1 *quaelibet exempla; pertinet ad*: **a** *aves* (*in imag. de homine p. 2448, 48; animantes in aves mutatos v. sub bβ*): **α** *in locut.* -a haud interest, *i. ne minimum quidem* (*ponitur quasi res levissima, nullius momenti*): PLAVT. Most. 407 -a h. i., patronus an cliens probior siet.

β *in comparationibus*: Ⓘ quam -a *vel abl. compar.* -ā, -īs: PLAVT. Men. 488 homo levior quam -a, pessume et nequissume (Poen. 812 si quid bene facias, l. -a est gratia *divitum*; si quid peccatumst, plumbeas iras gerunt). CIC. Att. 8, 15, 2 *consules* -a aut folio facilius moventur. OV. met. 13, 796 *Galatea* mollior ... cycni -is (PETRON. 127, 8 bracchiis m. -a. PLIN. nat. 8, 109 m. -a pilus). Ⓘ *variae formae; comparantur: vestimenta hominum vel equorum* (*sc. militaria; cf. IIC*): SALL. hist. frg. 4, 65 *equorum* operimenta ... linteo ⌞ferreas laminas⌟ (*Thilo*; ferreis laminis *trad.*) in modum -ae adnexuerant (AMM. 24, 4, 15 in m. tenuis -ae). VERG. Aen. 11, 771 quem *equum* pellis aënis ⌞in -am⌟ squamis auro conserta tegebat (⌞ ⌟ *i. 'in formam -ae', cf. vol. VII 1, 761, 43; alii locum ad IIC trahunt, cf.* SERV. auct. *p. 2450, 15*). AMM. 17, 12, 2 loricae ex cornibus ... -arum specie linteis indumentis innexae. *quaelibet*: OV. trist. 4, 8, 1 mea cycneas imitantur tempora -as. PLIN. nat. 37, 72 *smaragdi* virentium in caudis pavonum columbarumque e collo -is similiter ad inclinationem magis aut minus lucidi. MART. 8, 64, 8 licebit ... vincas mollitia tremente -as. MARCELL. med. 30, 24 cucurbitae silvaticae interiores partes aridas, quae quasi -a sunt (*vix ad II*).

c *proverbialiter vel in imagine* (*in interpr. allegorica l. 29. 32*): PETRON. 43, 7 in manu illius -um aurum fiebat. AMM. 27, 11, 6 (*de viro implacabili*) aures eius non cera (*cf. Hom. μ 48*), sed ⟨-o⟩ videbantur obstructae (⟨ ⟩ *sic vel* -is *edd.*, pluribus *trad.*). *in sacris script. et apud Christianos fere c. respectu peccatorum*: HIER. in Zach. 4, 8 l. 215 (*ad 4, 10* lapidem stanneum) quod *corpus domini* nullis peccatorum fuerit maculis sordidatum, nec -um vocetur, sed stannum purissimum. VVLG. Ezech. 22, 20 ego *deus* congregabo vos ... congregatione argenti ... et -i in medium fornacis, ut succendam ... ignem ad conflandum. AVG. in psalm. 51, 11 naufragium fugis, et -um amplecteris. EVCHER. form. 7 l. 932 -um, pondera peccatorum (*affert* Zach. 5, 7). EVSEB. GALLIC. hom. 6, 6 l. 132 stagnum vel -um diversarum passionum, quae aurum divinae imaginis adulteraverant. GREG. M. moral. 14, 63 (*saepius*). *al.*

3 *appendicula iuncturarum selectarum ad IA* (-um nigrum, argentarium *v. p. 2455, 2 sq.*): **a** *accedunt adi. vel partic., quibus describitur status -i*: VERG. Aen. 9, 588 liquefacto (INTERPR. Cod. Theod. 9, 24, 1. *cf.* HOR. carm. 1, 35, 20 liquidum [PRVD. ham. 824]. VAL. MAX. 9, 4, 3 liquato. COD. Theod. 9, 24, 1, 1 liquentis). CELS. 5, 1 combustum (5, 18, 11. *al., v. p. 2456, 17; cf.* PLIN. nat. 34, 169 ustum [MARCELL. med. 11, 137. GLOSS. *μολίβδη κεκαυμένη. al.*]. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 197 exustum). 5, 18, 27 eloti (5, 26, 36[B]. *al.; cf.* MARCELL. med. 8, 14 loti [CAEL. AVR. acut. 2, 37, 197]). *al.* **b** *pendet gen.* -i *ex subst. selectis*: LVCIL. 1192 -i ... rodus (APVL. Socr. 10 p. 142). CELS. 5, 15 recrementum (*al. apud eundem*). SCRIB. LARG. 48 stercus. PLIN. nat. 30, 107 squamis. 33, 95 vena -i, galenam vocant. 34, 168 scobem (PLIN. med. 2, 20, 2). 34, 170 lotura (DIOSC. 5, 106 p. 209, 6, *v. vol. VII 2, 1037, 74*). 34, 171 scoria (34, 174). SORAN. p. 41, 6 pulvere -i usti (GLOSS. III 581, 25 cerossa i. simicium [*i. ψιμύθιον*] sive pulver -i. 584, 59 [*v. vol. VIII 1389, 72*]). GLOSS. cindra. combustio. flos (*v. vol. III 1061, 56. 1762, 37 sq. VI 1, 932, 82*). *al.*

B *usu deflexo i. q. κασσίτερος, sc. ea materia, quam nos* Sn *notamus, vel metalla, quorum magna pars haec est* (*cf. p. 2454, 70 et* PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 364, 24 cassiteris [*v. vol. III 519, 12 sqq.*] id est -i albi. *appellatur saepius* -um album; -um candidum PLIN. nat. 4, 104. 34, 160 [*inde* ISID. orig. 16, 22, 1]; *sed* -um *nude ponitur hic illic sub 2*): **1** *respicitur usus vel experimentum* (*cf. p. 2456, 68 sq.*): LVCR. 6, 1079 aeri (aera *trad.*) ... ⟨aes⟩ -o fit uti iungatur ab albo. CELS. 5, 26, 36[A] deligari super (*i. in cicatrice*) album -um oportet. PLIN. nat. 34, 160 adulteratur stagnum addita aeris candidi tertia portione in -um album. 34, 163 -i albi experimentum in charta est, ut liquefactum pondere videatur ... rupisse. *al.* **2** *respicitur origo, inventio sim.*: CAES. Gall. 5, 12, 5 nascitur ... -um album in mediterraneis regionibus *Britanniae.* MELA 3, 47 in Celticis aliquot sunt *insulae,* quas, quia -o abundant, ... Cassiteridas appellant (*inde* PLIN. nat. 4, 119 insulae Cassiterides dictae Graecis a fertilitate -i [*pendet* SOL. 23, 10]). PLIN. nat. 4, 104 in qua *insula* candidum -um proveniat. 7, 197 -um ex Cassiteride insula primus adportavit Midacritus (*cf. p. 2454, 71 sq.*). 34, 157 *calculi* conflati ... in -um album resolvuntur (*inde* ISID. orig. 16, 22, 1).

II *transfertur ad quendam morbum oculorum* (*sc. potius de sensu sub IA illustrato; cf.* GLOSS. -um in oculis: macula coloris plumbei. *sim. al.*): PLIN. nat. 25, 155 (*antea p. 2451, 59*) hac *herba* commanducata si oculus subinde lingatur, -um, quod est genus vitii, ex oculo tollitur. SER. med. 220 si ... horrendum ducent glaucomata -um. CHIRON 520 de -o in oculo. 539 si equo -um in oculo natum fuerit. MARCELL. med. 8, 137 ad ... -um extenuandum. 8, 139 *intibi rustici* sucus ... -um oculorum eximit.

in figura etym. q. d. -o plumbare *p. 2454, 2.*

deriv.: plumbago, plumbarius, plumbeus, plumbio, plumbiolum, plumbo, plumbosus. *Pieroni.*

plūmella, -ae *f.* *a* pluma *demin.* NOT. Tir. 105, 85 -a. *i. q. culcita plumis referta*: GREG. TVR. vit. patr. 14, 1 *nullos* alios habens tapetes ⟨vel⟩ (*om. pars codd.*) -as aut stragula (*sc. praeter vestimenta, quibus lectus saxeus sterneretur*). 19, 2 (*de matta*) hoc erat ... culcita, hoc -a, hoc erat stragulum. GLOSS. V 545, 5 pulvillum: -a ([pulm- *cod.*]. 630, 63 p.: -a, pluvinum [*i.* pulv-]).

plūmēsco, -ere. *a* pluma. *i. q. plumas assumere vel habere* (*accedit abl. l. 23*): **1** *strictius -unt aves*: PLIN. nat. 10, 149 -it *pullus* (*sc. in ovo; cf. de iam natis*: GREG. M. moral. 19, 48 crescentes filios *ecclesiae* quasi -entes p. [*item in compar.*: 30, 35]. 30, 33 priusquam -endo nigrescant). HIER. interpr. Iob 39, 26 numquid in sapientia tua -it accipiter? (*sim.* VVLG.; *cf. ad l.* PHILIPP. in Iob rec. long. 39 p. 779[C]. GREG. M. moral. 31, 92 sq. [*quater*]). *in imag.*: HIER. in Matth. 24, 28 sancti ..., qui iuxta Esaiam (*40, 31*) -unt et adsumunt alas, ut ad Christi veniant passionem. AVG. conf. 4, 16, 31 ut *parvuli* in nido ecclesiae tuae tuti -rent et alas caritatis ... nutrirent. **2** *laxius -unt bombyces, qui alas assumunt* (*sc. molles et ad volandum aptas; cf. fort. p. 2448, 69*): EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 5 Indiacum vermem ... membranis mollioribus ... -entem aligerum reddi (*cf. gr. πετάλοις ὑποπτεροῦται*).

plūmeus, -a, -um. *a* pluma. [*trad. loco dubio* ARNOB. nat. 2, 59 p. 134, 3 (*v. supra p. 2450, 23*).]

i. q. ad plumas avium sim. pertinens (audacius l. 49); spectat potius ad ea: **1** *quae e plumis constant*: PLAVT. Bacch. 513 *ne puella* de mea pecunia ramenta fiat -a propensior (plumbea *Non. p. 222, 4*). PLIN. nat. 10, 3 -o apice honestante *caput phoenicis.* MART. 4, 19, 7 -a ... laxi ... pondera follis (*i. pilae lusoriae plumis refertae, cf. 2a et p. 2449, 23; alii follem aëre impletum esse credunt, ut levitatis causa plumis comparetur, cf. 3*). APVL. met. 10, 34, 4 lectus ... -a congerie tumidus.

2 *quae plumis sunt instructa, sc.*: **a** *referta* (*de culcitis, lectis sim.; cf. l. 33*): VARRO Men. 448 in testudineo lecto culcita -a ... dormire (CIC. Tusc. 3, 46). OV. met. 11, 611 torus est ... -us ..., quo cubat *Somnus* (*cf.* ZENO 2, 4, 9 *caro* tumentis ... tori -o sepulcro superba). AMM. 28, 1, 47 fulcro. PETR. CHRYS. serm. 124, 2 simmate (*i. sigmate*). DRAC. Orest. 140 stramina. **b** *operta, ornata* (*de avibus earumve corporibus*): MANIL. 1, 340 *Iuppiter in cycnum conversus* terga ... subiecit -a Ledae. 5, 366 (*de sidere*) -us in caelum nitidis Olor evolat alis. PLIN. nat. 10, 68 auribus -is eminentibus (*sc. oti, cf. p. 2448, 44*). STAT. Theb. 3, 515 -a (plurima *var. l.*) pectora caedunt *dirae volucres.* IVVENC. 2, 818 -a turba (*sc. aves; cf.* DRAC. laud. dei 1, 242 gens -a. GLOSS.[L] I Ansil. PL 343 -a: avium multitudines). PRVD. ham. 295 (*respic. ars plumatoria*) *virum* avium ... versicolorum indumenta novis texentem -a telis. ANTH. 132, 6 -a membra *caponis Phasiani.* *inde, ni fallimur, per enallagen de eis, quae ad ipsas aves pertinent*: ZENO 1, 34, 9 *Ninevitae non* per varios avium volatus ... statum -ae salutis inquirunt (*i. salutis, quae ex avibus cognoscitur?*).

3 *quae vario respectu plumis similia sunt*: APVL. met. 3, 14, 2 tuam, *i. ancillae,* -am lacteamque ... cutem (*c. respectu mollitiae ut*: SERV. ecl. 2, 50 'mollia *vaccinia*' ... tactus -i scilicet). ARNOB. nat. 2, 58 p. 133, 9 potestis ... monstrare, quid nivem in -as subaperiat crustulas? (*i. speciem plumarum praebentes; cf. p. 2450, 22*).

plūmiger, -a, -um. *a* pluma *et* gerere. *i. q. plumas gerens* (*sc. de avibus*): PLIN. nat. 10, 53 *anseres* velluntur ... bis anno, rursus -i vestiuntur. PRVD. cath. 3, 44 inlita glutine ... vimina -am seriem inpediunt. CASSIOD. var. 2, 19, 3 accipitrem vitam ⟨-um⟩ (*gen. plur.*) avium persequentem.

plūminus *contrahitur e* plūs minus TAB. Albertini 3, 9, *cf. Väänänen, Études sur ... Tab. Albertini, 1965, 30.*

plūmipeda, *acc. pl.* -ās, *m. vel f.* *a* pluma *et* pes. *i. q. animans in pedibus plumas gerens*: CATVLL. 58[a], 5 (*enumeratis hominibus et equis celerrimis*) adde huc -as volatilesque (*cf. 3* pinnipes ... Perseus. *ex var. l.* -pedes *ab edd. vet. praelata faciunt lexica nonnulla nom. sing.* plumipes).

plūmo *v.* plumatus.

plūmōsus, -a, -um. *a* pluma. *i. q. contectus plumis rebusve similibus; spectat ad*: **1** *plumas avium* (*per enallagen* PROP.): PROP. 4, 2, 34 -o ... aucupio. EPICED. Drusi 109 -a novis plangentes pectora pennis *Meleagrides aves factae.* **2** *lanuginem foliorum*: PLIN. nat. 25, 65 nigris ... -isque *foliis eupatoriae.* 27, 59 folia lactucae longiora, -a.

plūmula, -ae *f.* *a* pluma *demin.* *i. q. parva pluma*: **1** *translate de quadam structura* (*cf. p. 2450, 6*): VARRO rust. 3, 5, 11

[M[c]Gowan]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*describitur ornithon*) ad haec, *sc. accedit,* ita ut ... descripta sit ambulatio ab ornithone, ⌊-a⌋, in qua media sunt caveae (⌊ ⌋ *alii alia coni., sed v. Flach, ed. 2002, 20sq. 223; vix recte instrumentum scribendi, sc. abl.* -ā *post* sit *transposito, intellexit Fuchs, Röm. Mitteil. 69, 1962, 99 adn. 20*).

2 *proprie* (*sc. plur.; spectat ad aves praeter l. 9*): COLVM. 8, 5, 19 *pullorum* -ae ... sub cauda clunibus detrahendae *sunt.* APVL. flor. 12, 1 color psittaco viridis et intimis -is et extimis palmulis. met. 3, 21, 5 molles -ae (*v. p. 1098, 48; disting.* pinnulae *ut* 3, 24, 3, *v. p. 1098, 51*). 5, 22, 6 extimae -ae tenellae ac delicatae *in alis Cupidinis.* PELAGON. 18 ciconiam, quae adhuc non stat, sed tamen quae iam -as habet (*inde Veg. mulom. 1, 17, 15* plumas habentem). *M°Gowan.*

elleborum id est **plumundāria** GLOSS. III 538, 59. *obscurum.*

⊠**pluo,** -ī (-vī), -itūrus, -ere. [*praes.* pluit *verisimile est prodisse e verbis compositis extenuata vocali praeditis ut e. g.* im-pluit (*v. Leumann, Gramm. 1977, 135. 562*); *vetustior est stirps praes.* plov-e- (*v. l. 24sqq.*) < *indogerm.* *pleu̯-e-, *quod subest etiam ind. vet.* plávate, *gr.* πλέ(*F*)ω, *slav. vet.* plovǫ; *v. Lex. der idg. Verben,* ²*2001, s. v.* *pleu̯-. *verba cognata praecipue i. q. natare, navigare significantia ad motum pertinent; notionem movendi et eam q. e. madere,* βρέχειν *esse inter se connexas apparet e. g. e verbis theod.* schwimmen (der Boden schwimmt von Wasser), fließen (die Nase fließt), rinnen, *sim. al.; notionem vetustiorem exhibet* pateram per-plovere (*v. p. 1653, 47*) 'das Gefäß rinne'. *Fo.*] *scribitur* plo- *l. 24 et hic illic in codd. rec.; litteris gr. l. 26sq.* NOT. Tir. 114, 15 -it.

de formis: 1)stirpis praes.: pluv-, plov- *trad. cod. M saec. V* VERG. Aen. 10, 807, *in recc.* PETRON. 44, 18 (plov-). GLOSS. III 347, 39 -vit: βρέχει. DIFF. Suet. p. 314, 13; *litt. gr.* GLOSS. biling. II 3, 30 sqq. βρέχε⟨ι⟩: πλ⟨οο⟩νετ. βρέχεις: πλοουες. βρέχω: πλο⟨ο⟩νω. *2)stirpis perf.: act.* plu- *testantur* VARRO *et* CONSENT. *l. 50sq., trad. in codd. vet.* LIV. 23, 31, 15 (*P*). 45, 16, 5 (*V*). VET. LAT. gen. 19, 24 (cod. 100. *al.*). psalm. 77, 24 (cod. 300. *al.*). Luc. 17, 29 (cod. 13. *al.*), *in recc. saepe, e. g.* PLAVT. Men. 63 (*cf. l. 53*). LIV. 3, 10, 6. VET. LAT. gen. 2, 5 (Iren. 3, 21, 10. *al.*); pluv- *testatur* PRISC. gramm. II 503, 14 (*afferens* LIV. 1, 31, 1 [-isse *codd.*]. 21, 62, 5. 22, 36, 7. 24, 10, 7; *v. et l. 38; praevalent inf. et coni. plusquamperf.*), *trad. in codd. vet.* LIV. 21, 62, 5 (*P ut* 21, 62, 6. 22, 36, 7. *al.*). 42, 20, 5 (*bis; V ut* 43, 13, 5), *in recc. raro, e. g.* VET. LAT. Am. 4, 7 (Iulian. in Iob 37, 12); *part. fut.* -iturus AVG. loc. hept. 2, 81. *pass.*, *v. infra sub IB et ad II* (*p. p. p.* plutum *in falsa var. l.* LIV. 30, 38, 8; *cf.* PRISC. gramm. II 505, 21 a ... -o secundum analogiam ... '-utum' a '-vi' ... *debet* facere, sed in usu *id* ... non inveni). *fort. praes. ad coniug. secund. transiit in codd. vet., nisi subest error scribae* (*cf. Lundström, Neue Stud. zur lat. Irenäusübers., 1948, 35sq.*): VET. LAT. Matth. 5, 45 -et (cod. 3. *al., item Z* VVLG., *sed* -it *p. 2461, 54*). IREN. 3, 25, 4 (-it *var. l.*). GLOSS. III 73, 72.

de usu impers. et pers.: SERV. Aen. 1, 255 *quaedam verba* carent prima positione ..., ut 'tono', 'fulmino', '-o'; haec enim non possumus dicere, nisi forte ... inducatur *deus.* MART. CAP. 4, 389. PRISC. gramm. II 450, 9 '-it' ... et multa similia ... proprie quidem ad tertiam dicuntur personam, possunt tamen etiam in prima inveniri persona et secunda per poetarum προσωποποιΐας ... vel per responsa dei et per apostrophas *eqs.* *de prosodia: in stirpe praes.* plŭ-, *perf.* plū- *pronuntiandum testatur* VARRO ling. 9, 104 quidam reprehendunt, quod 'pluit' et 'luit' dicamus in praeterito et praesenti tempore *eqs.; sed in utroque tempore syll. priorem corripit* CONSENT. gramm. V 378, 31 sqq. *recte lege sua exceptum afferens* PLAVT. Men. 63 plūerat; *ceterum auctores syllabam corripiunt.*

de notione: CIC. nat. deor. 2, 111 ὕειν ... est -ere (*sim.* TIRO Gell. 13, 9, 4). GLOSS. -o: ὔω. βρέχω. -it: ὕει. βρέχει. *sim. al.* *legitur usu impers. inde a* PLAVTO, CATONE; *usus pers. invenitur singulis vel binis locis apud* VERG., COLVM., STAT., MART., *praevalet fere in script. sacr. et apud auctores christ.* [-ĕre (< plŏvĕre) *ubique servatur, e. g. val.* ploa (*coniug. in* -āre *mutata*), *it.* piovere, *sard. centr.* pióere, *raet. or.* plóvi, *occ.* plover, *francog.* pleuvoir, *prov. vet., cat.* ploure, *prov. rec.* plaure, *hisp.* llover, *port.* chover. *in Gallia sept. pro* plŏvĕre (*e. g. Leodii, Namurci* plur, *Taonni* plœ̀r) *mox substitutum* plŏvḗre. *cf. M.-L. 6610. Battisti-Alessio IV 2936. Wartburg IX 79. Corominas² III 732. C. S.*] [*confunditur in codd. cum* fluere *e. g.* PLAVT. frg. Aur. Fronto p. 26, 7 (*falso tradi vid.* AVG. serm. 25A, 2 l. 88 divitiae si -ant [*ad psalm. 61, 11* d. si affluant]); *falso trad.* SEN. suas. 1, 4 (*pro* circumfluat). CLEDON. gramm. V 56, 1 (-or, *sc. forma pass.*; proelior *Keil in app.*). PRIMAS. apoc. 21, 6 l. 52 (*e voce* compluo *falso divisa; cf. app. crit.* CLAVD. DON. Aen. 8, 405 p. 175, 6); *contextu caret* CIL IV 10088 plui⟨t⟩.]

i. q. ὕειν, βρέχειν (*in gr. respondet plerumque* βρέχειν, *sed* ὕειν *p. 2461, 69, alia p. 2461, 53. 2462, 9. 11. 14*): **I** *usus impers.* (*indicatur, qua in regione vel quem in locum -at, per praepos.* in *p. 2460, 12sqq. 23. al., per locat. p. 2460, 38* [*al., sc. apud* LIV., OBSEQ.], *ceterum per* apud LIV. 37, 3, 3, circa LIV. 23, 31, 15, sub *c. abl. p. 2460, 34,* super *p. 2460, 26sqq.,* ubi *p. 2460, 8; nota dat. p. 2460, 29sq.; unde -at, per* desuper *p. 2460, 59*):

A *formae activae; significatur stillando sim. decidere*: **1** *aquam*: **a** *pluviae, imbris*: PLAVT. Capt. 336 tam hoc quidem tibi in proclivi quam imber est, quando -it. Curc. 132 -et ... hodie. Men. 63 ut multum -erat, *fluvius rapidus hominem abstraxit* (SACR. Greg. 220 tit. oratio, quando m. -it. *sim. indicatur per [acc.] adv., quantum -at*: PETRON. 44, 18 urceatim [*cf. Otto, Sprichw. n. 359*]. SCHOL. Iuv. 6, 491 minutum sive rarum). Rud. 577 si -it. CATO agr. 23, 1 quom -et. 40, 4 *stirpem salicis* obtegito, si -at. 112, 2 ubi -erit et siccaverit, tum deligito *uvas.* 129 *areā bene paratā* cum -erit, lutum non erit (*cf.* VARRO rust. 1, 51, 1 aream esse oportet ... mediam paulo extumidam, ut, si -erit, ... aqua ... defluere possit). 155, 2 in villa, cum -et, circumire oportet, sicubi perpluat ...; cum desierit -ere, uti tegula mutetur. *al.* LVCR. 6, 415 -ere in multis regionibus et cadere imbris. 6, 630 cum -it in terris (VERG. Aen. 10, 807 tuta latet arce viator ..., dum -it in t. [-vit *M man. pr.*; SERV. si iunxeris 'dum -it in t.', erit archaismos; debuit enim dicere 'in terras' *eqs.; sim.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 391, 23 sqq.]. *cf. l. 27*). VARRO ling. 7, 58 ante rorat, quam -it. CIC. top. 38 *ut* Mucius ..., quia coniugata verba essent pluvia et -endo, diceret omnem aquam oportere arceri, quae -endo crevisset. LIV. 40, 29, 2 sex menses nusquam -isse (*cf.* OBSEQ. 6). SEN. nat. 1, 3, 5 *arcus fit* in ea parte *caeli,* in qua iam -it. epist. 86, 11 vehementius. COLVM. 11, 2, 84 III Non. Nov. Fidicula mane exoritur, hiemat et -it. 12, 38, 6. PLIN. nat. 17, 11 circa Vergilias ... -ere inimicissimum viti et oleae. 20, 202 raro -at. 31, 43 in Hyrcanis montibus a meridiano latere non -it. *al.* QVINT. inst. 6, 3, 66 (*bis*). IVV. 7, 179 in qua *porticu* gestetur dominus, quotiens -it. AMPEL. 8, 15. VET. LAT. Iac. 5, 17 (cod. 67. *al., sim.* VVLG.) *Helias* oravit, ut non -ret, et non -it super terram *aliquamdiu* ([*gr.* βρέξαι, ... ἔβρεξεν, cod. 66 in terra; *cf. p. 2461, 41*]. VVLG. III reg. 17, 7). VVLG. III reg. 8, 35 *si* non -erit propter peccata *Israelitarum.* AVG. serm. 180, 2 -it in illo loco? EXPOS. mundi 62 *Libya* non accipit aquam de caelo, non -ente ei per singulos annos. VITAE patr. 5, 12, 14 affligimur ... propter siccitatem, quia nobis non -it; ... deprecamur assidue deum, et non -it; ... statim pluvia descendit (*gr. p. 581 διὰ τὴν ἀβροχίαν, ... οὐ βρέχει*). *al.* **b** *fontis manu facti*: ENNOD. carm. 2, 149, 1 (*de baptisterio quodam*) sine nube -it sub tectis imbre sereno.

2 *materiam quamlibet, sc. contra naturam, per prodigium*: **a** *indicatur, quae materia de caelo cadat*: **α** *per abl.* (*cf. l. 50. 52; hucine p. 2461, 9?*): CIC. div. 2, 58 ⌊sanguine⌋ -isse ... nuntiatum est ([⌊ ⌋ *restit. ed. vet.,* sanguinem *codd.*]. LIV. 24, 10, 7 Romae. 40, 19, 2 [sanguinem *var. l., item* OBSEQ. 6]. *al., v. l. 53; adde* PLIN. *l. 46*). LIV. 1, 31, 1 in monte Albano lapidibus -visse (7, 28, 7. *al.* VAL. MAX. 1, 6, 5. PLIN. nat. 2, 104 [*inde fort.* 1, 2, 42]. OBSEQ. 18. 54 l. testisque. AVG. *l. 49; cf. l. 44. 52*). 3, 10, 6 inter alia prodigia et ⌊carne⌋ -it ([carnem *var. l.*]. PLIN. *l. 46*). 24, 10, 7 creta ... -isse (AVG. *l. 49*). 27, 11, 5 lacte -visse (PLIN. *l. 46.* OBSEQ. 30 oleo et l. *al. apud eundem*). 30, 38, 8 lapideo imbri. 34, 45, 6 terra ... -vit (35, 21, 3 [terram *var. l.*]. *al.* OBSEQ. 27a. AVG. *l. 49; cf. l. 50*). PLIN. nat. 2, 147 lacte et sanguine -isse ... sicut carne ..., item ferro (*ibid.* effigies, ⌊quo⌋ -it, ferri [⌊ ⌋ *Mayhoff,* quae *Beaujeu*]). *ibid.* lana -it ...; lateribus coctis -isse ... relatum est (*inde* 1, 2, 57). AVG. civ. 3, 31 p. 144, 27 cum -it terra, cum -it creta, cum -it lapidibus. **β** *per acc.* (*huc fort. trahas l. 38sq. 42. 45. al.*): LIV. 10, 31, 8 terram (terra *var. l.*) multifariam -visse ... nuntiatum est (*sunt, qui acc. c. inf. usus pers. intellegant, ut*: 28, 27, 16 lapides [lapide *var. l.*] -ere et fulmina iaci de caelo). OBSEQ. 4 in area Concordiae ... sanguinem -it ([*pro abl.* sanguine LIV. 39, 46, 5. 39, 56, 6]. 6 *v. l. 39*).

b *materia e contextu intellegitur* (*fort. huc p. 2461, 11, vix p. 2461, 12*): MELA 2, 78 credas -visse, adeo multi passim et late iacent *lapides* (*ad rem cf. p. 2461, 6. 43*).

B *forma passiva* -itur: APVL. flor. 2, 8 *aquila* spatium, qua -itur et ningitur, *circumtuetur.* AVG. in psalm. 101, serm. 2, 6 l. 29 -itur desuper.

II *usus pers.* (*pass. p. 2461, 10sqq. 18. 2462, 28sqq.; praevalent loci script. sacr. et auctorum Christ.; de pluvia communi p. 2461, 3. 48 et sub A2b, cα, A3a*). *res cadens indicatur per subi. sub A1, per abl. p. 2461, 23. 43. 47 (iuxta acc. ut p. 2462, 5). al., per acc. p. 2461, 25. 27sqq. 34sqq. 44sq. 61sqq. al. et saepius sub B; unde cadat, per subi. sub A2, per praepos.* de *l. 73. p. 2461, 3. 9. 63sq. 2462, 15. al.,* ex *p. 2461, 39, abl. nudo l. 74sqq. (dub. p. 2462, 5); quo, in quem locum, per praepos.* in *c. acc. p. 2461, 40. 67. 2462, 17. 23 (iuxta dat.), c. abl. p. 2461, 27,* super *p. 2461, 2. 29sq. 54sq. al., cf.* ubi *p. 2461, 75 (sim.* unde *p. 2462, 3?); c. dat. commodi p. 2461, 38. 48. 56. 59. 73. 74. 2462, 16. al.*

A *proprie; pro subi. est* (*abl. in struct. pass. p. 2461, 18*): **1** *res deorsum cadens, fluens* (*de liquidis non nisi p. 2461, 3. 7. 15sq.*): **a** *exempla varia*: **α** *act.*: VERG. georg. 4, 81 (*comparatur examen apium*) non densior aëre grando nec de concussa tantum -it ilice glandis ([SERV. 'tantum glandis' erit nominativus]. *sim.* COLVM. 10, 364 *ut* decussā -it arbore nimbus ... glandis). STAT. Theb. 8, 417 fundā saxa -unt. silv. 1,

[Fiedler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 10 bellaria lineā -bant. VET. LAT. Ezech. 38, 22 (cod. 176) ignis et sulphur -et super eum ([*gr.* βρέξω, VVLG. *l. 67*]. Luc. 17, 29 [cod. 13] -it i. de caelo [*cetera v. l. 64 sq.*]). apoc. 11, 6 (cod. 51) ut non -at pluvia (*gr.* ἵνα μὴ ὑετὸς βρέχῃ, *v. l. 34; sim.* HIER. interpr. Iob 38, 26 *quis praeparavit pluviam,* ut ... -at super terram, ... ut satiet invium? [VVLG. ut -ret *imber*]). SOL. 2, 6 *in Liguria Hercule* dimicante creduntur -isse saxa (*cf. l. 43. p. 2460, 56*). SEDVL. op. pasch. 1, 20 -entibus nimbis nectareum manna diffudit *deus* (*nisi ad 2b; cf. p. 2462, 5*). VICTOR. CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 273 ⌊manna⌋ ... de caelo -ere dicitur (⌊ ⌋ *si abl., ad p. 2460, 36 sqq.*).

β *pass.*: AVG. in euang. Ioh. 73, 1 quibus *Israelitis* -batur manna de caelo. DRAC. Romul. 5, 27 tela -untur. EXPOS. mundi rec. D 4 panem ... *alicubi* -i per singulos dies asserunt (*vix pass. impers.*).

b *pendet obi. acc. (subi. in pass. l. 18) significans id, quod -endo*:

α *demittitur* (*sc. quod re congruit subiecto*): PRVD. perist. 10, 1032 (*in taurobolio sanguis defluit in sacerdotem*) inlapsus imber tabidum rorem -it (DRAC. laud. dei 1, 65 [*de imbre sanguineo*] calidas -it i. aquas).

β *irrigatur, ut vergat in notionem q. e. compluere*: DRAC. Romul. 7, 93 -itur tellus sudore *equi.* *huc fort. pertinet*: VEREC. satisfact. 129 condensus ... ⌊diem⌋ -at (fluat *var. l.*) imber flammeus ⌊illum⌋ (*nisi* ⌊ ⌋ *est acc. temp.*).

2 *locus vel res, unde quid decidat* (*quid cadat sim., indicatur per abl. l. 23. 43, acc. l. 25. 27 sqq. 32. 34. 36. 44 sq. 46. 49*): **a** *aedificium*: MART. 3, 47, 1 Capenā grandi portā qua -it guttā. 4, 18, 1 qua vicinā -it Vipsanis porta columnis (*2* adsiduo ... imbre). DRAC. Romul. 2, 23 *Iuppiter* cadat aureus imber, divitias ut tecta -ant.

b *nubes* (*sc. demittentes pluviam*): VET. LAT. Is. 5, 6 (cod. 300. *al.* = VVLG.) nubibus mandabo, ne -ant in illa *vinea* ⌊imbrem⌋ ([*gr.* βρέξαι. ⌊ ⌋ cod. 111. *al.* pluviam]. *huc pertinent e. g.* HIER. epist. 120 praef. 3. in psalm. 134 ne -ant super peccatores imbrem. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 12, 2 super nos pluviam). OPTAT. 2, 22, 1 imperate nubilibus '-ite'. DRAC. laud. dei 2, 155 (*intrans.*). DIFF. Suet. p. 314, 14 pluvia est, quam vi ventorum nubes -ere coguntur. *al.*

c *caelum (sol l. 39) demittens*: **α** *pluviam*: VET. LAT. apoc. 11, 6 (Primas. *ad l.*) ne *caelum* imbrem -at (*sine obi.* VVLG. [*nisi ad IA 1*], *cf. l. 3; huc pertinet e. g.* TYCON. in apoc. 357 spiritualiter ... clauditur caelum, ne imbrem -at, idest ne ... benedictionis imber descendat). ARNOB. nat. 1, 10 *mundus* sibimet -it (*sc. non nostri commodi habens rationem*). AVG. in psalm. 88, serm. 1, 6 sitienti terrae -ant caeli. HIPPOCR. num. sept. 25, 29 *sol* -ens ex nubibus ... pluviis. MAR. VICTOR. aleth. 2, 465 aethere aperto in nubes vacuas caelum -it. CHRON. Alex. chron. I p. 122, 272 oravit Helias, ut non -ret super terram, et non -it caelum per *tempus tantum* (*cf. p. 2460, 26*). *al.* **β** *varias res*: MART. CAP. 6, 642 (*pendet e l. 6*) *in Liguria Hercule* dimicante saxis ferunt -isse caelum. PETR. CHRYS. serm. 66, 7 caelum ... -ere carnes, rorare panes. ARNOB. IVN. in psalm. 77 l. 31 (*spectat ad num. 11, 7*) tamquam semen coriandri.

d *quidlibet*: PRVD. cath. 3, 79 arbor onus ... suum deciduo gravis ⌊imbre -it⌋ (umbra fluit *al. var. ll.; de abl. cf. p. 2462, 5*). AVG. in psalm. 46, 13 l. 11 non ... terra -it sibi (*postea*: terra de caelo exspectat pluviam). CARM. pass. dom. 43 *caput Christi patientis* -ens vivum super ora cruorem.

3 *deus* (*simulacra l. 58; homo -ere negatur l. 59 sq.*): **a** *demittens pluviam*: VET. LAT. gen. 2, 5 (Iren. 3, 21, 10. *al.* = VVLG.) nondum ... -erat deus super terram (*gr.* ἔβρεξεν). Ier. 14, 22 (cod. 177, *sim.* VVLG.) numquid est in idolis gentium, qui -at? (*gr.* ὑετίζων). Matth. 5, 45 (cod. 4. *al.* = VVLG.) *pater* -it super iustos et iniustos (*gr.* βρέχει. *pendent e. g.* TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 7 deo ... -ente[m] super bonos et malos *eqs.* IREN. 5, 2, 2 quemadmodum vult). ARNOB. nat. 1, 30 Apollo vobis -it, Mercurius vobis -it (*postea*: nullum -endi ius habent). HIER. in Ier. 3, 41, 2 daemonum simulacra non possunt -ere. AVG. in psalm. 66, 1 l. 36 *agricola* -ere vineae suae non potest (*cf.* serm. 47, 10 non tu -isti, ut nascerentur *herbae*). COMM. instr. 1, 6, 10 quis -bat illo *Iove* defuncto? *al.*

b *demittens alias materias, quae indicantur per obi. acc.*:

α *res perniciosas*: VET. LAT. gen. 19, 24 (cod. 100. *al.* = VVLG.) -it dominus super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem a domino de caelo (*gr.* ἔβρεξεν. *in eadem re*: Luc. 17, 29 [cod. 11, *sim.* 6] -it dominus ignem de caelo [*gr.* ἔβρεξεν *sine subi. ut* cod. 3. *al. et* VVLG., *sc. ut de usu impers. cogites? cf. l. 2*]. *pendent e. g.* TERT. adv. Prax. 16 p. 256, 21. PRVD. apoth. 316 dominus flammam -it in Sodomitas. *cf.* VVLG. Ezech. 38, 22 ignem et sulphur -am super eum *populum* [*cf. l. 1*]). exod. 9, 18 (cod. 104. *al., sim.* VVLG.) -am ... grandinem multam nimis (*gr.* ὗω. *in eadem re*: VVLG. exod. 9, 23). LACT. epit. 67, 7 *in iudicio ultimo* -et super impios ignem cum sulphure et grandine. *al.* **β** *cibos (sc. sec. exod. 16, 4 sqq.):* *loci script. sacr.*: VET. LAT. psalm. 77, 24 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) *dominus* manna ... -it illis (*gr.* ἔβρεξεν. *item*: 77, 27 [*ibid. et* VVLG.]). VVLG. exod. 16, 4 ego -am vobis panes de caelo. *huc spectant*: PEREGR. Aeth. 5, 8 ostenderunt ... locum, ubi eis *filiis Israhel* -it ⌊manna et coturnices⌋ (⌊ ⌋ *siquidem nom., ad p. 2460, 49 sqq. trahendum, si acc., ad p. 2460, 72 sqq.*). GAVDENT. serm. 10, 5 ipse -vit mannae cibum *eqs.* PS. PHILO antiq. 19, 10 *deus* ostendit ei *Moysi* locum, unde -it manna populo (*v. Jacobson, comm. 1996, 636 ad l.*). SEDVL. carm. pasc. 1, 228 *deus* ⌊nimbis⌋ manna -it (⌊ ⌋ *estne abl. separ. an abl. formam manna indicans? cf. 2461, 7. 47*). *al.*

B *translate vel in imagine* (*-it deus, Christus praeter l. 18 sqq. 24. 26 sqq.*): **1** *act.*: VET. LAT. Iob 20, 23 (Hier. interpr.) -et super eum dolores (*gr.* νίψαι, VVLG. -at ... bellum suum [*huc spectat e. g.* GREG. M. moral. 15, 29 super ... hypocritam]). psalm. 10, 7 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) dominus -et super peccatores ⌊laqueos⌋ (*gr.* ἐπιβρέξει, *explicat* AVG. in psalm. 10, 10. ⌊ ⌋ *incertum, utrum subsit hebr.* פַּחִם [*cf. Symm.* ἄνθρακας] *an* פַּח [*gr.* παγίς]). II Macc. 8, 27 (recc. B, M) principium misericordiae suae de caelo -ens (*gr.* ⟨σ⟩τάξαντος, *rec. L* destillans, *sim. al.*). AMBR. epist. 8, 54, 1 *dominus* cottidie -it de caelo manna *spiritale* servientibus suis. vid. 3, 18 pluviam illam (*sec. psalm. 71, 6*) verbi rorem esse divini; quae ... -it in vellus, cum *eqs.* HIER. in Hab. 2, 12 l. 499 omnem salsuginem et amaritudinem saeculi, quam terra biberat -ente desuper diabolo. VVLG. Is. 45, 8 rorate caeli desuper et nubes -ant iustum (*pendet* EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Iudam 12 p. 94, 22 n. -entibus iustitiam). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 226, 11 (*spectat ad Is. 5, 6*) iam non 'mandabo nubibus', prophetis, 'ut -ant pluviam' verbi 'super terras'. AVG. conf. 12, 25, 34 -e mihi mitigationes in cor. in psalm. 88, serm. 1, 7 l. 3 hoccine caeli confitebuntur, hoc caeli -ent? (*antea: caeli* intellegantur praedicatores verbi veritatis). 121, 9 l. 21 consolationes. EVCHER. form. 2 l. 143 (*ad Is. 5, 6*) nubes prophetae sive sancti, quia -ant verbum domini (*cf.* verbis -ere [*de prophetis; ad Is. 60, 8*]: GREG. M. in euang. 5, 4 l. 71 in Ezech. 2, 6, 15). *al.* **2** *pass.*: AVG. in psalm. 77, 17 l. 35 (*ad 77, 24*) *Christus* panis per nubes euangelicas universo orbi -itur (*inde, ut vid.,* ISID. expos. in exod. 23, 3).

deriv.: pluor, plutor, pluvius (pluvia).

compos.: com-, de-, im-, per-, repluo. *Fiedler.*

pluor, (-ōris) *m.* *a* pluere (*cf.* fluor, ningor). *i. q. pluvia*: LABER. mim. 59 qui pedem ex taberna tulimus, tantus cum instaret -r (*locum affert Non. p. 220, 34, ut illustretur* pluvia ... masculini *generis*).

plūr- *v. etiam* prur-. **plūra** *v.* multus. *M. H.*

⁂plūrālis, -e. *a* plus, plures. *nom. plur.* -īs *trad.* PLIN. *l. 52.* *de notione* (*cf. p. 2463, 2*): GLOSS. -is: πληθυντικός. *sim. al. legitur apud* PAVL. FEST. *et inde a* PLIN. *mai., maxime apud gramm., praeterea apud scriptores eccl. c. respectu naturae divinae; in versu apud* MAR. VICTOR. *solum* (*trad.* TER. MAVR. *p. 2464, 35*).

i. q. ad plura vel plures pertinens, πληθυντικός (*inde a duobus dici apparet e. g. l. 59. p. 2463, 73*): **I** *in sermone gramm.; respiciuntur fere voces vel formae vocum, quibus plura (plures) significantur* (*in verbis respic. numerus subiecti; aliter sub B 1 a et d; saepissime opp.* singularis):

A *generatim*: **1** *usu adi.* (*sive attrib. sive praedic.; subst. saepe e contextu intellegendum*): **a** *-ia sunt varia* (*sc. fere ipsae voces earumve formae sim., ceterum* comparatio *l. 60,* sonus *l. 62*): PAVL. FEST. p. 84 *'fori'* masculini generis est et -e [est]. p. 92 'furum' genetivus -is a 'fure' (*item c. solo nomine casus*: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 151, 22 quae *nomina* nominativo -i 'ae' syllaba finiuntur. p. 159, 12 [*ex Iulio Modesto*] accusativis -bus. p. 164, 21 quorum nominum gene⟨tivi⟩ -īs ... 'i' litteram merebuntur. *al.* QVINT. inst. 1, 6, 26 VEL. gramm. VII 57, 4. *et saepe*). SCAVR. gramm. VII 33, 2 utrum singularis sit appellatio an -is. POMPON. dig. 50, 16, 122 a singulari casu hoc 'filio' ad -em *'filiis'* videtur transisse (SACERD. gramm. VI 429, 6 praepositiones accusativi c. et singularis et -is. CHAR. gramm. p. 40, 16 -bus c. [*antea*: singulariter]. *et saepius*). VLP. dig. 22, 5, 12 ubi numerus testium non adicitur, etiam duo sufficient; -is enim elocutio duorum numero contenta est. GLOSS. biling. I 2, 111 (*saec. III*) in comparatione -i, ἐν συγκρί⟨σ⟩ει πληθυντικῇ ..., ut 'vobis acutior hic' *eqs.* PROB. inst. gramm. IV 74, 24 singulare et -e nomen (ARVS. gramm. 558. *al.*). 76, 20 haec *nomina* -em sonum facere prohibentur (76, 21. *al. in eodem opere*). CHAR. gramm. p. 34, 3 masculina semper -ia (*sim. e. g.* p. 35, 6 feminina semper -ia. DIOM. gramm. I 327, 25). p. 39, 26 declinatione (p. 41, 5 MART. CAP. 3, 293. *al.*). p. 369, 23 -i verbo (DIOM. gramm. I 444, 31 CONSENT. gramm. V 379, 12. *al.*). DIOM. gramm. I 353, 3 tempore perfecto subiunctivo tam singulari quam -i. MACR. exc. gramm. V 612, 37 prima *persona* -is a prima singulari fit (PRISC. gramm. III 450, 26. *al.*). *al.* **b** numerus -is (*paucissima selecta post* QVINT.; *cf. e. g. p. 2463, 35. 55. 73 nec non 2b*): PLIN. dub. serm. frg. Greg. Tur. vit. patr. praef. p. 212, 22 grammatici -em ⌊n.⌋ (*om. pars codd.*) non putaverunt habere 'vitam'. Char. gramm. p. 157, 12 'es' n. -i finita nomina. QVINT. inst. 1, 5, 42 numeros, in quibus nos singularem ac -em habemus, Graeci et δυϊκόν. 1, 7, 19. 9, 3, 8 est figura ... in numero, ... cum singulari -is subiungitur. VEL. gramm. VII 57, 22 -is ... numeri nominativus casus.

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPER gramm. VII 94, 7 SCAVR. gramm. VII 33, 1. CHAR. gramm. p. 64, 16 in multitudine, hoc est -i n. HIER. epist. 36, 13, 2. *et saepissime.*

2 *pro subst.* (*generis incerti e. g.* -i SACERD. gramm. VI 482, 11 CHAR. gramm. p. 41, 18 SERV. Aen. 7, 98. *et saepe*): **a** *neutr., sc. de formis* (*aliter l. 24. 40 sqq.*): QVINT. inst. 9, 3, 63 *haec figura* singularia -bus miscet. CAPER gramm. VII 99, 3 ('tegus') esse eius -e 'tegora' (*sed cf. l. 14*). 100, 2. CHAR. gramm. p. 40, 9 nomina singulariter tantum monoptota, quae -ia non habent (PRISC. gramm. II 176, 6. III 4, 26. *cf. l. 14*). ASPER gramm. Verg. p. 536, 12 -e ... ponit pro singulari. PRISC. gramm. II 451, 12 ἔτυπτον tam singulare est primae personae quam -e tertiae. ORIG. in Matth. ser. 28 p. 52, 2 (*ad 23, 37*) -ia non debemus omnino referre ad plures, nec enim plures *prophetae occisi sunt. al., maxime apud* PRISC. **b** *masc.* (*sing. praeter l. 19; fere subaudire possis* numerus): CAPER gramm. VII 109, 14 'faex' -em non habet (111, 1 CHAR. gramm. p. 131, 25. *al.*). MAR. VICTORIN. gramm. 4, 62 quomodo singularem discernerent a -i in his: 'res *eqs.*'. DOSITH. gramm. 30, 1 'ἐγώ ego' ..., -is 'ἡμεῖς nos' *eqs.* CHAR. gramm. p. 36, 14 -em *'retia'* facis a nominativo 'rete' (CLEDON. gramm. V 61, 31 *'cedo'* facit ... -em 'cette'. *al.*). AVG. gramm. V 498, 3 quorum *nominum* -es faciles sunt. PRISC. gramm. II 341, 17 in 'ia' desinens -is. *al.*

B *speciatim*: **1** *grammatica selecta; respiciuntur*: **a** *voces forma singulares, quae plures (plura) significant*: QVINT. inst. 1, 5, 16 (*neutr. pro subst.*) 'scala' ... contraque 'hordea' ... non alio vitiosa sunt, quam quod -ia singulariter et singularia pluraliter efferuntur. PROB. inst. gramm. IV 120, 18 sunt nomina positione singularia, intellectu -ia, ut puta 'populus' *eqs.* (DON. gramm. mai. 2, 7 p. 623, 8 DOSITH. gramm. 18. *al.; cf.* PRISC. gramm. II 376, 18 significatione. PS. ASPER gramm. V 550, 6 vi). DON. Ter. Ad. 634, 1 vim -em habet 'aliquis', quamvis singulare videatur. CLEDON. gramm. V 11, 6 positionem ... singularem, intellectum -em. PS. CASSIOD. de orat. p. 1227^{C} 'populus' -em numerum *significat. al.* **b** *voces, quae numero singulari carent (sc. etiamsi singula significant), eove numero improprie proferuntur*: CAPER gramm. VII 94, 20 'bina' ac 'trina' dicenda sunt, quae sunt semper -ia (SACERD. gramm. VI 472, 6 'hi lactes' numero s. -i. CHAR. gramm. p. 181, 33 [*e Romano*] nomina s. -ia. *et saepe*). PROB. inst. gramm. IV 118, 9 nomina ..., quae numeri sint tantum -is (DON. gramm. mai. 2, 10 p. 628, 4 *nomina* t. -ia, ut 'Saturnalia *eqs.*'. CHAR. gramm. p. 35, 24 t. -e [*v. vol. VI 1, 302, 54*]. *et saepe*). 120, 19 sunt nomina positione -ia, intellectu singularia, ut puta 'Baiae, castra' (DON. gramm. mai. 2, 7 p. 623, 8. *al.; sim.* enuntiatione -ia: POMP. gramm. V 168, 29 sq.). *al.* *neutr. pro subst.*: PRISC. gramm. II 355, 11 omnia semper -ia, quae in 'es' desinunt. III 414, 13 CASSIOD. in psalm. 67, 34. *al.* **c** *pron. poss. numerum duplicem indicantia, sc. et possessorum et eorum, quae possidentur* (*sec. doctrinam Plin. mai. teste Probo inst. gramm. IV 137, 11*): PROB. inst. gramm. IV 137, 34 intrinsecus singulare et extrinsecus -e 'mei, meorum *eqs.*' (CHAR. gramm. p. 205, 11. *al.*). 138, 8 intrinsecus -e et extrinsecus singulare 'noster, nostri *eqs.*' (CHAR. gramm. p. 205, 9. *al.*). DON. gramm. min. 3 p. 590, 16 possessiva ... ex altera parte -ia ... 'noster, nostri ...' et pluraliter ex utraque parte 'nostri, nostrorum *eqs.*' (mai. 2, 11 p. 630, 9 ex p. *al.*). *al.* **d** *praepos., quibus -ia subiunguntur*: POMP. gramm. V 272, 37 istae omnes *praepositiones* tam singulares quam -es sunt, 'apud amicum, apud amicos' *eqs.*

2 *apud Christianos agitur de unitate vel de trinitate dei* (*cf. l. 66 sqq.*): LACT. inst. 4, 29, 11 (*ad Is. 44, 6* praeter me non est deus) fas non erat -i numero (*i. 'praeter nos'*) separationem ... fieri *patris et filii* (MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 8 GAVDENT. serm. 9, 41 RVFIN. symb. 6 l. 30. AVG. gen. ad litt. 11, 39 p. 374, 10 [*ad gen. 3, 22* unus ex nobis] nisi propter trinitatem n. -is accipiatur. *al.*). HIL. in psalm. 122, 7 nusquam ... genere -i ... 'deos' ... sermo propheticus nuncupavit. LVCIF. non conv. 14 l. 23 'et ego et pater unum sumus' (*Ioh. 10, 30*), utique cum sit -e, ... duas ostendit personas et unam potentiam *eqs.* MAR. VICTOR. aleth. 1, 409 (*sec. gen. 3, 5*) nomen -e deorum serpentis primum sonuit vox impia. ALC. AVIT. c. Ar. 18 p. 8, 1 ubi -e aliquid in divinitate subresonat, non dualitas videtur intellegenda, sed trinitas. *al.*

II *usu liberiore*: **A** *sing. fere i. q. e pluribus partibus constans: de deo* (*respic. appellationes Christi apud* CASSIAN.): TERT. adv. Prax. 12 p. 245, 18 *deus* -em se praestans. AMBR. fid. 1, 3, 25 (*ad gen. 19, 24* pluvit dominus a domino) operationis ... unitas non facit -em divinitatem (*inde* PS. AVG. solut. 23). CASSIAN. c. Nest. 2, 4, 7 salvator deus est, Iesus deus est, Christus deus est; omne hoc ... -e est nuncupatione, sed unum est potestate. ARNOB. IVN. in psalm. 67 l. 62 ut quid -em facitis deitatem? *de variis*: AVG. mus. 5, 7, 13 quid ... tam parvum in -i numero quam duo? PRAEDEST. 3, 34 l. 11 'gratiarum' ... posui, quia, cum una sit gratia, ut vitis una palmitibus -is efficitur *eqs.* **B** *plur. fere i. q. plures, plura* (*quocum variat in codd. p. 2464, 3. 5*): AVG. bon. coniug. 18, 21 p. 215, 7 sacramentum -ium nuptiarum illius temporis (*opp.* singularum. *cf. 17, 20* uni viro ... plures habere licebat uxores). enchir. 13, 45 ₍ₜ₎-ia₍ₐ₎ peccata (₍ₜ₎ *cod. Bamb.*, plura *rell.*). FAVST. REI. spir. 1, 13 p. 126, 11 ut intellegatur *spiritus sanctus* per ₍ₜ₎-es₍ₐ₎ *apostolos* non fuisse divisus, sed mansisse in singulis totus (₍ₜ₎ *Engelbrecht c. cod. altero,* plures *cod. alter*).

adv. ⁂**plūrāliter.** *de notione* (*adde l. 74*): GRAMM. VI 276, 11 (= 276, 18) in multitudine, hoc est -r. *legitur apud* FEST. *et inde a* SEN. *philos.*, QVINT.; *in versibus apud* CAPRVM *l. 49,* TER. MAVR. *solos.* [*in falsa var. l. pro* plurilaterus *p. 2466, 60.*]

fere i. q. ita, ut plura (plures) significentur vel sint: **1** *in sermone gramm. fere respiciuntur formae plurales vocum, ut sit i. q. plurali numero* (*cf. syn. l. 29; aliter, sc. c. respectu sensus pluralis, l. 58. opp.* singulariter *saepe, ἑνικῶς* CAPER gramm. VII 102, 3, singulari numero *l. 19. 65; gr. resp. πληθυντικῶς* IVLIAN. in psalm. 32, 6^{b} [*gr. p. 148, 28*]. ORIG. in Matth. 14, 1 p. 275, 9): **a** *generatim*: **α** *cum verbis dicendi, scribendi sim.*: FEST. p. 210 quod Graeci 'pelles' vocent πέσκη neutro genere -r. p. 253 (*v. p. 1023, 47*) quia -r 'Penates' dicantur (*al.* SEN. nat. 2, 56, 1 'tonitrua' nos -r dicimus. QVINT. inst. 1, 6, 25 ut quaedam -r non dicantur, quaedam contra singulari numero. 8, 6, 28. 9, 3, 20. *et saepe*). QVINT. inst. 1, 5, 16 (*v. p. 2463, 24*) singularia -r efferuntur (*al.; cf. l. 49*). 8, 3, 35 veteres -r appellabant *'cervices'* (FILASTR. 24, 2. HIER. adv. Iovin. 2, 29 *scriptura solet* et unum -r et plura singulariter appellare. *al.*). TERT. anim. 27, 9 (*ad gen. 1, 26* praesint) universa posteritas -r praedicata est. TER. MAVR. 463 'oveis' plures et 'omneis' scribimus -r (MAX. VICTORIN. gramm. VI 221, 8). 991. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 7 *Asclepiadem* -r ... usum dicunt, ut 'membranas' diceret ([*opp.* singulariter]. PRISC. gramm. II 175, 20). *al.* **β** *cum verbis formandi, declinandi sim.*: FEST. p. 162 *'nemo'* -r formari *non* solet. CAPER gramm. VII 94, 6 'inermus, infirmus' faciunt -r ... 'inermi, infirmi' ([*postea syn.* in plurali numero]. CHAR. gramm. p. 90, 14. *al.*). PROB. inst. gramm. IV 120, 30 -r 'flamina' declinari ([*v. vol. VI 1, 859, 47*]. VICTORIN. gramm. VI 191, 15 *'Musa'* declinabitur sic, 'haec Musa' ... et -r 'hae Musae'. CHAR. gramm. p. 19, 13 'vulgus' et 'pelagus' -r non declinantur. *al.*). **γ** *cum verbis intellegendi sim.*: TER. MAVR. 712 potest ₍ₜ₎-r₍ₐ₎ 'qui' (*dat. sing.*) lector aliquis credere (₍ₜ₎ *coni. Beck, alii alia*; plurale *trad.*). DON. Ter. Eun. 288, 3 'mira' pro 'mirum' ...; potest tamen et -r intellegi (CHAR. gramm. p. 59, 2 ISID. nat. 12, 1). PRISC. gramm. III 505, 21 (*ad Verg. Aen. 10, 1* interea) si 'ea' -r accipimus. **δ** *cetera exempla*: FEST. p. 246 'testu, tonitru ...', quorum omnium genetivus -r geminat 'u' litteram. CAPER gramm. VII 99, 2 quadrupedum erit 'tergus', -r 'tergora'. SACERD. gramm. VI 437, 2 'amatus sum' ... et -r 'amati sumus' (*sine verbo ut*: DOSITH. gramm. 37, 1 CHAR. gramm. p. 382, 7. *et saepissime*). CHAR. gramm. p. 135, 23 ('sales') -r facetias tantum significari (SERV. Aen. 5, 334 *'amores'* -r ... turpitudinem s. AMBR. in psalm. 61, 23, 1 [*opp.* singulariter]). MART. CAP. 3, 308 *quaedam nomina* -r ... dativum ... 'bus' syllaba finiunt. VLT. SYLL. gramm. IV 234, 10 -r nominativo casu. *al.*

b *speciatim*: **α** *grammatica selecta; spectat ad*: Ⓘ *nomina, quae plurali tantum numero proferuntur*: CAPER gramm. VII 104, 16 (vers.) 'quadrigas ...' -r effer. 108, 8 semper ... -r 'tabulas' dicimus. CHAR. gramm. p. 41, 1 nomina -r tantum monoptota ..., velut 'quot *eqs.*'. p. 112, 24 -r tantum *declinatur* 'hae vires' *eqs.* PHOC. gramm. V 427, 10 quorum *nominum* alia singulariter tantum, alia -r declinantur. *al.* Ⓘⓘ *pron. poss. numerum indicantia et possessoris et eorum, quae possidentur*: DON. gramm. min. 3 p. 590, 17 (*v. p. 2463, 48*) -r ex utraque parte (DIOM. gramm. I 331, 33. *al. apud eundem*). CHAR. gramm. p. 203, 27 sunt *pronomina,* quae ... utrumque -r, et ipsos et quod eorum est, significant. *al.* Ⓘⓘⓘ *subst. sing. plures significantia*: HIER. in Os. 11, 1 l. 21 'Israel' singulariter quidem dicitur, sed -r intellegitur, quomodo et 'populus *eqs.*'.

β *cum respectu naturae divinae sim.* (*cf. 2a*): TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 642, 9 an, sicut duo dii *sunt* (*sec. doctrinam Marcionis*), ita et duo diaboli et -r 'potestates' et 'munditenentes'? (*Eph. 6, 12*). adv. Prax. 12 p. 245, 10 quomodo *deus* unicus et singularis -r loquitur (*gen. 1, 26*) 'faciamus hominem *eqs.*'? ([*cf. p. 245, 15* numerose]. *eodem spectant*: p. 245, 18. FVLG. RVSP. fid. 1, 5 l. 118 [*antea*: singulari numero]. *al.*). 22 p. 270, 4 'sumus' non ex unius esse persona, quod -r dictum est (*ad Ioh. 10, 30 [v. p. 2463, 60] ut*: PS. VIGIL. THAPS. trin. 1, 55 'sumus' ad nomina personarum -r dictum demonstratur). *al.*

2 *usu vario*: **a** *apud theologos spectat ad personas trinitatis* (*cf. 1bβ*): PS. VIGIL. THAPS. trin. 1, 27 rec. I unitatem deitatis, quam uniter, non -r, in trinitate consistere sciamus. 4, 35 singula nomina -r per singulas personas distinguere (*opp.* uniter). *al. in eodem opere.* **b** *in arte logica*: BOETH. in herm. comm. sec. 2, 5 p. 103, 25 (*ad Arist. interpr. 17a13*) *'animal' et 'gressibile' et 'bipes',* quoniam plura sunt et -r dicta, id est distributa, non videntur ad unum subiectum distributa posse praedicari (*i.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non possunt 'hominem' definire, si separatim ponuntur nec simul accipiuntur).

deriv.: pluralitas.

plūrālitās, -ātis *f.* *a* pluralis. *legitur in prosa orat. inde a* CHAR., FAVSTINO (*sing. praeter l. 43. 45*). [*in falsa var. l. pro* plurilaterus BALB. grom. p. 106, 14; *de falsa scriptura* plurit- *v. l. 45. 50. al.*]

i. q. status eorum, quae plura sunt vel plura significant (*transfertur ad ea ipsa, quae plura sunt, hic illic sub 3; opp. e. g.* paucitas *l. 64,* singularitas *l. 10. 33. 37. al.,* unitas *l. 47 et saepius sub 2*): **1** *in sermone gramm.; respiciuntur*: **a** *formae plurales*: CHAR. gramm. p. 83, 13 *nomina quaedam* in -e tantum declinantur ([*opp.* in singularitate]. p. 132, 17 [*opp.* singulariter]. *al.*). p. 118, 15 alia *nomina* ... singularitate carent ..., alia -e. SERV. Aen. 1, 378 ('hoste') de -e in singularitatem transire. AMBR. parad. 5, 26 p. 283, 26 per -em (*antea*: pluraliter). PHILIPP. in Iob rec. long. 40 p. 782^{C} propter -em nominis ipsius *'Behemoth'. al. agitur de trinitate dei* (*cf. 2*): FAVSTIN. trin. 1, 6 l. 5 -s horum verborum, id est 'faciamus' et 'nostram', patris et filii personas significat (*ad gen. 1, 26 [v. p. 2464, 63] ut*: FAVST. REI. spir. 1, 6 p. 109, 11 unitatem singularitate, trinitatem -e commendat). **b** *subst. sing. plures significantia*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 492, 34 *in vocibus q. s. 'plebs, populus' sim.,* licet singularis numerus sit, *non* penitus a -e recessimus.

2 *apud theologos de trinitate dei (cf. l. 15); -s vario modo*: **a** *agnoscitur* (*de Arianis v. l. 29. 34*): FAVSTIN. trin. 1, 11 l. 3 sacramentum ... unitatis ... et -is. *ibid.* l. 7 'sumus' (*v. p. 2463, 60*) -em significat personarum (*ibid.* l. 35 -em p. et unitatem deitatis. AVG. gen. ad litt. 3, 19 p. 85, 19. FAVST. REI. spir. 1, 4 p. 107, 9 p. distincta proprietas et indivisa -s. EVSEB. GALLIC. hom. app. 2, 8 substantiae unitas et p. ... -s. *al.*). AVG. civ. 16, 6 p. 132, 21 -s trinitatis. *al.* **b** *refutatur*: FAVSTIN. trin. 1, 11 l. 17 sq. (*ad Ioh. 10, 30* ego et pater unum sumus) Arrius ... in hoc sermone -em intellegens introduxit impiam -em deorum (Ps. AVG. un. trin. p. 1209. *al.*). AMBR. fid. 4, 8, 91 accepimus ... distinctionem, non -em *personarum.* incarn. 8, 88 (*opp.* unitatem). AVG. in psalm. 68, serm. 1, 5 l. 34. EVSEB. GALLIC. hom. app. 9, 6 ut ... fidei sacramentum nec -e dividas nec singularitate confundas. BOETH. trin. 1 l. 46 M. *Ariani* trinitatem ... distrahunt atque in -em diducunt. *al.*

3 *cetera exempla; significatur*: **a** *numerus pluralis vel multitudo* (*hoc e. g. l. 54. 56. 58*): **α** *varia*: AVG. nupt. et concup. 1, 9, 10 p. 222, 13 ut natura principiorum amet singularitatem, facilius autem -em videamus in subditis. CONSVLT. Zacch. 2, 3, 3 verae probatio maiestatis, *sc. divinae,* tametsi habet ⌊-em⌋, -e non indiget (⌊ ⌋ *an ad 2a coll. ed. Feiertag, II p. 242? sed aliter loco pendenti l. 53*). ALC. AVIT. epist. 6 p. 35, 4 numeri -e (BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 12 p. 324, 15. *cf. l. 65*). BOETH. arithm. 1, 1, 6 l. 6 de infinitae multitudinis -e (*cf.* infinita -s: 1, 4, 3 l. 19 quantitatem in i. -es adcrescere. in Porph. comm. sec. 3, 4 p. 209, 4). in Porph. comm. pr. 1, 17 p. 67, 12 sq. *ultima species* similes necesse est sibi contineat -es; sed si continet -em *eqs.* (plurit- *cod. P ubique. explicatur Mar. Victorin. Porph. isag. p. 4, 11* plurima [*gr. κατὰ πλειόνων*]). trin. 3 l. 139 M. in numero ... repetitio unitatum facit -em. FVLG. aet. mund. p. 139, 4 gaudebat humanitas -em se repperisse ad *turrem Babylonicam erigendam.* GREG. M. moral. 29, 67 Pleiades stellae *ἀπὸ τοῦ πλείστου,* id est a -e vocatae sunt (*sim.* ISID. nat. 26, 6 [plurit- *var. l.*]. orig. 3, 71, 13. GLOSS. III 508, 47 a plur(al)itate). *et saepe, maxime apud* BOETH.

β *pendet gen. plur. indicans, quae plura sint* (*cf. l. 24. 29*): CONSVLT. Zacch. 2, 19, 3 ex responsionum -e. VICT. VIT. 2, 76 (*pendet e l. 39*) -em testimoniorum (plurit- *var. l.*). BOETH. in herm. comm. sec. 2, 5 p. 107, 27 verborum vel nominum (*postea*: ultra duos terminos). p. 110, 12 propositionum. in top. Cic. 1 p. 271, 14 nisi *Victorinus* opus multa librorum -e distenderet. FVLG. aet. mund. p. 158, 1 -s coniugum *regis David.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 51, 20 subscriptionum (*gr. I 1, 5 p. 134, 33 τῷ πλήθει*). *al.*

b *status maior numeri* (*quanto maior, indicat gen. l. 63*): SALV. gub. 7, 21 facinora eorum, etsi genere ipso maiora non sint, attamen plura sunt, *sc. quam olim fuerunt,* ac ... -e cumulantur. BOETH. arithm. 1, 27, 1 l. 11 (*agitur de serie 2 – 1 = 1, 4 – 2 = 2 etc. exhibita in formula quadam*) *ut numeri* cuncti ... sese minoris -e praetereant. mus. 1, 3 p. 190, 29 omnis ... paucitas ad -em ita sese habet, ut *eqs.* FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 29, 6 qui *septem spiritus* ... numeri -e ... possent ... gratiam potiorem ... largiri, *sc. quam unus spiritus sanctus* (*antea*: numero plures). ISID. orig. 9, 4, 6 *v. p. 2378, 51.*

plūrāliter *v.* pluralis.

plūrātīvus, -a, -um. *a* plus, plures *iuxta* pluralis, *cf. e. g.* nomin-, person-ativus *iuxta* nomin-, person-alis.

t. t. gramm. i. q. pluralis: **1** *adi., sc. iuxta* numerus: GAIVS dig. 50, 16, 148 haec ... enuntiatio 'habet liberos' ... semper -o n. profertur (*item abl. nudus*: GELL. 5, 21, 8 n. -o, recto casu. 19, 8, 4. SCHOL. Cic. Bob. p. 131, 29 singulari n., non -o). GELL. 20, 6, 11 in n. -o. ARNOB. nat. 4, 13 p. 216, 3 in declinationibus deorum -os n. non esse. **2** *neutr. pro subst. de numero plurali*: GELL. 1, 16, 13 (*nisi ad 1*) 'mille' ... singulari numero dici eiusque -um esse 'milia' (*inde* MACR. Sat. 1, 5, 8 [pluralem *var. l.*]). 20, 6, 8 'ego': huius ... -um est 'nos' (*ibid. iterum* [*locum del. Ed. Fraenkel*]). *Spoth.*

plūrēs *v.* multus. **plūri-** *v. etiam* pruri-.

[plūriēs *adv. afferebatur olim e falsa var. l.* CAES. civ. 1, 79, 1. *ceterum trad. locis spuriis* Ps. MAX. TAVR. hom. 33 p. 295^{C} serm. 22 p. 577^{C}. 23 p. 578^{D}. 579^{A}. 34 p. 601^{C}.] *M. H.*

plūrifāriam *adv.* *a* plus *et* -fariam, *cf. e. g.* multif-. GLOSS. -m: *πλειστολόγως. πολλῷ λόγῳ. πολυμερῶ. πολυτρόπως. adde l. 49.*

B *laxius, sc. de aqua ea, quae iam delapsa per solum superficiemve quamlibet fluit sim. vel quoquo modo collecta est* (*exempla pauca certiora; cetera v. sub A*): SALL. Iug. 75, 9 milites ... -a magis usi *sunt, sc. quam aqua fluviali apportata* (89, 6. HIER. in Is. 13, 49, 14 l. 76 G. *ut Hierusalem* caelestibus utatur -is [*postea*: cisternarum exstructione]). PAVL. FEST. p. 13 *in mediam aream atrii* collecta ex omni tecto -a descendit (*cf.* SEN. epist. 90, 16 -is per devexa labentibus). SEN. nat. 3, 7, 3 his *fluminibus* quid conferent -ae, quae per nudas rupes deferuntur nec habent terram, cui insidant; ... in ea altitudine, in quam ⌊-a⌋ non penetrat (aqua *var. l.*). COLVM. 2, 17, 7 prudentes agricolae ... collem magis ... stercorant, quoniam ... -ae semper ... pinguiorem materiam in ima deducunt. VET. LAT. psalm. 77, 44 (cod. 306) convertit in sanguinem ... -as eorum, ne biberent (*gr. τὰ ὀμβρήματα, cod. 109* puteales aquas, *Vulg.* imbres). SER. med. 1019 -as ... consumere prodest (*sc. comitiali morbo depellendo*). SOL. 4, 5 hibernae -ae in aestivam penuriam reservantur. DIOSC. 3, 11 p. 381, 27 *dipsacos* contracta folia habens, unde -a(m) ... in se folia ipsa retinent (*gr. 3, 11, 1 ὕδατα ἀπὸ τῶν ὄμβρων*). CAES. AREL. serm. 77, 5 -a si montem nimis erectum invenerit, cito in vallem decurrit.

C *appendicula notabiliorum adi. ad I pertinentium; indicatur*:
1 *quantum vel quam diu pluat*: VERG. georg. 1, 92 tenues (SEN. nat. 4, 4, 3. CASSIOD. in psalm. 132, 3 l. 106 ros est t. ac levis -a). 1, 325 ingenti (AVG. civ. 15, 14 p. 86, 28 GREG. M. dial. 2, 33, 4). OV. fast. 2, 71 graves (SERV. georg. 1, 336 gravissimas). SEN. nat. 3, 7, 1 magnam (NON. p. 553, 1 maximas. *al.*). 4, 4, 3 lentas (SERV. Aen. 1, 51 ISID. orig. 13, 10 3). *ibid.* minuta (*ibid. iterum, ubi disting.* guttae pleniores). COLVM. 2, 4, 5 levis (SERV. Aen. 1, 743. *adde l. 30*). MART. 9, 98, 2 grandis (VVLG. III reg. 18, 45. CAES. AREL. serm. 46, 2 nimium g. et diuturna). FRONTIN. strat. 2, 5, 25 continua (MARCELL. chron. II p. 81, 444, 3). IAVOL. dig. 19, 2, 57 adsiduis (APVL. met. 9, 32, 3). APVL. mund. 9 p. 308 iugis (SERV. Aen. 1, 51. *al.*). VET. LAT. IV Esdr. 4, 49 multam (VVLG. III reg. 18, 41 PRISC. LYD. solut. 7 p. 77, 11). PORPH. Hor. epod. 16, 56 nimia (HIER. in Ezech. 40, 35 l. 1021). QVODV. temp. barb. 2, 2, 5 largas (EVSTATH. Basil. hex. 9, 2, 6 largiores [*gr. ἐπειδὰν ὗσῃ λάβρως*]). **2** *quando pluat*: LIV. 44, 8, 6 hibernis (*al., v. vol. VI 2, 2686, 6 sq.*). GERM. frg. 4, 160 brumales. COLVM. 2, 4, 11 aequinoctialibus (4, 23, 1). 11, 3, 10 hiemales (*al., v. vol. VI 2, 2771, 46 sq.; adde* VET. LAT. Zach. 10, 1 [Hier. *ad loc.* l. 9]). APVL. met. 7, 20, 2 pridianae. VET. LAT. deut. 11, 14 (Aug. loc. hept. 5, 32) matutinam ([VVLG. temporivam]. *v. vol. VIII 505, 67 sqq. 76, ubi addas* Os. 6, 3 [cod. 103]. HIER. epist. 21, 39, 4). *ibid.* serotinam ([= VVLG.]. HIER. in Am. 4, 7 l. 242. *al.*). Zach. 10, 1 (Hier. *ad loc.* l. 8) opportunam, ⌊temporaneam⌋ *eqs.* (⌊ ⌋ *item* VVLG. Ier. 5, 24).

II *transfertur ad varias res corporeas in imbris modum effusas*: **A** *de caelo*: TERT. patient. 5, 24 post mannae escatilem -am (*item de manna* [*cf. exod. 16, 13 sqq.*]: LACT. inst. 4, 10, 10 caelestis alimenti -a descendit [*sim.* HEGES. 5, 15 p. 320, 20 caelestis escae -is]. EVSEB. GALLIC. hom. 17, 4 mellifluum -ae illius donum. ARATOR act. 2, 65 -am ... vorant et manditur imber. *al.*). VET. LAT. deut. 28, 24 (cod. 100. 104) dabit dominus -am terrae tuae pulverem (*Vulg.* imbrem). PRVD. c. Symm. 1, 68 *Iuppiter* auri infundens -am gremio *Danaës*. CLAVD. 24, 232 -am ... Tonantis (*sc. auream Rhodiis indultam, cf. 226* auratos ... imbres). AVG. quaest. hept. 4, 27 aqua diluvii aut ignea -a *eqs.* (*spectat ad gen. 19, 24 ut*: serm. 105, 7 -a Sodomae sulfurea. PASS. Thom. 38 ignis et sulfuris). **B** *aliunde*: CLAVD. carm. min. app. 12, 8 *umor lavacri odorosus corpus* ambit et rigat in -am. PS. AVG. serm. ed. Mai 97, 1 passa est ... Ninive -as lacrimarum (RVSTIC. c. aceph. p. 1251^{D}). ALC. AVIT. carm. 1, 269 terrestrem -am diffusus porrigit *Nilus*. CE 938, 1 (*e Mauretania*) pulveris aurati -a sit sparsa papyrus.

III *in imagine et in explicatione allegorica Christianorum* (*cf. comparationes l. 4 sqq.*): **A** *in bonam partem* (*saepe de verbo dei, sermone sim.; illustratur per adi.* spirit(u)alis *p. 2476, 5 et e. g.* QVODV. fer. 1, 1, caelestis QVODV. prom. 2, 28, 62 [*proprie l. 14*]): **1** *usu vario*: VET. LAT. psalm. 67, 10 (cod. 333. *al.* = VVLG.) -am voluntariam segregabis, deus, hereditati tuae ([*gr. βροχὴν ἑκούσιον*]. *in explic.*: IREN. 3, 17, 2 sine superna v. -a. AMBR. inst. virg. 13, 82 excipite ... v. -am, -am benedictionis). HIL. in psalm. 134, 16 ('fulgura in -am fecit') illa fulgura *dei* in ⌊has -as⌋ facta sunt, verba scilicet vivificantia et potantes inrigantia (⌊ ⌋ *sc. verba Mosis sec.* deut. 32, 2 [*v. p. 2475, 4*], *ut e. g.* RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 p. 494, 25 Moyses est, qui dicit -am esse quod loquitur). OPTAT. 7, 2, 6 peccatores in uno agro nobiscum natos una -a, hoc est uno baptismate, nutritos (*cf. l. 25*). AMBR. inst. virg. 13, 82 excipite ... nubis huius -am spiritalem (ISID. nat. 33, 3 -ae ... nubium eloquia sunt apostolorum *eqs.; cf.* HIER. in Zach. 14, 17 l. 713 -is caeli). RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 p. 496, 17 'parvulus in fide': indiget -am, sed 'lactis -am'. AVG. in psalm. 98, 15 quid est -a nisi dei misericordia? CHROMAT. serm. 25, 6 adduxit nobis dominus ... -am de caelo, id est euangelicam praedicationem *eqs.* EVCHER. form. 2 l. 170 -a: praecepta vel mandata domini, eo quod terram, id est homines, inriget (*affert* psalm. 67, 10, *v. p. 2475, 71*). *al.*
2 *pendet gen. explic.* (*adde l. 33 et cf. l. 32. 35. 37*): VET. LAT. Ezech. 34, 26 (cod. 177, *longius* VVLG.) dabo -am benedictionis eius *populi* (AMBR. inst. virg. 13, 82 [*v. p. 2475, 73*]. CAES. AREL. serm. 77, 5. *hucine p. 2474, 17?*). PRISCILL. tract. 5, 90 sterile verbo domini fecundatum -a divinae praedicationis excepta (GREG. M. in Ezech. 1, 10, 23. *al.; cf. 9. 2475, 9*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 2 p. 323, 6 (*spectat ad Matth. 5, 45*) malus eram et venit super me -a iustitiae. tract. in psalm. I p. 200 l. 143 deliciarum. RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 p. 496, 7 quibus -a verbi dei ministranda committitur (AVG. civ. 16, 37 p. 184, 21 [*spectat ad gen. 27, 28*] de v. -a divinorum. VEREC. in cant. 9, 5 euangelici v. *al.*). QVODV. prom. 2, 28, 61 (*spectat ad III reg. 18, 40 sqq.*) *Helias* replens terram gratiae -a, qua fames fidelis animae repellatur (symb. 1, 9, 18 [*spectat ad Matth. 7, 27*] ut aedificium tuum *fidei perversae* ... -a g. descendente subvertat *catholica doctrina. al.*). MAX. TAVR. 35, 4 spiritalem baptismatis -am (*spectat ad III reg. 18, 41 sqq.*). *al.*

B *in malam partem* (*puniuntur, corriguntur mali l. 31. 33 sq.; cf. l. 18. 24. p. 2474, 38*): HIL. in Matth. 6, 6 (*spectat ad Matth. 7, 24 sqq.*) in -is blandarum et ... illabentium voluptatum illecebras significat (*cf. p. 2447, 45*). OPTAT. 3, 10, 9 (*spectat ad Ezech. 13, 10 sqq.*) *tempestate* agitatus est paries *Donatistarum,* sed non cecidit, ut haberet -a ubi operaretur *eqs.* HIER. in Ezech. 40, 35 l. 1021 nimiis -is et tempestatibus tribulationum. AVG. in psalm. 10, 10 l. 24 peccatori -a laqueorum et iusto -a ubertatis infusa est (*ad psalm. 10, 7* pluet ... laqueos *ut*: PASS. Thom. 38 audite -am et intellegite ... peccatorum poenas). serm. 46, 23 -a et nebula, error saeculi huius (*spectat ad Ezech. 34, 12* in die nubis et caliginis). PS. AVG. serm. ed. Mai 154, 2 ut nullis mortalium voluptatum -is ... a nobis tergatur *sanguis Christi.*

dubium, an agnoscas neutr. pro subst. VET. LAT. Ier. 14, 22 (Cassiod. in psalm. 2, 2 l. 59) caeli dabunt -um (-am *ed. Migne*).

deriv.: pluvialis, pluvianus, pluviaticus, pluviatilis, pluviosus.

pluvo *v.* pluo. *Schrickx.*

pneuma, -tos (*l. 67*), *acc. pl.* -ta (*l. 61 sq.*) *n.*, *πνεῦμα.* [*falsa var. l. pro* neuma GILD. Brit. 34 chron. III p. 46, 11.]

i. q. spiritus, aer (motus) sim.: **1** *adhibetur tamquam vox gr. traditurque litt. gr.* (*lat. resp.* spiritus *praeter l. 47 sq.; saepius in doctrina christ.*): LVCIL. 788 (*stoechia hominis*) *γῆ* corpus, anima est -*α*. MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 11 *λόγος, -α,* supra animam sunt sua superiore substantia *eqs.* AMBR. spir. 2, 5, 42 *ἐκ -τος ἁγίου* ..., hoc est ex spiritu sancto. HIER. epist. 106, 31, 2 *ἀπὸ -τος,* id est a spiritu (*postea*: a spiritu tempestatis). AVG. civ. 13, 24 p. 594, 29 semper ... iste spiritus, *sc. sanctus,* in scripturis sanctis graeco vocabulo -*α* dicitur. p. 595, 13 -*α* ... numquam nisi spiritum *animantis* ... sive istum corporeum, qui etiam ventus dicitur, ... sive iam non creatum, sed creatorem. ISID. orig. 11, 1, 124 in quo *pulmone -α,* id est spiritus, inest *eqs. al.* **2** *abiit in sermonem lat.: in nomine herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 89*): PS. APVL. herb. interpol. 80 l. 50 *herbam quandam dicunt* Latini ros terrae ..., ⌊profetae⌋ Dios -a (⌊ ⌋ *v. vol. X 2, 1994, 61 sqq.*). *t. t. medicinae significans quodcumque corpus inflat, tumefacit sim.* (*gr. resp. πνεῦμα praeter l. 66*): ORIBAS. eup. 1, 16, 4 Li p. 421 *balneum* ⌊pneumatisdes fundit⌋ (*i.* -ta diffundit, *cf. Goos, Oribas. lat. ad Eun. ..., diss. 1989, 265; gr. -τα διαχέων* [*cf. syn. 1, 27, 4 Aa p. 81, 14* spiritum diffusum *eqs., La p. 81, 18* ventositatem spiritus diffusam, *gr. -α διαχέον*]. *item de inflatione sim. stomachi*: syn. 8, 6 La p. 211 -ta [*Aa* ventositatem]). syn. 7, 35, 1 La p. 178 p[a]neuma fleumatodis tumores generat (*Aa* ventositas, *sed gr. trad. ῥεῦ – μα*). 7, 50, 1 La p. 195 (*definitur emphysema*) -a fysodis pinguis et tepidus vapor ([*Aa* spiritus]. *cf. ibid. sim.* p. 196 quae sunt pinguiora -tos [*Aa* in spiritu]).

cf. Onom. *M. H.*

pneumaticus, -a, -um (-on *l. 74*), *πνευματικός.* [*falsa var. lect. p. 2477, 18.*] *i. q. ad spiritum pertinens* (*respiciuntur machinae vi spiritus compressi sim. aliquid moventes*): VITR. 9, 8, 2 *Ctesibius* vim spiritus naturalis -asque res invenit. 10, 1, 1 *machinae genus* spirabile, quod apud eos *Graecos -όν* (-on *codd.*) appellatur. PLIN. nat. 7, 125 *laudatus est* Ctesibius -a ratione et hydraulicis organis repertis. 19, 60 organis ... -is.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pneumatōdēs, *nom. plur.* -ēs, *πνευματώδης* (*quod gr. resp.*). *i. q. efficiens inflationem, sc. ventris*: ORIBAS. eup. 2, 1 *O* 4 Aa p. 493 (*sim.* La) *quidam suci plantarum* calidi multum et -es. *Reineke.*

pneumatomachus, -ī *m., πνευματομάχος* (*quod gr. resp.*). *scripturam* neu- *v. l. 10. 21 sq.* *nom. sing.* -os *l. 20, gen. plur.* -on *l. 18.*

significantur ii Christiani, qui spiritui sancto repugnant, sc. ei divinitatem abiudicant (*plerumque seq. explic. ut l. 13. 22; de re v. e. g. Meinhold, RE XXI 1, 1066 sqq.*): **1** *respicitur ratio intercedens inter -os et illos, qui vocantur* Macedoniani: *distinguuntur*: COD. Theod. 16, 5, 11 (*a. 383*) Arriani, M., -i, Manichaei *eqs.* ([neumath- *var. l.*]. *inde restit.* Iust. 1, 5, 5 pr. [*a. 428*] Ariani et M., -i et Apollinariani *eqs.* [praeneu- *codd.*]). *eidem esse putantur*: PS. HIER. indic. de haer. 42 -i ipsi sunt M. ..., dicunt spiritum sanctum non esse dei substantiam, sed creaturam. AVG. haer. 52 quos *M.* et *-ους* Graeci dicunt. PROSP. chron. I p. 453, 1063 quos Greci -os vocant. PRAEDEST. 1, 52 l. 2. FACVND. defens. 8, 7, 18 (-toc(h)i *var. ll.*). **2** *contextu vario*: CANON. Turner II p. 408 rec. II heresem ... Arianorum ... et Semiarianorum necnon -orum ([-matic- *var. l.*]. CONC.^{S} II 3, 3 p. 110, 16 -on et Sabellianorum *eqs.*). PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 12 impios. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 233, 4 ⌊Diodorus⌋ quidam -os, id est spiritui sancto repugnans, erat (⌊ ⌋ *v. Jülicher, RE V 713, 18 sqq.; de eodem*: DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 295, 36 [neu- *cod.*]). CASSIOD. hist. 9, 14, 13 -orum, id est spiritui resistentium (neu- *cod. unus ante corr.*). *M. H.*

pneumatōsis, -eōs *vel* -is *f., πνευμάτωσις.* *scribitur* neu- *l. 41 sq.*, -thos- *l. 36.* *de formis: gen. sing.* -eus (*i.* -eos) *l. 34,* -is *l. 40; acc. sing.* -in *passim,* -im *l. 30. 42, plur.* -is *l. 40.*

t. t. med. i. q. inflatio, ventositas (*sc. ventris, matricis*): CAEL. AVR. diaet. pass. 67 stomachi ventositatem vel infla[mma]tionem ..., quam Greci -in vocant (*sim. describitur passio*: GLOSS.^{L} I Ansil. PN [med. p. 60] -im: *eqs.*). ORIBAS. eup. 4, 88 add. La p. 606 ad coli dolorem et -in et strofus. syn. 4, 22, 9 La p. 24 *vinum dulce et austerum facit* -in (pene omatonosin *cod.*), *praedulce* ... tantum inflationem (*Aa* ventositatem cum spiritus habundantiam; *gr. οἱ ... γλυκεῖς, sc. οἶνοι, ... πνευματοῦσι ταύτην, sc. τὴν γαστέρα*). 9, 11 tit. Aa p. 293 ad -in (La ad -eus in ventrem; *gr. περὶ πνευματώσεως*). 9, 11, 1 La p. 293 (*sim.* La) *calor* prohibit ... constitutionem -in fieri (*Aa* ventositatem, *sed* Ab -thosin; *gr. τὴν σύστασιν τοῦ πνεύματος*). 9, 43, 32 La p. 357 -is in matricem exsistens (*gr. πνεύματα, Aa* infla[mma]tio). 9, 49 add. Aa p. 373 ad -in (nepuma- *Ab*). *redditur gr. ἐμπνευμάτωσις* (*cf. vol. V 2, 533, 28 sqq.*): ORIBAS. syn. 9, 11, 6 La p. 294 ⌊-is dolor⌋ ([*Aa* ventositas]. *sim.* 9, 11, 7 *ibid.* strofus et -is sanat *astragalus*). ALEX. TRALL. 2, 35 (cod. Oxon.) neumatosi stomachi (*ibid.* neumatosim. *utrobique* empn- *cod. Andecav. sec. gr. II 275*).

pneumatūmenos *adi. formis gr. trad., πνευματούμενος.* *i. q. inflatus, ventositate vexatus:* *de homine* (*masc. pro subst.*): ORIBAS. syn. 9, 11, 3 La p. 294 ad -tominus (*gr. πρὸς τοὺς πνευματομένους, Aa p. 293* ventositates). *de ventre*: ALEX. TRALL. 3, 22 (codd. Andecav., Oxon.) ventrem -on, i. ventositate spiritus tensum (*gr. I 329 πνευμάτων μεστήν*).

pnīgaliōn, *acc.* -ōna *m., πνιγαλίων.* *i. qui suffocat*: CAEL. AVR. chron. 1, 3, 54 *Themison incubonem* -a vocavit, siquidem praefocet aegrotantes.

pnīgeus, -eōs *m., πνιγεύς.* *trad. formis gr. tantum.* *technice de vase ad organum hydraulicum pertinente, in quo aer coercetur et quasi suffocatur* (*vocem corrupte traditam restit. Turnebus; ad rem v. e. g. Fleury, La mécanique de Vitr., 1993, 184 sqq. [cum pinace]. 194*): VITR. 10, 8, 2 intra aram, quo loci aqua sustinetur, inest ⌊-eus⌋ (in id genus *codd.*) uti infundibulum inversum. *ibid.* spatium imum ima inter labra -eos (fig- *sim. codd.*) et arae fundum. 10, 8, 4 fistulae ... coniunctae -eos (ligneis *codd.*) cervicibus. 10, 8, 5 in -ea (lignea, linea *codd.*) concurrit *aer.*

pnīgītis, *abl.* -ide *f., πνιγῖτις.* *significatur genus terrae* (*de re et nomine v. Croisille, ed. Plin., 1985, 287 sq.*): PLIN. nat. 35, 194 -is, *sc. terra,* Eretriae simillima est ([p(o)nitis, phinicis *codd.*]. *inde* 1, 35, 56 de -e [p(i)nit-, init- *codd.*]. *utrumque locum restit. Barbarus coll.* DIOSC. 5, 182 p. 242, 8 de terra -is: terra -is *eqs.* [*gr. 5, 157 πνιγῖτις γῆ*]).

pnīgmos, (-ī) *m., πνιγμός.* *i. q. pnix*: ORIBAS. syn. 9, 45 add. Aa p. 360 tit. de suff⟨ocati⟩one matricis, quod Greci -os matricis dicunt (*Ab* nigmus).

pnīgomenē *adi. pro subst. fem., πνιγομένη.* *i. quae matricis suffocatione laborat*: ORIBAS. syn. 9, 45 add. Aa p. 360 curatio -is: ... cum in passione inciderint *eqs.* (*subesse vid. gr. πνιγομέναις potius quam -μένης*).

pnīx, -īgos *f., πνίξ.* *non nisi formis gr., sc. sing. praeter p. 2478, 11.* *trad. variis modis corruptum.*

t. t. med. i. q. suffocatio, sc. vulvae (aliter per interpr. pravam p. 2478, 10); non nisi in iunctura q. e. (h)ysterice -x (*v. vol. VI 3, 3164, 22 sqq.; plerumque restit.*): **1** *in explicationibus adhibetur ut passionis nomen gr.*: THEOD. PRISC. gyn. 7 quam passionem ... y. -a appellamus (nican, pnicen *sim. codd.*). MARCELL. med. 1, 25 suffocationes, quae de vulva veniunt, quod genus valetudinis Graeci h. -a vocant (pignan *codd.*). 27, 6 h. -a appellant (picnam *codd.*). PLAC. med. 1, 7 rec. *α* (hytemcepnizan *codd.; rec. β* ad ... subfocationem). SORAN. p. 48, 6 -a (*in uno cod. tantum; del. Rose*). p. 58, 2 -x (*gr. p. 109, 10 πνίξ, Cael. Aur. gyn. 2, 24* ysterice). GLOSS. III 599, 28 ⟨s⟩ceron: milon (*i. σκῖρον: μύλον. v. André, Arch. Lat. Med. Aevi 26, 1956, 211*); offocatio: h. -x (officatio fere cepnex *cod., restit. Niedermann, Essais d'étymol. et de critique verbale lat., 1918, 90 sq., ut*: 605, 30 h. -x [sterecepnes *cod.*]: mulieris natura, vulva).

2 *cetera exempla*: PLAC. med. 2, 1 rec. *β medicamentum* i. -as ... sanat (phinicas, physicas *sim. codd.; rec. a* subfocationem). CAEL. AVR. gyn. 2, 27 a simillimis valitudinibus separatio y. *-ος* (= SORAN. p. 59, 16; *gr. p. 110, 20 τῶν ὑστερικῶν*). SORAN. p. 59, 3 quae y. -a patiuntur (*gr. aliter; Cael. Aur. gyn. 2, 26* ystericam ... patientibus).

[⌊pnixi as⌋sa ORIBAS. eup. 4, 72 La p. 593 (*Aa deest*). *corruptum pro gr. 4, 71, 7 πνίξειας* (*cf. locum geminum syn. 3, 177*).]

pnīxis, -eōs *f., πνῖξις.* *scrib. in cod.* pinix-. *i. q. pnix*: ORIBAS. syn. 9, 45 Aa tit. p. 359 ad matricis -eos ([*gr. περὶ ... πνιγός*]. 9, 45, 1 Aa p. 359 *si comprehensa* est m. -eos [*gr. ὑστερικῇ πνιγί*]. *utrobique La* suffocationem). *Reineke.*

po pro potissimum positum est in saliari carmine FEST. p. 205. *dub. significationis; compendium non agnoscitur vol. X 2, 354, 43; cf. infra p. 2588, 48.*

poa, *acc.* -am (-an *l. 32*), *abl.* -a *f., πόα* (*quod gr. infra resp.*). [*ex l. 44 explicanda ortum esse vid.* GLOSS. V 380, 26 poalaventium: folles fabrorum (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 501; *v. ed. p. 207 ad l.*), *ita ut falsa distinctione facta* poala ventium *de subst.* poalum *praesumi posset ibid.* 510, 42 poalis (*dat. vel abl. plur.*): fabrorum follibus (*sim.* 576, 18. *huc pertinere vid.* GLOSS. Vatic. Reg. 203, 104 poales sunt maiores folles).]

nomen herbarum: **1** *eius, quae mercurialis vocatur, sc. in iunctura* Hermou -a: PLIN. nat. 25, 38 apud Graecos H. -an ... vocant eam *herbam,* apud nos ... mercurialem (*inde* 1, 25, 18 H. -a). **2** *herbae fullonum* (herba -a *l. 39; v. vol. VI 1, 1524, 42 et cf. e. g. Hier. in Ier. 1, 30, 1* pro herba borith ... LXX transtulerunt *πόαν,* ut significarent herbam fullonum, quae ... ad lavandas sordes ... vim habet *eqs.* GLOSS.^{L} V Abba PO 1 -a: genus herbae, ubi vestimenta lavantur): VET. LAT. Ier. 2, 22 (Hier. hom. Orig. in Ier. 13 p. 685^{A}) si abluta fueris nitro et multiplicaveris tibi herbam -am, maculata es *iniquitatibus* (*gr. πόαν solum, Vulg.* herbam borith [*v. l. 35*]. *explicat* HIER. *ibid.* p. 685^{A} -am, quae oritur ex terra. p. 685^{B} esse in eo *sermone* nitrum, esse -am, quibus sordes *animae* abluantur [*ibid. bis iuxta* nitrum; *item* p. 686^{A}, *ubi opp.* spiritu iudicii, ... combustionis et poenae]). Mal. 3, 2 (Rufin. symb. 32 l. 6) *dominus* ingredietur sicut ignis conflatorii et sicut -a lavantium ([spuma, fossa, herba *var. ll.*]. *sim.* Gild. Brit. 89 chron. III p. 75, 31 [herba fullonum *var. l.*]; *gr. πόα πλυνόντων, Hier. ad loc. l. 91* herba l., *Vulg.* herba fullonum. *cf. l. 26 sq.*).

[Graeci ... **poadis** (*cod. unus,* bootis *cett.*), ... Latini cerefolia *dicunt* PS. APVL. herb. interpol. 105 adn. 6. *corruptum, fort. e* boop-, *v. vol. II 2128, 20.*]

[poalis, poalum *v.* poa.]

pobl- *v.* publ-. **poci-** *v. etiam* poti-. *M. H.*

pōcillātor, -ōris *m.* *a* pocillum, *cf.* poculator. GLOSS. -r: *πιγκέρνης. οἰνοχόος.* pincerna. *i. qui poculum ministrat*: APVL. met. 6, 15, 2 *aquila* Iovi -em Phrygium sustulerat (*de Ganymede ut* 6, 24, 2). 10, 17, 4 *ut* -e[m] respecto ciliis alterna conivens bibere flagitarem.

pōcillum, -ī *n.* *a* poculum *demin.* GLOSS. -um: *ἐκπωμάτιον. ποτηρίδιον.* *i. q. poculum parvum*: CATO agr. 156, 3 exurgeto sucum ... in -um fictile. *ibid.* ponito -um in sereno noctu. VARRO Men. 116 adde cyathum vini in uxorculae -um (opic-, opoc- *codd.*). ling. 9, 66 -um. *ibid.* -a argentea (SVET. Vesp. 2, 1). LIV. 10, 42, 7 *consul* voverat Iovi ... -um mulsi ... sese facturum (*in eadem re*: PLIN. nat. 14, 91 -um vini). AVG. conf. 6, 2, 2 unum -um pro suo palato satis sobrio temperatum *ponere.*

deriv.: pocillator.

[pocillus: genus panis GLOSS. V 382, 3 (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 514). *vix recte trad.; de* bucellas *cogitat Bücheler* (*cf.* bocell- *in var. l.* APIC. 8, 6, 1).]

pōc(o)lum *v.* poculum.

pōculāris, -e *vel* **pōculārius,** -a, -um. *a* poculum. *i. q. poculi usum speciemve praebens*: PAVL. sent. 3, 6, 61 vasa, in quibus vinum defunditur; escaria ... et -ia vasa ([pocula (et), pecula *codd.*]. 3, 6, 67 argentea et vitrea v., tam escaria quam -ia [pocula *var. l.*]).

pōculātor: propinator GLOSS. II 589, 64 (*inde restit. in lemmate* GLOSS. I p. 42 *pro* propinator). *a* poculum; *i. q. pocillator.*

pōculentus *v.* pot-. **pōculo** *v. vol. X 2, 241, 6.* *Ottink.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⁸pōculum, -ī *n.* [*radix* pō (< *peə$_3$) *'bibere' obvia est e. g. in* pō-tio, pō-tāre, 1. pō-tus (*q. v.*) *et in* bibere *quoque continetur.* -um < pōclom (*per anaptyxin q. d.*) < *pō-tlo-m; *suffixo* *-tlo- *significabatur primitus instrumentum, cf. e. g.* gubernā-c(u)lum; *vet. ind.* pātram *'-um' eiusdem potest originis esse ac* -um. *v. Leumann, Gramm. 1977, 102. 153. 313. Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 122 -a a potione, unde potatio (*sim.* 6, 84). ISID. orig. 20, 5, 1 -um a potando nominatum; est enim omne vas, in quo bibendi est consuetudo. *scribitur* pocl- CIL I^2 2885 (*v. l. 44*), *quod metro firmatur* PLAVT. Asin. 771 (pocla *B in marg.,* poda *cett.*). Curc. 359 (*restit. ut*: Persa 775 VARRO Men. 461. ARNOB. nat. 5, 26 [vers.]. *cf. l. 15*). LVCIL. 303 PAVL. NOL. carm. 26, 348. *al.; de* -col- *v. l. 40 sqq.* NOT. Tir. 91, 98 sq. -um. parvum -um. *de genere: pendet adi. masc.* ORIG. in Matth. ser. 82 p. 194, 29 ad eundem -um. CASSIOD. hist. 1, 1, 13 (*v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 132*). *v. et p. 2486, 14.* *mensuram* pŏc- *exhibet* CYPR. GALL. gen. 1410 (*nisi restituas* pocl-; *sim. in* CE 100, 2 [*aet. inc.; v. etiam p. 98, 36*]). *de notione*: SCAEV. dig. 34, 2, 36 (*antea*: truellae, scyphi, modioli, phialae) omnia potui parata -a dicuntur. AVG. civ. 19, 3 p. 353, 23 sqq. *corpus* se habens ad animam, sicut -um ad potionem; non enim calix et potio, quam continet calix, simul dicitur -um, sed calix solus (*cf.* AGROEC. gramm. VII 116, 20 -um vas est, potio quod hauritur. ISID. *l. 7. sim. al.*). GLOSS. -um: *ποτήριον. ἔκπωμα. κύπελλον.* patera. calix. fiala. -a: epula post cena⟨m⟩. epula super mensam. *sim. al., cf. p. 2482, 17. 72 sqq.* *legitur inde ab inscr. saec. IV/III a. Chr.* (*v. l. 39 sqq.*), PLAVTO *per totam latinitatem.* [*sard. centr.* poyu *'lacuna' et deriv. cors.* pukkyetta *'vasculum'; ceterae formae gallorom. postea receptae sunt. cf. M.-L. 6623a. Wartburg IX 109. C. S.*] [*confunditur c.* populus SEN. suas. 6, 16, *pro quo restit.* PLIN. nat. 28, 4; *restit. pro* potus ARNOB. nat. 1, 21 GLOSS.^{L} I Ansil. PO 4 (*v. etiam vol. X 2, 275, 7 sqq.*); *falso trad.* PETRON. 66, 2 (botul- *restit.*), *fort. etiam* SEN. dial. 4, 31, 6 repentis inter -a sinusque innoxio lapsu dracones (*v. Watt, Harv. Stud. Class. Phil. 96, 1994, 233, qui affert Verg. Aen. 7, 349* pectora); *vix sanum* GLOSS. III 573, 74 -o: simphitu (*i. σύμφυτον*).]

i. q. vas potorium et inde metonymice de potu (*v. sub IB; ad rem v. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 255 sqq.; ponitur plur. pro sing. e. g.* OV. met. 7, 421. 14, 283 STAT. silv. 4, 6, 57 IVVENC. 4, 658 AMM. 30, 1, 22 CLAVD. rapt. Pros. 2, 346): **I** *proprie*: **A** *notione originaria de vase* (*indicatur per gen., quid -um contineat e. g. p. 2480, 16. 26. 27, qualem effectum habeat p. 2480, 16*): **1** *in re sacra*: **a** *-um est munus deo oblatum vel in templo conservatum: in tit. vetustissimis* (*sc.* CIL I^2 439 sqq. *et* 2883 sqq. *collectis; scrib.* pocol- *praeter l. 44; praebemus selecta*): CIL I^2 439 Aecetiai -om (*in patera ut*: 440 [*non ante saec. III a. Chr.*] Aisclapi poco[co]lom. 446 Lavernai. *al.*). 443 Fortunai -o(m) (*in urceo ut*: 447. 449. *al.*). 2884 Vestai (*in frg. oinochoes, saec. III a. Chr.*). 2884b (*saec. IV/III?*) ⟨...⟩es pocolo⟨...⟩. 2885 poclom. *apud auctores*: SALL. hist. frg. 2, 86 -a et alias res aureas, diis sacrata instrumenta. PLIN. nat. 37, 18 Pompeius capides et -a ex ... triumpho Capitolino Iovi dicavit. IVV. 13, 148 qui *latrones* tollunt grandia templi -a adorandae robiginis. APVL. flor. 15, 5 plurima auri et argenti ratio in lancibus, speculis, -is et huiuscemodi utensilibus. **b** *-um adhibetur in libando, sacrificando sim.* (*cf. p. 2481, 36. 2482, 40. 41. 43. 66*): VARRO ling. 5, 122 in -is erant paterae ...; in sacrificando deis hoc -o magistratus dat deo vinum. VERG. ecl. 5, 67 -a bina novo spumantia lacte ... statuam tibi, *Daphni.* Aen. 5, 91 *anguis* inter pateras et levia -a serpens. 8, 274 -a porgite dextris, *sc. libando,* ... et date vina volentes. LYGD. 5, 34 promittite Diti ... nivei lactis -a ⌊mixta mero⌋ (*sc. una cum -is meri, v. Tränkle, comm. 1990, ad l.*). OV. fast. 3, 301 Fonti ... Numa ... plena ... odorati disponit -a Bacchi. PAVL. FEST. p. 18 atanuvium est -i fictilis genus, quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Romani. VAL. FL. 1, 815 nigro fumantia -a tabo contigit *Furia* ... dextra (*817* pateris). SIL. 16, 309 *Scipio* tenens nunc lacte, sacro nunc plena Lyaeo -a. *al.* *in eucharistia Christianorum* (*cf. 2484, 35. 2486, 40*): HIL. coll. antiar. p. 53, 15 *Athanasius* propriis manibus comminuit -um deo et Christo dicatum.

2 *usu sollemni et profano*: **a** *-um adhibetur in bibendo, miscendo, praebendo liquore* (*fere aqua, vino sim., sed veneno, medicamento sim. e. g. p. 2480, 4. 25. 63. al.; addidimus crystallum aquam includens sub γ*): **α** *de vasis fere generis communis* (*fere e metallo, argilla, ligno factis sim.*): Ⓘ *iuncturae verbales notabiliores*: Ⓐ *abl.* -o (*cf. l. 51. p. 2481, 46*; in -o *l. 73. p. 2480, 3,* de -o *p. 2480, 10,* ex -o *fort. p. 2480, 6*): PLAVT. Stich. 272 vinum -o pauxillulo saepe exanclavit submerum *puer.* LVCIL. 303 -o bibo eodem, amplector, labra labellis ... compono (SEN. epist. 76, 15. APVL. apol. 44, 2 cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cenare, eodem -o b. VVLG. Esth. 1, 7 aureis. *cf. p. 2481, 41. 2485, 38 et* in -o bibere HIST. AVG. Gall. 17, 5 MARCELL. med. 25, 45, -um bibere *p. 2480, 63. 2482, 48 sqq. al.*). CIC. Verr. II 1, 66 hortatur hospes, *comites* poscunt maioribus -is (*cf. p. 2483, 23 sqq.*). 3, 23 ut cum alii ne conviviis quidem isdem, quibus Apronius, hic *Verres* isdem etiam -is uteretur. 3, 105 cum ... maximis ... -is ministraretur (SEN. epist. 119, 14). LIV. 30, 15, 5 *venenum* mixtum in -o ferre ad ... *uxorem* iubet (*sim.* VAL. MAX. 2, 6, 8 [*v. l. 31*]. *cf.* EVSEB. GALLIC. hom. 55, 10 *pretioso* -o venena miscentem). VITR. 7, 4, 5 quod -is ... effundetur *in tale pavimentum per convivium,* simul cadit siccescitque (*in eadem re*: PALLAD. 1, 9, 4 si qua fundentur ex -is, ... desuget *tale pavimentum* [*cf. p. 2485, 5*]). MELA 2, 13 *apud Tauros* binis ... -is, qui plurimos *interfectos* rettulere, perpotant. APVL. met. 4, 22, 1 -is aureis memoriae defunctorum commilitonum vino mero libant. TERT. anim. 1, 6 ut et *Christianus* mortem non de -o per habitum iocunditatis absorbeat, *sc. sicut Socrates.* Ⓑ *obi. acc. (nom. in struct. pass.) cum verbis dandi, porrigendi et sumendi, accipiendi* (*quaedam ad B vergere non negamus*): PLAVT. Persa 775 hoc mea manus tuae -um donat, ut amantem amanti decet. VAL. ANT. hist. 21 *cum* -a in convivio regi ministraret (CIC. Tusc. 1, 65 *deis* Iuventate -a ministrante. nat. deor. 1, 112. APVL. met. 6, 24, 2 -um nectaris ... Iovi. MAX. TAVR. 28, 2 ebrietatis m. -um [*v. p. 2486, 35*]. *cf. e. g. p. 2483, 48. 2485, 33*). CIC. Cluent. 30 cum ... -um dedisset *uxori,* subito illa in media potione exclamavit se ... emori ([*cf. l. 37*]. HOR. sat. 2, 8, 82 OV. met. 14, 287. *al.* LIV. 26, 13, 18 -um idem, *sc. veneni,* quod mihi d. fuerit, circumferetur. MART. 11, 26, 4 IVV. 5, 52. SERV. auct. Aen. 1, 706 in manus. *al.; cf.* tradere: CIC. Tusc. 1, 96 *Graeci* in conviviis solent nominare, cui -um tradituri sint. CVRT. 7, 4, 9 -um ..., quod habebat in manu, t. MART. 11, 11, 2 manu. *al.*; reddere: *v. l. 28. 41. 56*). HOR. epist. 1, 18, 92 oderunt ... potores porrecta negantem -a (OV. ars 2, 335 [*ad amatorem aegrae puellae*] neve cibo prohibe nec amari -a suci porrige. SEN. epist. 119, 14. *al., e. g.* APVL. met. 6, 23, 5 porrecto ambrosiae -o. *cf. e. g. p. 2479, 53. 2486, 20*). OV. am. 1, 4, 31 quae tu reddideris, ego primus -a sumam et, qua tu biberis, hac ego parte bibam ([*sim.* epist. 17, 79]. met. 7, 421 Theseus data *a Medea* -a. *al.* LAVS Pis. 154 dextrā. *al.*). ars 1, 576 fac primus rapias illius tacta labellis -a *eqs.* (*cf.* arripere: VAL. MAX. 2, 6, 8 -um, in quo venenum temperatum erat, constanti dextera a. APVL. met. 2, 16, 2 [*postea*: ac desuper aqua calida iniecta porrigit]; corripere: NEMES. ecl. 3, 46. *hucine p. 2484, 6?*). met. 14, 276 (*loq. socii Vlixis*) accipimus sacrā data -a dextrā; quae simul ... hausimus ore *eqs.* (*item seq.* haurire *sim., ut loci ad B vid. vergi*: LIV. 30, 15, 8 acceptum -um ... hausit. CVRT. 3, 6, 9 accipit -um et h. [*cf. l. 38*]. IVST. 11, 8, 8. 12, 13, 8 accepto -o media potione ... ingemuit. IVL. VAL. 2, 24 l. 486 accepto ... -o cum id iam haustui admovisset. *cf. p. 2482, 70. 2483, 64 sq. et* capere: SEN. Thy. 982; excipere: TAC. ann. 4, 10, 3. CIL XIII 10025, 203 [*in phiala vitrea*] escipe -a ⟨..⟩rata). CVRT. 7, 5, 12 -o pleno, sicut oblatum est, reddito (IVST. 39, 2, 7 veneni [PS. AVR. VICT. epit. 17, 5]. CASSIOD. hist. 1, 1, 13 [*gr. φιάλην*]. *cf.* ferre: SIL. 11, 276 [*275* posuisse dapes]). *al.* Ⓒ *obi. acc. (nom. in struct. pass.) c. verbis variis*: RHET. Her. 3, 20, 33 *veneficii reum inducimus* dextera -um ... tenentem (CIC. Tusc. 1, 71 in manu iam mortiferum illud tenens -um *Socrates.* LVCR. 3, 913 ubi discubuere tenentque -a ... homines. 6, 950 [*v. p. 2481, 8*]. OV. epist. 16, 253 -a forte tenebam. *al.; cf.* LVCR. 1, 495 manu retinentes -a). VERG. Aen. 1, 706 ministri, qui dapibus mensas onerent et -a ponant (OV. epist. 16, 226 ante oculos posui -a sumpta meos. LIV. 40, 4, 13 venenum diluit ... et posito in conspectu -o *inquit 'eqs.'* [*postea*: haurite -um]. *cf. p. 2479, 56. 2481, 60. 2482, 36 et* reponere: VERG. georg. 4, 379 [*v. p. 2481, 9*]. Aen. 8, 176 sublata reponi -a; apponere: SERV. auct. Aen. 1, 706 [*bis*]). VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 (*antea*: porrectam veneni potionem ... hausit) vide ..., ut hoc -um ad eum continuo perferas. 7, 2 ext. 1 cum ... potionem veneni e manu carnificis accepisset, admoto iam labris -o (PLIN. epist. 7, 1, 4 a. ... iam labris -um reddidi). SEN. Herc. O. 657 aurea miscet -a sanguis (*ad loc. v. Hillen, Stud. zur Dichterspr. Senecas, 1989, 194*). dial. 4, 33, 5 ut -a ingentia ... siccaret (PETRON. 92, 5 SER. med. 706). VAL. FL. 2, 654 pars *ministrorum* epulas manibus, pars aurea gestant -a (APVL. met. 11, 8, 4. AVIEN. Arat. 833 -a ... *Ganymedem* divum mensis gestare). APVL. met. 10, 5, 1 repertum vini -um, in quo venenum latebat inclusum, ... continuo perduxit haustu. CAEL. AVR. acut. 3, 16, 132 *Democritus iubet quandam* decoctionem dari atque ipsum -um, quod bibunt, in sphaerae rotunditatem formari.

Ⓘⓘ *exempla cetera*: PLAVT. Curc. 368 pane et assa bubula, -um grande. Mil. 653 neque praeripio pulpamentum neque praevorto -um. VARRO Men. 308 quis -is argenteum chorum intro ibit popino? ling. 8, 31 quodvis sitienti homini -um idoneum. CIC. Verr. II 4, 49 duo -a non magna (APVL. met. 7, 9, 1 cena -isque m. inauguratur *dux latronum.* AMBR. Hel. 13, 47 maioribus. *cf. l. 2. p. 2479, 75. 2482, 68; sim. e. g. l. 66 et* CIC. Phil. 2, 63 *si* in ipsis tuis immanibus ... -is *vomuisses.* AVSON. 27, 6 [401 S.], 42 *πολυχανδέα* -a. AMM. 15, 3, 7 amplioribus). Phil. 2, 106 alter gladiorum est princeps, alter -orum (*ad loc. v. vol. VI 1, 2014, 1 sq.*). Cato 46 (*antea p. 2483, 12*) -a, sicut in Symposio Xenophontis est, minuta (MACR. Sat. 7, 1, 1 discursum variantibus -is minutioribus. *cf. p. 2483, 11;*

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. e. g. *p. 2479, 69 et* MART. 4, 8, 10 parca. AMBR. Hel. 13, 47 minoribus). *al.* CATVLL. 64, 45 collucent -a mensae (*cf.* PHAEDR. 4, 26, 20 splendebat ... -is convivium). LVCR. 1, 937 (= 4, 12) pueris absinthia taetra medentes cum dare conantur, prius oras -a circum contingunt mellis dulci flavoque liquore ([*pendet* LACT. inst. 5, 1, 14]. *item -um illinitur ad decipiendum*: SEN. suas. 6, 16 decipere vos cogar, velut salutarem daturus pueris potionem, ⌊summa parte⌋ -i [pop- *var. l.*; ⌊ ⌋ sumpti *sim. codd.*]. AVSON. 27, 12 [407 S.], 8). 6, 950 cum -a plena tenemus (VERG. georg. 4, 379 epulis onerant mensas et p. reponunt -a. OV. met. 9, 238 si conviva iaceres inter p. meri ... -a. CVRT. 7, 5, 12 *v. p. 2480, 40.* FRONTO p. 193, 3 -um profecto si p. sit, magis conpleri frustra postules, nisi effuderis. CLAVD. rapt. Pros. 2, 346 [*344* cratera]. *cf. p. 2479, 56. 59. 2482, 11. 2485, 42*). VERG. Aen. 11, 738 exspectate dapes et plenae -a mensae. HOR. sat. 1, 2, 115 num, tibi cum fauces urit sitis, aurea quaeris -a? LYGD. 6, 5 madent generoso -a Baccho. 6, 18 quem vestrum -a sicca iuvant? PROP. 2, 33, 37 demissae in -a sertae (STAT. Theb. 5, 257 iugulis ... apertis sanguine commixto redeuntem in -a Bacchum. PORPH. Hor. carm. 3, 19, 9). SEN. contr. 9, 2, 6 distinguuntur argenteis -is aurea. VAL. FL. 1, 260 valido spumantia -a Baccho (SIL. 7, 188 *miraculo* fagina pampineo spumarunt -a suco. 13, 294 *Erinys* Stygio s. -a tabo, *sc. venenato vino,* porrigit. *cf. p. 2479, 52*). SIL. 11, 54 miscere epulis spectacula dira certantum ferro, saepe et super ipsa cadentum -a (FLOR. epit. 4, 2, 69 s. ... mensas et -a interficiendum se ... praebuit). 11, 336 tabo repleta cruento -a (AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 vomitu. *cf. p. 2482, 3*). STAT. silv. 4, 6, 57 tenet haec *manus statuae Herculis* marcentia fratris, *sc. Bacchi,* -a *eqs.* IVV. 8, 177 aequa ibi, *sc. in popina,* libertas, communia -a (APVL. met. 8, 2, 6 cena -oque c. carior cariorque factus. CLAVD. 9, 5. *cf.* idem *l. 36. p. 2479, 70. 72. p. 2485, 38*). APVL. apol. 8, 5 merito os *oraturo,* ut bono potui -um, praelavitur. TERT. scorp. 1 p. 144, 15 in remediis ... aliquid ... magia circumligat, medicina cum ferro et -o occurrit. HIST. AVG. Aurelian. 46, 2 (*disting.* vasis). CAEL. AVR. acut. 3, 16, 137 -o lineo panno superimposito. *al.*

β *pro vase adhibentur minus solita*: Ⓘ *partes corporis animantium*: CAES. Gall. 6, 28, 6 *Germani urorum cornua* argento circumcludunt atque ... pro -is utuntur. LIV. 23, 24, 12 *Galli* purgato ... capite *hostis praeciso* ... calvam auro caelavere, idque sacrum vas iis erat, quo ... libarent, -umque idem sacerdoti ac templi antistitibus (*item de calva humani capitis*: MELA 2, 9 *mortuorum parentium* capita, ubi fabre expolivere, auro vincta pro -is gerunt [*inde* SOL. 15, 13 in -orum tradere ministerium]. 2, 13 -a ... inimicissimorum capitibus expoliunt. SIL. 13, 483 Celtae ... mensis ea *ossa capitis aurata* ⌊-a⌋ servant [⌊ ⌋ *praedic.*]. OROS. hist. 5, 23, 18 tamquam veris -is). PLIN. nat. 28, 4 sanguinem ... gladiatorum bibunt, ut viventibus -is (pop- *codd.*), comitiales. NEMES. ecl. 3, 49 concavat ille manus palmasque in -a vertit. Ⓘⓘ *spongia, sc. ad liquorem Iesu crucifixo praebendum* (*sec. Matth. 27, 48; cf. p. 2485, 19 sqq.*): ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 5 *quidam sub cruce stantium* aceti potionem ... ⌊spongiae⌋ -o porrigebat (⌊ ⌋ *gen. explic.*).

γ *audacius de crystallo cavo, quod aquam includit*: CLAVD. carm. min. 37, 4 nonne vides, propriis ut spumet gemma lacunis et refluos ducant -a viva sinus?

b *-um fingitur, frangitur, describitur sim. vel adhibetur ad varios usus* (*v. Hilgers, op. cit., 260 sq.; exempla selecta post* OV.): AFRAN. com. 307 offendit, fregit, rupit, icit -o. VARRO frg. Non. p. 547, 12 -a, quae vocant capulas ac capides, quod est -i genus *eqs.* (ling. 5, 123 PAVL. FEST. p. 48. 51. VAL. MAX. 3, 6, 6 *Marius* cantharo semper potavit, quod Liber pater ... hoc usus -i genere ferebatur. *al.; cf.* species: PAVL. sent. 3, 6, 90 ad -orum s. ... veluti paterae, calices, scyphi, urceoli *eqs.* PORPH. Hor. carm. 1, 36, 13). ling. 5, 121 a -o cylice. CIC. Verr. II 4, 38 perbona toreumata, in his -a quaedam, quae Thericlia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. fin. 5, 3 *Epicuri* imaginem ... in -is et in anulis habent. *al.* VERG. ecl. 3, 36 -a ponam fagina, *sc. pro pignore in certamine* (*sim. de praemio, dono*: Aen. 9, 264 bina dabo ... -a. PETRON. 50, 1 *coquus* -um ... in lance accepit. PLIN. nat. 33, 142. 34, 47 duo -a Calamidis manu caelata. SIL. 16, 449 tulit ... virtute secundus e Tyria ... duo -a praeda. MART. 12, 74, 2 accipe de circo -a Flaminio. 14, 108, 2 [*tit.* calices] sume Saguntino -a facta luto. *al.*). 3, 44 et nobis idem Alcimedon duo -a fecit. CVLEX 66. HOR. sat. 1, 6, 117 lapis albus -a cum cyatho duo sustinet (*sim. -a fagina vel fictilia sunt signum vitae simplicis, pauperis e. g.* TIB. 1, 1, 40 [*37* e paupere mensa]. OV. met. 8, 670 fabricata ... fago. fast. 5, 522 terra rubens crater, -a fagus erant. PETRON. 135, 8 vers. 5 -a, quae facili vilis rota finxerat actu. *cf. l. 60*). PROP. 2, 6, 18 Centauros ... dementia iussit frangere in adversum -a Pirithoum (*item in Centaurorum et Lapithum pugna*: OV. met. 12, 242 -a ... missa volant fragilesque cadi curvique lebetes. VAL. FL. 1, 143. SIDON. carm. 5, 235 -a tela putant). 4, 8, 53 -a mi digitos inter cecidere remissos. OV. trist. 2, 489 *poeta* alter humum, de qua fingantur -a, monstrat. LIV. 29, 9, 2 rapto -o argenteo ... miles fugiens ... obvius forte ... tribunis militum fuit. SEN. dial. 3, 19, 4 quid opus est *iracundia* mensam evertere, quid -a adfligere? nat. 1, 6, 5 si -um inpleveris aqua et in id conieceris anulum (*cf.* repletum: PLIN. nat. 2, 163 in -is r. media maxime tument. *ibid. iterum*). 1, 17, 6 quam, *sc. speciem suam,* hic in -o, *sc. levissimae superficiei,* ille in aere ... vidit. CVRT. 8, 1, 44 ne positis quidem, sed abiectis -is. 9, 10, 26 currus ... creterris aureis eiusdem materiae ingentibus -is praegravis. SIL. 14, 661 (*inter divitias Syracusarum*) argento fulgentia -a, mixtā quīs gemmā quaesitus honos. MART. 8, 6, 5 Laomedonteae fuerant haec -a mensae. IVV. 11, 102 magnorum artificum ... -a. VET. LAT. apoc. 17, 4 (Cypr. hab. virg. 12, *sim. al. et* VVLG.) mulier, *sc. Babylon,* ... tenens -um aureum ... plenum exsecrationum et inmunditiae *eqs.* (*gr. ποτήριον, cod. 51* calicem). MACR. Sat. 5, 21, 16 (*antea*: scyphus Herculis -um est) *narratur* Herculem -o tamquam navigio vectum ... maria transisse. *al.*

B *metonymice significatur id ipsum, quod bibitur, vel actio bibendi* (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 24 ex eo quod ⟨continet id quod⟩ continetur usus recipit ... '-um epotum' [*sim.* GLOSS. -um: potum vel vas ad bibendum]. *v. et l. 72 sqq. p. 2479, 22 sq.; quo de potu agatur, saepe indicat gen., v. l. 40. 45. p. 2483, 27. al., adi. l. 36 sq. p. 2484, 75. al., praepos.* ex *l. 50. p. 2483, 46, cf. e. g. iuncturam* -a et vinum *p. 2483, 10. 39; notione potius generali, q. e. potus, liquor potabilis, occurrit usu praedic. p. 2484, 65. 2485, 4. 6. 28 sq., ceterum e. g. p. 2484, 69; distinguuntur quidam potus certi p. 2484, 32. 2485, 16. al.; quantum bibatur, indicatur per adi. vel numerum l. 31. 50. p. 2483, 26. al.; pro mensura adhibetur p. 2483, 56*): **1** *strictius pertinet ad potum vase ministratum* (*vas distinguitur l. 40. 42. 61. al.; iuxta pos.* cibus *p. 2483, 40. 43. 48. al.,* dapes *l. 41 sq. 53. p. 2483, 40. al.,* epulae *p. 2483, 3 sq. al.,* mensa *p. 2483, 8 sq. al.*): **a** *quolibet contextu*: **α** *iungitur c. verbis bibendi, miscendi, fundendi, turbandi sim.* (*cf. e. g. p. 2483, 69 sq. 2484, 6 sq. 30*): Ⓘ *quibuslibet*: PLAVT. Asin. 771 tecum una potet (postea *codd.*), aeque -a potitet *meretrix* (*cf.* HIST. AVG. Alex. 39, 1 *usum* post secundam mensam potandi usque ad quinque -a). VARRO Men. 461 avidum vini invitavi -is large *eqs.* (*v. vol. VII 2, 228, 39 sq. et cf. p. 2484, 56*). VERG. georg. 1, 9 tellus ... -a ... inventis Acheloia miscuit uvis (*c. abl. liquoris ut*: HOR. carm. 3, 19, 12 *tot* ⌊miscentor⌋ *vini* cyathis -a commodis [⌊ ⌋ *v. Nisbet-Rudd, comm. 2004, ad l.*]. OV. trist. 5, 3, 50 *aliquis* deponat lacrimis -a mixta. SEN. Oed. 470 lactea Massagetes ... -a sanguine miscet [*cf.* PRVD. apoth. 431 *Gelonus mansuetus* lacte mero sitiens exsanguia -a m.]. PRISC. periheg. 491 Baccho. *ceterum*: OV. met. 10, 160. MART. 8, 39, 4 [*v. l. 57*]. *al.; cf. p. 2484, 1*). Aen. 3, 354 libabant -a Bacchi ... paterasque tenebant (VAL. FL. 2, 194 *Tisiphone* saevas ... dapes et -a libat. STAT. silv. 3, 3, 199 dapes et -a ... mānibus. CYPR. GALL. gen. 1223 calix regis, quo mitia -a l. *al.; cf.* MIN. FEL. 38, 1 sacrificiorum reliquias et -a delibata contemnimus). HOR. epod. 14, 3 -a Lethaeos ut si ducentia somnos ... traxerim (*cf. p. 2483, 63*). carm. 1, 17, 21 innocentis -a Lesbii duces (PROP. 2, 9, 21. *cf. p. 2480, 62*). 1, 20, 12 mea ... *non* Falernae temperant vites ... -a (MART. 9, 11, 7. *cf. p. 2483, 73. 2484, 26*). 2, 11, 20 quis puer ocius restinguet ardentis Falerni -a praetereunte lympha? 4, 12, 23 non ego te meis immunem meditor tingere -is. TIB. 1, 6, 28 bibebam sobria supposità -a ... aquā (1, 9, 60 plura. MART. 3, 49, 2 [*opp.* olfacere]. HIST. AVG. Gall. 17, 6 ex uno vino duo -a. *al.; cf. p. 2483, 75. 2484, 40 et sub II e. g. p. 2485, 75*). SEN. contr. 9, 2, 21 vide, ne virgae tuae -a nostra disturbent (*cf.* turbare: VAL. FL. 4, 455 *Harpyiae* diripiunt verruntque dapes foedataque turbant -a. 5, 595 STAT. Theb. 8, 258). VAL. FL. 5, 616 quisque suis ... vota deis et -a fundit (PAVL. PETRIC. Mart. 3, 102 -a funduntur gemmis gemmisque bibuntur). SIL. 7, 200 postquam iterata tibi sunt -a. STAT. Ach. 1, 307 lactea Massagetae ... -a fuscant sanguine (*cf. l. 36 sq.*). MART. 8, 39, 4 haurire ... sacrum ... nectar et Ganymedea -a mixta manu (CYPR. hab. virg. 13 si hausto -o moreretur ille qui biberat, venenum scires esse quod ille potavit. CLAVD. 15, 178 *pavidus quisque* carnifices epulas incertaque -a ... haurit. GREG. TVR. glor. mart. 86 -a lasciva spumantibus pateris. *cf. p. 2484, 2. 2485, 11*). IVV. 6, 633 timidus praegustet -a papas. APVL. met. 4, 8, 4 estur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, -is agminatim ingestis. 7, 11, 3 -is crebris grandibusque singulos ingurgitat (ARNOB. nat. 5, 2 credimusne ... *deos* mulsi tamdiu se -is ingurgitavisse fallacibus, ut *eqs.*? *cf. p. 2483, 39*). SEPT. SER. carm. frg. 6, 2 inferis manu sinistra immolamus -a. *al.* ⓘⓘ *formatis c. praefixo* e(x)- (*quaedam exempla fort. ad A trahere malis*): PLAVT. Curc. 359 propino magnum -um, ille ebibit (*nisi absol.; cf. p. 2484, 12 sqq.*). OV. fast. 5, 512 tremula dat vina ... dextra, accipit ... -a prima *Neptunus* ...; quae simul exhausit *eqs.* (*cf. p. 2483, 64 sqq. 2485, 14*). LIV. 40, 47, 5 epotis ... -is iterum poposcerunt (*cf. p. 2483, 66 sq. et supra l. 17*).

β *cum praepos.* (*sc. non vi locali*): Ⓘ inter (*cf.* SYNON. Cic. p. 427, 29 in convivio. i. epulas. i. cibos. in vino. i. -a. i. cenam. GLOSS. i. -a: i. epulas. *usum localem v. p. 2479, 53. 2481, 9*): PLAVT. Pseud. 947 *accipiam te* lepido victu, vino, unguentis et i. -a pulpamentis. VERG. georg.

[Schrickx]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 383 Thesidae ... i. -a laeti mollibus in pratis unctos saluere per utres. PROP. 3, 10, 21 sit mensae ratio noxque i. -a currat. LIV. 39, 43, 4 i. -a atque epulas ... mactatam humanam victimam *esse* (FIRM. math. 8, 7, 4 ex nimio cibo i. e. et -a ... mors illis amoena proveniet. *al.; cf. p. 2482, 60*). SEN. contr. 9, 2, 24 i. privata -a. PERS. 1, 30. BVC. Eins. 2, 2 cura dapes sequitur, magis i. -a surgit. SIL. 13, 39 IVV. 8, 217. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 15 post convivium et i. -a declamantem. FIRM. math. 6, 31, 63 i. -a et mensas et i. laetos convivarum strepitus ... mors repentina decernitur (HEGES. 1, 1, 5 MACR. Sat. 7, 3, 3. *cf. l. 2. 26*). HEGES. 1, 11, 1 accubans in medio concubinarum, laetus i. vina (escas *var. l.*) et -a. MACR. Sat. 2, 8, 5 i. minuta -a. *al.* Ⓑ *ceteris*: CIC. Verr. II 5, 28 *praetor* illis legibus, quae in -is ponebantur, ... obtemperabat (Cato 46 *sermo* more maiorum adhibetur in -o [*postea p. 2480, 74*]. *cum acc.*: CLAVD. 3, 311 *Massagetes* cornipedes ⌞in -a⌟ vulnerat [⌞ ⌟ *sc. ut sanguis potio fiat; an ut sanguis in vas potorium fluat, ut locum ad A trahas?*]). TIB. 2, 1, 31 'bene Messallam' sua quisque ad -a dicat (SIL. 16, 226 *tempus* ad mensas et -a vertunt). VAL. FL. 1, 139 pulsat ... chelyn post -a Chiron (AVSON. 17, 2 [327 S.], 7 ieiunis nil scribo, meum p. -a si quis legerit, hic sapiet. PRVD. psych. 427 p. -a multa. OROS. hist. 5, 18, 21 p. magnificas epulas largaque -a. *cf. p. 2484, 58*). MART. 11, 104, 3 me iucunda iuvant tractae per -a noctes. FLOR. epit. 2, 10, 2 ubi essent, prae -is nescientes. *sim. al.*

γ *usu vario*: PLAVT. Stich. 725 uter demutassit, -o multabitur. CIC. Verr. II 3, 62 Apronius ... cenam ac -a poscebat (SIL. 15, 431 [*in opere plumario*] manu extenta ... -a poscit. QVINT. inst. 11, 3, 117 gestum -um poscentis. TAC. ann. 11, 38, 2. *cf. p. 2479, 75. 2484, 63*). Cato 44 caret *senectus* epulis exstructisque mensis et frequentibus -is (HEGES. 4, 32 *Vitellius* obruebat se vini -is frequentioribus). LVCR. 4, 850 fessum corpus mandare quieti multo antiquius est quam lecti mollia strata et sedare sitim prius est quam ⌞-a⌟ natum (⌞ ⌟ *sc. convivia sumptuosa; an de vasis pretiosis, ut ad A pertineat?*). 4, 1132 convivia, ludi, -a crebra, unguenta, coronae serta (PHAEDR. app. 16, 26 amorem c. avocabat -is. *cf. l. 38. p. 2482, 63*). VERG. catal. 11, 2 qui deus, Octavi, te nobis abstulit? an quae dicunt, a, nimio -a dura mero? (*cf.* HOR. sat. 2, 6, 70 seu quis capit acria fortis -a seu modicis uvescit lentius [laet- *codd.*]). CIRIS 229 nec dulcis -a Bacchi nec gravidos Cereris ... contingere fetus. HOR. carm. 1, 1, 19 veteris -a Massici. PROP. 2, 15, 48 laeserunt nullos -a nostra deos (*sim.* MART. 10, 48, 24 *non* faciunt quemquam -a nostra reum). MANIL. 5, 246 gaudebit ... mero mergetque in -a mentem (*cf. e. g.* GELL. 15, 2, 3 *quidam* crebris et ingentibus -is omne ingenium ingurgitabat. APVL. met. 1, 18, 2 -is et vino sepultus). COLVM. 12, 4, 3 ne contrectentur -a vel cibi. STAT. silv. 5, 1, 121 dapes modicas et ⌞sobria⌟ -a tradit (⌞ ⌟ *cf. p. 2482, 49*). GELL. 19, 9, 3 ubi eduliis finis et -is mox sermonibusque tempus fuit *eqs.* NEMES. ecl. 2, 42 omnes ... cibos et nostri -a Bacchi horreo. IVVENC. 3, 741 adire recusant ... regalis -a mensae (*spectat ad Matth. 22, 3*). CLAVD. DON. Aen. 11, 735 p. 525, 12 deliciosas dapes et ... usque ad ebrietatem -a. VVLG. cant. 8, 2 dabo tibi -um ex vino condito et mustum. RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 36, 1 desine -is tuis aliena probra miscere et inter epulas *tuas* ... alterius vitae innocentiam lacerare. Clement. 5, 23, 3 ut esurienti cibum, sitienti -um ... ministretis. SVLP. SEV. chron. 2, 13, 7 multis -is convivium calere *coepit* (*cf. e. g. l. 19. p. 2482, 49*). HIL. AREL. vita Honorat. 17 l. 25 non Circeo ... -o (*v. l. 60*) ex hominibus feras, sed ex feris homines Christi verbum tamquam dulcissimum -um ... faciebat. VEREC. in cant. 2, 16 l. 13 corporalis -i vinum. ARATOR act. 1, 889 *Iesus* per vasa puellae -a quaerit aquae (*spectat ad Ioh. 4, 7*). VITA Genov. rec. A 21 cupa usque ad summum -o (vino *vel* -um *var. ll.*) impleta est. *al.* *de modulo*: COLVM. 12, 21, 3 musti cochlear cumulatum vel simile genus -i (moduli *Richter*) huius, ⌞quod⌟ (*Forster-Heffner,* qui *codd.*) est quarta pars cyathi, adicitur.

b *in magia, veneficio sim., sc. vel de potione sollemni, quo additur venenum, vel de ipso liquore venenoso* (*arcuimus e. g. p. 2482, 58. 61*): CIC. div. in Caec. 57 ex homine tamquam aliquo Circaeo -o factus est Verres (*v. Onom. II 455, 13 sqq.; cf.* HOR. epist. 1, 2, 23 Circae -a [PANEG. in Mess. 61 -a Circes]. OV. met. 14, 287 *a Circe* data -a. CLAVD. carm. min. 30, 21. BOETH. cons. 4 carm. 3, 22 *Vlixis socii* mala ... -a traxerant. *al.*). Cluent. 31 exhausto ... -o mortis ... est mortuus (LIV. 39, 50, 8 [*cf.* 7 accepto -o]. 39, 51, 12. CALP. decl. 13 dedit -um *tyrannicida,* quo e. ... periit tyrannus). 168 *adulescentem* statim epoto -o mortuum esse ([*inde* QVINT. inst. 5, 13, 15]. LIV. 40, 24, 6 [*antea*: venenum datum]. *cf. p. 2482, 71*). 173 *venenum* in -o ... abditum (*postea*: conliquefactum in potione). *ibid. iterum.* VERG. georg. 2, 128 -a si quando saevae infecere novercae (LYGD. 5, 9 mortiferis infecit -a sucis. VAL. FL. 2, 155. IVST. 21, 4, 3 veneno. AMM. 30, 1, 22). HOR. epod. 5, 38 exsecta uti medulla et aridum iecur amoris esset -um (*item de potione amatoria*: 5, 78 maius infundam tibi ... -um. 17, 80 desideri ... temperare -a [-um *var. l.*]. PROP. 2, 1, 51 novercae -a Phaedrae, -a privigno non nocitura suo. FRONTO p. 15, 8 -o aut veneno. *al.*). TIB. 1, 5, 50 (*devovetur lena*) tristia cum multo -a felle bibat.

sicadis) -is marmoreis vias dextra lae⟨vaque ...⟩ (*gradus in viis intellegit Van Buren, sed incertum est, num* -is m. v. *coniungenda sint*). IX 4133 -um et tribun⟨al⟩ (*postea*: ⟨l⟩udos scaenicos). **b** *in amphitheatro* (*vix sanum*: GLOSS. III 173, 16 [*in cap.* quae in amphitheatro] *κύαθος*: -um): INSCR. Année Épigr. 1959 n. 81 (*Lugduni; aet. Tib.*) amphitheatr(um) ⟨cum ... p⟩odio (1955 n. 135 [*Lambaesi; a. 176/180*] imperatores ... partem amphitheatri a solo et -um univ⟨e⟩rsum ... res⟨t⟩ituerunt. CIL X 4737 -um amphitheatri. *al.*). PLIN. nat. 37, 45 retia coercendis feris -um protegentia. IVV. 2, 147 *Gracchus gladiator* generosior ... omnibus ad -um spectantibus (*huc pertinet* GLOSS. V 655, 28 -um: super quod omnes nobiles spectant). SVET. Nero 12, 2 parvis primum foraminibus, deinde toto -o adaperto spectare consueverat. PARIS 1, 7, 8 in -um deiecto myrmillone ... *spectator* gladio ... percussus interiit (*Val. Max.* in eum locum). PRVD. c. Symm. 2, 1109 -i meliore in parte sedentes *Vestales*. ROMVL. fab. 51, 16 rec. vet. *leo* circuiens ... -um (*sim.* rec. Gall.; puteum *rec. W*). LVX. anth. 373, 1 amphitheatralem -um transcendere saltu ... iuvenem. **c** *in circo*: CIL II 5165 -um circi (*saec. II ut*: 5166. *cf.* 984 -um in circo). HIST. AVG. Sept. Sev. 22, 3 die circensium ... *Victoriola* vento icta de -o ... decidit. SIDON. carm. 23, 368 *auriga* totas ad -um ferens habenas. epist. 8, 9, 6 (*in compar.*) nostrum ... sudorem ... spectans veluti iam coronatus auriga de -o. CASSIOD. var. 3, 51, 7 alba linea non longe ab ostiis in utrumque -um ... perducitur. *fort. est substructio sedum altiorum*: ORIGO Rom. chron. I p. 148, 25 partectorum -us (*v. p. 491, 7*).

3 *spectat ad aedificia sacra*: **a** *paganorum: -um subiacet templo* (*nisi de toto templo l. 29 sq.*): VITR. 3, 4, 5 *si* circa aedem ex tribus lateribus -um faciendum erit (*sc. sine gradibus*). CIL X 531 (*aet. Flaviorum; antea*: ad exornandam aedem Pomonis) fastigium inauratum, -um, pavimenta marm(orea) *eqs.* IX 3168, 3 aedem, -um, cryptae partem facienda curavit. INSCR. Afr. Cagnat 225 iussu domini Aesculapi ... -um de suo fecit; quisq(uis) intra -um adscendere volet *eqs. al. in titulis. -um est pars araе*: CONST. veteran. (CIL XVI 11) intr. 21 (= extr. 21; *a. 70*) quae *tabula aenea* fixa est ... in -o arae gentis Iuliae (*sim. al. in diplom. milit. fere eiusdem temporis, v. CIL XVI p. 196*). INSCR. Année Épigr. 1949 n. 160 (*sim.* n. 161; *in theatro Leptis Magnae, a. 92*) aram et podi(um) d(e) s(ua) p(ecunia) f(acienda) c(uravit) (*nisi ad 2a*). **b** *Christianorum; -um est locus in ecclesia elevatus* (*sc. unde lectiones ad populum fiunt*): CONSTANTIVS vita Germ. 7 ex oratione consurgens accedit ad -um (pogi- *pars codd.*). VITA Caes. Arel. 1, 32 videntur etiam hodieque securium ictus in -is et cancellis, dum inde ... excutiuntur ornamenta.

deriv.: podiolum (*et* podiola); *cf.* podiarius. *cf. Onom.*

pōdix *v.* podex. *Grossardt.*

podocylia, *abl.* -iīs *n. plur., ποδοκύλιον vel *ποδοκοίλιον* (*cf. ποδόκοιλον l. 47 et Aët. med. 12, 69 p. 129, 10 π. μὴ φαγεῖν. de* -cyl- *pro* -coel- *v. e. g. vol. III 1410, 44 sq.*). *scribitur etiam* pedo-, pedi-, *v. infra.*

vocem primitus significasse animalis pedes et ventrem (*i. πόδας et κοιλίαν*) *ad edendum aptos, sed locis infra allatis pedes tantum significare putat Heraeus, Kl. Schr., 1937, 25 sqq.* (*cf. Gloss. II 410, 52 ποδόκοιλον*: †aqualegellae [*fort. de solo ventre, siquidem latet* aqualiculum *sim.; sed* ungellae *agnoscit André, Rev. Phil. 40, 1966, 51*]): VINDIC. epist. ad Valent. 5 praecepi ... escam fieri de minutalibus porcinis, id est -is, et ventriculo. ORIBAS. syn. 4, 14, 14 Aa p. 15 aliorum ... animalium in quantum carnes in virtute civorum (*i.* cib-) minores sunt a porcina carne, in tantum et -a ipsorum minora sunt (pedi- *cod.; La* extremas partes, *gr. τῶν ἀκρέων ἐν ὑσὶ μορίων*). 4, 16, 5 Aa p. 18 -a porcorum (pedo- *cod.; La* extremas porcorum partes, *gr. τὰ ἄκρα τῶν ὑῶν* [*sic codd., τὰ κρέα κτλ. ed. sec. locos similes*]).

podus *v.* pondus.

po⟨e⟩ēticon *v. p. 2521, 29.* **poeētria** *v.* 1. poetria. *Bl.*

poēma, -atis *et* -atos *n., πόημα* (*ποί-*; *derivatur a ποιότης* SVET. frg. p. 4, 9). NOT. Tir. 76, 11 -a.

de formis et de genere (sc. neutr. praeter p. 2494, 13 sqq.): 1) formas decl. tertiae testantur PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 167, 8 (*e Romano*). CHAR. gramm. p. 50, 32 sq. 51, 13 sqq. 65, 22 sqq. *al., sed* PLIN. *ibid.* p. 157, 5 (*e Romano*) *dicit sec. Varronem* consuetudini et suavitati aurium *esse concedendum* (*sc. ut dat., abl. plur. II^ae decl.* -tīs *adhibeatur; item praeferunt* MART. CAP. 3, 290 PHOC. gramm. V 425, 19), *et Char. gramm. p. 167, 12 sqq. (ad* PLIN. *l. 62) docet* -a *sumere gen. plur.* -tum, *dat. et abl. plur.* -tis; *v. etiam p. 2494, 3 sqq. extra doctrinam gramm. leguntur nom., acc.* -a, -ta *passim inde ab* ENN., POMPON.; *ceterum: a) sing.: gen.* -tis *inde a* CIC. *p. 2495, 55.* orat. 201. 227, *v. e. g. p. 2495, 31. 2496, 35. 50,* -tos MAR. VICTORIN. gramm. 1, 4. DIOM. gramm. I 482, 14 (= DOSITH. gramm. 69, 1). *al. apud eundem; dat.* -ti *p. 2495, 34. 2496, 40. 52; abl.* -te *inde a* CIC. *p. 2495, 16.* Att. 4, 8^a, 3, *v. e. g. p. 2495, 18. 37. b) plur.: gen.* -tum PLIN. nat. *p. 2494, 69.* SVET. *p. 2494, 72.* HIER. *p. 2496, 18; abl.* -tibus VARRO *p. 2495, 74 (cf. p. 2494, 61) et e. g.* PORPH. *p. 2495, 49, in var. lect. p. 2494, 55. 56. 75. 2) formas decl. secundae, sc.* -tum, -ti *et* -ta, -torum, -tīs, *ab antiquis adhibitas esse refert* CHAR. gramm. p. 51, 8 sqq. (*inde* EXC. Bob. gramm. I 544, 37 sq. -tum, ... -ti, ... -to *eqs.*), *sed post-habendas formis III^ae decl. docet* p. 65, 11 sqq.; *exempla auctorum exhibet* p. 66, 8 sqq. -tīs ..., quamvis ratio -tibus faciat (*affert l. 62. 73*). p. 179, 12 sqq. (*e Romano*) -torum ... Varro adsidue dicit et his -tīs, tam quam ... hoc -tum sit et non hoc -a *eqs.* (*affert et locos quosdam infra laudatos et tit. operis Q. Laelii gramm.* de vitiis virtutibusque -torum); *abl. plur.* -tis *solum testatur* PRISC. gramm. II 357, 7 (*cf. p. 2493, 65*). *praeter gramm. legitur non nisi plur.: gen.* -torum ACC. *p. 2495, 42.* AFRAN. *l. 55* (*affertur apud* NON. p. 493, 6 sqq. -torum pro -tum). CIC. or. frg. A 6, 6. VITR. *l. 66; abl.* -tis PLAVT. *l. 54.* RHET. Her. *l. 56 sq.* CIC. *l. 55. 59.* VARRO *l. 61. al. (cf. p. 2495, 74), v. e. g. l. 75. 3) formas primae decl. generisque fem. ab antiquis receptas esse testantur* DON. gramm. mai. 2, 10 p. 628, 5. SERV. gramm. IV 435, 9 sq. *haec nomina* aut tertia ... aut prima declinatione declinabant, si fuissent generis feminini, ut haec -a, huius -ae. *al.; affertur inter* sono femi- nina, intellectu neutra DON. *ibid.* 2, 5 p. 620, 4. *legitur non nisi sing.: nom.* -a VIRG. gramm. epit. 4, 7, 1 -a sui varietate contenta ... est; *acc.* -am *coni. Polara ibid.* 4, 7, 1. 2 (*opp.* rehtoriam); *abl.* -a CASSIOD. *p. 2496, 48* (-te *var. l. ut* VIRG. gramm. epit. 4, 7, 2 in -a [*opp.* in rehtoria]), *trad. p. 2495, 13.*

legitur in versibus inde a PLAVTO, ENN. (*frequentat* HOR.), *in prosa orat. inde a* RHET. Her., VARRONE, *fort. iam p. 2495, 41.* [*confunditur c.* poeta CIC. Att. 1, 16, 15 (*restit.* HIST. AVG. Gord. 3, 2); *falsa var. l. pro* plena QVINT. inst. 9, 4, 116.]

i. q. opus a poeta versibus factum (*respicitur fort. actio carminis pangendi p. 2495, 17; respondet gr. ποίημα p. 2495, 5, ποίησις p. 2496, 48*): **I** *definitiones, differentiae sim.*: **A** *disting.* poesis: *inde a* LVCIL., *sc.* 339. 340 (*var. l.*). 341. 344. 347 (*e coni.*), *v. infra p. 2514, 62 sqq.* **B** *cetera exempla*: EXPLAN. in Don. 1. 6 -a dictio paucissimis versiculis concinnata. DIFF. ed. Beck p. 43, 4 (*disting.* carmen) -a a Graecis *dictum.* GLOSS. -a: *ποίημα.* carmen poeticum. carmen est, quando (quod) poetae conscribunt. quod poeta conposuit. conpositio versuum. GLOSS.^L III Abol. PO 4 -a: carmen. V Aa P 752 -ta: carmina composita. *adde p. 2519, 12. 2521, 63 sq.*

II *exempla quaelibet. indicatur auctor -tis per gen., pron. poss. sim. p. 2495, 2. 8. 39 et saepius sub B, argumentum per gen. p. 2495, 2, praepos.* de *p. 2495, 71; is, cui dedicatur, per praepos.* ad *p. 2496, 31. opp. vel disting. oratio prosa eiusve genera (plerumque sub A), sc.* oratio soluta *vel* prosa *l. 60. 70. p. 2495, 27,* eloquentia *p. 2496, 51,* oratio(nes) *e. g. l. 57. 59. p. 2495, 18. 32,* historia(e) *l. 66. 75. al., ceterum v. e. g. p. 2495, 2. 2496, 9. 38, sed c. acumine transfertur ad opera orat. prosae p. 2495, 37; alia opera vel genera artis poeticae l. 72. p. 2495, 3. 30. al.; opus alterius artis l. 54 sq. p. 2495, 10 sqq.; variat in contextu c.* carmen *l. 60. p. 2496, 38. al.,* versus *p. 2495, 9. 2496, 34. al. iuncturae verbales potiores, quibus -a fieri significatur*: componere PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1 EVTR. 7, 21, 1. *al.,* facere RHET. Her. 4, 28, 39 CIC. Pis. 70. *al.* CATVLL. 50, 16 HOR. epist. 2, 2, 109. *al.,* fingere SVET. Tit. 3, 2 MAXIM. eleg. 1, 129, pangere *p. 208, 2 sq.,* scribere CIC. fin. 2, 107 CATVLL. 22, 16 HOR. epist. 2, 1, 117. 2, 2, 65 SVET. gramm. 11, 3. *al.*

A *contextu potius generali*: **1** *vario usu*: **a** *plur.* (*sc. de carminibus [de partibus operis maioris v. p. 2495, 49]; hic illic de omnibus artis poeticae operibus comprehensis*): PLAVT. Asin. 174 neque fictum usquamst neque pictum neque scriptum in -tis, ubi *eqs.* (*cf.* CIC. off. 3, 15 in -tis [-bus *var. l.*], in picturis). AFRAN. com. 271 -torum non bonorum. RHET. Her. 4, 2, 3 est artificium res varias ... in tot -tis (-bus *var. l.*) et orationibus sparsas ... eligere (*cf.* 4, 4, 7 cum de orationibus aut -tis elegeris exempla). *ibid. iterum.* 4, 28, 39 -ta non facio. CIC. orat. 70 cuius *decori* ignoratione non modo in vita, sed saepissime et in -tis et in oratione peccatur. VARRO ling. 7, 2 (*bis; antea*: in carminibus; *opp.* soluta oratione). 7, 36 ⟨de⟩ -tis cum scribam (*cf. tit. librorum trium e. g.* CHAR. gramm. p. 66, 10 Varro sic inscribit libro suo, de -tis. HIER. epist. 33, 2 de -tis III *libros*). NEP. Att. 4, 1 -ta pronuntiabat et graece et latine. HOR. sat. 2, 3, 321. epist. 2, 1, 34 si meliora dies, ut vina, -ta reddit. ars 99 non satis est pulchra esse -ta: dulcia sunto *eqs.* 263 non quivis videt immodulata -ta iudex (*huc spectat p. 2496, 16*). *al.* VITR. 5 praef. 1 historia aut -ta. *ibid.* -torum ... metra et pedes ... et sententiarum inter personas distinctas ... pronuntiatio. FEST. p. 334 -ta ⟨mala⟩ (*suppl. e* PAVLO). PERS. 1, 31 inter pocula quaerunt Romulidae ..., quid dia -ta narrent. PLIN. nat. 7, 205 de -tum origine (*disting.* prosam orationem). QVINT. inst. 1, 2, 14 *grammaticus* si quaestiones explicet, historias exponat, -ta enarret (narret *var. l.*). SVET. Aug. 89, 1 *Graecorum* -tum ... non imperitus delectabatur etiam comoedia veteri. gramm. 23, 4. FLOR. Char. gramm. p. 66, 11 -tis ⌊dilector⌋ (*i. verb. pass.* delector, *item* p. 177, 13 [*e Romano*]). FRONTO p. 224, 20 orationes et -ta et historias et praecepta sapientium. GELL. 9, 9, 1 quando ex -tis (-bus

[Fiedler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

var. l.) graecis vertendae ... sunt insignes sententiae. 16, 9, 1 in -tis ... et in epistulis veterum. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 251 -ta (-te *var. l.*) rerum sublime gestarum. AVG. soliloq. 2, 9, 16 et mimi et comoediae et multa -ta mendaciorum plena sunt. BOETH. elench. soph. 166b3 in scriptis ... et -bus (*gr.* ποιήμασι). *al.* *de versibus (singulis vel aliquot) orationi additis* (*cf. p. 2496, 53*): CIC. Tusc. 2, 26 *Philo philosophus* lecta -ta ... adiungebat *orationi* (*antea*: versus ... admisceri). QVINT. inst. 1, 8, 10 qui *oratores* veterum -ta vel ad fidem causarum vel ad ornamentum eloquentiae adsumunt (*postea*: versus). **b** *sing.* (*saepe c. respectu universae artis et rationis poeticae*): RHET. Her. 4, 28, 39 -a loquens pictura, ⟨pictura⟩ tacitum -a debet esse (*sim. opp. opus artis alterius*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 248 ['per vatis opus'] nec magis ... in statuis ... quam in -a⟨te⟩. *cf. p. 2494, 54*). CIC. Brut. 191 -a ... reconditum paucorum adprobationem, oratio popularis adsensum volgi debet movere. orat. 198 (*opp.* orationis; *syn.* in versibus). leg. 1, 5 alias in historia leges observandas ..., alias in -te. ad Q. fr. 3, 5, 4 (*antea*: de versibus faciendis) opus est ad -a quadam animi alacritate (*vergit fort. in notionem -tis faciendi ut*: QVINT. inst. 9, 4, 116 quem in -te locum habet versificatio, eum in oratione compositio). *al.* HOR. epist. 2, 1, 54 Naevius ... mentibus haeret paene recens? adeo sanctum est vetus omne -a. 2, 2, 109 legitimum (*106* carmina). ars 377 animis natum inventumque -a iuvandis (*382* versus ... fingere). PETRON. 118, 2 facilius -a extrui posse quam controversiam. QVINT. inst. 1, 8, 16. 5, 11, 20 Horatius ne in -te quidem humilem generis huius *fabulae* usum putavit in illis versibus (*sc. epist. 1, 1, 73 sqq., cf. p. 2496, 52*). 9, 4, 114 -a ... spiritu (peritu, perito *codd.*; impetu *Halm*) quodam initio fusum et ... similiter decurrentium spatiorum observatione esse generatum. DON. gramm. mai. 3, 2 p. 658, 3 soloecismus in prosa oratione, in -te schema nominatur. DIOM. gramm. I 495, 33 ut dactylus ... ornandi -tis gratia *quintum pedem* ... spondio concedat. FVLG. myth. 1 praef. p. 15, 2 (*seq.* tragoedia, oratio, satyra, comedia). PRVD. c. Symm. 2, 43 socii ... -tis arte aucta *pictura*. AVIAN. fab. praef. quis tecum, *Theodosi*, de oratione, quis de -te loqueretur, cum in utroque litterarum genere ... *omnes* superes? HYD. chron. II p. 24, 128 in -tis studio. ALC. AVIT. carm. 1 prol. p. 202, 1 quamquam quilibet ... doctus ... sit ..., vix aptus esse -ti queat. epist. 51 p. 80, 21 quos *libellos* ... lege -tis lusi. VEN. FORT. carm. 7, 12, 27 quid ... -a potest *contra mortem*? (*29* carmina). ISID. orig. 1, 39, 23 epodon in -te clausula brevis est. *al.* *cum acumine de operibus orat. prosae*: CIC. orat. 67 Platonis et Democriti locutionem ... potius -a putandam quam comicorum poetarum.

2 *respiciuntur singula genera -tum artisve poeticae*: **a** *exempla varia* (*de sing. cf. l. 9*): ACC. carm. frg. 13 (*fort. orat. soluta*) quam varia sint genera -torum, ..., quamque longe distincta alia ab aliis, nosce (PORPH. Hor. sat. 1, 4, 21–22 non delectentur hoc -tis genere, *sc. satura*. DIOM. gramm. I 299, 17 -tum genera [*spectat ad l. 53 ut* 482, 11]. 482, 14 [*antea l. 53*] -tos genera [*sc.* activum, enarrativum, commune]. SERV. auct. georg. 2, 383 *inde* hoc genus -tis tragoediam dicunt. *cf. l. 56 sqq.*). HOR. sat. 1, 4, 45 quidam comoedia necne -a esset, quaesivere (*sim.* 1, 4, 63 *quaeritur, satura* iustum sit necne -a). PORPH. Hor. epist. 1, 11, 12 carmen, quod ex variis -bus constabat, satura vocabatur (*ibid. de eadem re*: multa ... -ta conprehendantur. *sim. al.*). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 56, 22 -tum ... seu carminum species sunt tres: alia enim a Graecis κατὰ στίχον, alia συστηματικά, alia μικτά dicuntur (*cf. l. 62 sq.*). DON. de com. 5, 3 -a (*de comoedia*). DIOM. gramm. I 482, 13 (tit.) de -bus (*seq. l. 45*). 491, 17 (*disting.* mimus) alia -ta. *al.* **b** *genus indicatur attributis*: CIC. opt. gen. 1 -tis ... tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrambici ... suum ⌊genus⌋ est, diversum a reliquis ([⌊ ⌋ *v. app. crit.*]. DIOM. gramm. I 482, 26 [tit.] de generibus -tos ⌊dramatici vel activi⌋, *sc. quattuor* [*item* 482, 27]. *cf.* APVL. flor. 9, 27 -ta omnigenus apta virgae, lyrae, socco, coturno). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 208 ego *Horatius* praefero poetam tragicum vel comicum, etsi haec -ta ipse non facio. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 133, 5 lyrica. DON. Ter. Ad. praef. 1, 4 hoc etiam ut cetera huius modi -ta quinque actus habeat necesse est. DIOM. gramm. I 482, 30 (tit.) de specie -tos exegetici vel enarrativi (483, 4 sq. communis). BOETH. mus. 1, 12 cum ... heroum -a legimus (-ta *var. l.; disting.* prosam; canticum).

B *indicatur vel e contextu intellegitur, quo de opere (quibus de operibus) agatur vel cuius sit auctoris* (*de psalmis p. 2496, 21*): **1** *plur.* (*tam de omnibus operibus unius auctoris quam de carminibus singulis vel de aliquot versibus; disting.* versus *p. 2496, 21*): ENN. ann. 3 latos ⟨per⟩ populos ⌊res atque -ta nostra⌋ ⟨... clara⟩ cluebunt (cluebant *codd.*; ⌊ ⌋ *sc. hoc opus*). LVCIL. 1013 sola ex multis nunc nostra -ta ferri. CIC. Att. 1, 16, 18 *velim*, quae -ta quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. fam. 12, 18, 2 Laberi et Publi⟨l⟩i -ta (*cf.* HOR. sat. 1, 10, 6 Laberi mimos ut pulchra -ta mirer). ad Q. fr. 2, 9, 1. 2, 10, 3 Lucreti -ta. VARRO ling. 7, 34 *quiddam* apud Callimachum in -bus eius inveni (*in eadem struct. elocut.*: 8, 14 ⟨H⟩ortensius in -tis *quiddam ponit*. GELL. 9, 12, 10 Calvus in -tis. 17, 11, 1 PRISC. gramm. III 55, 25. *cf. l. 49 et abl. nudum apud* NON., *e. g.* p. 133, 21 Calvus -tis). CATVLL. 22, 15 *Suffenus* simul -ta attigit (*seq. l. 31*). HOR. epist. 1, 1, 67 ut ... spectes lacrimosa -ta Pupi. 2, 1, 225 labores nostros et tenui deducta -ta filo. ars 276 (*275* tragicae ... Camenae). *al.* OV. trist. 2, 519 mea sunt populo saltata -ta saepe (*de partibus artis amatoriae cogitat Owen, comm. 1967, ad l.*). ASCON. Pis. p. 20, 30 *Philodemi* -ta sunt lasciva (*cf. l. 42*). PETRON. 41, 6 *puer* -ta domini sui acutissima voce traduxit. PROB. vita Pers. l. 22 (*restit.*). MART. 3, 50, 9. QVINT. inst. 10, 1, 129 et orationes eius *Senecae* et -ta et epistulae et dialogi feruntur. IVV. 10, 124 ridenda -ta malo, *sc. ut Ciceronis*. PLIN. epist. 9, 10, 3 -ta quiescunt, quae ... inter nemora ... commodissime perfici putas. SVET. Tit. 3, 2 in fingendis -bus. gramm. 11, 3 *Cato grammaticus* scripsit ... etiam -ta, ex quibus praecipue probantur 'Lydia' et 'Diana'. vita Lucani p. 52, 2 -ta eius ... praelegi memini. *al.* GELL. 18, 11, 4 versus ... ipsos ex -tis Furianis ... subdidi. *al.* EVTR. 7, 21, 1 (*disting.* tragoedias). AVSON. 8 (322 S.), 56 modulata -ta Flacci. 17, 2 (327 S.), 3 seria (*opp.* carminis inculti tenuem ... libellum). HIER. epist. 33, 2 (*inter opera Varronis; cf. antea p. 2494, 62*) satirarum Menippearum libros CL, -tum libros X, orationum libros XXII. RVFIN. Orig. princ. 3, 3, 3 p. 259, 17 *magi* versu eos, *sc. puerulos*, dicere -ta admiranda ... fecerunt (*cf.* VEN. FORT. carm. 7, 12, 111 refer alta -ta versu). VEN. FORT. carm. 8, 3, 7 (*3* carmine davitico) divina -ta psallunt *angeli et homines*. *al.*

2 *sing.*: **a** *usu communi*: POMPON. Atell. 181 -a placuit ... omnibus. CIC. de orat. 1, 217 Empedocles ... egregium -a *fecit*. ac. 1, 9 (*ad Varronem*) varium et elegans omni fere numero -a fecisti (*cf. l. 17*). div. 2, 111 (*ad Sibyllae versus quosdam*) non esse autem illud carmen *vatis* furentis ... ipsum -a declarat – est enim ... artis et diligentiae. Att. 1, 16, 15 (*disting. antea*: epigrammatis tuis; *postea*: Caecilianam fabulam) Lucullis ... graecum -a (poetam *codd. plerique*) condidit *Archias*. 1, 19, 10 -a exspectato (*sc. de consulatu meo; item de Ciceronis -te*: 4, 8ª, 3 ad Q. fr. 2, 14, 2. 3, 1, 11 -a ad Caesarem. 3, 6, 3 ad illum). CATVLL. 22, 16 (*antea l. 2*) *numquam* aeque est beatus ac -a cum scribit. 50, 16 hoc ... tibi -a feci. HOR. epist. 2, 1, 237. PETRON. 115, 3 *Eumolpo vacavit* in vicinia mortis -a facere (*2* versus; *4* carmen). SVET. Iul. 56, 5 -a, quod inscribitur 'iter'. Dom. 1, 1. SYMM. epist. 1, 14, 1 neque ullius -tis tui neque pedestrium voluminum lectione. SERV. Aen. 1, 382 Lucanus ... videtur historiam composuisse, non -a. MARCELL. med. praef. 7 (*de med. carm.; antea*: versiculis, carmine; *postea*: opusculum). RVT. NAM. 1, 270 (*de inscr.*) postibus adfixum. SIDON. epist. 1, 11, 3 dignum -a, quod ... tabula rostralis acciperet (*antea*: versuum; carmen). PRISC. gramm. III 482, 12 -ti suo 'Aeneis' inscripsit. *al.* **b** *speciatim: comprehenduntur omnia vel aliquot unius auctoris carmina* (*exempla certiora*): CIC. Pis. 70 *Philodemus* -a ... facit ita festivum, ... ita elegans, ut *eqs.* (*cf. l. 6*). HOR. epist. 2, 1, 75 si versus paulo concinnior unus et alter, iniuste totum ducit venditque -a *Livii*. AMPEL. 14, 5 *Tyrtaeus* ⌊-te suo ita⌋ militum animos concitavit, ut *eqs.* (⌊ ⌋ *restit., v. app. crit.*). PORPH. Hor. epist. 1, 2, 1 lecto a se -te Homeri (CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 12 apud Graecos nulla invenitur absolute conscriptio -a H. vetustior [-te *var. l.; gr.* ποιήσεως]). CHAR. gramm. p. 186, 26 (*e Romano*) Calvus Licinius in -te '*eqs.*' AVSON. 27, 19ª (412 S.) l. 15 de epistularum tuarum eruditione, de -tis iucunditate. HIST. AVG. Max. Balb. 7, 5 eloquentia clarus, -te inter sui temporis poetas praecipuus. AVIAN. fab. praef. fabulas ... -ti suo Flaccus aptavit (*cf. p. 2495, 23*).

respici vid. singuli paucive versus cuiusdam operis pro exemplo sim. electi (*cf. p. 2495, 5*): CIC. div. 1, 66 (*ad Enn. scaen. 54–62*) o -a tenerum et moratum atque molle! COLVM. 7, 10, 8 ut Bucolicum loquitur -a (*seq. Verg. ecl. 7, 54*).

cf. Onom. (*sc.* INSCR. Année Épigr. 1912 n. 144). *Fiedler.*

[poēmaneum: carmen poeticum genus (generis *Lindsay*) masculini GLOSS.ᴸ IV dub. Plac. P 8 (*inde* I Ansil. PO 26 -nium). *corruptum; 'an* poema meum?' *Lindsay; alia temptavit Stowasser, Arch. Lat. Lex. 2, 1885, 608.*] *M. H.*

poēmatium, -ī *n.*, ποιημάτιον. [*var. l.* poemata *praeter l. 69*, poematica *apud* PLIN.] *i. q. poema breve vel leve sim.* (*accedit notio modestiae maxime l. 68*): PLIN. epist. 4, 14, 9 (*8* meas nugas) sive epigrammata sive idyllia sive eclogas sive, ut multi, -a seu quod aliud vocare malueris, licebit voces, ego tantum hendecasyllabos praesto. 4, 27, 1 audivi recitantem Sentium Augurinum cum summa mea ... admiratione; -a appellat. AVSON. 17 praef. (326 S.) l. 5 -a, quae in alumnam meam luseram rudia et incohata. 18 epil. (360 S.) l. 4 probissimo viro Plinio in -is lasciviam, in moribus constitisse censuram (*cf. Plin. epist. 4, 14, 4 sq., qui affert Catull. 16, 5 sqq.*). *Reineke.*

poēmatum, -ī *n. v.* poema.

poemnium, *dat.* -ō *n.*, ποίμνιον. *i. q. grex* (*sc. fidelium*): INSCR. christ. Diehl 1863 Theodore feli⟨x⟩, ⟨a⟩diuvante deo omnipotente et -o caelitus tibi ⌊⟨tra⟩ditum⌋ (*pro* tradito *errore lapicidae*) omnia ⟨b⟩aeate fecisti *[M.H.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eqs. (-o ... tradito *dat. sec. Carlini, v. Année Épigr. 1986 n. 243; sunt qui nom. propr. sancti intellegant*).

poen- *v. etiam* paen- *vel* phoen-. *M. H.*

poena, -ae *f.* [*ποινή* < *k^{w}oinā *est vox indogerm., sed lat.* -a *propter* p *necesse est non eandem originem habere, sed receptum esse e gr. idque iam antiquissima aetate, cum notionem mutatam esse pateat ante* LEGEM XII tab.; *ceterum gr. non nihil contulisse videtur et ad plur.* -ae (*v. l. 25*) *et ad nomen deae* (*v. p. 2505, 1*). *v. Leumann, Gramm. 1977, 151. Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 177 -a a poeniendo aut quod post peccatum sequitur. VIRG. gramm. epit. 5, 4, 3 *v. p. 1457, 62.* ISID. orig. 5, 27, 1 -a dicta, quod puniat; est autem epithetum nomen et sine adiectione non habet plenum sensum: adicis -a carceris, -a exilii *eqs.* *de scriptura* (poen-, *non* pen- *scribendum docet* ISID. orig. 1, 27, 19): *in inscr. vel codd. vet. invenitur* poen- LEX Vrson. (CIL I^2 594) 65, 18. 96, 5. *et passim,* paen- (*ordine vocum firmatur* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 61) EVGIPP. reg. 40, 35 (*cod. E saec. VI/VII ut* 40, 51). CIL III 6399, 7 (*christ.*), pen- (*cf. l. 13. p. 2514, 16*). CIL VI 19596 (*saec. I*). III 9672. 10016. INSCR. Hisp. Mariner Bigorra p. 214 n. 2 (*saec. V*). GLOSS. II 497, 47 (*cod. Harl. saec. VII, sed iuxta voces c.* po- *ponitur*), pɛnɛs (*pro* -is) INSCR. christ. Diehl 3879b (*saec. VI/VII*), peon- TAB. cer. Pomp. *p. 2499, 35,* poin- *fort.* CIL III 658 (*var. l.; lapis periit, v. Banti, Annuario della R. Scuola Arch. di Atene ... I/II, 1939/40, 214*). *scribitur litteris gr. l. 31.* *abbreviatur* p *in iunctura* p(oenae) n(omine) CIL VI 38610, 9 (*saec. II*). NOT. Tir. 43, 36 sq. -a. -ae nomine. *de formis: gen. gr.* -as SCHOL. Sinait. 6, *acc. gr.* -an *ibid.* 7. *apud auctores priscos crebrius invenitur plur., e. g. p. 2498, 19. 2502, 21 sq. 26. 29 sqq. (sed sing.* LEX XII tab. *p. 2499, 1,* PLAVT. *p. 2502, 26,* COM. pall. inc. *p. 2502, 24. 28), inde a* CIC. *pari frequentia sing., qui praevalet, ubi de -a certa agitur.* *de notione* (*cf. p. 2498, 16 sqq.*): SYNON. Cic. p. 438, 22 -a. supplicium. ultio. vindicta. damnum. animadversio. p. 449, 5 verbera. ungulae. ... tormenta. -ae. GLOSS. -a: *πρόστιμον, τιμωρία, δίκη, κόλασις.* supplicium. II 312, 8 *ἐπιτίμιον*: -a. iurispr. *ἄδετ Π* 44 *ποένα· ποινή. al.* *de differentia inter voces q. s.* multa *et* -a *v. vol. VIII 1580, 50 sqq.,* -a *et* fraus *vol. VI 1, 1267, 46 sqq.,* -a *et* supplicium QVINT. decl. 277, 6 non ubicumque -am habes, etiam s. est: nomen hoc est publicae animadversionis, nomen exactae per magistratus -ae. ISID. diff. 1, 359 (146 C.) multatio potest esse et sine sanguine, in damno pecuniae; -a vero dolor sine sanguine, s. cum sanguine (*sim.* DIFF. ed. Beck p. 76, 22). *legitur inde a* LEGE XII tab. (*v. p. 2498, 73. 2499, 1*) *per totam latinitatem; vocem frequentant iurisconsulti.* [*it., sard. centr.* pena, *raet. or.* pene, *occ.* paina, *francog.* peine, *prov., cat., hisp.* pena, *port. vet.* pea; *cf. e. g. theod.* Pein, *anglosax.* pin, *cambr.* poen. *cf. M.-L. 6628. Battisti-Alessio IV 2830. Wartburg IX 114. Corominas^2 IV 471. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* plenus AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 37, 3 ADNOT. Fronto p. 191, 25 (*falso trad.* LVCR. 1, 527).]

significatur primitus quod datur vel sumitur ad restituendum vel compensandum damnum sim. (v. maxime p. 2498, 72 sqq.), inde adhibetur de variis suppliciis nec non usu laxiore de incommodis, doloribus sine culpa acceptis (*ad rem v. e. g. Fuhrmann, RE suppl. IX 843 sqq.*). *pro syn. est vel iuxta pos.* cruciatus *vol. IV 1220, 39 sqq.,* iudicium CIC. inv. 2, 61 Caecin. 35 Mil. 43. *al.* PS. SALL. rep. 1, 6, 4 VELL. 2, 2, 2. *al.,* letum *vol. VII 2, 1191, 55,* multa *vol. VIII 1580, 68,* supplicium CIC. Rab. perd. 3 Sest. 94. *al.* VERG. Aen. 11, 258 LIV. 7, 20, 7. *al.,* ultio VAL. MAX. 5, 4 ext. 3 SEN. dial. 4, 3, 4 ARNOB. nat. 5, 37. *opponitur* impunitas *vol. VII 1, 722, 35,* praemium CIC. Flacc. 97 Balb. 65. *al.* LVCR. 5, 1151 CAES. Gall. 6, 13, 5 OV. Pont. 1, 2, 121 LIV. 8, 12, 1. *al.,* voluptas OV. am. epigr. 4 SEN. epist. 83, 27 PLIN. nat. 19, 55 AVG. serm. 58, 8. *al.* *in lusu verborum cum* Poenus *p. 2502, 62.*

materiam sic digerendam esse putavimus:

I *exempla pauca notionem illustrantia*:
- **A** *strictius respicitur satisfactio iniuriae sim.*:
  - **1** *proprie; -a constituitur*: **a** *legitima auctoritate: p. 2498, 14* (*cogitationes de iustitia sim. p. 2498, 16; in iure Romano privato p. 2498, 69, publico p. 2500, 6, apud externos p. 2501, 54, in ecclesia p. 2501, 72*). **b** *variis modis; -am exigunt animantes varii p. 2502, 17, dei p. 2503, 18, res p. 2504, 61.*
  - **2** *per prosopop. vel metonymiam significatur*: **a** *dea ultrix: p. 2505, 1.* **b** *id, quod -am meret: p. 2505, 24.* **c** *id, per quod punitio fit: p. 2505, 29.*
  - **3** *translate: p. 2505, 41.*
- **B** *laxius, sc. respectu satisfactionis iniuriae vel criminis minus vigente*:
  - **1** *-a est consecutio molesta sim. actionum vel morum eius, qui punitur: p. 2505, 45.*
  - **2** *-a variis de causis oritur*: **a** *quodvis incommodum, molestia: p. 2505, 71.* **b** *potius dolor, cruciatus sim.: p. 2506, 5* (*tormenta carnuficis p. 2506, 29, dolor morbi p. 2506, 54*).

II *exempla sec. iuncturas vel structuras digesta*:
- **A** *iuncturae*: **1** *verbales: p. 2506, 68.* **2** *nominales: p. 2508, 60.*
- **B** *accedunt additamenta, quae indicant*: **1** *naturam -ae: p. 2509, 17.* **2** *quis -am dare debeat sim.: p. 2510, 11.* **3** *pro qua re (persona) -a detur vel poscatur, sc. causam -ae: p. 2510, 27.* **4** *quis vel quid -am constituat sim.: p. 2510, 66.*

I *exempla pauca notionem illustrantia*: **A** *strictius respicitur satisfactio iniuriae, delicti, damni sim. et usus inde derivandus* (*-as luit aliquis pro delicto alterius e. g. p. 2501, 6. 2502, 75; -as sibi infligit aliquis e. g. p. 2502, 44. 55*): **1** *proprie*: **a** *-a constituitur legitima auctoritate* (*sc. fere lege, edicto sim.; a duce militari p. 2501, 20, ex foedere p. 2501, 31*): **α** *generalia quaedam illustrantia cogitationes de iustitia -ae vel eius legitimo usu sim.* (*huc pertinet praecipue caput* DIG. 48, 19): Ⓘ *exempla varia*: CATO orig. 95^{d} ecquis est ..., qui ... aequum censeat -as dare ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse? (*cf. e. g.* TAC. ann. 3, 69, 3 sic a maioribus institutum ut, si antissent delicta, -ae sequerentur. *contrariam opinionem v.* APVL. flor. 20, 8 ad -am sufficit meditari punienda). COM. pall. inc. 7 Solon, qui lege cavit, vitia uti transcenderent auctoris -ae (*item respicitur, quomodo -a sceleri respondeat*: CIC. leg. 3, 11 noxiae -a par esto [*eadem verba* 3, 46, *ubi seq.* ut in suo vitio quisque plectatur, vis capite, avaritia multa *eqs.*]. off. 1, 89 cavendum est ..., ne maior -a quam culpa sit. HOR. sat. 1, 3, 118 adsit regula, peccatis quae -as irroget aequas. *al.*). CIC. Tull. 10 -am graviorem constituere, ut metu comprimeretur audacia (*item respicitur -ae metus e. g.*: rep. 5, 6 *non* tam metu -aque terrentur, quae est constituta legibus, quam *eqs.* leg. 1, 40 *si* -a, si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa ... vita. fin. 2, 73. OV. Pont. 1, 2, 127 [125] multa metu -ae, -a qui pauca coercet *Caesar*). 51 haec ... tacita lex est humanitatis, ut ab homine consili, non fortunae -a repetatur. Mur. 63 distincta genera esse delictorum et dispares -as. Pis. 43 ⌞quae est ... -a, quod supplicium?⌟ id ..., quod accidere nemini potest nisi nocenti (⌞ ⌟ *eadem verba* 44. *cf.* 95 nullam mihi -am videtur habere id, quod accidere innocenti ... potest). rep. 2, 54 ab omni iudicio -aque provocari licere indicant XII tabulae compluribus legibus. off. 2, 18 tanta ... -a afficiamus, quantam aequitas humanitasque patiatur. *al.* ALF. dig. 44, 7, 20 servus non in omnibus rebus sine -a domino dicto audiens esse solet, sicuti si dominus hominem occidere ... servum iussisset. *ibid.* quodcumque vi fecisset, quae vis a maleficio non abesset, ita oportet -as eum pendere. *al.* Ⓘⓘ *respicitur distinctio -arum secundum statum sim. eius, qui deliquit* (*cf. e. g. p. 2499, 23; ad rem v. e. g. vol. VI 3, 2904, 19 sqq., Garnsey, Social Status and Legal Privilege, 1970, 103 sqq.; discrimen -ae negatur e. g. l. 55. 58*): POMPON. dig. 40, 7, 29 pr. *statuliberi* in publicis quoque iudiciis easdem -as patiuntur, quas ceteri servi (*item de servis*: VENVL. dig. 48, 2, 12, 4 omnibus ... legibus servi rei fiunt excepta lege Iulia de vi privata ..., quae -a in servum non cadit; idemque dicendum est in ceteris legibus, quibus pecuniaria -a irrogatur vel etiam capitis, quae servorum -is non convenit. *ibid.* durior ei *servo* -a extra ordinem imminebit. *al.*). VLP. dig. 48, 19, 9, 11 discrimina esse -arum neque omnes eadem -a adfici posse. COD. Iust. 9, 47, 5 (*a. 212/3*) ut liberi eorum *veteranorum* ... -a metalli ... non adficiantur. 9, 41, 11 pr. (*a. 290*) perfectissimorum virorum ... liberos plebeiorum -is ... non subici. 12, 28, 1 (*a. 314*) indiscreta dignitate. Theod. 8, 5, 2 promotus regradationis humilitate plectetur; munifex -am deportationis excipiat. 9, 21, 1 -am pro discretione sexus et condicionis suae diversitate sustineat. 9, 24, 1, 5 citra discretionem sexus eadem -a ... subiugari. 16, 5, 21 (*antea*: si ingenuus est *eqs.*) si servili faece descendens paupertate sui -am damni ... contemnit, ... deportatione damnabitur. *al.* *qui damnatur, fit* servus -ae *sim.* (*ad rem v. Mommsen, Strafrecht 947 sq.; cf. p. 2500, 49*): CALL. dig. 49, 14, 12 magis ... ait *Pius in rescripto* -ae eos *damnatos in metallum* quam fisci servos esse (VLP. dig. 1, 6, 7 si qua -a pater fuerit affectus, ut ... s. -ae efficiatur. 28, 3, 6, 6 si quis fuerit capite damnatus ..., testamentum eius irritum fiet ...; nam -ae s. efficitur. *al.*). VLP. dig. 48, 19, 8, 8 si ... in perpetuum fuerint damnatae, quasi servae -ae constituuntur (48, 20, 5 pr.). 48, 23, 1, 1 servitus -ae.

β *usu communi*: Ⓘ *apud Romanos vel in eorum provinciis, coloniis sim.*: Ⓐ *privati delicti causa* (*pro -a est praecipue multa, pretium sim., cf. e. g.* SERV. Aen. 1, 136 antiquorum ... omnes -ae pecuniariae fuerunt [*sim.* 2, 229]. *aliter p. 2499, 8. 23*): ① *ad quodlibet damnum restituendum, puniendum*: LEX XII tab. (Gell. 20, 1, 12) si iniuriam alteri faxsit, viginti quinque aeris -ae sunto ([FEST. p. 371 viginti quinque -ae ... significat viginti quinque asses]. *ob vulnerationem corporis ut ibid.* [coll. Mos. 2, 5, 5] manu fustive si os fregit libero, *tot assium* ...

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-am subit⟨o⟩ [-ae sunto *coni.*]. *cf.* LEX conviv. [Querol. p. 59, 16; *iocose*] de livoribus in quadrantem solidi unius, de tumoribus in trientem -a transibit). CATO orig. 95[e] (*lex in exemplum acerbitatis ficta; antea*: multa esto) si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta -a esto. CIC. Verr. II 3, 28 -am octupli *persequi in Sicilia.* Caecin. 7 qui ... fraudavit quempiam, in eo, quo delictum maius est, eo -a est tardior? off. 3, 65 *cum olim* qui infitiatus esset *vitia praedii,* dupli -am subiret, a iuris consultis etiam reticentiae -a est constituta. *al.* PVBLIL. sent. A 37 (*iocose*) amantis ius iurandum -am non habet. LIV. 6, 34, 2 *debitores* addicti creditoribus satisfaciebant, -aque in vicem fidei cesserat. PAVL. FEST. p. 243 -as pendere ... dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit. IAVOL. dig. 47, 2, 75 *non* nos movere debet, quod duobus -a furti praestabitur, quippe ... emptori eius possessionis, domino ipsius proprietatis causa praestanda est (*sim. -a furti*: GAIVS inst. 3, 190 *non* manifesti furti -a ... dupli inrogatur. INST. Iust. 4, 1, 5 -a manifesti furti quadrupli est tam ex servi persona quam ex liberi. *al.*). FRONTO p. 191, 19 leges pleraeque -as constituerunt, ne quis arborem felicem succidisset (*cf.* POMPON. dig. 47, 7, 6, 1 si ... arbor *caesa* plurium fuerit, universis dumtaxat una et semel -a praestabitur). IVLIAN. dig. 34, 8, 1 senatus, cum -as legis Corneliae constituerit adversus eum, qui sibi ... legatum scripsisset *eqs.* (*item -a falsi sim.*: 48, 10, 5 senatus -am remisit ei, qui legata a se testamento data codicillis sua manu scriptis ademerat. AFRIC. dig. 48, 10, 6 pr. si quis legatum sibi adscripserit, tenetur -a legis Corneliae. MARCIAN. dig. 48, 10, 1, 13 -a falsi vel quasi falsi deportatio est et omnium bonorum publicatio; ... servus ... ultimo supplicio adfici iubetur. *al.*). *al.* ② *ad stipulationem confirmandam, contractum tutum faciendum sim.* (*sc. -a debetur, si promissa non solvuntur vel sim.; cf. Kaser, Privatrecht I[2] 519 sqq., Knütel, Stipulatio -ae, 1976*): CIC. Verr. II 2, 66 iste -is compromissisque interpositis ... *sestertia tot* extorquenda curavit. LABEO dig. 19, 1, 51, 1 ut, quandoque per emptorem factum sit, quo minus pecuniam solvat, legis -am patiatur. 22, 2, 9 si traiecticiae pecuniae -a ... promissa est, quamvis eo die, qui primus solvendae pecuniae fuerit, nemo vixerit, qui eam pecuniam deberet, tamen perinde committi -a[m] potest, ac si fuisset heres debitoris (CELS. dig. 47, 2, 68, 1 IVLIAN. dig. 19, 1, 28 POMPON. dig. 45, 1, 5, 3[a] HERMOG. dig. 2, 15, 16). TAB. cer. Pomp. Camodeca 68 pag. 3, 2 (*a. 39*) me ... peone (*i.* -ae) nomine in d(i)e si(n)gulos sestertios *tot* ... nummo obligatum iri (*eadem verba* pag. 5, 13). PROC. dig. 45, 1, 113 pr. cum stipulatus sim mihi ..., si opus ... effectum non sit, -am (NERAT. dig. 2, 11, 14 IVLIAN. dig. 46, 2, 15 POMPON. dig. 45, 1, 90. *al.; cf.* IVLIAN. dig. 19, 1, 28 quantum -ae nomine s. esset *eqs.*). *ibid.* cum iam opus ante kalendas Iunias effici non poterat, puto -am esse commissam (*ibid. saepius.* IAVOL. dig. 4, 8, 39 pr. non ex omnibus causis, ex quibus arbitri paritum sententiae non est, -a ex compromisso committitur, sed ex his dumtaxat, quae ad solutionem pecuniae aut operam praebendam pertinent. 4, 8, 39, 1 CELS. dig. 4, 8, 37 POMPON. dig. 4, 8, 40. *al., v. iam l. 32*). IVLIAN. dig. 19, 1, 28 venditor, antequam -am ex stipulatu petat *eqs.* (POMPON. dig. 34, 3, 8, 2 usuras vel -as petere. AFRIC. dig. 44, 7, 23). *al.* ③ *ad voluntatem supremam defuncti servandam: -a tenetur heres, ut voluntatem testatoris exsequatur* (*legatum in -am factum iuris esse negatur l. 53 sqq., postea permittitur, v. l. 62*): ALF. dig. 35, 1, 27 (*antea*: nisi factum esset, heredes magna pecunia multare) si ... nullum monumentum fecissent ..., num -a *heredes* tenerentur. *ibid. si* voluntas eius *testatoris* ignoraretur, -am quidem nullam vim habere. AFRIC. dig. 34, 6, 1 etiam si in patris dominive -am illicite vel probrose datum est, nullius momenti legatum esse respondit. *ibid. iterum.* GAIVS inst. 2, 235 -ae ... nomine inutiliter legatur; -ae autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur (*sim.* VLP. reg. 24, 17 INST. Iust. 2, 20, 36). 2, 288 -ae nomine iam non dubitatur nec per fideicommissum quidem relinqui posse. COD. Iust. 8, 28, 1 (*a. 207*) *testamento* complexus est debitor nulla a se praedia venumdari et -am addidit, ut fisci fierent. MARCIAN. dig. 34, 6, 2 -am a condicione voluntas testatoris separat. COD. Iust. 6, 41, 1 pr. (*a. 528*) licere testanti pro implenda sua voluntate ... pecuniariam -am inferre, quibus voluerit. *al.* *-a tenetur, qui sepulchrum violat* (*cf. p. 2501, 58*): INSCR. Année Épigr. 1952 n. 223 (*Thessalonicae; saec. II/III*) si qu⟨is⟩ ... vim facere voluerit et aper⟨ire, infer⟩et fisco -ae nomine *tot.* christ. Diehl 504 (*a. 394/5*) si quis voluerit eam arcam aperire, dabit -am fisci auri p(ondo) duum. CIL III 658. 6399 de(t) heclesiae -am auri pondo duo. X 1804. INSCR. Année Épigr. 1916 n. 121 ⟨si quis post⟩ obitum nostrum aperuerit s⟨arcophagum⟩, dabit -ae nom⟨i⟩ne reipubl(icae) ... Sinop(ensium) *tantum.* *al.* ④ *ad perperam facta in cursu litis, actionis sim. punienda*: VAL. MAX. 4, 4, 7 -am ... pro filio ..., quod ad causam dicendam non occurrisset, ... solvit (*sim. ob absentiam*: POMPON. dig. 4, 8, 40 *arbitro mortuo* alter ex litigatoribus non adfuit; procul dubio -a minime commissa est. GAIVS inst. 4, 183 si non venerit, -am ... committere. COD. Theod. 2, 18, 2 eum, qui sciens iudicio adesse neglexerit, ... iudex -a multabit. *al.*). EPIST. imp. Tit. (Année

Épigr. 1962 n. 288; *a. 79*) 5 -am iniustae appellationis. GAIVS inst. 4, 9 rem ... et -am persequimur velut ex his causis ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus. 4, 171 ⟨modo⟩ pecuniaria -a, modo iusiurandi religione *coercentur homines a temere litigando* (*locus lacunosus suppl. ex* INST. Iust. 4, 16 pr., *cf. ibid.* tit. de -a temere litigantium).

Ⓑ *in iure publico*: ① *ob quodlibet damnum vel crimen*: ⓐ *certum genus -ae indicatur vel satis constat: multa, pretium sim.*: LEX Vrson. (CIL I[2] 594) 65, 18 quae pecunia -ae nomine ob vectiga(l)ia ... in publicum redacta erit. 96, 5 de pecunia publica deque multis -isque. FEST. p. 142 multam Osce dici putant -am quidam; M. Varro ait -am esse, sed pecuniariam (*al., v. p. 944, 33 sqq.*). p. 237 ob delicta *peculatus* -a gravissima erat duarum ovium. PAVL. FEST. p. 24 aestimata -a ab antiquis ab aere dicta est. p. 75 qui ... populum fraudat, peculatus -a tenetur (VLP. dig. 48, 13, 3 MARCIAN. dig. 48, 13, 4, 1). VAL. MAX. 2, 9, 1 censores aera -ae nomine eos, qui ad senectutem caelibes pervenerant in aerarium deferre iusserunt. 5, 3, 2[a] aerario abesse ... *tot* milia aeris: tanti namque -a finita est. S. C. de aedif. (CIL X 1401; *a. 56*) 27 -a ... in emptorem *villae,* qui adversus id s(enatus) c(onsultum) fecisset. 38 ne quid fraudi multae -aeq(ue) esset. *al.* *mors* (*exempla selecta post* CIC.): CIC. inv. 2, 58 ea -a afficere reum, qua parricidae afficiuntur (*item in parricidas*: S. Rosc. 70 supplicium in parricidas singulare excogitaverunt, ut *impii* ... magnitudine -ae ⟨a⟩ maleficio summoverentur. SVET. Aug. 33, 1 Claud. 34, 1. VENVL. dig. 29, 5, 13 eos, qui parricidii -a teneri possunt, semper accusare permittitur eodem senatus consulto. *al.; cf.* LIV. 1, 52, 1 *p. 447, 13*). dom. 45 ut ne -a capitis cum pecunia coniungatur. *al.* HOR. epist. 2, 1, 153 lex -aque lata, malo quae nollet carmine quemquam describi (*154* formidine fustis. *cf. Crawford, Roman Statutes II, 1996, 677 sqq.*). NVX 3 (*arbor lapidibus obruitur*) obruere ista solet manifestos -a nocentes. LIV. 3, 58, 10 ultimam -am. AFRIC. dig. 37, 1, 13 rei ... capitalis damnatus intellegitur is, cui -a mors aut ⌊aquae et ignis interdictio sit⌋ (⌊ ⌋ *ad l. 32*). TERT. apol. 15, 4 super sanguinem humanum, super inquinamenta -arum. IVVENC. 4, 615 *Iudaei* crucis ad -as ... *Iesum* petebant (4, 625. *al.*). *al.* *exilium, relegatio sim.* (*cf. l. 47. p. 2498, 56. 2501, 68. al.*): CIC. dom. 43 *Sullano tempore* -am *proscriptionis* in cives Romanos ... sine iudicio constitutam. parad. 30 nescis exilium scelerum esse -am? *al.* OV. trist. 1, 1, 68 quas meruit, -as iam dedit illud opus (*item spectat ad exilium Ovidii*: 2, 12 ingenio est -a reperta meo [*cf.* 2, 342 in ... meas -as ingeniosus eram]. 2, 578 oro, ut par delicto sit mea -a suo. Pont. 1, 1, 62. *et saepe*). FEST. p. 278 relegati dicuntur ..., quibus ... -ae causa necesse est ab urbe Roma ... abesse. *al.* *alia* (*exempla selecta post* CAES.): CIC. Catil. 4, 7 vincula ... sempiterna ... ad singularem -am nefarii sceleris inventa sunt. Sull. 63 -am ambitus ..., quae fuerat ... superioribus legibus constituta (*ad rem v.* SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 35 damnati lege Cornelia hoc genus -ae ferebant, ut magistratuum petitione per decem annos abstinerent. *cf.* SALL. Catil. 18, 2 legibus ambitus interrogati -as dederant. ASCON. Corn. p. 55, 4. SCHOL. Cic. Bob. p. 79, 2 -am de ambitu graviorem consules ... sanxerunt, ut ... etiam exilio multarentur). frg. inc. J 33 (= rep. 3, 40 frg. 1 Bréguet) octo genera -arum in legibus ...: damnum, vincla, verbera *eqs.* (*cf. e. g.* VLP. dig. 48, 19, 6, 2 sunt -ae, quae ... servitutem iniungant aut civitatem auferant *eqs.* PAVL. sent. 5, 17, 2 mediocrium ... delictorum -ae sunt metallum, ludus, deportatio). CAES. civ. 2, 21, 2 bona restituit iis, quos liberius locutos hanc -am tulisse cognoverat. LIV. 5, 11, 12 satis ... -arum dedisse *tribunos militares,* quod duobus mensibus citius privati facti sint. FEST. p. 234 leges ..., quibus sanciebatur -a verberum. POMPON. dig. 40, 4, 46 metallorum -a (COD. Iust. 9, 47, 5 [*a. 212/4*] -a metalli vel operis publici. *al., v. vol. VIII 871, 84 sqq.; cf. l. 50. p. 2505, 36 et* MARCIAN. dig. 48, 19, 17 pr. sunt ⌊servi -ae⌋, ut sunt in metallum dati [*de iunctura v. p. 2498, 60*]). *al.*

ⓑ *cetera exempla* (*selecta*): RHET. Her. 4, 35, 47 statuite exemplum *liberis,* quantae -ae sint in civitate hominibus istiusmodi conparatae (*de parricida?*). CIC. leg. agr. 2, 33 cognitio sine consilio, -a sine provocatione. dom. 108 neque privati neque publici iudici -am effugere. Vatin. 34 *foro vi turbato* leges, iudices, reum, -am esse sublatam. Balb. 33 sanctiones sacrandae sunt ... consecratione legis aut -ae (*cf. ibid.* neque legem neque -am consecratam esse dico). LEX Rubr. (CIL I[2] 592) 2, 20 queique eorum quem, ad quem ea res pertinebit, duxserit, id ei fraudi -aeve ne esto (*adde vol. VI 1, 1268, 33 sq.*). PS. SALL. rep. 1, 6, 4 *nemo* te ad crudelis -as aut acerba iudicia invocat. OV. fast. 5, 284 licuit *populi depascere saltus* -aque nulla fuit (*289* multam subiere nocentes). VELL. 2, 126, 4 *imp. Tiberio* -a in malos sera, sed aliqua (*cf. p. 2505, 19*). *al.*

② *ob coniurationem sim. contra rem publicam* (*selecta inde a* SALL.; *cf. p. 2503, 8*): RHET. Her. 4, 8, 12 satis idoneam ... in eum -am excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitaverit. *ibid. iterum.* CIC. Catil. 1, 4 C. Servilium praetorem mors ac rei publicae -a *non* remorata est. 1, 31 hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius *Catilinae* -a vehementius

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

reliquis vivis ingravescet. 4, 7 *video sententiam* alteram C. Caesaris, qui mortis -am removet, ceterorum suppliciorum omnis acerbitates amplectitur. Sull. 31 coniuratorum -am mortemque lugere. 76 *coniuratores* non ad perficiendum scelus, sed ad luendas rei publicae -as Furiae quaedam incitaverunt. ad Brut. 20, 2 *non* me fugit quam sit acerbum parentum, *qui hostes iudicantur,* scelera filiorum -is lui (*occupatur patrimonium ut*: 23, 11 videtur illud esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, -a pervenit). SALL. Catil. 46, 2 Iug. 69, 4. VERG. Aen. 6, 821 natos ... pater *Brutus* nova bella moventis ad -am ... vocabit. S. C. de Pisone 71 arbitrari senatum non optulisse eum *Pisonem morte* se debitae -ae, sed maiori ... subtraxisse. *al.*

③ *in rebus sacris* (*cf. l. 38. 58*): CIC. Verr. II 4, 85 -am capitis constitutam, si iniussu senatus *Tyndaritani* quisquam attigisset *signum.* leg. 2, 25 (*in legem fictam 2, 19* 'deus ipse vindex erit') quod ... non iudex, sed deus ipse vindex constituitur, praesentis -ae metu religio confirmari videtur. *al.* FEST. p. 278 *ut* violari id, *quod sacrum est,* sine -a non possit. PAVL. FEST. p. 222 -a constituta est ... hac lege: 'pelex aram Iunonis ne tangito *eqs.*' *al.* *in compar.*: VARRO rust. 1, 2, 19 ut Libero patri ... hirci immolarentur, proinde ut capite darent -as.

④ *in rebus militaribus puniuntur milites, sc. ignaviae, inoboedientiae sim. causa* (*cf. l. 64; selecta inde a* CAES.): CIC. Verr. II 5, 133 non severitatem imperii, non -am flagiti tolli dico oportere. Caecin. 46 in bello -a ignavis ab imperatoribus constituitur. Cluent. 128 ut, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortito in quosdam animadverteretur, ut metus ... ad omnis, -a ad paucos perveniret. *ibid.* ne ... nimium multi -am capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. CAES. civ. 3, 8, 3 magnitudine -ae reliquos terreri sperans. SALL. Catil. 52, 31 *Torquatus* immoderatae fortitudinis morte -as dedit (*de eodem*: LIV. 8, 8, 1 fecit ... atrocitas -ae oboedientiorem duci militem. *al.*). LIV. 7, 12, 12 dictator ... gravem ... edixerat -am, si quis iniussu in hostem pugnasset. *al.*

⑤ *punitur civitas, socius Romae sim., sc. ex foedere sim. victis imposito* (*potius respicitur ipsum bellum p. 2502, 61*): CIC. Verr. II 3, 12 *vectigal imponitur* Hispanis ... quasi victoriae praemium ac -a belli. prov. 34 vel -a vel praemiis vel armis vel legibus ... Galliam sempiternis vinculis adstringere. HIRT. Gall. 8, 3, 5 civitates sine ulla -a dedisse obsides atque in fidem receptas esse. 8, 39, 2 pertinaciam magna -a esse adficiendam. LIV. 8, 12, 1 praemiis -aque pro cuiusque merito persolutis. *al.*

⑥ *respicitur persecutio fidei causa:* *Christianorum* (*paulo aliter, sc. -a ad extorquendam fidei negationem sim. potius quam ad puniendum adhibita, p. 2506, 29*): CYPR. epist. 10, 1, 1 *ecclesia* gloriata ... cum confessione perstanti suscepta -a est, quae confessores Christi fecit extorres. 37, 1, 3 qui manens semper in -is congreditur cum dolore nec vincitur, cotidie coronatur. PRVD. perist. 13, 36 *principes* constituere ... -am capitis deum fatenti. CHROMAT. serm. 29, 1 -am carceris horrere non poterat *Petrus.* AVELL. 2, 50 episcopi, qui *imp. Constantio Ariano* pro fide -as exilii perpetiebantur. CE 1425, 13 (*saec. VI*) exilii -as et carceris iste subivit *martyr.* *al.* *Iudaeorum, haereticorum sim.*: COD. Theod. 16, 6, 4 pr. *ut rebaptizatus* inopiae -am ... expendat. 16, 8, 1, 1 si quis ... ad eorum *Iudaeorum* nefariam sectam accesserit, ... cum ipsis -as meritas sustinebit. 16, 10, 6 -a capitis subiugari praecipimus eos, quos operam sacrificiis dare vel colere simulacra constiterit. NOVELL. Valent. 18, 1 *ut* quisquis Manichaeorum fuerit deprehensus -as, quas in sacrilegos iura sanxerunt, ... excipiat. *al.*

Ⅱ *apud externos* (*exemplа selecta inde a* NEP.): TER. Phorm. 627 an legibus daturum -as dices, si *pater* illam *nurum* eiecerit? CIC. Flacc. 39 -a est ... Dorylai gravior quam apud alios ... corruptarum litterarum. de orat. 1, 232 erat ... Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi -ae aestimatio. leg. 2, 64 *apud Solonem* -a ... est, si quis bustum ... aut columnam violarit. Tusc. 5, 78 etiam si inprudentes quippiam fecerint *in animalia sacra,* -am nullam recusent *Aegyptii. al.* CAES. Gall. 1, 4, 1 *apud Helvetios* damnatum -am sequi oportebat, ut igni cremaretur. 6, 13, 6 si qui ... decreto *druidum* non stetit, sacrificiis interdicunt; haec -a apud eos est gravissima. 7, 4, 10. *al.* SALL. epist. Mithr. 12 illi ..., quos ignavia ... armis abstinuit, acerbissimas -as solvunt. NEP. Arist. 1, 5 hic decem annorum legitimam -am non pertulit. Ages. 4, 8 *mirabatur* non gravioribus -is affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent. *al.* PROP. 2, 8, 37 *Briseis Achilli* sera captiva est reddita -a. OV. met. 3, 625 *Lycabas* exilium dira -am pro caede luebat. 15, 29 prohibent discedere leges -aque mors posita est patriam mutare volenti. VITR. 10 praef. 1 (*Ephesi*) si non amplius quam quarta ad aestimationem est adicienda, de publico praestatur neque ulla -a tenetur *architectus.* *al.*

2 *subst., sc. fere fem. sing.* -a (*rarius formis gr., sc. nom. et abl.* -ē, *gen.* -ēs, *acc.* -ēn; *neutr. plur.* -a *v. l. 64. ad B1 vergunt maxime l. 64. 69*): **a** *definitiones sim.: inde a* VARRONE, *v. p. 2514, 70. 74 sqq., quibus adde* DIOM. gramm. I 473, 16 -a est fictae veraeve narrationis congruenti rythmo ac pede conposita metrica structura ad utilitatem voluptatemque accommodata. **b** *cetera exempla* (*selecta inde a* SVET.): CIC. inv. 1, 36 studium est ... animi ... occupatio, ut philosophiae, -ae (poetriae *var. l.*), geometricae, litterarum (TAC. dial. 5, 3 [*opp.* causas agere]. SVET. Dom. 2, 2 AVG. ord. 1, 3, 8). de orat. 3, 174 a -a ad eloquentiam. orat. 178 ⌞-ae⌟ versus inventus est terminatione aurium (⌞ ⌟ *coni. Goeller*; -a et *vel* poetae *codd.*). Tusc. 1, 3 serius -am nos accepimus *Romani.* 4, 69 o praeclaram emendatricem vitae -am! VARRO ling. 7, 2 -e, quae in carminibus servavit multa prisca quae essent. NEP. Att. 18, 5 attigit -en quoque *Atticus* (*sc. versus scribendo; cf.* SVET. Aug. 85, 2 -a [-am *var. l.*] summatim attigit). PLIN. nat. praef. 5 quantus in -a es! (11, 244. 25, 11). TAC. dial. 4, 1. 5, 2. PLIN. epist. 3, 15, 2 -en ... veneror. 7, 4, 2 numquam a -e ... alienus fui. SVET. Nero 52, 1 ad -am pronus. INSCR. Année Épigr. 2002 n. 349a (*Puteolis, saec. I^{2}/II^{1}; agitur de praemio*) Afro ... ⟨propter eius in⟩signem -am. APVL. met. 9, 13, 4 priscae -ae divinus auctor *Homerus.* flor. 20, 4 -ae commentam *creterram.* PORPH. Hor. ars 361 ('ut pictura, poesis erit') non erit dissimilis -e picturae (*postea gen.* -es). FIRM. math. 5, 5, 6 -ae disciplinam (6, 26, 1). VICTORIN. gramm. VI 187, 4 -e, musice, astrologice *eqs.* MACR. Sat. 1, 24, 8 cum -a tibi in *Vergilio* ... displicuerit (*opp.* nervi ... oratorii). BOETH. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 6, 16 Aristoteles in libris quos de -a scripsit. *al.* *?per prosopop.* (*si recte coni.*): MART. CAP. 5, 511 his *verbis* ... Grammatica ⟨attestante -ă⟩ utitur (*add. Dick*; -e *pro* G. *coniecerat Christ*).

B *de variis; describuntur*: **1** *quae spectant potius ad poesin, carmina*: **a** *metrum, dictio sim.*: RHET. Her. 4, 32, 44 oportet verba sicuti ad -um quendam extruere numerum (CIC. de orat. 1, 151 non -o, sed quodam oratorio n. et modo. orat. 180 *bis.* 188 *bis.* 190 eosdem *n.* ... esse oratorios, qui sint -i. COLVM. 10 praef. 3. *cf. p. 2521, 42*). CIC. de orat. 3, 153 raro habet etiam in oratione -um aliquod verbum dignitatem (VARRO ling. 5, 9. 7, 3 *bis.* SEN. epist. 114, 14 splendidis uti ac sonantibus et -is *v.* [*nisi est neutr. pro subst.*]. GELL. 19, 7, 13 *v.* nimium -a, ex prosae orationis usu alieniora. *al., v. etiam l. 12*). VARRO ling. 6, 97 de oratione soluta duo *libros mitto,* -a unum. *ibid.* de ⌞-is verborum originibus⌟ scribere (*an per enallagen pro '-orum v. o.'? sed de verbis apud poetas ortis agi putat Flobert, ed. 1985, ad l.*). QVINT. inst. 4, 2, 118 figurae ... -ae et contra rationem loquendi auctoritate veterum receptae (SERV. Aen. 1, 251). 8, 3, 60 (*neutr. pro subst.*) si quis sublimia humilibus, vetera novis, -a vulgaribus misceat. 9, 4, 56 *Cicero noluit* enrythmum, quod -um est, esse compositionem. PLIN. epist. 7, 9, 8 non historica modo, sed prope -a descriptionum necessitas (*per enallagen; cf.* descriptio -a: SERV. Aen. 1, 499. *al.*). GELL. 3, 1, 5 usum esse Sallustium circumlocutione quadam -a. TER. MAVR. 653 *'εἶαρ'* est multis in usu, sed magis -um est. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 12 metrum (DIOM. gramm. I 474, 9 [*disting.* bioticon, commune]. 474, 11 SCHOL. Cic. Bob. p. 165, 8). CHAR. gramm. p. 290, 17 ordo ... -us est per *ἀναστροφήν* factus. *et saepius.* *imagines*: COLVM. 9, 2, 1 Vergilius -is floribus illuminavit *veterum placita.* AVSON. 27, 20a (414 S.) *epistulam* signavi ... per -um characterem *eqs.* (*adicit versus*).

b *argumentum, materia* (*sive in carminibus adhibita, sive eis apta; hucine iam* LVCIL. *p. 2521, 28?*): CIC. nat. deor. 3, 77 dii -i (AVG. civ. 6, 6 p. 256, 3. *cf.* -um genus *deorum*: TERT. nat. 2, 9, 1 AVG. civ. 4, 27 p. 180, 9). LIV. 1 praef. 6 quae ... -is magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur (QVINT. inst. 5, 11, 17 LACT. inst. 1, 22, 20. *al.*). VAL. MAX. 8, 1 absol. 8 virginem a se corruptam -o ioco significaverat. QVINT. inst. 2, 4, 2 grammaticis ... -as *narrationes* dedimus (*antea*: fabulam). 2, 10, 5 haec supra fidem et -a ... themata. 3, 8, 53 exercitationis gratia poni et -as et historicas *prosopopoeias,* ut Priami verba apud Achillem *eqs.* IVV. 12, 23 -a surgit tempestas. PLIN. epist. 8, 4, 1 materia. FRONTO p. 66, 13 argumentum -um et sane somniculosum. CENS. 16, 7 aureis argenteisque et hoc genus -is *saeculis.* LACT. inst. 1, 11, 54 figmentum (SERV. Aen. 9, 104 AMBR. in Luc. 4, 3. AVG. cur. mort. 2, 3 -is fabulosisque f. *et saepius; cf.* LACT. inst. 5, 5, 3 non pro -a fictione, sed pro vero habendum est. AVG. civ. 18, 16 p. 276, 15 non fabuloso -oque mendacio, sed historica adtestatione). 5, 10, 2 personam -am. CLAVD. DON. Aen. 4, 295 p. 394, 13 -um quiddam non verum (*neutr. pro subst. ut*: AVG. civ. 6, 8 p. 261, 21 cur non ... -a ... excusentur?). AVG. civ. 4, 26 p. 179, 7 -a numinum crimina. 6, 10 p. 269, 12 -am theologian *reprehendit Varro.*

c *ipsa carmina*: **α** *imagines* (*hucine p. 2519, 46?*): VARRO Men. 58 novo partu -o[n] (*contextu admodum incerto*; -ōn, *i. gen. plur. gr., def. Norden, Enn. und Verg., 1915, 2 adn. 2*). HOR. epist. 1, 19, 44 -a mella. **β** *cetera exempla*: QVINT. inst. 11, 2, 41 ediscere ... -a prius, tum oratorum, novissime etiam solutiora numeris (*neutr. pro subst.; cf. l. 48*). DIOM. gramm. I 400, 29 Varro in -o libro (*utrum versibus conscripto an poesin tractante [ut ad d]? cf.* GLOSS.^{L} III Abstr. PO 4 -us: subaudis liber vel cantus. Corp. interpr. nom. p. 189, 255 -us: liber). PHILO quaest. in gen. 4, 159 carmen (AVG. civ. 6, 6 p. 256, 29 CASSIAN. conl. 14, 12). SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 5 opere. AVG. civ. 7, 27 p. 309, 2 -ae litterae (*opp.* historicae). *al.*

d *varia:* *ad tractationem sim. carminum pertinentia*: NEP. Att. 20, 2 quaestionem -am (PROB. Verg. ecl. 10, 18). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 126 lectionibus. DIOM. gramm. I 426, 26 glossulis (*v. vol. V 2, 550, 24; an ex Varrone?*). SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 3 se studiis poetici[i]s dedidit. *qualitates sim. carminum*: QVINT. inst. 1, 8, 11 iucunditatis *gratia inseruntur versus,* cum -is voluptatibus aures a forensi asperitate respirant. TAC. dial. 20, 4 locus *orationis* exquisito et -o cultu enituit. 20, 5 exigitur ... ab oratore etiam -us decor (CHAR. gramm. p. 71, 8). GELL. 17, 10, 5 venustatis.

2 *quae spectant potius ad poetas*: **a** *res*: **α** *ingenium, facultas, studium sim.*: CIC. de orat. 1, 69 de rebus rusticis ... Nicandrum ... -a quadam facultate, non rustica scripsisse praeclare (rep. 1, 22 GELL. 18, 11, 2. *al.*). VAL. MAX. 9, 12 ext. 7 facundiae (AVSON. 27, 17 [409 S.], 30). PETRON. 117, 2 iocari ... senem -a lĕvitate (AVSON. 25, 2 [338 S.] l. 8 -am vel sophisticam). QVINT. inst. 9, 4, 95 absit *oratori* tam -a observatio *pedum metricorum.* 10, 1, 46 *Homerus non* -a modo, sed oratoria virtute eminentissimus. 10, 1, 90 vehemens et -um ingenium Salei Bassi fuit (PLIN. epist. 9, 33, 1 SIDON. epist. 2, 10, 6). PORPH. Hor. carm. 3, 4,

[M^{c}Gowan]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5–6 nimio -o studio (epist. 1, 19, 28). epist. 2, 1, 124 -a vel grammatica professione (SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 93). AVSON. 15 (335 S.) l. 19 nostra illa -a scabies. *neutr. sing. pro subst. significare vid. ingenium -um*: CHAR. gramm. p. 395, 13. 15, *v. p. 2515, 1 sqq.* **β** *mos, licentia sim.*: VARRO ling. 7, 18 lege -a (*v. vol. VII 2, 1248, 38*). 10, 74 -a analogia (*i. qua licet formas contra consuetudinem inducere*). SEN. nat. 2, 44, 1 licentiam (*al., v. vol. VII 2, 1356, 17 sqq.; cf.* libertas: QVINT. inst. 10, 5, 4 FAV. EVL. 19, 5 ALC. AVIT. epist. 57 p. 86, 15). PLIN. nat. 7, 101 fabulositas. CORNVT. Macr. Sat. 5, 19, 2 *Vergilius* adsuevit -o more aliqua fingere (LACT. inst. 5, 5, 7 SERV. Aen. 1, 184. *al.*). QVINT. inst. 1, 5, 12 Ennius -o iure defenditur. APVL. Socr. 10 p. 141 -o ritu incredibilia confingere (24 p. 177). PRISC. gramm. II 66, 1 *hoc* contra regulam auctoritate -a posuit Virgilius (76, 26. *al. apud eundem*). *al.* **γ** *variae*: QVINT. inst. 8, 3, 80 illud ... paene -o spiritu (*sc. protulit Cicero*). TER. MAVR. 1643 laudem mereri ... -am (*sim. de praemiis*: AVSON. 27, 18 [410 S.], 5 palma. SYMM. epist. 1, 53, 2 lauru). MART. CAP. 6, 654 fons ... -i haustus nomine celebratus.

b *animantes*: **α** *ipsi poetae eorumve coetus*: PROB. vita Pers. l. 20 *Cornutus* tragicus fuit sectae ⌊-ae⌋ (*siquidem recte trad.*; Stoicae *Pithoeus*). TERT. coron. 7, 3 Moyses, propheticus, non, *ut Hesiodus,* -us pastor. CHALC. transl. p. 19^{D} -am nationem (*gr.* -*ὸν ... γένος*). *masc. pro subst.* (*fem. v. fort. p. 2073, 61*): TERT. nat. 1, 19, 7 *non* mythici ac -i soli talia canunt, sed et philosophi *eqs.* ARNOB. nat. 5, 1 ab ludentibus -is (poetis *edd.*). **β** Musae: BOETH. cons. 1, 1, 7 -as M. (*opp. 1, 1, 11 Philosophiae* Musis).

II *t. t. philos., fere i. q. efficiens* (*c. gen. rei effectae l. 35; neutr. vel fem. pro subst., nisi adi. apud* BOETH.): *de genere artium* (*a quo distinguenda sunt θεωρητικόν et πρακτικόν sec. doctr. Platonicam*): LVCIL. 495 scit ⌊poe⟨e⟩ticon⌋ esse, videt tunica et toga quid sit (⌊ ⌋ *Marx, ποιητικόν edd. rec.; locum sic intellegit Marx, alii de figmentis poetarum cogitant, ut ad IB2c pertineat*). QVINT. inst. 2, 18, 2 artium aliae *sunt* positae in inspectione ..., aliae in agendo ..., aliae in effectu, quae operis, quod oculis subicitur, consummatione finem accipiunt, quam -*ήν* appellamus, qualis est pictura. BOETH. top. Arist. 145a16 speculativa ... et activa et -a dicitur *disciplina* (145a17 -a alicuius [*gr.* -*ή τινος*]). *de genere bonorum* (*sc. apud Stoicos*): CIC. fin. 3, 55 ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (*i. τελικά*), ... alia autem efficientia, quae Graeci -*ά*.

adv. ※**poētice.** *legitur non nisi posit.* *i. q. more poetico, sc. ita, ut apud poetas fieri solet vel decet* (*saepe apud gramm.; opp. vel disting. infra e. g.* historice, oratorie, philosophice, veraciter, *ceterum* communiter PRISC. gramm. II 288, 1, rationabiliter PROB. cath. gramm. IV 14, 8):
1 *varia exempla*: CIC. orat. 227 non -e vinctus *numerus oratorius.* QVINT. inst. 9, 1, 13 *schema* a simplici ... dicendi modo -e vel oratorie mutatum. LACT. inst. 2, 4, 4 *Vergilius* non -e, sed aniliter desipit, cum *eqs.* SCHOL. Stat. Theb. 6, 384 *poeta* noluit dare pathos mortale numini, philosophice potius quam -e. CLAVD. DON. Aen. 4, 196 p. 379, 4 si -e ... intellegamus (*postea opp.* intellectum simplicem). SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 164 ('claudier') -e 'er' abundat (Haut. 361 [poeta *cod.*]). *al.*
2 *cum verbo dicendi sim.* (*omisso per ellipsin l. 53 sqq.*): CIC. fin. 5, 9 ut nulla pars caelo mari terra, ut -e loquar, praetermissa sit (PETRON. 90, 3 saepius -e quam humane locutus es). PLIN. epist. 2, 5, 5 descriptiones locorum ... non historice tantum, sed prope -e prosequi. 8, 4, 5 cur ... non ego quoque -e cum poeta? (*per ellipsin ut*: PORPH. Hor. carm. 1, 24, 18 'nigro gregi' pro umbris -e. DON. Ter. Andr. 169, 1 venuste et -e. SERV. Aen. 6, 127 et hoc -e. *al. apud gramm.*). GELL. 13, 23, 14 apparet non esse id -e a Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse (13, 29, 2 inepte frigideque ... nimisque ... -e. PORPH. Hor. carm. 1, 24, 5 eleganter et -e. AVG. civ. 10, 27 p. 444, 33 [*opp.* veraciter]. *et saepe, maxime apud gramm.*). *al.*

cf. Onom. (INSCR. Année Épigr. 1955 n. 254). *M^{c}Gowan.*

[poetīna *in titulo comoediae Cratini* PRISC. gramm. III 310, 9 *pro* pytīna (*i. Πυτίνη*), *fort. per confusionem litt. gr. υ et οι.*]

poemata: **poētismum** GLOSS. IV 554, 17 (*inde corrigendum vid.* V 321, 50 poemata: petussimum). *estne sanum? gr. ποι(ι)ητισμός nusquam invenitur.*

?**poētizo,** -āre. *a* poeta *sec.* citharizare *sim., nam gr.* **ποι(ι)ητίζειν non invenimus; an medii aevi?* *i. q. poemata conscribere*: SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 19, 9 cantare: -are. 2, 2, 104 finitis studiis: -andi. *alia scholia, quae affert Funck, Arch. lat. Lex. 4, 1887, 319, vix antiqua sunt.*

poētor, -ārī *et* **poēto,** -āre. *a* poeta (*sic* PRISC. gramm. II 431, 26. 434, 8, *cf.* III 272, 21 [*inter verba* artificiorum]) *sec.* philosophari *sim.; v. Leumann, Gramm. 1977, 546.* *formas depon. adhibent* ENN., PRISC., *act.* LVCIF., *gerund.* AVSON., SCHOL. Iuv.; *de* AVR. *v. infra.*

i. q. more poetarum agere, poemata conscribere: **1** *proprie* (*intrans.*): ENN. sat. 64 numquam -or, ⌊nisi⌋ podager (⌊ ⌋ n. ⟨sim⟩ *suppl. L. Mueller,* n. ⟨si⟩ *Vahlen*). AVR. Fronto p. 30, 11 habes ... hendecasyllabum ...; priusquam ⌊-are⟨i⟩⌋ incipio, pausan tecum facio (⌊ ⌋ *van den Hout sec. anon. aliquem*; -are *man. pr.*, -ari *alt.*). AVSON. 19 praef. (324 S.) l. 7 mirandi stuporem transtuli ad ineptiam -andi. SCHOL. Iuv. 7, 62 animos ad -andum habebat *Horatius.* **2** *transfertur ad quamlibet actionem mendacia fingendi* (*c. obi. acc.*): LVCIF. Athan. 2, 9 l. 32 te falsum esse testem ..., te falsa haec cum consacrilegis tuis -asse.

deriv.: poetatio.

1. poētria, -ae *f., ποι(ι)ήτρια.* *de scriptura* poeet- *v. l. 18.* [*olim edebatur* PERS. prol. 13, *v. l. 33.*]

i. q. poeta femina (*sic vel* femina poeta GLOSS. [*trad. etiam* poeria]; *c. gen. obi.* CIC.): CIC. Cael. 64 (*ironice de Clodia*) haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum -ae. OV. epist. 15, 183 grata lyram posui tibi, Phoebe, -a Sappho **(**[poetica *var. l.*]. TER. MAVR. 2160 praeclara -a S. DIOM. gramm. I 508, 23 S. -a [AVG. mus. 2, 7, 14]**)**. PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 91, 31 Praxillide -a Sicyonia. HIER. chron. a. Abr. 1665 [h]Erinna -a agnoscitur. MART. CAP. 8, 809 euge ... Satura mea, an te -am fecit c⟨h⟩olera? (potetr- *al. var. ll., unde* poeetr- *scripsit Willis*).

*deriv.: cf. ?*2. poetria.

*?***2. poētria** (-trīa*?*), -ae *f.* *vox fort. medii aevi, quam ab* 1. poetria *male intellecta (e. g. loco l. 17 citato) ortam esse putat Stotz, Handb. zur lat. Sprache des Mittelalters II, 2000, 98 sq.* [*falsa var. l. pro* poetica CIC. inv. 1, 36.] *i. q. ars poetica*: SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 103 antequam *Romani* coepissent ... -ae studere (poeticae *var. l.; cf.* studium -ae: 2, 1, 111. 114). *ibid.* ut ... tantummodo -ae intenderent. 2, 1, 162 -am exercere.

*deriv.: ?*poetricus.

*?***poētricus,** -a, -um. *a* 2. poetria, *ut vid.; an medii aevi?* [*olim falso legebatur* -ae *pro* poeticae ISID. orig. 12, 7, 46.] *i. q. poeticus*: SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 6 an ... decipior dulci amore -o? (*in var. l. ibid.* studio ... -o [poeticae *codd. plerique et Keller, cf. Porph. ad l.* poetico s.]).

poētris, *acc. pl.* -idas *f., πο(ι)ητρίς* (*quod non legi vid. nisi Schol. Hephaest. ed. Consbruch p. 279, 9*). *i. q. poeta femina*: PERS. prol. 13 corvos poetas et ⌊-as⌋ picas cantare credas Pegaseium nectar (poetrias, poetidas *al. var. ll.*).

[pofiti: facti GLOSS.^{L} I Ansil. PO 47. ⌊potiti⌋: fructi *edd. in app. crit.* (⌊ ⌋ *Verg. Aen. 6, 624*); *vix restituas* positi.**]**

pogium *v.* podium.

pōgōn *m., πώγων.* *i. q. barba, sc. in nomine herbae q. e.* Heracleus -n (*eadem appellatur e. g.* callitrichon, adianton; *v. André, Les noms de plantes, 1985, 121*): PS. APVL. herb. interpol. 47 adn. 6 idem adianthon, alii politrichon, item trichomanes ..., item H. -n *eqs.*

pōgōniās, *nom. pl.* -ae, *acc. pl.* -ās *m., πωγωνίας.* *est genus cometae speciem exhibens barbae*: SEN. nat. 1, 15, 4 horum *cometarum* genera sunt -ae (pag- *var. l.*) et cyparissiae et lampades *eqs.* PLIN. nat. 2, 89 *Graeci vocant* -as, quibus inferiore ex parte in speciem barbae longae promittitur iuba. FILASTR. 103, 1 qui *poetae* cometas et -as ... adserunt nomine delirantes.

poicācla *v. vol. X 2, 57, 80.*

[poila *corrupte, ut vid., pro* 1. pila: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 28, 6 p. 395^{B} ⌊-as⌋ minutissimas *hydrargyri* (⌊ ⌋ *Forbes in textu sec. cod. a saec. XII,* pohilas, pilas *cett. [de codd. v. Levine, Harv. Stud. Class. Phil. 63, 1958, 485 adn. 28]; cf. gr. εἰς λεπτὰ σφαιρωθεῖσαν et ad rem Plin. nat. 33, 123* guttis).**]**

poina *v.* poena.

poinium, (-ī) *n., ποινίον* (*sc. demin. vocis q. e. ποινή. alii ποιμνίον intellegunt*). *si recte explicatur, fere i. q. ultio, vindicta*: INSCR. Iud. Noy I 39 (*Pompeiis in pariete; a. 62/79*) -um ⌊cherem⌋ (*fort. hebr.* חֵרֶם *i. fere 'quod excidio dicatum est'*). *Bl.*

※**pol** *interiectio.* [*exclamatio est e* Pollūx, *vel e forma quadam prisca eiusdem vocis, contra morem breviata; cf.* edepol. *subesse vocativum ex ordine verborum colligit Wackernagel, Kl. Schr. I, 1955, 91 sqq. Fo.*] *de notione* (*adde e. g. p. 2523, 68. 2524, 37. 2525, 56*): GLOSS. -l: ius iurandum per Pollucem. iurantis adverbium est. *inter adverbia* in 'l' *desinentia affert* PRISC. gramm. III 74, 20. *legitur fere in com. inde a* NAEV. *p. 2524, 12 (frequentant* PLAVT. *et* TER., *v. p. 2525, 59 sq.), in trag. non nisi* LIV. ANDR. *p. 2524, 74 et* ENN. *p. 2523, 70; ceterum (semper ita, ut afferatur vox loquentis) singulis locis* ENN. ann., CIC. de orat., *binis* HOR. epist., PRIAP., APVL. met., *saepius apud gramm.* [*trad. loco corrupto* TVRPIL. com. 174; *e coni. dub.* AFRAN. com. 228; *falso coni. Vollmer pro* poli DRAC. Orest. 924.]

est locutio affirmativa (*pertinet ad totum enuntiatum, sed fere praecedit vel sequitur vox, quae praecipue acuitur; contextu deficiente disponere noluimus* TITIN. com. 6. 34 POMPON. Atell. 42): **I** *acuere videtur relationem, quae intercedit inter duas sententias (vel inter longiores partes contextus) coniunctas*: **A** *per parataxin*: **1** *acuitur respon-*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sum (*huc pertinere vid. etiam* CAECIL. com. 190 AFRAN. com. 35); *respondetur*: **a** *interroganti; exspectatur*: **α** *assensio vel negatio*: Ⓘ *assentitur*: PLAVT. Aul. 358 sunt asseres *in domo*? :: sunt -l. Capt. 259 an vero non iusta causa est, ut vos servem sedulo ...? :: neque -l tibi nos, quia nos servas, aequomst vitio vortere, neque te nobis, si abeamus hinc. Cist. 500 patierin me periurare? :: -l te aliquanto facilius quam me meamque rem perire. Mil. 1220 tute ipsum convenisti? ... :: cum ipso -l sum locuta. Pseud. 195 satin magnificus tibi videtur? :: -l iste, atque etiam malificus. Truc. 379 num tibi sordere videor? :: non -l mihi quidem. *al.* CAECIL. com. 164 soletne mulier decimo mense parere? :: -l nono quoque. TER. Andr. 803 itan Chrysis, *sc. decessit*? ... :: nos quidem -l miseras perdidit. Ⓘⓘ *dissentitur*: PLAVT. Asin. 933 nilne te pudet? :: -l, si aliud nil sit, tui me, uxor, pudet. Aul. 186 ain tu te valere? :: -l ego haud perbene a pecunia. Bacch. 1192 egon, cum haec cum illo accubet, inspectem? :: immo equidem -l tecum accumbam. Capt. 564 non ego te novi? :: -l planum id quidem est, non novisse. Cas. 241 senecta aetate unguentatus per vias, ignave, incedis? :: -l ego amico dedi cuidam operam, dum emit unguenta. Men. 640 me rogas? :: -l haud rogem te, si sciam. Merc. 489 sanun es? :: -l sanus si sim, non te medicum mi expetam. TER. Hec. 71 hiscin tu ... non contra insidiabere? :: tamen -l eandem iniuriumst esse omnibus.

β *causae explicatio*: PLAVT. Asin. 920 quid tibi hunc receptio ad te est meum virum? :: -l me quidem miseram odio enicavit. Aul. 550 quid tu te solus e senatu sevocas? :: -l ego ut te accusem merito meditabar. Men. 370 quid mecum tibi ... est negoti? :: quia -l te unum ex omnibus Venus me voluit magnificare (Rud. 863 non avexi. :: cur negas? :: q. -l provexi. *al.* TER. Phorm. 788). Stich. 108 quid istuc est, quod huc exquaesitum mulierum mores venis? :: -l ego uxorem quaero, postquam vostra mater mortuast. TER. Eun. 1009 quid ita? :: rogitas? numquam -l hominem stultiorem vidi. Phorm. 574 quid illi tam diu ... commorabare ...? :: -l me detinuit morbus.

γ *aliud responsum*: PLAVT. Bacch. 1109 quid tibist? :: -l mihi par, idem est quod tibi (Men. 649 quis eam *pallam* surrupuit? :: -l istuc ille scit, qui illam abstulit. Persa 210 quoi male dico? :: quoi -l cumque occasio est. CIC. de orat. 2, 277 *quidam* festivo homini Egilio, qui videretur esse mollior ..., dixisset: 'quid tu Egilia mea? quando ad me venis cum tua colu et lana?' 'non -l' inquit 'audeo; nam me ad famosas vetuit mater accedere'). Epid. 30 ubi arma sunt Stratippocli? :: -l illa ad hostis transfugerunt (Mil. 1262 u. est? :: videres -l, si amares. Rud. 238 dic u. es? :: -l ego nunc in malis plurimis. Trin. 928 sed ipse u. est? :: -l illum reliqui ad Rhadamantem). Pseud. 879 utrum tu amicis hodie an inimicis tuis daturu's cenam? :: -l ego amicis scilicet (TER. Eun. 721 u. taceam an praedicemne? :: tu -l, si sapis, quod scis nescis).

b *imperanti, optanti sim.*: **α** *negative*: PLAVT. Aul. 637 pone, *sc. quod abstulisti.* :: id quidem (*sc.* pone *lusu obscaeno*) -l te datare credo consuetum, senex. Capt. 840 age gaude modo. :: -l maerores mi antevortunt gaudiis. Cas. 373 de istac Casina huic nostro vilico gratiam facias. :: at -l ego neque facio neque censeo. 754 i ... mecum domum. :: at -l malum metuo. Rud. 939 mitte modo. :: at -l ego te adiuvo. *al.* TER. Andr. 320 ad te advenio ... auxilium consilium expetens. :: neque -l consili locum habeo neque ad auxilium copiam (*nisi ad 2b, ut fort.* Eun. 903 tu me servato. :: neque -l servandum tibi quicquam dare ausim neque te servare). *al. apud eundem.* **β** *affirmative*: PLAVT. Aul. 101 si Bona Fortuna veniat, ne intro miseris. :: -l ea ipsa *Bona Fortuna,* credo, ne intro mittatur, cavet. Persa 736 *quid* me vis? :: ut bene sit tibi. :: -l istuc quidem omen iam ego usurpabo domi. Poen. 912 valeas beneque ut tibi sit. :: -l istuc tibi et tuost ero in manu. TER. Eun. 876 spero aeternam inter nos gratiam fore ...; quid si hoc quispiam voluit deus? :: equidem -l in eam partem accipioque et volo. Phorm. 1054 me ad cenam voca. :: -l vero voco.

c *quidvis dicenti; acuitur*: **α** *assensus*: PLAVT. Asin. 823 at -l qui dixti rectius. Cas. 177 ego ibam ad te. :: et -l ego istuc ad te. Curc. 111 -l ut praedicas, vindemia huic anui non sat est soli. Men. 537 numquam *armillas* dedisti. :: nam -l hoc unum *spinter* dedi. Most. 894 novit erus me. :: suam quidem ⌊-l⌋ culcitulam oportet (⌊ ⌋ *del. Schoell*). *al.* TER. Andr. 459 ita -l quidem res est, ut dixti, Lesbia (DON. *ad l.* 3 productio est narrativa ad explendum modo ⌊potius iusiurandum⌋ [⌊ ⌋ *alia interpretatio distinguenda? etiam* -l *pro* potius *temptes*]). Hec. 610 fors fuat -l (DON. *ad l.* 5 an: bona fortuna sit per Pollucem?). Eun. 731 quanto nunc formosior videre mihi quam dudum! :: certe tu quidem -l multo hilarior. *al. apud eundem.* **β** *contradictio, correctio* (*fort. addas* ENN. scaen. 354 -l mihi fortuna magis nunc defit quam genus. POMPON. Atell. 167a -l magis curabo, ubi cognorint, omnes una adsentiant): PLAVT. Aul. 560 (*queritur alter*) tum obsonium autem- :: -l vel legioni sat est. Bacch. 1159 cor stimulo foditur. :: -l tibi multo aequius est coxendicem. 1162 haud mala est mulier. :: -l vero ista mala et tu nihili. Cas. 231 mane! :: non maneo. :: at -l ego te sequar (*cf.* Poen. 264 erus nos apud aedem Veneris mantat. :: maneat -l. Rud. 946 non audio. :: at -l qui audies post). Pseud. 656 hostis vivos rapere soleo ex acie ... :: -l te multo magis opinor vasa ahena ex aedibus. Rud. 340 quasi non sit intus *erus.* :: neque -l est neque huc quidem ullus venit (*cf. 2b*). Trin. 345 deserere illum ... in rebus advorsis pudet. :: -l pudere quam pigere praestat, totidem litteris. *al.* TER. Andr. 770. Phorm. 1051 benigne dicis. :: -l meritumst tuom. Ad. 293 neminem habeo ..., qui accersat Aeschinum. :: -l is *Aeschinus* quidem iam hic aderit. HOR. epist. 1, 7, 92 durus ... videris esse mihi. :: -l me miserum, patrone, vocares, si velles ... verum mihi ponere nomen. PRIAP. 85, 19 *contra fures* parata ... trux stat ecce mentula; 'velim -l' inquis? at -l ecce vilicus venit, ... cui ... fit ista mentula ... clava. **γ** *admiratio*: NAEV. com. 60 -l haut parasitorum aliorum similest. PLAVT. Bacch. 40 quid in consilio consuluistis? :: ⌊bene. :: -l haud⌋ meretricium est (⌊ ⌋ b. -l. :: h. *codd.*). Merc. 815 mater ... eam *amicam patris* offendit domi. :: -l haud censebam istarum esse operarum patrem. Trin. 372 an eo egestatem ei tolerabis, si quid ab illo acceperis? :: eo, pater. :: -l ego istam volo me rationem edoceas. *al. apud eundem.* **δ** *expositio consequentiae*: PLAVT. Capt. 695 quando ... te morti misero, vel te interiisse vel periisse praedicent ... :: -l si istuc faxis, haud sine poena feceris. Cas. 835 domist ... *uxor tua.* :: euax, nunc -l demum ego sum liber. Merc. 510 bona si esse vis, bene erit tibi. :: tum -l ego perii misera (Mil. 1014. Rud. 1115 tacitast ⟨melior⟩ mulier semper quam loquens. :: t. -l tu pro portione nec vir nec mulier mihi es. *al.*). Truc. 152 utrosque *pueros puellasque* pergnovi probe. :: em istoc -l tu otiosu's, cum et illic et hic pervorsus es. *al. apud eundem.* **ε** *expositio causae*: PLAVT. Cist. 379 nimium is vegrandi gradu. :: -l ad cubituram, mater, magis sum exercita fere quam ad cursuram. Mil. 1261 stare nequeo ... :: militem -l tu aspexisti. TER. Phorm. 747.

2 *cetera exempla; acuitur relatio*: **a** *inter varias sententias; affertur*: **α** *contradictio, correctio*: PLAVT. Asin. 300 scibam ego te nescire, at -l ego, qui ted expendi, scio (Truc. 316 si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam tam esse tristem posse; at -l ero benevolens visust suo. TER. Hec. 839 incommode mihi ... evenit, factum fateor: at -l me fecisse arbitror, ne id merito mi eveniret). 519 (*meretrix ad lenam matrem*) ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum; quin -l, si reposivi remum, ... omnis familiae causa consistit tibi. TER. Hec. 278 *viri putant* socrus omnis esse iniquas; haud -l me quidem (DON. *ad l.* 1 '-l' pro pleno iureiurando). Phorm. 787 factum volo; ac (at *Dziatzko*) -l minu' queo ..., quam me dignumst. **β** *cetera exempla*: PLAVT. Aul. 364 intervisam, quid faciant coqui; quos -l ut ego hodie servem, cura maxuma est. Mil. 353 sic obsistam; hac quidem -l certo verba mihi numquam dabunt. 474 soror istaec ... *est* gemina huius: eam -l tu osculantem hic videras. Persa 788 hoc vide, quae haec fabulast? ⌊hic quidem -l⌋ potant (⌊ ⌋ -l h. q. *codd.*). Pseud. 910 ubi illic est? ... dedit verba mihi hercle, ut opinor ...; tum -l ego interii, homo si ille abiit (TER. Eun. 606 an ego occasionem ... tam optatam ... amitterem? t. -l ego is essem vero, qui simulabar, *sc. eunuchus. cf. l. 22*). Rud. 1300 hoc volo ... extergere; nam hoc quidem -l e robigine, non est e ferro factum (Trin. 363 multa eveniunt homini, quae volt, quae nevolt. :: mentire edepol, gnate ...; n. sapiens quidem -l ipsus fingit fortunam sibi. *al.* TER. Andr. 808). TER. Eun. 96 ne crucia, te obsecro ...; non -l, quo quemquam plus amem, ... eo feci. 879 scio, et -l propterea mage nunc ignosco tibi.

b *inter partes particulis correlatis coniunctas* (*imprimis* nec ... nec); -l *accedit ad*: **α** *priorem partem*: PLAVT. Amph. 782 aut -l haec praestigiatrix mulier multo maxima est, aut pateram hic inesse oportet. Capt. 605 neque -l me insanum, Hegio, esse creduis neque fuisse umquam. Cas. 759 nec -l ego Nemeae credo neque ego Olympiae neque usquam ludos tam festivos fieri quam hic. ENN. ann. 99 (*Romulus Remo*) nec -l homo quisquam faciet impune animatus hoc ⌊nec⌋ tu (nisi *trad.*). TER. Hec. 772 nec -l istae *meretrices* metuont deos neque eas respicere deos opinor. **β** *alteram partem*: PLAVT. Curc. 594 mulierem peiorem, quam haec amica est Phaedromi, non vidi aut audivi, neque -l dici nec fingi potest (*nisi ad α, ut fort.* Truc. 240 numquam satis dedit suae quisquam amicae amator, neque -l nos satis accepimus neque umquam ulla satis poposcit). TER. Hec. 228 non mea opera neque -l culpa evenit. 728 non hoc de nihilost, quod Laches me nunc conventam esse expetit; nec -l me multum fallit quin quod suspicor sit quod velit. 747 neque ille hoc animo erit aetatem neque -l tu eadem istac aetate.

B *per hypotaxin, sc. ponitur in protasi condicionali*: PLAVT. Mil. 1239 si -l me nolet ducere uxorem, genua amplectar. Most. 1075 siquidem -l me quaeris, adsum praesens praesenti tibi. TER. Andr. 790 si -l Glycerio non omnia haec. POMPON. Atell. 63 quid futurum est, si -l hanc ego discere artem attenderim?

II *potius per se ponitur; acuitur*: **A** *affirmatio*: LIV. ANDR. trag. 25 nimis -l inp[r]udenter ⌊servis⌋ praestolaras (servus *trad.*). PLAVT.

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asin. 922 nullus sum. :: immo es ... omnium ⟨hominum⟩ -l nequissimus. Cas. 469 attatae, nunc -l ego demum in rectam redii semitam (Mil. 526. Most. 536 n. -l ego perii plane ...; danista adest. Poen. 787 n. -l ego perii certo. Rud. 844 n. -l ego perii, Plesidippus eccum adest). Merc. 577 scio -l te amare, quom istaec praemonstras mihi. Persa 89 iam -l ille hic aderit (TER. Hec. 543 at -l i. aderit. *cf. p. 2524, 8*). Poen. 1078 -l istam rem vobis bene evenisse gaudeo. Stich. 625 di immortales, hic quidem -l summam in crucem cena aut prandio perduci potest. Truc. 105 fit -l hoc, et pars spectatorum scitis -l haec vos me haud mentiri. *al.* TER. Andr. 229 sane -l illa temulentast mulier. 788 me miseram! nil -l falsi dixi, mi senex. 817 -l, Crito, antiquom obtines (EVGRAPH. iuratio est 'per Pollucem'). Eun. 883 te ..., Thais, ... amo. :: (*ancilla ad Thaida*) tum -l tibi ab istoc, era, cavendum intellego. Ad. 450 Aeschine, -l haud paternum istuc dedisti. *al.* HOR. epist. 2, 2, 138 (*129 insanus* se credebat miros audire tragoedos) ubi ... expulit ... morbum ..., '-l me occidistis, amici, non servastis' ait. APVL. met. 1, 8, 1 '-l quidem tu dignus' inquam 'es extrema sustinere'. 1, 24, 6 'mi Luci,' ait *Pythias* 'sat -l diu est, quod intervisimus te'. *acuitur attrib. vel appos.*: PLAVT. Asin. 681 quin ad hunc, Philaenium, adgredimur, virum quidem -l optimum et non similem furis huius? Poen. 256 diem ... venustatis plenum, dignum Venere -l, quoi sunt Aphrodisia hodie. Truc. 247 adulescens, qui hic habet, nimis -l mortalis lepidus nimisque probus dator. **B** *minae*: PLAVT. Amph. 285 ego -l te istis tuis pro dictis et male factis, furcifer, accipiam. Asin. 139 ego -l te redigam eodem, unde orta es, ad egestatis terminos; ego edepol *eqs.* 481 dabitur -l supplicium mihi de tergo vostro. *al.* TER. Andr. 866 ego -l hodie ... tibi ostendam, erum quid sit pericli fallere. Eun. 719 inveniam -l hodie, parem ubi referam gratiam. 941 ego -l te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar. **C** *consilia capta*: PLAVT. Pseud. 603 iam -l ego hunc stratioticum nuntium advenientem probe percutiam. Truc. 114 commemini, iam -l ego eumpse ad nos, si domi erit, mecum adducam. *al.* TER. Haut. 730 dormiunt; ego -l istos commovebo. 1060 gnate mi, ego -l tibi dabo illam lepidam ... filiam Phanocratae. ?**D** *iussum*: TITIN. com. 109 Paula mea, amabo, -l tu (tuam *Ribbeck*) ad laudem addito 'praefiscini' (*propter ordinem verborum huc traximus, sed fort. ad 1c pertinet*).

appendix stilistica et syntactica: **1** *de particulis iuxta positis* (*selectis*): **a** *affirmativis*: **α** quidem (equidem *l. 39 sq.*); *ordo est: pron.* q. -l: PLAVT. Aul. 637 id q. -l (*v. p. 2523, 45*). Rud. 1300 Stich. 625. *al.* TER. Andr. 803 Eun. 731. TITIN. com. 6 quod q. -l. *adi.* q. -l: PLAVT. Trin. 363 sapiens q. -l. equidem -l: PLAVT. Bacch. 89 e. -l nihili facio nisi causa tua. 1192 (*v. p. 2523, 15*). Most. 178. 186 TER. Eun. 876. -l *pron.* q.: PLAVT. Asin. 920 -l me q. (*v. p. 2523, 23*). Persa 736 Trin. 851. *al.* TER. Hec. 278 haud -l me q. -l q.: PLAVT. Bacch. 394 -l ⌞q. meo⌟ animo ingrato homine nihil impensiust (*vix recte trad.*, ⌞ ⌟ meo q. *Bothe; cf. Arnott, Gnomon 39, 1967, 139*). APVL. met. 1, 8, 1 (*v. l. 16*).
β *variis*: PLAVT. Amph. 371 at -l profecto (Men. 1064. Merc. 22 [*fort. interpol.*] nec -l p.). Asin. 519 quin -l. Bacch. 1162 -l vero (TER. Eun. 675 Phorm. 1054). *al.* TER. Andr. 229 sane -l illa temulentast mulier.

b *coniunctionibus* (*selectis*): at -l: *saepe, v. e. g. p. 2523, 48 sqq. 2524, 31* (*contra* sed -l *nusquam legitur*). et -l: PLAVT. Bacch. 78 Mil. 433. *al.* nam -l: *v. e. g. p. 2524, 47.* nec (neque) -l: *v. e. g. p. 2524, 53.* tamen -l: TER. Hec. 71.

2 *de positione*: **a** *exempla tmeseos* (*cf. e. g.* LIV. ANDR. trag. 25 nimis -l inp[r]udenter. APVL. met. 1, 24, 6 sat -l diu): PLAVT. Amph. 705 at -l qui (Asin. 823 Rud. 946). Cas. 370 per -l saepe. Persa 210 quoi -l cumque. TER. Hec. 58 per -l quam paucos (*explicat* SERV. Aen. 1, 644 hoc est 'perquam paucos'; '-l' enim ipsum per se plenum est iurantis adverbium, cui praeposito separatim numquam cohaeret). **b** *de loco, quem obtinet in enuntiato (vel struct. c. inf.): ponitur fere secundo vel (aliquanto rarius) primo loco* (*apud* PLAVT. *primo loco ca. 80ies, secundo ca. 140ies, alio ca. 20ies, apud* TER. *primo sexies, secundo ca. 45ies, alio sexies*). *si secundo loco, antecedit saepe pron. (imprimis* ego, *e. g. l. 22 sq., sed etiam alia, e. g. p. 2524, 40) vel coniunctio (v. l. 48 sqq.), ceterum e. g.* (ne)scire PLAVT. Asin. 503 Aul. 71 Merc. 577 POMPON. Atell. 42; *si alio loco, antecedit saepe* quidem (*v. l. 36 sqq.,* equidem PLAVT. Bacch. 1192), scire PLAVT. Truc. 105 TER. Hec. 788, *cetera* PLAVT. Asin. 922 (*v. l. 1*). Mil. 362 mihi quoque -l. 1220 cum ipso -l. Poen. 256 (*v. l. 20; secundo loco in inciso minore, ut* Truc. 247 *l. 21.* TER. Hec. 228 *p. 2524, 65*). Truc. 852 sed nimium -l opportune *eqs.* TER. Hec. 610 fors fuat -l. Haut. 590 at tu -l.

3 *de distributione inter viros et feminas* (*cf. Gell. 11, 6, 4 sq.* 'edepol' ... viro et feminae commune est; sed M. Varro adseverat antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem deiurare solitos, sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum ex initiis Eleusinis acceptum. *Char. gramm. p. 258, 2 sq. iurationes propriae* feminarum edepol ecastor eiuno): TITIN. com. 111 an quia '-l edepol' fabulare, 'edi medi' †emini (*explicat Char. ibid. 3 sqq.* mollículum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis⟨ter⟩ vellet). *frequentius occurrit in versibus feminarum quam virorum, maxime apud* TER.; *v. Adams, Antichthon 18, 1984, 47 sqq.* *Baraz.*

pol- *v. etiam* poll-; **pōl-** *v. etiam* paul-.

polcāre *v.* pollicaris. **polc(h)er** *v.* pulcher.

polea (pō-*?*), -ae *f.* [*ab aliqua voce gr., quae a πῶλος derivata est, fort. adi. πωλεία* (*sc. ἄφοδος sim.*), *siquidem* PLIN. *significationem recte declarat. Fo.*] *i. q. stercus pulli asinini* (*definitur l. 10; de eadem re cf. Marcell. med. 23, 31* stercus mulinum): PLIN. nat. 28, 200 (*inde* 1, 28, 71 *medicinae ex* -a) *ad lienem sedandum* asinini pulli fimum, quod primum edidit – -am (poleant *trad.*) vocant – Syri dant in aceto mulso (*possis etiam coniungere* -am v. Syri). 28, 205 -a supra dicta *prodest coeliacis.* 28, 211 -a ... magnopere prodest decocta in sapa.

polector *v.* pollictor. **poledr-** *v.* pullitrus.

polei- *v.* pulei-.

duodecima latinitas **polema** (pon- *var. l.*), hoc est superna, quae de superioribus tractat, ut 'affla' pro anima *eqs.* VIRG. gramm. epit. 15, 3, 13 (*disting. 12 undecima* spela, hoc est humillima, quae semper res terrenas loquitur). *obscurum; cf. fort. πόλος,* polus.

polemōnia, -ae *f. et* polemōnion, (-ī) *n., πολεμώνιον* (*a nomine regis, v. l. 24*). *formas fem. adhibet* PLIN., *neutr.* DIOSC. *est genus herbae (v. André, Les noms de plantes, 1985, 203): de nomine et natura*: PLIN. nat. 25, 64 (*inde* 1, 25, 28) -a(m) alii philetaeriam a certamine regum *Polemonis et Philetaeri* inventionis appellant, Cappadoces autem chiliodynamiam; radice crassa, exilibus ramis *eqs.* (*sim.* DIOSC. 4, 8 p. 12, 22 de -on: -on aut fileterion *eqs.* [*gr. 4, 8, 1 πολεμώνιον*]). *de usu in arte medica sim.*: PLIN. nat. 25, 99 *ictui serpentium* medentur ... -a vel philetaeris radicis drachmis IIII in mero, Teucria *eqs.* (*item datur in vino*: 26, 44. *al. apud eundem*). 25, 119 privatim adversatur scorpionibus -ae radix ([polim- *al. codd.*]. 25, 165 r. hyoscyami ..., item -ae [monae *al. var. ll.*]). 26, 89 -ā. *al. apud eundem.*

polen, polena *v. p. 2561, 71 sq.* *Bl.*

polenta, -ae *f. et* **polentum,** -ī *n.* [*primitus adi. fuit significans i. q. 'polline praeditus'; littera duplex* ll *formae* *pollén-to-/-tā- *ante syllabam accentu prolatam in* l *simplicem contrahenda erat, ut e. g.* mamílla : mámma. *sed fort. cogitare possis etiam de forma prisca* *polen-to-/-tā- (*v. p. 2561, 65*). *cf. Leumann, Gramm. 1977, 184. 334. Fo.*] *de origine v. l. 41. de scriptura: doctrina gramm.*: CAPER gramm. VII 106, 4 -a, non pulenta dicendum est. CHAR. gramm. p. 123, 13 -a dici debet per o, cuius rei Verrius Flaccus rationem hanc reddit, quod usui hominum poliatur. *in codd. etiam* pul-, *e. g.* VET. LAT. II reg. 17, 28 (cod. 115). DIOSC. 5, 6 p. 168, 10 *et in var. l.* CELS. 4, 18, 3, poll- APVL. met. 6, 18, 3 (*F*) *et in var. l.* AMBR. Hel. 2, 2. NOT. Tir. 68, 30 -a. 104, 53 -a (pul- *cod. K; non est, cur* pul⟨m⟩- *scribas*). *de genere et formis: fem. sing. passim inde a* PLAVTO, *plur. nom.* -(a)e *in var. l.* HIPPOCR. vict. 2 1. 136 (*cod. S*); *neutr. plur. nom. vel acc.* -a CYPR. GALL. exod. 627 MACR. Sat. 7, 15, 10 HIPPOCR. vict. 2 1. 129. *al. (ita ut etiam abl.* -is *ibid.* 1. 116. *al. neutro gen. accipias; v. Mazzini, ed. 1984, 15 sq.), postea etiam sing., sc. nom. vel acc.* -um CAEL. AVR. chron. 3, 2, 28. CASS. FEL. 15, 3 (*fem. sing. restit. Rose, ut* 42, 12. 46, 15. 47, 2). GLOSS. III 183, 38. *al., gen.* -i CAEL. AVR. chron. 4, 3, 67 (*adde* PELAGON. 221. 222. 223, *siquidem recte* -i sext(arium) *sim. pro* -is s. *restit. Fischer*), *abl.* -o CAEL. AVR. chron. 2, 7, 105. *al. apud eundem* (*qui in hoc opere formas fere neutr. praebet, in* acut. *fem. tantum*). *de notione*: GLOSS. -a: *ἄλφιτα.* genus leguminis. farina subtilis. ius frumenti. amolum. GLOSS.^{L} Corp. P 497 -a: smeodoma (*anglosax. ut* 867 briig). *al.* *legitur raro apud poetas, sc.* PLAVT. (*et* PS. PLAVT.), OV., PERS. *et inde ab* AVSON., *saepius in prosa orat. inde a* CATONE, *maxime apud scriptores rei medicae vel rusticae* (PLIN. nat. *fere 90ies*); *de voce gr. πόλυντρα non hinc derivanda v. Liddell-Scott-Jones, suppl. 1996.* [*genera diversa pultis sim. significant it., raet. occ.* (*Engad.*) polenta, *tusc.* polenda, *sard. centr.* pulenta, *raet. or.* polente, *hisp.* pulienta; *cibum vulgarem, impurum val.* (*macedon.*) purintă. *cf. M.-L. 6634. Battisti-Alessio IV 2991. Wartburg IX 125. Corominas*^{2} *IV 671 s. v.* puches. *C. S.*] [*confunditur in codd. c.* pulment- VVLG. I reg. 17, 17 *et* II reg. 17, 28.]

i. q. grana frumenti, primum tosta, deinde trita, vel alimentum ex his paratum (ubi indicatur genus frumenti, fit maxime ex hordeo, sed e tritico p. 2527, 53; disting. farina *p. 2527, 9; de re v.* PLIN. nat. 18, 72 sqq. *et Blümner, Technol. I*^{2}*, 10 sqq.); gr. resp. plerumque ἄλφιτα, quod infra fere omisimus.* *accedunt adi. e. g.* caseata *p. 2527, 25,* elixa CASS. FEL. 47, 2 (*cf.* frixum CAEL. AVR. chron. 2, 7, 105, tosta *p. 2527, 18*), grandis *p. 2527, 22. 56* (*cf.* tenuis *p. 2528, 3*), hordeacea *p. 2527, 45* (*cf.* MARCELL. med. 1, 62 -a de hordeo. 23, 52 -a hordei; *sim.* triticia *p. 2527, 53*), recens HIPPOCR. vict. 2 1. 178 (*ibid.* vetus [CAEL. AVR. chron. 3, 8, 150]), simplex CAEL. AVR. chron. 5, 2, 44. *pendet gen.* -ae *a subst., e. g.* pollen -ae *p. 2562, 59,* flos -ae PLIN. nat. 27, 59.

[Hoffmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *proprie*: **A** *de -ae origine, praeparatione* (*cf. et p. 2526, 71 sq.*): PLAVT. Asin. 37 percepi ..., quid istuc sit loci: ubi fit -a, te fortasse dicere, *sc. pistrinum* (*locum prave praeoccupat* PS. PLAVT. Asin. 33 qui *servi* -am pinsitant [pransitant *var. l.*]). PLIN. nat. 18, 72 (*inde* 1, 18, 14 PLIN. med. praef. 6) -am ... Graeci *ex hordeo,* non aliunde praeferunt ...; Graeci perfusum aqua hordeum siccant ... ac ... frigunt, dein molis frangunt *eqs.* 18, 84 videtur ... ⌊tam puls⌋ (t. plus *al. codd.*) ignota Graeciae fuisse quam Italiae -a. 22, 126 (*inde* 1, 22, 59) de -ae generibus ... satis diximus; medicorum ratione a farina hordei distat eo, quod torretur *eqs. al.* ANTHIM. 64 fit ... de (h)ordeo opus bonum, quod ... latine ... -a *appellant* ..., magnum remedium *eqs.* GLOSS. I p. 163 pro -a semina diversa conmixta ad medicinam vel ad cibum fiunt.

B *de -ae usu*: **1** *adhibetur pro cibo vel potu* (*potionibus aspergitur l. 18. 34*): **a** *hominum vel deorum*: **α** *varia exempla*: PLAVT. Achar. frg. 2 panem et -am, vinum, murrinam. VARRO frg. Diom. gramm. I 486, 9 satura est uva passa et -a et nuclei pini ex mulso consparsi. OV. met. 5, 450 *anus Cereri* lympham ... roganti dulce (*i. dulcem potum*) dedit, tosta quod ⌊texerat⌋ ante -a (⌊ ⌋ coxerat *pars codd., sed cf. Anton. Liber. 24, 1 ἐμβαλοῦσα ... ἄλφιτον*). SEN. epist. 18, 10 aqua et -a aut frustum hordeacii panis (*de victu simplici philosophorum ut*: 21, 10. 110, 18 habemus aquam, habemus -am *eqs.* [*alludit ad Epicur. frg. 602 Us., ubi μᾶζαν*]. *al.* PERS. 3, 55 iuventus *Stoica* ... siliquis et grandi pasta -a [SCHOL. leguminibus et farre]. LACT. inst. 3, 17, 5. AVSON. 13, 55 [53 S.], 1). 45, 10 pani et -ae ... et ceteris, sine quibus vita non ducitur. PLIN. nat. 31, 36 *v. l. 65.* APVL. met. 1, 4, 1 -ae caseatae ... offulam. VET. LAT. Iudith 10, 5 (cod. 7. *al.*) peram *servae* inplevit -a (VVLG. inposuit *servae* ... -a [-um, -am *var. ll.*]). HIER. adv. Iovin. 2, 13 p. 302^{B} Xenophon ... -a et cardamo ... eos *Persas* adserens victitare (*an μᾶζα Cyrop. 1, 2, 11?*). MACR. Sat. 7, 15, 10 cum -ă bibuntur. *al.* **β** *in praeceptis victus salutaris*: CATO agr. 156, 5 quibus tormina molesta erunt, brassicam ... macerare oportet ...; pollinem -ae eodem addito et oleum (157, 9. *hinc* PLIN. nat. 20, 82). CELS. 3, 19, 4 *aegro vinum* dandum est adiecta -a (*sim.* 4, 18, 4 vel -a adiecta vel infracto pane). PLIN. nat. 20, 77. 20, 192 *anesum* statim a partu dandum potui -a aspersa. 28, 204. *al.* MARCELL. med. 27, 17 addes ... -ae nitidae delicatae quantum satis erit, ut panis fieri ex eo, *sc. pulte,* possit. 27, 104 adipem ... misce cum -a e furfuribus facta *eqs.* HIPPOCR. vict. 2 1. 136 -a ... sicca, trita minus siccant (*gr. ἡ ... ξηρὴ τριπτή, sc. μᾶζα*). *et saepius.* **γ** *in rebus sacris* (*sc. offertur pro cibo deis [aliter l. 17]; simul ad α spectat* VVLG.): FEST. p. 253 *v. infra p. 2563, 62.* VVLG. lev. 23, 14 panem et -am (-a *var. l.*) et pultes non comedetis ex segete, *donec* ... offeratis ex ea deo vestro.

b *animalium* (*necandorum l. 48 sqq., Cerberi l. 51; addas et l. 61*): VARRO rust. 3, 9, 13 obiciendum pullis *gallinarum* ... -am mixtam cum nasturcii semine et aqua (*item respic. pulli avium*: 3, 10, 6 -a aut hordeum apponitur. *ibid.* -am hordeaceam. 3, 10, 7 -am et pollinem aquā madefacta dant cibum [*de saginatione ut*: COLVM. 8, 14, 11 PALLAD. 1, 30, 3 sq.]. COLVM. 8, 14, 10 -am vel maceratum far). PLIN. nat. 22, 46 hic sucus occidit ... canes ... in -a addita aqua *eqs.* (*sim. de occidendis muribus*: 25, 61 *helleborum* -ae admixtum. PALLAD. 1, 35, 9 si elleboro ... -am [-a *var. l.*] permisceas). APVL. met. 6, 18, 3 debebis, ... *Psyche,* offas -ae mulso concretas ... gestare, *sc. Cerbero tradendas. al. usu medico*: PALLAD. vet. med. 42, 4 -am cum vino ministrant comedendam *bovi.* CHIRON 482 folia ramni -ae triticiae immisce ... et offas dare debes *iumento* ... vel ex tritico tosto factam -am in aqua frigida bene bibere dato.

2 *adhibetur vario modo*: **a** *in qualibet re*: CATO agr. 108, 1 sq. vinum si voles experiri duraturum sit necne, -am grandem ... in caliculum ... indito et *vinum* ... eodem infundito ...; (2) tum id percolato; -am abicito *eqs.* OV. met. 5, 454 (*antea l. 17*) *puerum* cum liquido mixtā perfudit diva *Ceres* -ā, *ita ut fieret lacerta maculata.* PARIS 1, 4 ext. 1 (*deficit Val. Max.*) architectus *Alexandri* ... cum cretam non haberet -aque futurae urbis liniamenta deduxisset, ... avium multitudo ... -am depasta est (*de eadem re* CVRT. 4, 8, 6 [*bis, fere ut locis supra allatis*]; *cf. ἄλφιτα e. g. Strabo 17 p. 792 Plut. Alex. 26, 8*). PLIN. nat. 24, 3 nitrosae ... aquae -a addita mitigantur, ut ... bibi possint, qua de causa in saccos vinarios additur -a (*sim.* 31, 36 *aquas* nitrosas ... addita -a utiles ... faciunt ipsaque vescuntur -a).

b *in medicina* (*cf. et 1aβ nec non l. 51 sqq.; curantur homines praeter l. 73 sqq.*): **α** *-ae additur, quod odorem faciat*: CELS. 4, 18, 3 *admovenda* naribus est ... -a vino adsparsa. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 205 -a infusa atque panis assus aceto infusus (*inter odoramenta ut*: chron. 3, 2, 28 rosa vel -um infusum). DIOSC. 2, 83 p. 212, 1 (*de lolio*) -e aut turi et croco mixtus fumigationi suppositus. **β** *-a corpori imponitur: animalium*: COLVM. 6, 17, 8 epiphoram subprimit -a consparsa mulsa aqua et in supercilia ... *bovis* inposita (*inde sim.* PALLAD. vet. med. 19, 4 VEG. mulom. 4, 23, 1). PELAGON. 171. *al. hominum*: SCRIB. LARG. 158 (*si recte legitur*) *ad podagram* facit apium viride per se ⌊vel cum -a⌋ (cum poline vel -a *cod. T,* vel cum poline *coni. Sconocchia; v. app. crit.*). 159 -ae tenuis cyathi duo. PLIN. nat. 20, 112 epiphoris ... *apium* cum pane vel -a inpositum mire auxiliatur (*item imponitur medicamentum cum -a*: 20, 214. 27, 59 *radix quaedam* cum flore [folio *pars codd.*] -ae ... inposita. 27, 74. *al.* MARCELL. med. 19, 57. *al.; ipsa -a*: PLIN. phys. Bamb. 67, 5 -a ... cocta quasi cataplasma ... stomaco imponitur). 20, 130 *nasturtium* lumbis cum -a ex aceto inlinitur (22, 68. 29, 42. *al. apud eundem*). *et saepius.* GARG. MART. med. 36. MARCELL. med. 27, 95 sanguinem ... si -ae furfuribusque ... miscueris *eqs.* SORAN. p. 70, 1 cum -a (*gr. p. 120, 24 μετὰ πάλης ἀλφίτου*). *et saepius.*

3 *cum -a comparantur alia, quae similiter adhibentur*: PLIN. nat. 8, 136 corpus eius *leontophoni* exustum adspergunt *venatores* aliis carnibus -ae modo ... necantque *leonem* etiam cinere (20, 249 *lini semēn* inspersum *cuti hominis* -ae m. 22, 145. 23, 13). PS. APVL. herb. 11. 55 plantaginis semen tritum pro -a in vino calido dato, bibat *aeger.* MARCELL. med. 27, 64 radix ... contusa ... et ex vino -ae vice pota.

II *transfertur ad alimenta specie similia: carnem tritam* (*aliter l. 13*): CELS. 4, 8, 4 vulpinum iecur ... contundi oportere, -amque ex eo potioni aspergi (*sc. ut tollatur malum faucium; ad rem cf. Plin. nat. 28, 197*). *manna* (*respic. exod. 16, 20*): CYPR. GALL. exod. 627 putria ... vitiantur verme -a.

*deriv.: ?*polentabilis, polentacius, polentarius, polentatus.

***?*polentābilis,** -e. *a* polenta (*cf.* exitiabilis *aliaque a subst. derivata, quae affert Leumann, Gramm. 1977, 349*). *si recte traditum est, i. q. formam polentae exhibens*: PS. SORAN. quaest. med. 248 (*inter* species fracturae *ossium*) alfitedon (*i. ἀλφιτηδόν*) id est ⌊-is⌋, quae in multa frangitur (⌊ ⌋ *sic codd.,* polentae similis *coni. Rose*). *Hoffmann.*

polentācius, -a, -um. *a* polenta (*cf. e. g.* farinaceus, hordeaceus). NOT. Tir. 68, 31 -tium. *i. q. ad polentam pertinens*: APVL. met. 6, 19, 2 haec *fient, Psyche* ..., ut vel unam de manibus omittas offulam; nec putes futile *esse* istud ⌊-um⌋ damnum leve (*de eadem re cf. p. 2527, 50.* ⌊ ⌋ polentarium *olim edebatur e parte codd. descriptorum*).

polentārius, -a, -um. *a* polenta. *i. q. ad polentam pertinens, ex ea ortus*: PLAVT. Curc. 295 eos ego si offendero, ex unoquoque eorum ⌊crepitum exciam⌋ -um (*sc.* pŏlĕnt- *per corrept. iamb.*; ⌊ ⌋ *Schoell,* e. c. *codd. Plauti*; pol(l)ent- *ut spondeum accipere vid. et Camerarius* excutiam c. *coniciens* [*quod cave attribuas* Char. gramm. p. 312, 21] *et Leo* [*qui textum trad. retinet, metro vix consentiente, lusumque verborum c.* pollens *suspicatur*]). *v. etiam l. 33.*

polentātus, -a, -um. *a* polenta. [*alia notione val.* (*macedon.*) purintat; *cf. M.-L. 6634. C. S.*] *i. cui polenta inest, inspersa est* (*loci spectant ad p. 2527, 18. 59*): PS. LACT. PLAC. fab. OV. 5, 5 (7) *anus dedit Cereri* -am potionem (*ibid.* stelionem ..., qui p. sparsam -am tergo ostenderet).

polentum *v.* polenta. **poleo** *v.* polleo.

polepticos *v.* polyptychus.

faba egiptia, quam multi **poleticon** appellant DIOSC. 2, 89 p. 214, 10 (*inde* GLOSS. III 574, 7 -on i(d est) faba egyptia). *nomen herbae corruptum e Ποντικόν, v. Diosc. gr. 2, 106, 1; cf.* faba Aegyptia(ca) *vol. VI 1, 3, 67 sqq.* (*de qua André, Les noms de plantes, 1985, 101*).

poletric- *v.* polytric(h)-. **poletr-** *v.* pullitrus.

polgronia *v.* policronia.

poli- *v. etiam* poly-; **pōli-** *v. etiam* polli-.

1. pōlīa, *acc. sg.* -am *f., πωλεία. i. q. grex equorum*: VLP. dig. 21, 1, 38, 14 si -a venierit, dicemus unum equum, qui vitiosus est, non omnem -am redhiberi oportere.

[2. polia *v.* polias.] **poliarcis** *v.* polyorchis.

poliās (*vix* polia, *v. enim l. 63*), *acc. sg.* -ān *m., *πολίας* (*cf. adi. πολιός nec non* capnias [*καπνίας*] *aliaque sim.*). *est genus gemmarum*: PLIN. nat. 37, 191 colos appellavit drosolithon herbaceus ..., ⌊crocian croci similitudinem quandam spargens, -an canities⌋ *eqs.* (⌊ ⌋ *sic locum corruptum restit. Saint-Denis, alii aliter, v. app. crit.; inde* 1, 37, 73 ⌊-as⌋, spartopolia [⌊ ⌋ *nom. sing.*; spoti-, poly-, pholi- *al. var. ll.*]).

pōlicāris *v.* pul-.

polichrum. *vox ficta veriloquii causa*: SCAVR. gramm. VII 20, 8 (*Varro negat* pulcrum *aspirandum esse*) quamvi⟨s⟩ SANTRA a Graecis putet esse translatum, quasi -um (*i. πολύχρουν?*).

policin- *v. p. 995, 20.* **policit-** *v. etiam* pollicit-.

policronia (-rōn-*?*): porcinacia GLOSS. (*v. infra sub illa voce et Thes. gloss. s. v.* procinacia; *corruptum ex aliqua voce gr., de πολυχρονία cogitavit Goetz, de πολύχρωμον Jo. Schmidt*). *nomen herbae incertae, quod varie scribitur*: GLOSS. III 548, 46 policr-. 593, 59 polgr-. 615, 55 poligr- (627, 46). 615, 57 poligrania.

polidus *v.* polyidos. **poligronia** *v.* policronia.

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. polīmen *et* **polīmentum,** *non nisi plur.* -mina *et* -menta *n.* [*propter significationem non a* polire *derivandum est (contra* FEST. *l. 10), sed potius ab aliquo verbo simili; v.* pollit *et cf. André, Rev. Phil. 40, 1966, 51 sqq. Fo.*] *plur.* -menta *occurrit apud* FEST. *solum, alibi* -mina. [*in falsa var. l.* PLAVT. Men. 211 sinciput aut -ta (aut sincipitamenta *cod. A, edd. rec.*).]

significantur varia formam rotundam pilae exhibentia (cf. André, loc. cit.): **1** *testiculi (sc. animalium; spectare vid. ad res sacras, v. l. 12):* FEST. p. 234 ⟨-ta ...⟩ (*suppl. e* PAVLO) dicebant testiculos porcorum, cum eos castrabant, a politione segetum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur. ARNOB. nat. 7, 24 p. 371, 13 sqq. (*antea: quaedam* in sacrorum reconditis legibus pontificalia restituere mysteria *eqs.*) quid *sunt* -na, quid [m]omenta? ... (l. 17) -na ... sunt *testiculi (v. vol. X 2, 1823, 53).* **2** *ornamenta quaedam, sc. bullae sim.: equorum:* APVL. Socr. 23 p. 172 neque ... in emendis equis phaleras consideramus et baltei -na inspicimus. *feminae:* FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 8 *virgo* elatae frontis -na argenteis astrorum crispaverat margaritis.

***?2. polīmen** (-inis) *n.* *a* polire, *si recte legitur.* *i. q. actio poliendi (sc. sepulcrum; sic vocem explicat D'Ors, Emerita 45, 1977, 12 sq.):* INSCR. Année Épigr. 1967 n. 194 (*e Lusitania; saec. II*) Maximianus ... ⌊p(ro) polim(i)ne⌋ peculium (⌊ ⌋ *legit D'Ors,* pro H(i)mne [*vel* H(y)mne] *edd.*).

polīmentum *v.* 1. polimen. **polimpus** *v.* polypus.

polincto *v. p. 2578, 32.*

[si **polindrum** *olim legebatur pro* cepolendrum PLAVT. Pseud. 832, *v. vol. III 848, 75.*]

polingon *v. p. 2578, 31.* *Bl.*

1. *polio, -īvī (-iī), -ītum, -īre. [*sunt qui verbum e* po- (*cf.* positus) *et* li-nere *compositum esse credant, sed inter se parum consentiunt formae et significationes; huc accedit, quod consideranti verbum, ut vid., cognatum* inter-pol-āre (*q. v.*) *in mentem venit potius radicis* *pel/pol *sim. (Vendryes, Don. nat. Schrijnen, 1929, 702). fort. conferre licet slavon. vet.* plěti, *russ.* polót' < *pel-ti *'runcare', eoque magis, quod pertinet etiam* -ire *ad rem rusticam (v. IA2a infra; cf. Solopov, Colloquia class. et indogerm. 3, 2002, 244). Fo.*] *abbrev.* pol *p. 2530, 69.* NOT. Tir. 96, 12 -it.

de formis: stirpis praes.: fut. -bo (*iuxta* -am) *testantur* POMP. gramm. V 225, 12 GRAMM. suppl. 153, 29, *sed exempla desunt; imperf. indic.* -ib- *apud* VERG. Aen. 8, 436 SIDON. carm. 23, 131, *testantur* PROB. inst. gramm. IV 178, 6. SERV. Aen. 6, 468 -ibant pro -iebant (*de* VERG. *l. 37; cf.* PRISC. gramm. II 453, 2 -ibam pro -iebam; *imperf.* -ieb- *alibi non repperimus*).

stirpis perf.: occurrunt formae non contractae -vi *sim. inde a* CIC. Arat. 160, *contractae* -ii *apud gramm. l. 43 et* PROB. cath. gramm. IV 36, 5 (*iuxta* -vi), -isti CASSIOD. var. 1, 22, 2. *de notione et differentia:* CHAR. gramm. p. 321, 10 -o, -is, -ii *λειαίνω.* p. 397, 22 -mus rudia, novamus vetera. GLOSS. -o: *λεῖον ποιῶ. φιλοκαλῶ.* -itur: limatur. GLOSS.^{L} Corp. P 539 -o: scaebe (*anglosax.*). *sim. al., v. p. 2530, 21 sq. 2531, 13. 17.* *legitur in* LEGE XII tab. (*ceterum in tit. inde a* LEGE par. fac. Puteol.), *postea in versibus hic illic inde a* PLAVTO, ENN., *in prosa orat. inde a* CIC. (*maxime p. p. p.* -tus *pro adi.*), VARRONE, LIV., VITR., *saepius apud* PLIN. nat.

[*vox servata est ubique in linguis roman. (praeter vasc.): it., sárd. centr.* pulire, *francog., prov., cat., hisp. vet.* polir, *hisp. rec.* pulir, *port.* poir, *quibus accedunt multa derivata. ab p. p. p.* -tus (*cui opp.* rudis): *francog.* poli *'comis, urbanus', calabr.* pulitu *'pulcher, elegans'; sed alia, ut hisp.* polido *'pulcher', intra linguas roman. orta esse videntur. cf. M.-L. 6635b. Battisti-Alessio IV 3144. Wartburg IX 126. Corominas*^{2} *IV 688. C. S.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* potiri *p. 2530, 29. 34 (restit. p. 2531, 35),* polluere *p. 2531, 43, cf. p. 2532, 9; restit. e* pollere *p. 2531, 3. 73.*]

i. q. lēvem et inde perfectum sim. reddere (pro obi. est asperitas vel sordes tollendae p. 2530, 43, status effectus p. 2531, 42; de obi. rei effectae v. l. 73). *iuxta ponitur compos.* expolire *p. 2531, 33 et alia verba notionis affinis, e. g.* curare *p. 2531, 21,* ac-, excurare *p. 2531, 64 sq.,* limare *ibid. (cf. p. 2533, 16),* ornare *p. 2531, 33. 50; -tis opp.* inpolita *p. 2531, 59,* rudia *p. 2530, 32 (cf. l. 43).* *saepe c. abl. instr., quo indicatur instrumentum radendi, e. g.* limā *p. 2530, 42 (cf. p. 2530, 28),* pumice *p. 2530, 5. 2531, 36, materia inducenda e. g. p. 2530, 20 sq. 64 sqq., ceterum e. g.* manu, manibus *p. 2530, 2. 2531, 9. al.,* usu *p. 2530, 48. 2531, 67; c. abl. effectus* aequalitate *p. 2530, 16,* figura *p. 2530, 34.* *indicatur, quae res quive status efficiatur, per praepos.* in *c. acc. p. 2530, 36. 59; cf. l. 58. 65.* *accedunt adv. e. g.* fabre *vol. VI 1, 11, 70 sq.,* studiose *p. 2530, 25.*

I *corporaliter (cf. imag. sub II allatas):* **A** *-untur res (absolute p. 2531, 13):* **1** *generatim:* **a** *-unt fabri, artifices sim. (animalia p. 2530, 7, atomi, natura p. 2530, 14. 19; pro subi. est instrumentum p. 2530, 28* [*cf. p. 2531, 38. 55*]): **α** *lēvigando, aequando (saepius agnoscere possis etiam obi. rei effectae, ita ut significetur non opus ultimae tantum manus, sed tota actio, qua res lēvis, nitida sim. fabricatur; sic e. g. apud* LVCR., STAT., APVL. *et in* CVLICE, CIL): LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 59) rogum ascea ne -ito. LVCR. 5, 1451 daedala signa ⌊-ta⌋ (*Bergk,* -to *codd.*). VERG. Aen. 8, 426 informatum *Cyclopum* manibus iam parte -ta fulmen erat *Iovis,* ... pars inperfecta manebat. CVLEX 86 falce deus ..., non arte -tus (*de Priapo ligneo ut:* PRIAP. 10, 3 non sum Phidiaca manu -tus). OV. trist. 1, 1, 11 *ne* geminae -antur pumice frontes *libri (cf.* MART. 8, 72, 2 morsu pumicis ... -tus *libellus).* VITR. 10, 7, 3 emboli ... torno -ti. PLIN. nat. 11, 22 *alvum apes* aliae struunt, aliae -unt (*cf. Arist. hist. anim. 625b19 λεαίνουσι*). 33, 128 -ta crassitudine *speculi* paulumque propulsa. 36, 54 signis e marmore -endis ... Naxium (*i. genus cotis*) diu placuit ante alia. STAT. silv. 4, 6, 48 qui *Vulcanus* -it arma deorum. APVL. met. 2, 4, 7 uvae faberrime -tae. 4, 32, 2 ut simulacrum fabre -tum mirantur *Psychen* (*item in compar.:* AMM. 16, 10, 8 ut *equites catafractos* Praxitelis manu -ta crederes s., non viros). VET. LAT. Bar. 6, 7 lingua ipsorum *idolorum* -ta a fabro (*gr. epist. Ier. 7 κατεξυσμένη*). AVG. epist. 118, 31 ut ... atomi fortuito concurrentes rem aliquam ita conficiant, ut eam forma modificent ..., aequalitate -ant *eqs.* CIL III 633^{I}, 2 (*Philippis in rupe levigata*) *quidam* titulum -vit de suo. *al.*

β *ornando:* CIC. Arat. 160 quae (*sc. signa caelestia;* quas *var. l.*) sideribus claris natura -vit et vario pinxit distinguens lumine formas. CATVLL. 64, 48 *pulvinar* Indo ... dente -tum. VERG. Aen. 8, 436 aegida ... squamis serpentum auroque -ibant *Cyclopes* (*huc spectant* GLOSS.^{L} II Philox. PO 17 *ἐτελείουν.* I Ansil. PO 135 scalpebant). MART. 4, 46, 14 crasso figuli -ta caelo septenaria synthesis (*i. vasa septem*). SVET. Iul. 67, 2 ut *milites* argento et auro -tis armis ornaret. APVL. met. 6, 6, 1 *currum aureum Vulcanus* studiose -verat ... limae tenuantis detrimento conspicuum. *al.*

γ *formando, sc. materias rudes:* Ⓘ *quaslibet:* PLIN. nat. 9, 40 qua *aspera cute* lignum et ebora -untur (13, 40 l. in pomo *palmarum* ... limarum dente ... -tum. 32, 108. *cf. etiam* 19, 87 ebora ... -unt *raphani*). 36, 52 combusta ea *harena* -entes (poti- *var. l.*) marmora fricare iubentur. 36, 152 lapis Samius ... -endo auro utilis (37, 159). MART. 5, 37, 5 -tum pecudis Indicae dentem. *al.* Ⓘⓘ *gemmas: quae incoquuntur:* PLIN. nat. 37, 46 *sucinum ex India* advehi rude -irique adipe suis ... incoctum. *quae teruntur, raduntur:* PLIN. nat. 37, 76 *berulli* -untur (poti- *var. l.*) omnes sexangula figura artificum ingeniis ...; aliter -ti non habent fulgorem. 37, 109 cotibus. 37, 172 Lysimachos ... -itur ex maiore amplitudine in angustias, ut inutilia exterantur. *al. in eodem libro.* CASSIOD. in psalm. 118, 127 l. 2350. *al.* Ⓘⓘⓘ *glaebas minii:* PLIN. nat. 33, 122 qui minium in officinis -unt (*eodem spectare vid. 33, 118* perficere, *121* excoquitur; *de officinis cf. Vitr. 7, 9, 4*).

b *cetera exempla; -untur, quae:* **α** *purgando tolluntur:* PLIN. nat. 28, 148 ut ferramentorum ... scabritia -atur vehementius *sanguine hircorum* quam limā. PRVD. cath. 7, 80 *argenti* lux ... -to praenitens ⌊purgamine⌋ (*i. sordibus; sunt, qui statum purgatum intellegant*). **β** *vario modo purgantur, renovantur sim.:* PLIN. nat. 33, 127 est ... experimentum *argenti* -ti (pollici *codd. plerique*) ... in halitu hominis, si sudet protinus. VVLG. Ier. 46, 4 -ite lanceas, induite vos loricis. ALC. AVIT. carm. 6, 298 (*in imag.; spectat ad Matth. 25, 14 sqq.*) thensauros geminate meos usuque -ite (*cf. 300* nitidum ... metallum). **γ** *usu frequenti atteruntur (cf. p. 2531, 41):* MART. 9, 57, 7 nil est tritius *his vestimentis, non ...* Tuscā ligo vineā -tus. PRVD. apoth. praef. 2, 8 (*in imag. de falsa doctrina*) perfidorum conpeta tortis -ta erroribus.

2 *speciatim:* **a** *in agricultura; -untur:* **α** *agri sim. (fort. occando, sariendo, runcando sim., ut planiores vel purgatiores fiant, sed ad quamlibet culturam spectare possunt exempla praeter primum; cf. p. 2535, 44. 66):* ENN. ann. 319 rastros ... capsit causa -endi agri. sat. 11 lati campi, quos gerit Africa terra -tos. VARRO rust. 3, 2, 5 *villa cum* fundo magno ... -to culturā. IVVENC. 3, 555 cultu vineta -ire. **β** *grana, frumentum (sive putamine tollendo sive aliter; v. ad locos singulos et cf. p. 2529, 10):* PLIN. nat. 3, 60 in delicias alicae -itur messis (*cf. 18, 112* excussis ... tunicis *grani, 113* admiscetur creta). CHAR. gramm. p. 123, 15 (*sec. Verr. Fl.; v. p. 2526, 40*) usui hominum -atur *polenta (cf. fort. Plin. nat. 18, 73* hordeum ... purgant *eqs.*).

b *in architectura:* **α** *indicatur, qua materia inducta aliquid -atur (sc. per abl.; ad rem cf. Blümner, Technol. III 178 sqq.):* Ⓘ *calce, opere tectorio sim.:* LEX par. fac. Puteol. (CIL I^{2} 698) 2, 18 parietes marginesque ... calce harenato lita -taque et calce uda dealbata recte facito (PAVL. FEST. p. 47. 59). VARRO rust. 3, 2, 9 *villa* -ta opere tectorio eleganter (INSCR. Année Épigr. 1994 n. 487 [*Siponti; sub finem lib. rei p.*] aed(em) Dianae et aram ... aedif(icavit) et ope(re) tector(io) pol(ivit). VITR. 5, 10, 3 o. albario sive t. COLVM. 8, 3, 6. *cf.* VITR. 7, 4, 1 paries testa trullissetur et dirigatur et tunc t. -atur. COLVM. 8, 8, 3 albo t.). LIV. 40, 51, 3 aedem Iovis ... columnasque circa -endas albo locavit. VITR. 7, 3, 3 imum caelum earum *camerarum* ... creta aut marmore (*i. pulvere marmoreo*) -atur; cum camerae -tae fuerint *eqs.* Ⓘⓘ *marmore solido (aliter l. 73):* CE 907, 6 (*saec. IV*^{2}) *tumulum* marmoribus ... Serena -it.

[Hoffmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *varia exempla*: Ⓘ *-untur quaelibet aedificia sim. eorumve partes*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 1 columnae *porticus* -tae sunt (*cf. p. 2530, 72*). VARRO ling. 8, 32 gemina conclavia dissimiliter ⌊-unt⌋ (*Koeler,* pollent *trad.*). CIL I² 3025 (*Ostiae; saec. I² a. Chr.*) portic(um) -end(am) ... curavit. IX 5688 (= INSCR. Année Épigr. 1992 n. 524; *sub finem lib. rei p.*) basil⟨icam⟩ ... -endam ... subaurandam. VITR. 2, 8, 5 *Graeci in muris struendis* non ... utuntur e molli caemento structura -ta (*item respicitur structura caementicia*: 2, 8, 7 frontes -untur [*inde sim.* PLIN. nat. 36, 171]). 7, 4, 4 *bis.* SEN. epist. 90, 43 agreste domicilium rustica -tum manu. *al.* Ⓘⓘ *-untur lapides*: PLIN. nat. 36, 50 marmoreos parietes habuit scaena ..., non facile dixerim secto *marmore* an solidis glaebis -to. VVLG. I par. 22, 2 ad caedendos lapides et -endos, ut aedificaretur domus dei (*huc spectat* GLOSS.ᴸ Corp. P 505 -endos l.: mundandos). Ⓘⓘⓘ *usu absol.*: PAVL. FEST. p. 80 ferramentum, quo in -endo utuntur *fabri.*

c *in arte fullonum* (*notio varios labores continere vid. ad statum perfectum conducentes, e. g. lavandi l. 20. 28, pectendi l. 26, pulsandi l. 28, quamquam strictius eam definit e. g. Blümner, Technol. I² 181. cf.* GLOSS. -o: *κνάπτω.* -enda: *λελουμένα, κναπτ[ϱ]ά*): *-untur vestimenta*: FEST. p. 265 rudiari ab eodem *Cincio* dicuntur, qui saga nova -unt. PLIN. nat. 35, 197 Vmbrica *creta* ... -endis vestibus adsumitur. GAIVS inst. 3, 143 si fulloni -enda curandave ... vestimenta dederim[us] *eqs.* (*item apud iurisconsultos*: VLP. dig. 19, 2, 9, 5 [*e Celso*] si quis ... sarciendum quid -endumve conduxit. *sim. al.*). NON. p. 34, 4 qui *fullones* -endo diligenter vetera quaeque quasi in novam speciem mutant. SCHOL. Iuv. 2, 97 'galbina rasa': -ta tenuiter. *-itur lana vel linum*: PLIN. nat. 8, 192 ⟨a⟩enis -entium (*sc. lanam*; pollent- *codd. plerique*) ⌊extracta⌋ in tomenti usum veniunt (⌊ ⌋ extractae, *sc. lanae, vett.*). 19, 10 splendorem lini ... torrentis, in quo -itur, natura *effectum.* 19, 18 *linum* in filo -itur inlisum crebro silici ex aqua.

B *-untur homines eorumve corpora corporisve partes (addidimus prosopop. l. 38; cum obi. status effecti l. 42); respicitur*: **1** *corpus lēvigandum, purgandum: pro obi. sunt ipsi homines*: PLAVT. Poen. 221 *nos puellae* numquam concessamus lavari ... aut ornari, -iri, expoliri, pingi, fingi. 229 *mulieres* semper ornantur, lavantur, tergentur, -untur. OV. medic. 25 feminea vestri ⌊-untur⌋ lege mariti (⌊ ⌋ *Heinsius,* poti- *codd.*). *cetera exempla*: MANIL. 5, 150 pumicibus ... horrentia membra -ire. SEN. nat. 1, 17, 2 faciem viri. MART. 14, 56, 2 (*loq.* dentifricium) emptos non soleo -ire dentes. QVINT. inst. 8 prooem. 22 *Eloquentia* si toto corpore valet, unguis -ire et capillum reponere *supersedebit.* FIRM. err. 4, 2 nisi *sacerdotes* effeminent vultum, cutem -ant *eqs.* (HIER. in Soph. 1, 11 l. 508. PRVD. ham. 329 [*ironice*] c. fulcro *mollissimo* adtenuante -imus). HIER. epist. 38, 3, 2 *vetulae* praeteritam ⌊iuventutem⌋ in rugis anilibus -unt (polluunt *var. l.*; ⌊ ⌋ *i. fere speciem iuvenilem*). **2** *gens humana e limo creata*: CLAVD. 20, 495 (*492 sq.* quoscumque Prometheus excoluit) *homines* fabro meliore ... -ti.

II *incorporaliter* (*saepius in imag.*): **A** *-untur res, sc.*: **1** *dicta vel scripta, argumenta* (*cf. l. 38; corporea in imag. pro dictis scriptisve posita l. 49. 54*): **a** *varie ornanda, excolenda*: CIC. Arch. 30 virtutum nostrarum effigiem ... summis ingeniis expressam et -tam. de orat. 1, 31 sententiis gravibusque verbis ornata oratio et -ta (1, 63 ignarus ... faciundae ac -endae o. HIER. in Zach. lib. 3 praef. l. 10. SORAN. praef. p. 3, 8 diligentius). 3, 79 exercitata oratione -untur *inventa philosophiae.* CVLEX 10 carmina (OV. Pont. 1, 5, 61 sollicitā ... curā). PHAEDR. 1 prol. 2 *materiam Aesopi* versibus senariis. QVINT. inst. 10, 4, 4 ut opus *oratoris* -at lima, non exterat. SIDON. carm. 23, 131 senipedem stilum -ibat, *i. hexametros scribebat. al. -itur ara, i. carmen figuram habens arae*: OPT. PORF. carm. 26, 2 ara ... fabre -ta vatis arte musica. 26, 7 non caute dura me -vit artifex. **b** *in artius contrahenda*: QVINT. inst. 8, 6, 63 (*antea comparantur structurae* lapidum inpolitorum) non ... recidere ea *verba* nec -ire possumus, quo coagmentata se magis iungant, sed utendum iis qualia sunt, eligendaeque sedes. **c** *euphoniae causa mutanda*: PS. PALAEM. reg. 3, 1 plurima in verbis ... -ta sunt et per anomaliam mollius sonuerunt. **d** *subtiliter proferenda* (*cf. et p. 2532, 68*): VINCENT. LER. comm. 23, 13 *ut* dogmata ... excurentur, limentur, -antur (*cf.* 23, 17 ut *ecclesia in dogmatibus* vetera ... accuret et -at).

2 *amicitia*: ENNOD. epist. 3, 10, 1 *epistulis invicem missis* diligentia mutuae devinctionis usu -ta fulgeret nec scabro memoria nostri torpore laederetur.

B *-untur homines (vel eorum ingenium, mores sim.), qui ornantur*: **1** *laudibus oratoriis*: CIC. Att. 2, 21, 4 (*in imag.*) hunc *Pompeium* omnibus a me pictum et -tum artis coloribus subito deformatum ... vidi. **2** *dotibus animi vel ingenii* (*sc. moribus, doctrina, facundia sim.*): PETRON. 5 vers. 3 mores *suos* frugalitatis lege ⌊-at⌋ exacta (⌊ ⌋ *Heinsius,* polleat *codd.*). PRVD. c. Symm. 2, 329 tenerum *genus humanum* ... artibus aptum noscendis varia rerum novitate -tum est. CASSIOD. var. 1, 22, 2 (*in imag.*) -isti ... forensi cote (*i. causas dicendo*) ... ingenium. VITA Caes. Arel. 1, 9 ut saecularis scientiae disciplinis monasterialis in eo simplicitas -retur (poler-, peller- *al. var. ll.*).

p. p. p. ✕**polītus,** -a, -um *pro adi. vel subst. compar.* -ior *et superl.* -issimus *inde a* CIC. NOT. Tir. 96, 15 sq. -us. -issimus. *de notione*: NON. p. 66, 18 -a omnia dicimus exculta et ad nitorem perducta. SYNON. Cic. p. 438, 7 -us. comptus. limatus. tersus. mundatus *eqs.* GLOSS. -us: *ἠσκημένος. ἐξησκημένος. φιλόκαλος.* ⌊*ἐμπινής*⌋, *ἐξηϱτισμένος* (⌊ ⌋ *explicatur fort.* pollutus). -a: *γεγναμμένα.* hircasmena (*i. εἰϱγασμένα?*). ornata. -ius (*an adv.?*): disertius. GLOSS.ᴸ I Ansil. PO 128 sqq. (cod. Paris.) -us: acer. acutus. ardens. limatus. vehemens. concitatus. intentus. Corp. P 511 -is: smoeđum (*anglosax.*). *al.*

fere i. q. lēvis, nitidus, non rudis (*accedunt voces notionis affinis e. g.* elegans *l. 59* [*cf. p. 2533, 3*], limatulus *p. 2533, 4,* ornatus *l. 53. 64 [opp. l. 74]; opp. e. g.* agrestis *l. 48,* communis *l. 64,* rudis *l. 71. p. 2533, 8 sq.; neutr. pro subst. l. 22. 70 sqq. p. 2533, 7* [*plur.*]): **1** *respicitur species externa*: **a** *rerum*: **α** *-a sunt aedificia, cubicula* (*cf. p. 2530, 63 sqq.*): VARRO Men. 589 ex agri depolitionibus eiciuntur, hic ⌊in cenaculo -o⌋ recipiuntur (⌊ ⌋ c. inpolito *Onions, Astbury*). rust. 1, 2, 10 regie -a aedificia. 1, 13, 7 villam urbanam quam maximam ac -issimam. PHAEDR. 4, 5, 26 domum -am et delicatos hortulos. PLIN. epist. 2, 17, 10 cubiculum ... -issimum (potiss- *var. l.*). PRVD. apoth. 516 (*neutr. pro subst.*) iacet *templum Salomonis,* in nihilum quoniam redit omne -um. **β** *-i sunt lapides: in aedificiis, pavimentis*: PLIN. nat. 36, 86 *labyrinthi* lapide -o fornicibus tecti (36, 98. VET. LAT. lev. 14, 42 [Tert. pudic. 20] -os et solidos [*gr. ἀπεξυσμένους, om. cod. 100. al. et Vulg.*]. I Macc. 13, 27 [recc. L, V, *sim.* B] 1. -o retro et ante [*gr. ξεστῷ*]. HEGES. 5, 30, 1 p. 369, 12 -o l. solum stratum. *al.*). CE 1552B, 8 (*saec. II¹*) saxa -a (SVLP. SEV. dial. 3, 8, 4 -issimis). *termini*: HYG. grom. p. 90, 3 (*sim.* SIC. FLACC. grom. p. 103, 14) alii ponunt *terminos* silice⟨o⟩s ..., alii autem -os et scriptos. lim. grom. p. 157, 15 lapides defigemus ex saxo silice aut molari ... -os. *al. apud grom.* **γ** *-us est panis*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 12 *aegro* cibum damus, ut est panis aquae calidae elutione purgatus, quo difficultate deposita -us fiat.

b *hominum*: PERS. 5, 116 fronte -us ... servas in pectore volpem (*cf.* FIRM. math. 8, 7, 2 *homines* nitidi fronte -a).

2 *respicitur lēvitas incorporea, sc. status perfectus, emendatus sim.* (*c. respectu litterarum et artium liberalium*): **a** *-i sunt ipsi homines docti, humani* (*quo respectu, indicatur per abl. nudum l. 45. 49. al., aliter* CONC.ˢ I 5 p. 307, 12 in doctrinis. *addidimus aetatem pro homine positam l. 52; ingenia sim. v. sub bβ; huc vergit l. 74*): CIC. Pis. 59 (*ironice ad Pisonem*) ut es homo ... concinnus perfectus -us ex schola (de orat. 2, 236 [*iuxta* eruditum, urbanum]. fam. 7, 1, 3. MIN. FEL. 26, 6 cum ... -iores h. ... esse coeperunt. *al.*). de orat. 2, 154 *cives* auctoritate graviores aut humanitate -iores. 3, 80 sine varietate doctrinae satis -us et sapiens esse orator *non* potest (Brut. 69). orat. 29 venustissimus ille scriptor ac -issimus Lysias (172 -us s. atque artifex). part. 90 *genus hominum* humanum et -um (*opp.* indoctum et agreste). rep. 1, 28 appellari ceteros 'homines', esse solos eos, qui essent -i propriis humanitatis artibus. ac. 2, 56 a -ioribus physicis. *al.* LVCR. 3, 307 quamvis doctrina -os constituat pariter quosdam. VARRO rust. 1, 2, 10 virum omnibus virtutibus -um. VAL. MAX. 2, 2, 3 senectutem tuam, *C. Mari,* ... facundia *Graecorum* -iorem fieri noluisti. TAC. dial. 18, 2 Graccho -ior et ornatior Crassus. PLIN. epist. 1, 16, 6 uxorem ... tam doctam -amque *reddidit.* SVET. Iul. 47 servitia rectiora -ioraque. *al.*

b *-ae sunt res*: **α** *dicta, scripta, facundia sim.* (*maxime respicitur sermonis elegantia*): CIC. de orat. 1, 243 -issimis facetiis. 3, 96 ut -a *sit oratio* (3, 184. Brut. 326 accurata et -a. SEN. epist. 115, 2 sollicitam et -am. *al.*). Brut. 285 dummodo sit -a, dum urbana, dum elegans *ieiunitas orationis.* orat. 161 quod iam subrusticum videtur, olim autem -ius, ... postremam litteram detrahebant *verbis in 'us' desinentibus.* fin. 5, 13 scripta ... -a. LVCR. 6, 82 -is versibus. CALP. ecl. 4, 14 arte -a carminis. PLIN. epist. 7, 13, 2 *tua epistula* est tam -a, quam *eqs.* LVCIF. moriend. 11 l. 19 noster sermo est communis, contra vester -us, ornatus *eqs.* (CLAVD. 17, 251 s. mella -i. ENNOD. epist. 1, 8, 1 p. 17, 12 ad unguem -i s. splendor. *al.*). FVLG. Virg. cont. p. 97, 11 eglogarum -am facundiam. AVG. gen. c. Manich. 1, 22, 34 linguam -am *dicimus,* quia -a verba facit (SIDON. carm. 2, 188 -a eloquiis ... l.). CONC.ˢ I 5 p. 255, 37 suptilem -amque explanationem (*gr. I 1, 6 p. 113, 30 τετοϱνευμένην*). GLOSS. -a verba: ornata v. (*v. supra l. 67*). *al. neutr. pro subst.*: CIC. de orat. 1, 5 *vis* aliquid ... -ius a nobis perfectiusque proferri (*antea opp.* inchoata ac rudia). Brut. 194 quis ... quicquam -ius aut elegantius *quam orationem Q. Scaevolae* ... posse fieri putaret? opt. gen. 12 se quiddam subtile et -um velle, grande ornatumque contemnere. ac. 2, 143 *Aristotele* nihil est acutius, nihil -ius. **β** *variae*: CIC. de orat. 2, 72 homini ... -ioris hu-

[Hoffmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manitatis *non* experti (FIRM. math. 3, 1, 11 -ae [pos- *codd.*] h. ratio. *cf. p. 2532, 45*). 3, 135 hanc -issimam doctrinam transmarinam. fin. 3, 4 *agri cultura* abhorret ab omni -iore elegantia. fam. 1, 9, 15 Apelles Veneris caput ... -issima arte perfecit. 7, 33, 2 opus est huc limatulo et ⌊-o⌋ tuo iudicio (⌊ ⌋ *olim edebatur* politulo). VAL. MAX. 5, 4 ext. 5 quid ... doctrina proficit? ut -iora scilicet, non ut meliora fiant ingenia.

3 *respectu generali de quibuscumque non rudibus* (*neutr. pro subst.*): QVINT. inst. 2, 12, 3 rudia -is maiora ... creduntur. TERT. idol. 18, 4 vetera et nova, rudia et -a.

adv. **polītē.** *compar.* -ius *inde a* CIC., *superl. deest.* GLOSS. -e: *συνησχημένως. cf. p. 2532, 10 et vol. V 2, 390, 11.* *i. q. modo polito* (*respicitur status perfectus, elegans sim. rei effectae*): **1** -e *dicere, scribere sim.*: CIC. Cael. 8 ornate -eque dixisti (Brut. 115 enucleate ... et -e *dixit.* 135. fin. 4, 5 -e apteque [*postea opp.* squalidius]). Brut. 76 luculente quidem scripserunt, etiam si minus quam tu -e (AVR. Fronto p. 44, 23 -ius). ac. 1, 2 *scripta* limantur a me -ius. Tusc. 1, 6 -e eloqui. PLIN. epist. 1, 16, 2 causas agentem acriter et ardenter nec minus -e et ornate. VERVS Fronto p. 107, 22 loquendi -e disciplinam. SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 38 ista ... altius *hic, ... -ius ille, ... tertius* dictitasset acrius *quam ego.* **2** -e *fabricare sim.*: CIC. ac. 2, 120 negatis haec, *i. mundum,* tam -e tamque subtiliter effici potuisse sine divina aliqua sollertia. ANON. de mach. bell. 1, 6 *veteres* in aeris usum excultam -ius terram et igne solidatam ... usui habuerunt. PRVD. perist. 10, 287 Iunonis iram si -e expresserit *ars.*

deriv.: 2. polio, politio, politor, politura; *cf.* ?2. polimen.

compos.: de-, 2. ex-, per-, repolio; impolitus; *cf.* interpolo, suppolitor.

cf. Onom. (Politus). *Hoffmann.*

2. polio (pollio), -ōnis *m.* [*quin a* polīre *derivandum sit, vix dubites, etsi de vera notione dissideatur, v. e. g. Gaide, Les subst. masc. ... en ... (i)ō, 1988, 90. 143 nec non Dietz, infra l. 40; scriptura* poll- *fort. sec.* pollēre *vel sec.* Pōllio, *quod cognomen a* 2. polio *distinguendum et ad nomen gentile* Pōllius *referendum est* (*v. Kajanto, The Latin cognomina, 1965, 37*). *Fo.*] *scribitur* poll- *l. 46. 54. 58. 59; abbreviatur* pol *l. 48 sq. 50 (?). 52. 53. legitur apud* TARR. PAT. *et in titulis (pap. l. 58), plur. non nisi l. 46. 57.*

t. t. rei militaris, quo significatur qui munere poliendi fungitur (*sc. viarum, latrinarum, stabulorum purgandorum servandorumque, parietum calce sim. inducendarum, ni fallimur; de armis poliendis cogitant plerique viri docti; gravitatis muneris [v. l. 46] parum rationem habere videntur cum Watson, Roman Soldier, 1969, 182 n. 178 intellegens eos, qui equos instituunt, tum Dietz, Chiron 15, 1985, 235 sqq. cogitans de militibus erudiendis hancque notionem magistri vix recte agnoscens etiam extra rem militarem his locis, quos nom. propr. q. e.* Pollio *exhibere putamus, sc.* CIL XII 2545 [*saec. I*]. V 8931 *et* AVR. Fronto p. 29, 6 HIST. AVG. Aur. 2, 3): **1** *varia exempla* (*iuxta ponitur* eques *l. 48, abl. indicans, ubi quis natus sit, l. 48 sqq. 54*): TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 (*libro primo militarium*) quibusdam ... vacationem munerum graviorum condicio tribuit, ut sunt ... stratores et -es (pell- *Haloander*) et custodes armorum. CIL III 14507 ant. b 51 (*a. 195; inter milites leg. VII Claudiae coh. III*) eq(ues) pol(io) c(astris). VIII 18085 c 1 (*saec. II ex.*) cas(tris) pol(io) (*item* d 21 cas pol; *sed ordinem inversum* VIII 2618 b 10 [*a. 200?*] pol cas *solvunt* Pol(lia *tribu*) cas(tris), *quamquam tribus illa abbrev.* p *ibid. b 27. 38 et 2565 b 11*). 2564 b 21 (*a. 218/222; inter milites leg. III Augustae*) pol(io). 18086 c 8 (*saec. III*) dis(cens) pol(io). 10 -o. ex -e: CIL VIII 2618 b 16 (*a. 211/2; inter veteranos*) ex pol(ione) Cir(tā). X 1724 ex poll⟨ione⟩ ('ex poll⟨icitatione⟩?' *von Domaszewski, Rangordnung, ²1967, 47 adn. 1*). **2** *pendet gen. indicans, cui legioni (cohorti l. 58?) -o sit attributus*: INSCR. Dessau 9493 (*a. 207*) intra scholam po⟨l⟩ionum leg(ionum) IIII (*sc. exercitus Germanici*) et aediculam. CHART. lat. ant. VI 321 C (= PAP. mil. Fink 89, 3; *a. 216*) 7 ⌊p⌋ollione co⌊h⌋⟨...⟩ (⌊ ⌋ *dub.; cautius Fink*). CIL III 5949 (*saec. III¹; castris Reginis*) pollioni leg(ionis) III. 14126¹ (*post Carac.? Alexandriae*) leg(ionis) II Trai(anae).

poliofilum *v. l. 63.* **polion** *v.* polium. *Reineke.*

poliophyllon, (-ī) *n., πολιόφυλλον* (*quod resp. Hippiatr. gr. I p. 156, 23*). *nomen herbae*: CHIRON 450 p. 138, 30 dabis ⌊-filum⌋, decoques in vino cotula una *eqs.* (⌊ ⌋ *Oder,* pollo- *codd.; cf. etiam p. 2583, 32*).

polios *v.* polium. *M. H.*

poliōsis *f., πολίωσις.* PS. SORAN. quaest. med. 215 quid est -is? mutatio capillorum in albedinem ⌊secundum competentem aetatem⌋ fluxione ex (et *var. l.*) radicibus existente (⌊ ⌋ *πρὸ τῆς καθηκούσης ἡλικίας Ps. Galen. XIX 431, cui desunt seqq.*).

1. polis, *acc. sing.* -in *f., πόλις.* *i. q. urbs, civitas* (*cf.* GLOSS. biling. I 14, 14 cibitas: -is); *adhibetur in nominibus variarum urbium*: LIV. 32, 5, 5 Megalen -in (35, 36, 10 [Megalepolim *al. var. ll.*]). PRISC. periheg. 191 (*de Lepci Magna*) quam *urbem* nomine dicunt esse Nean -in (neapolin [-lim] *al. var. ll.; gr. 205 Νέην πόλιν*). CORIPP. Ioh. 4, 64 (*de Hadrumeto*) Iustiniana -is (4, 75). *cf. Onom.*

2. polis *v. p. 2561, 71.* **polistezos** *v. p. 2586, 44.*

polītē *v. p. 2533, 10.* **politem, politen** *v. p. 2578, 30 sq.*

polīteuma *n., πολίτευμα.* *i. q. ius civis, municipis*: TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 419, 22 *Paulus* -a nostrum, id est municipatum, in caelis esse pronuntians (*spectat ad Phil. 3, 20, ubi gr. πολίτευμα, Vet. Lat. [Cypr. testim. 3, 11. al.] et Vulg.* conversatio; *v. vol. VIII 1648, 32 sqq.*). *pro voce gr. adhibitum significat i. q. modus rei p. gerendae*: CIC. Att. 6, 1, 13. 9, 7, 3.

polīteuomenos, *voc. sing. masc.* -e *adi., πολιτευόμενος* (*part. praes. med. verbi q. e. πολιτεύω*). *fere i. q. vitam christianam agens* (*sc. quasi civis ecclesiae; cf.* politeutes): PHYSIOL. rec. Y 27 o et tu, homo poli⟨te⟩uomene *eqs.* (*gr. 47 ἄνθρωπε πολιτευόμενε. cf. rec. B 22* omnis homo fidelis secundum dei voluntatem conservatur [convers- *var. l.*]).

polīteutēs (*vel* -ta), *voc. sing.* -ta *m., πολιτευτής.* *fere i. q. homo vitam christianam agens* (*cf.* politeuomenos): PHYSIOL. rec. Y 36 o et tu ..., ⌊-a dei⌋ (*gr. 23 πολιτευτά solum. cf. rec. B 17* qui secundum mandatum dei conversa[n]tur).

polītīa, -ae *f., πολιτεία.* *acc. sing.* -an CIC. div. 2, 59 *et in var. lect. l. 34,* -am *e. g.* AMBR. *l. 34; plur. l. 27* (*cf. l. 23*).

i. q. πολιτεία, sc. significatur potius: **1** *res publica eiusve constitutio (apud aves l. 32):* *in tit. librorum* (*infra omisimus, quae trad. litteris gr. in codd., e. g.* CIC. Att. 2, 1, 8 in Platonis -*a.* fam. 9, 2, 5 legere -*ας.* HIER. epist. 49, 19, 5 in sexto *τῆς -ας* [*i. Cic. rep.*]): CIC. div. 1, 60 in Platonis -a (*de eodem libro*: 2, 59 quod Platonis -an nuper apud me mures corroserunt, de re publica debui pertimescere. TERT. anim. 51, 2 in -a. CHALC. comm. 233 in libris -ae. *al.; cf. l. 22*). SERV. auct. georg. 2, 97 Aristoteles in -is (*Rose,* polypticis *trad.*). GRILL. in Cic. inv. 1, 4 l. 11 in -a sua dicit Tullius *eqs.* (*cf. l. 23*). FVLG. myth. 1, 3 Ellanicus in Dios ⌊-a⌋ (*Plasberg,* polt(i)hia *al. codd., πολυτυχίᾳ edd. vet., alii alia coni.*). *cetera exempla*: AMBR. hex. 5, 15, 50 in illis *avibus* ... -a (-cia *var. l.*) quaedam et militia naturalis, in nobis coacta atque servilis (*cf. Eustath. Basil. hex. 8, 4, 1* urbanitatis [*gr. πολιτείας*]. *item de -a avium* [*cf. l. 34*]: CASSIOD. var. 9, 2, 5 -am quandam inter ipsas *grues* esse [*postea*: civico affectu vivere]). 5, 15, 52 acceptam a natura exemplo avium -am (-an *var. l.*) homines exercere coeperant. SERV. auct. Aen. 4, 682 ('populumque patresque ... urbemque tuam') tres partes -ae conprehensas *esse,* populi, optimatium, regiae potestatis. SCHOL. Hor. carm. 4, 15, 12 per has *virtutes* omnes -am constare voluerunt. **2** *ius vel status civium*: TERT. mart. 3, 3 bonum agonem subituri estis, *martyres,* in quo ... -a in caelis *est,* gloria in saecula saeculorum (*cf. l. 4 sq.*). **3** *administratio rei publicae*: GRILL. in Cic. inv. 1, 1 l. 97 docti politici (*Jakobi,* philosophi *codd.*) Pericles et Pisistratus, quorum -a, id est administratione, crevit res publica. **4** *dies festus publicus* (*per interpr. falsam, v. infra*): CASSIOD. hist. 11, 11, 3 Orestis praefectus Alexandriae ⌊festivitatem quandam⌋, quam -am vocant, in theatro celebrabat (*gr. Socrat. 7, 13, 6 πολιτείαν,* ⌊ ⌋ *τὰς δημοτικὰς διατυπώσεις. ibid. postea: τὰς γινομένας παρὰ τοῦ ἐπάρχου διατυπώσεις, quae rectius verturtur* dispositiones praefecti). *Bl.*

polītĭcus, -a, -um, *πολιτικός.* *formas gr. litteris gr. apud* CIC. (*praeter l. 68*) *et* QVINT., *litt. lat. p. 2535, 9. 27; compar. -ώτερος apud* CIC. *l. 59. 75. p. 2535, 31.* GLOSS. I p. 163 -a: civilis. *legitur apud* CIC. (*saepius*), CAEL. *p. 2535, 3,* QVINT. *l. 60 et inde ab* APVL., ARNOB. [*falso trad.* GLOSS. V 379, 32 -a: demonstrativa (*cf.* GLOSS.ᴸ Corp. P 494 -a: demonstratur [*fort. ad Hier. in Matth. 21, 1 l. 1179 θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν*]). *confunditur c.* polyptychus *p. 2584, 71.*]

i. q. ad rem publicam pertinens (*respicitur titulus libri p. 2535, 2. 20*): **I** *pro adi.*: **A** *pertinet ad civitatem*: **1** *-i sunt homines*: **a** *in re publica perite agentes*: CIC. Att. 9, 10, 5 quem *φιλόπατριν* ac *-ὸν* hominis prudentis et amici tali admonitu non moveret auctoritas? fam. 2, 8, 1 *-ώτερον* ... te, *Caeli,* ... neminem cognovi. QVINT. inst. 1, 10, 15 non ... frustra Plato civili viro, quem *-ὸν* vocat, necessariam musicen credidit. APVL. Plat. 2, 8 p. 231 quarum *partium rhetoricae* una disciplina ... iusti tenax, ... conveniens cum secta eius, qui -us vult videri. GRILL. in Cic. inv. 1, 4 l. 104. 1, 6 l. 20 Aeneam ... poeta noster peritum civili scientia ostendit, id est -um. **b** *de re publica scientiam habentes, disserentes* (*cf. p. 2535, 25 et 2, 3b, IIB*): CIC. de orat. 3, 109 (*ludit c. veriloquio vocis gr.*) qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis -i philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur. AVG. civ. 7, 23 p. 302, 20 haec cum philosophis fortassis agenda sunt; nunc autem istum *Varronem* adhuc -um volo (*p. 302, 11 sq.* redeat ad civilem *theologiam; cf. p. 2535, 9*).

2 *-i sunt libri sim.*: CIC. fin. 4, 5 eum locum *librorum,* quem civilem recte appellaturi videmur, Graeci *-όν.* Att. 9, 4, 1 *θέσεις,* quae et *-αὶ* sunt et temporum horum. 9, 18, 4 amabo te, epistulam, *sc. mittas,* et *-ήν.* 13, 10, 2 ad Dolabellam ... *κοινότερα* quaedam et *-ώτερα, sc. libri scribendi.*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

POTAM. tract. 2 l. 37 C. praedicationis -ae *Esaiae.* *de Ciceronis de re publica libris*: CIC. ad Q. fr. 2, 13, 1 scribebam illa, quae dixeram, -á. CAEL. Cic. fam. 8, 1, 4 tui -i libri omnibus vigent.

3 *exempla cetera*: **a** *de actionibus sim.*: CIC. Att. 9, 11, 2 utinam aliquod in hac miseria rei publicae -òv opus efficere et navare mihi liceat! MACR. somn. 1, 8, 6 *sec. Plotinum* sunt -ae *virtutes* hominis, qua sociale animal est (1, 10, 2 *Scipio* in re ... una -arum v. omnium pariter exercet officium. *al. apud eundem*). **b** *de scientia*: AVG. civ. 6, 12 p. 271, 6 quas *tres theologias* Graeci dicunt mythicen, physicen, -en, latine autem dici possunt fabulosa, naturalis, civilis.

B *pertinet ad quamlibet societatem*: CIC. fin. 5, 66 sic hominis natura generata *est* ..., ut habeat quiddam ingenitum quasi civile atque populare, quod Graeci -òv vocant. Att. 4, 6, 1 etsi es natura -óç, tamen nullam habes propriam servitutem. PRISC. LYD. solut. 8 p. 90, 6 causae mutationum, *sc. animalium in aliam regionem translatorum,* naturales sunt et -ae.

II *pro subst.*: **A** *masc.*: **1** *homo:* *in re publica perite agens*: CIC. Brut. 265 quem *Torquatum* tu non tam cito rhetorem dixisses ..., quam, ut Graeci dicunt, -óv. Att. 12, 23, 2 *qui* Athenis -oì fuerint inlustres. ARNOB. nat. 2, 13 quid in -o ... Plato? GRILL. in Cic. inv. 1, 4 l. 41 ad has res *privatas* ... illi -i et doctores non accedebant, sed gubernabant res maximas, id est rem publicam. *al. apud eundem.* PS. AVG. sent. 15 l. 249 tria sunt genera virtutum; primae civiles -orum. MACR. somn. 1, 8, 7 est -i prudentiae ad rationis normam, quae cogitat quaeque agit, universa dirigere. *de re publica scribens* (*cf. IA1b*): CIC. Att. 12, 51, 2 quibus *temporibus* parere omnes -oì praecipiunt. **2** *pes metricus*: DIOM. gramm. I 478, 13 dactylus, quem Graeci -on appellant.

B *fem., i. q. doctrina rei publicae gerendae*: GRILL. in Cic. inv. 1, 6 l. 39 rhetores dicebant sine rhetorica -am nihil esse.

C *neutr., sc. scripta* (*cf. IA2; addere possis. p. 2534, 75*): CIC. Att. 14, 6, 2 haec ad te scripsi apposita secunda mensa; plura et -ώτερα postea (*item compar.*: 14, 14, 1).

adv. **πολιτικῶς,** *compar.* -ώτερον. *i. q. modo politico; respicitur:* *rei publicae peritia, sapientia sim. agentis vel scribentis*: CIC. Att. 4, 8ª, 4 ut ... -ç me geram (*litt. lat. codd. plerique*). 5, 12, 2 omni de rei publicae statu litteras exspecto, -τερον quidem scriptas. 7, 8, 4 levabar cura virum fortem ... audiens -ç de pacis simulatae periculis disserentem. *observantia morum, formarum rei publicae*: CIC. Att. 7, 13, 1 quid ... sit acturus *Caesar,* ... nescio, sine senatu, sine magistratibus; ne simulare quidem poterit quicquam -ç.

cf. Onom.

polītio, -ōnis *f.* *a* polire. *de notione*: PAVL. FEST. p. 71 depolitum: perfectum, quia omnes perfectiones antiqui -es appellabant.

i. q. actio poliendi (de re polita l. 55 sqq.); poliuntur: **1** *agri, sc. runcando, sariendo sim.* (*cf.* NON. p. 66, 18 -es: agrorum cultus diligentes [*inde corrupte* GLOSS. V 651, 19 -es: occultus ex pollutione]): CATO agr. tit. 145 (*sim.* capp.) -em quo pacto dari oporteat (*nisi de -e segetum ad 3; de re v. l. 68*). **2** *planities rerum* (*in architectura praeter l. 51. 54*): VITR. 7, 3, 7 coloribus cum -bus inductis nitidos expriment splendores *parietes.* 7, 3, 8 *tectorium nimium tenue non* splendorem -bus ... proprium obtinebit. 7, 3, 9 *speculum* recipiens in se firmis viribus -em. 7, 7, 1 antiqui egregia copia silis ad -em operum sunt usi. *al.* CET. FAV. 19, 3 testacea spicata Tiburtina pari modo fricaturis et -bus exerceantur (*ex Vitr. 7, 1, 4, v. p. 2536, 10*). ENNOD. dict. 7, 6 p. 444, 23 si non magistra -e venustetur *aurum,* nihil ei prodest sublimitas. *al.* *inde per meton. de planitie ipsa -e effecta*: VITR. 7, 2, 1 calculi ... dissolvunt et dissipant tectorii -es. 7, 9, 4 obstans cerae ponticae lorica non patitur ... solis radios lambendo eripere ex his -bus colorem. **3** *aliae res, sc. segetes et vestimenta*: FEST. p. 234 (*v. p. 2529, 10*). *Baraz.*

polītographia *f.*, πολιτογραφία. *i. q. recensus civium*: TEST. (CIL III 6998; *aet. Hadr.*) 8 volo eius omnis pecuniae usuras quodquod annis civibus meis dividi politograp⟨hia⟩ facta. *Bl.*

polītor, -ōris *m.* *a* polire. *abbrev.* polit FAST. colleg. *l. 74* ([*simul* -ī- *exhibens*]. *fort. et eodem loco lect. dub.* Inscr. Ital. XIII 2 p. 205 n. 42, 13). CIL VI 9462a.

i. qui polit: **1** *agros, sc. runcando, sariendo sim., ut vid.* (*cum etiam grana poliri dicantur [v. p. 2529, 10. 2530, 52], fort. potius de illo officio agit* CATO; *de re cf. e. g. Flach, Röm. Agrargeschichte, 1990, 129 sqq., Scheidel, Maia 45, 1993, 125*): CATO agr. 5, 4 operarium mercennarium -um diutius eundem ne habeat *vilicus* die. 136 si communiter pisunt, qua ex parte -i pars est, eam partem in pistrinum -r. VLP. dig. 17, 2, 52, 2 (*e Celso*) *cum* agrum -i damus in commune quaerendis fructibus. **2** *gemmas, ebur sim.* (*cf.* GLOSS. -r: σμήκτης. *in inscr. saec. I praeter* FIRM.): FAST. colleg. (CIL X 6638 C 2, 17, *cf. l. 63; a. 51*) polit(or). CIL VI 7885 -r eburarius (34374a). 9462a. 9820 Philerotis -is l(ibertus). 37818. FIRM. math. 4, 14, 20 *coniunctio quaedam stellarum homines* facit ... -es pretiosarum gemmarum. *Baraz.*

politri(s)c- *v.* polytrichon. **politrīton** *v.* polytretos.

politron, politropus *v.* polytrophus. **politrus** *v.* polytretos.

[polītulus *olim afferebatur e* CIC. fam. 7, 33, 2, *v. p. 2533, 5.*]

polītūra, -ae *f.* *a* polire. *sing. praeter* VITR. 7, 1, 4 *et* PLIN. nat. 36, 53.

i. q. actio vel effectus poliendi (*metonymice l. 15*): **1** *corporaliter respiciuntur, quae fiunt*: **a** *opera hominis; poliuntur*: **α** *lapides, opera structa*: VITR. 7, 1, 4 super fricaturam, levigationibus et -is cum fuerint perfecta *pavimenta,* incernatur marmor. PLIN. nat. 36, 53 *in secando* crassior ... harena ... plus erodit marmoris maiusque opus scabritiă ⌊-ae⌋ (*dat.*) relinquit ...; rursus Thebaica *harena* ⌊-is accommodatur⌋ (*inde sim.* ISID. orig. 19, 13). 37, 177 *achates gemma* -a pinguescit (*inde* ISID. orig. 16, 15, 16). *meton. de materia ad poliendum inducta*: CAEL. AVR. acut. 1, 1, 23 nova -a in ⌊muris parietis⌋ cubiculorum (⌊ ⌋ *alii alia coni.*). **β** *varia*: SEN. nat. 7, 31, 2 *nos viri* lēvitate et -a corporum muliebres munditias antecessimus. PLIN. nat. 13, 81 scabritia *chartae* levigatur ...; minus sorbet -a charta, magis splendet. 17, 246 (*de cura arborum*) gemmarum ... repumicatio et quaedam -a.

b *opera araneorum*: PLIN. nat. 11, 81 crebratae pexitas telae et qua[e]dam -ae arte ... tenax ratio tramae. 11, 83 *araneus* scissa *telae* protinus reficit ad -am sarciens.

2 *incorporaliter respicitur:* *lima operis scripti*: SEN. epist. 100, 5 *in libris philosophi* videbimus, quid parum recisum sit, quid parum structum, quid non huius recentis -ae. *perfectio sensuum humanorum*: POMER. 2, 22, 2 sensus *crassos effectos* ... consuetudo parcitatis ... velut quadam -a religiosae exercitationis attenuat.

polītus *v.* 1. polio. *Bl.*

polium (-on), -ī *n.*, πόλιον. *scribitur* poll- *hic illic in codd. rec.*; pe- GLOSS. III 574, 6, pu- ORIBAS. syn. 9, 1, 3 Ab p. 293 (*cf. l. 39*); prolios *et* prolion GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 2301 (med. p. 65). *de formis: nom. vel acc.* -on *praevalet,* -um *apud* PLIN. nat. *et l. 70. 72 sqq. (cf. l. 62), nom.* -os *l. 31 et* ISID. orig. 17, 9, 63 (*inde* GLOSS.ᴸ I Ansil. PO 96 [med. p. 62]); *gen. brevior* -li PALLAD. vet. med. 54, 2 (*var. l.*). MARCELL. med. 22, 18 (*cf. l. 70*), -u *sec. gr.* PALLAD. vet. med. 3, 1 (*var. l.*). MARCELL. med. 7, 18 ORIBAS. syn. 3, 14, 1 Aa p. 853. *al. apud eundem.* *legitur fere apud medicos inde a* CELSO, SCRIB. LARGO, PLIN. nat. [*pedem.* pöyu *i. genus roris marini; cf. M.-L. 6635a. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* puleium ORIBAS. syn. 2, 36 La p. 111, 15 (Aa -on, *Li* polio), *c.* folium *l. 53 (pro quo restit. l. 64); ceterum restit. l. 48. 51. 64; e coni. falsa pro* lolium CELS. 5, 23, 3ᴬ. 5, 27, 9; *falso trad. pro* pōpulus CAEL. AVR. chron. 2, 4, 72; -um maris *litt. gr. scriptum subesse* DIOSC. gr. Vind. 4, 132 *putat André, Latomus 14, 1955, 522* (τριφόλλιουμ μάϊους *restit. Wellmann*), *cf. l. 58.*]

nomen herbae; significatur: **1** *'Teucrium -um' L. vel 'Teucrium creticum' L. (v. André, Les noms de plantes, 1985, 203; nomina eius v. infra l. 51. 60. 69; plerumque in medicamentis componendis); illustratur*:

a *usus, natura*: CELS. 5, 27, 7 si *serpens* ... percussit, -i (spoli *et* catapotium *codd.*), quod Aegyptiae fabae magnitudinem aequet, arefactum. SCRIB. LARG. 83 herbae, quam -on vocant *Graeci,* nos ut opinor tiniariam, fasciculus ... decoctus (*inde restit.* MARCELL. med. 17, 22; *sim.* 20, 28). 121 medicamentum ex aqua -on (*litt. gr. in var. l.*) coctum habente. 177 -i *tantum* (fol- *var. l.*). PLIN. nat. 21, 44 *contra tineas* vestibus interponi ... gratissimum ... apud Graecos -um herbam ⌊inclutam Musaei et Hesiodi laudibus ... prorsusque miram, si modo ... folia eius *per diem colorem variant*⌋ (⌊ ⌋ *ad duas species herbae q. e.* τριπόλιον *pertinet sec. André, ed. 1969, 109 adn. 1, ut*: 21, 145 *ter.* 25, 12 -um herbam. 26, 39 [*antea*: tripolion] haec herba eadem videtur quibusdam, quae -um *eqs.; adde* GLOSS. III 573, 72). *ibid.* duo genera eius -*i*: campestre maius; silvestre, quod minus est, quidam teuthrion vocant; folia canis hominis similia *eqs.* ([*inde* 1, 21, 21]. DIOSC. 3, 120 p. 427, 13 -on est montuosu(m) et alteru(m); montuosu(m) vero, quod t. dicitur ...; [l. 18] reliquu(m) vero -u(m) *eqs.* GLOSS. III 578, 60 t. id est -on de montibus. v. *André, loc. l. 56 cit., adn. 2*). 21, 100 *sunt* aeterna folia ... -o (folia, pholia *codd.*). 27, 134 *smyrnion prodest* admixto ... -o. PALLAD. vet. med. 49, 3 strumi et -i herbarum folia (54, 2. 57 [*gr. Hippiatr. I p. 277, 17* πολιοφύλλῳ ἢ φλόμῳ]. 60). PS. APVL. herb. 57 l. 3 herbae -on sucum conmisces cum aceto *eqs.* (MARCELL. med. 29, 11 CAEL. AVR. chron. 4, 7, 100). herb. interpol. 57 adn. 6 (*in uno cod.*) Graeci -on, pheuxaspidion ..., Latini conula, Martialis, -um, Neptunia. MARCELL. med. 11, 36 -i *tantum* (polli *codd.*). CASS. FEL. 42, 18 -i Cretici manipulum (*cf.* fasciculum *l. 51 et* ORIBAS. syn. 9, 11, 3 Aa p. 293 [La fascium]). GALEN. alfab. 215 ('de -o') -um herbula est ... *talia* folia habens *eqs.* (*seq. virtutes eius*). ANTIDOT. Brux. 135 -i cyma. ISID. orig. 17, 9, 63 (*syn.* omnimorbia, *v. vol. IX 2, 594, 67*). *al.*

b *iunctura* -um (-on) herba (*cf. e. g. supra* SCRIB. LARG. *l. 50 et* PALLAD.

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vet. med. 3, 1 -i herba): PLIN. nat. 21, 44. 25, 12. PALLAD. vet. med. 54, 2 -i herbae (*item gen. iam p. 2536, 65, adde* THEOD. PRISC. log. 96 CAEL. AVR. chron. 5, 4, 77. *al.*). MARCELL. med. 20, 23 -on herba, quae a quibusdam libanotis appellatur. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 165 PLIN. phys. Bamb. 88, 7 MISC. Tir. p. 64, 26. *al.* *ordine inverso* (*cf.* PS. APVL. *p. 2536, 67*): PS. APVL. herb. 57 tit. MARCELL. med. 17, 22 herbae ... -i (*item gen.*: CAEL. AVR. chron. 4, 7, 100).

2 *serpyllum* (*v. André, Lex. des termes de botan., 1956, s. v., n. 3*): PS. APVL. herb. 100 l. 12 a Graecis dicitur erpillon, ... -on, Aegyptii meru, Itali serpullum, alii cicer rusticum ... *vel* erraticum. GLOSS. III 573, 27 -on eratico i. serpillus. 594, 13 -on: serpullus 615, 45 -on idest serpullus, multis morbis subvenit. *al.* *Reineke.*

[poliuomene *v.* politeuomenos.**]** **poll-** *v. etiam* paul-.

polla *v.* puella. **pollen** *v.* pollis.

pollēns, -enter *v.* polleo.

pollentia, -ae *f.* *a* polleo (pollens). *i. vis, qua quis pollet, potentia* (*cf.* NON. p. 155, 27 -a: potentia, a pollendo dicta [*affert* PLAVT. Rud.]. *inde* GLOSS. V 645, 61 [*scrib.* pollenci-]): PLAVT. Cas. 818 tua, *nova nupta,* ... ut potior -a sit vincasque virum (Rud. 618 ne impiorum p. sit -a quam innocentum). *de dea, sc. per prosopop.*: LIV. 39, 7, 8 signum -ae.

cf. Onom. *Ottink.*

⊠**polleo,** -uī, -ēre. **[***de origine non constat.* poll- *fort. e* *poln-/*pl̥n- *ortum est. sunt qui comparent vet. hibern.* oll *'amplus'* (< *polno-?*); *alii cogitant de radice verbi* plē-re (*praes.* *pl̥nē-; *cf. vet. ind.* pr̥ṇáti *'complet'*). *sed significationes obstare videntur. Fo.***]** *scribitur* polet CARM. Sal. Fest. p. 205 (*testante* FESTO *ibid.* quia nondum geminabant antiqui consonantis). *formae stirpis perf. non exstant nisi* HIER. in Is. 7, 19, 11 l. 22 G. ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 5 p. 497 GRILL. in Cic. inv. 1, 9 l. 27 ISID. orig. 1, 40, 1; *cf.* PROB. inst. gramm. IV 186, 20 sunt verba, quae ... species perfectas ... similes habeant, ut ... -o polluo pollui (*sim.* VICTORIN. gramm. VI 200, 22); *sed* PHOC. gramm. V 436, 23 -o sisto ... nullum habent praeteritum; *part. fut. deesse notat idem* 437, 13. *de notione* (*cf. p. 2538, 54. 2539, 46*): CHAR. gramm. p. 476, 3 -o ἀκμάζω, ... -o ἰσχύω. GLOSS. -et: excellit vel praefulgit aut viget. abundat, crescit. -emus (-im- *cod.*): utimur. -ere: αὔξεσθαι, ἀνθεῖν, λάμπειν καὶ φαίνεσθαι. GLOSS. I p. 147 n. 1 polleat[ur]: confortetur **(***inde restituendum* GLOSS. V 548, 52 -atur: conf⌊aria⌋tur [⌊ ⌋ *lectio incerta*; pollinator: confarreator *temptavit Goetz in indice*]**)**. GLOSS.^{L} I Ansil. PO 57 -ere: abundare cum laetitia. *al.* *legitur inde a* CARM. Sal. *l. 26,* PLAVTO, TRAG. inc. *l. 55,* AFRAN., CIC.; *excepto part. praes.* -ens *pro adi. (v. p. 2539, 42 sqq.) raro legitur apud poetas* (*deest e. g.* VERG., OV., LVCANO). **[***confunditur in codd. c.* tollere LVCAN. 9, 795 (*in falsa var. l.* SEN. Herc. O. 102; *e coni. dub.* MANIL. 2, 826), pallere LVCR. 5, 1 LVCAN. 9, 795 PHOC. gramm. V 437, 13 DIG. de confirm. dig. 23 (*in falsa var. l.* TIB. 1, 8, 17), polire *p. 2529, 56; ceterum* -et *e coni. inc. Bentley pro* posset OV. epist. 8, 34; *fragm. obscuro* AFRAN. com. 226 tibi in utraque parte -et et pariter potest.**]**

fere i. q. valere, posse **(***indicatur, ubi vel quibus in rebus aliquis -at, per praepos.* in *c. abl. e. g. l. 61 sq. p. 2538, 37. 39. 52,* inter *l. 68. p. 2539, 18, per abl. l. 70. p. 2538, 10. 45, adv. p. 2538, 9. 22. 54; quantum per obi. int. vel adv. saepe, e. g. l. 58 sqq. p. 2538, 8. 21 sqq. 61*): **I** *potius potestate, auctoritate, vi coercendi sim.* (*indicatur instr. per abl. e. g. l. 63. 72; quis [quid] potestate afficiatur, per praepos.* in *c. acc. p. 2538, 8. 12*):

A *pro subi. sunt animantes*: **1** *dei*: **a** *apud paganos*: TRAG. inc. 175 (*loq. Medea*) *Amor* plus -et potiorque est patre. LIV. 1, 24, 8 (*iureiurando foedus affirmatur*) si ... *legibus* defexit ..., Iuppiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum ... feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes -esque (8, 7, 5 aderit Iuppiter ipse, foederum ... testis, qui plus p. -etque. *cf.* LIV. *l. 74*). 44, 40, 3 fortuna, quae plus consiliis humanis -et, contraxit certamen. SEN. Phaedr. 186 hic volucer, *sc. Cupido,* omni -et in terra ⌊potens⌋ (impot- *Heinsius*). ARNOB. nat. 3, 20 singuli sua in re -ent. 6, 4 arbitramur omnem deum omnino, si modo nominis huius vi -et, ... *omnia* audire debere. **b** *apud Christianos*: PRVD. perist. 5, 86 *spiritus* sentiunt -ere Christum et vivere.

2 *homines vel gentes, sc. maxime in vita publica agentes* (*privatam cf. l. 55*): CIC. rep. 3, 24 sapientia iubet ... imperare quam plurimis, ... -ere regnare dominari. CAES. or. frg. Suet. Iul. 6, 2 est ... in genere *Iuliae* ... sanctitas regum, qui plurimum inter homines -ent (civ. 1, 4, 3 *potentes* in re publica iudiciisque ... p. -bant. LIV. 1, 23, 8 multum illi *Etrusci* terra, p. mari -ent). HIRT. Gall. 8, 22, 2 neminem ... tantum -ere, ut invitis principibus ... bellum concitare et gerere posset. SALL. Iug. 41, 6 nobilitas factione magis -bat, plebis vis ... minus poterat (*cf.* APVL. met. 9, 35, 3 *dives* maiorum gloria male utens -ensque factionibus et cuncta facile faciens in civitate). LIV. 8, 33, 8 *populus* unus plus quam ... dictatura potest -etque (*item -et gens l. 69 et* TAC. ann. 4, 55, 2 ne Ilienses quidem ... nisi antiquitatis gloria -bant. *al.*). PAP. Corp. 43 (*ca. a. 100; fort. Pomp. Trogi*) *cum* satis -rent ⟨...⟩us atque Antioch⟨us⟩ (TAC. hist. 3, 55, 1 tot milia armatorum ... inferendo ... bello s. -bant). TAC. ann. 4, 33, 2 cum patres -rent (*opp.* plebe valida). *al.*

II *indicatur, quem in finem, effectum sim. vel qua de causa aliquid (aliquis l. 61 sq.) promittatur, sc. per praepos. (exempla selecta)*: **A** ad (*c. gerund. l. 56. 59. al.*): CIC. S. Rosc. 20 ad eam rem operam suam -etur (LIV. 5, 46, 8. *cf.* CIC. Manil. 69 ad hanc rem conficiendam). Att. 3, 20, 2 quod facultates tuas ad meam salutem -eris. CAES. Gall. 2, 4, 4 multitudinem ... ad id bellum (LIV. 5, 19, 5 operam. 8, 25, 3 arma virosque. *al.*). 4, 16, 8. civ. 2, 18, 4 *pecuniam* ad rem publicam administrandam. *al.* **B** in *c. acc.* (*c. abl.* SVET.; *distingue p. 2548, 58*): CIC. S. Rosc. 77 servos in quaestionem (QVINT. decl. 269 them. *ceterum promittuntur homines*: LIV. 40, 5, 10 in matrimonium [VAL. MAX. 6, 4 ext. 3]). Phil. 8, 4 ut pecunias in rem publicam -antur *municipia.* CAES. civ. 2, 21, 2 *pecunias* in publicum (QVINT. inst. 10, 7, 1 auxilium in p.). LIV. 36, 7, 21. 39, 28, 6 in mercedem societatis. VITR. 7 praef. 15 in id opus impensam. PLIN. epist. 1, 8, 10 sumptus in alimenta (FLOR. epit. 3, 15, 2 hereditatem in a. populo). SVET. Iul. 16, 2 multitudinem ... operam ... sibi in adserenda dignitate tumultuosius -entem. *al.* **C** pro (*distingue l. 33. p. 2556, 10*): CATVLL. 66, 34 pro ... coniuge (*v. p. 2548, 31*). *al., v. e. g. l. 37. p. 2550, 47. 2552, 30.*

III *indicatur condicio, modus promittendi*: **A** *per adv.*: CIC. Verr. II 2, 5 quando id, quod opus esse putaret, non ultro -ta est *Sicilia*? (Scaur. 36. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 1. *al.*). dom. 28 satis prolixe (APVL. met. 10, 4, 2. 10, 27, 2 p. adcumulateque). Att. 5, 13, 2 liberalissime (fam. 13, 42, 1 cumulatissime et l. CAES. Gall. 4, 21, 6 liberaliter. *al.*). fam. 4, 13, 3 benigne (LIV. 6, 6, 16. *al.*). SALL. Catil. 41, 5 bene. LIV. 42, 29, 6 enixe. FIRM. err. 26, 1 magnopere. EPIST. imp. inc. (CIL III 6866) 13 maxime. *al.* **B** *per abl.: quemlibet* (*exempla selecta*): CIC. leg. agr. 2, 100 bona fide. LIV. 42, 29, 4 suo nomine. VITR. 10, 16, 7 his legibus. PLIN. epist. 5, 1, 2 tacita conventione. PHILO quaest. in gen. 4, 172 ficta veritate (*v. p. 2550, 33*). ENNOD. epist. 6, 3, 6 p. 151, 8 testimonio (*v. p. 2550, 30*). *al.* *quo significatur ipse actus vel effectus -endi (cf. acc. p. 2554, 9): v. p. 2548, 1. 2550, 21 et* AVG. civ. 16, 21 tit. de ... promissione dei, qua terram ... Abrahae ... -etur. **C** *per praepos.* (*exempla selecta; v. etiam p. 2555, 54*): CIC. leg. agr. 2, 103 pro certo (SVET. Nero 31, 4 p. comperto). SVET. Iul. 78, 2 sub exceptione (MOD. dig. 50, 12, 10 s. hac condicione. HIER. epist. 122, 4, 2 s. iusiurandi testificatione. VVLG. num. 32, 11 s. iuramento [deut. 9, 5 ANON. Vales. 12, 62]. ORIGO Const. 12, 62 s. iusiurandum). VET. LAT. Matth. 14, 7 (*v. p. 2546, 60*) cum iuramento.

p. p. p. **pollicitus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* **1** *neutr. pro subst., fere i. q. promissum, pollicitatio; spectat potius*: **a** *ad actionem pollicendi vel ipsam locutionem* (*-um fit verbis praeter l. 21; respicitur id, quod est in arbitrio pollicentis, praeter* IVL. VAL.; *vix addas p. 2546, 43. 2550, 53*): OV. am. 2, 16, 48 (*43* iuraras) -is addere facta. 3, 7, 70 (*membro genitali*) quin istic pudibunda iaces, pars pessima nostri? sic sum -is captus et ante tuis. epist. 18, 192 pignora -i ... dabo. 20, 180 -i conscia templa *Dianae.* ars 1, 268 -is ... favens vulgus adeste meis (*item pollicetur scriptor lectoribus*: COLVM. 11, 3, 1 memores -i nostri. CASSIAN. c. Nest. 7, 2, 1 [*antea*: quae ... promisi; sponsione] cum de -is satisfecero). 1, 355 *puellam captandam* tu -is ... corrumpe. 1, 444 (*443* promittere) -is dives quilibet esse potest. 1, 632. SIL. 15, 330 magnis ... vincere corda -is (*sc. ad proditionem*). PS. CATO dist. 1, 13 spem tibi -i certam promittere noli. IVL. VAL. 2, 25 l. 532 *deos vades* -i ac spei meae. SIDON. epist. 5, 15, 1. GREG. TVR. Franc. 4, 40 omnia ab his -a inlibata servari (*antea*: foedus initum). **b** *ad rem promissam*: HYG. fab. 219, 2 ab rege -a petit. DARES prol. p. 1, 17 ad -um revertamur. RVRIC. epist. 2, 15 p. 399, 2 ad -a pervenire.

2 *pro adi., fere i. q. promissus*: OV. epist. 21, 140 si tibi coniugium volui promittere nostrum, exige -i debita iura tori. fast. 3, 366 -am dictis ... adde fidem (HYG. fab. 100, 2 praestitit. VEN. FORT. carm. 3, 9, 65 redde). SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 25 modestiam. ENNOD. epist. 3, 18, 2 p. 85, 20 dignationem -am ... servare. 8, 39, 1 p. 225, 19 si vivit amoris scintilla -i. VEN. FORT. Mart. praef. II 29 tendere -um ... cogor ad ardua gressum. CE 2100, 24 (*Lugduni; saec. VI*[2]) praemia Christi.

*deriv.: ?*pollicitio, 1. *et* 2. pollicitor, 2. pollicitus (-ūs); *cf.* pollex.

⁂pollicitātio, -ōnis *f.* *a* pollicitari. *abbreviatur* poll *p. 2557, 10* (*cf. p. 2533, 54*), pollicit *p. 2557, 18.* *de notione et differentia*: VLP. dig. 50, 12, 3 pr. -o ... offerentis solius promissum (*disting.* pactum). DON. Ter. Andr. 401 *v. vol. X 2, 1857, 14 sq.* (*ubi* -o *plus est quam* promissio; *sim. p. 2558, 20*). 527 -o multarum rerum promissio est. CLAVD. DON. Aen. 1, 235 p. 53, 24 -es ... tenent debitorem, etiamsi nolit exsolvere, promissa vero in arbitrio sunt posita volentis vel inviti. GLOSS. -o: promissio. *ἐπαγγελία. ὑπόσχεσις.* *legitur in versibus non nisi* PLAVT. *l. 60 et* TER. *p. 2558, 3, in orat. soluta inde a* RHET. Her., CAES. (*saepius quam* promissio), *deest* CIC.; *saepius apud iuris consultos et Christianos.*

i. q. actio pollicitandi vel status inde effectus (*gr. respondet ἐπαγγελία, nisi aliud adnotavimus; -em facit res non nisi p. 2558, 5. 37; -o fit cum quadam obligatione pollicentis, sc. vel stipulatione, petitione facta [v. maxime p. 2557, 64. 72] vel ultro [sc. propositione sim. antecedente maxime p. 2558, 3. 22 sqq.]; -o pertinet plerumque ad id, quod est in pollicentis arbitrio, sed confirmantur sim. quaelibet futura p. 2557, 52. 2558, 15 sqq. 2559, 1, status praesens p. 2558, 72*): **I** *usu communi*: **A** *in iure vel re publica; spectat ad*: **1** *matrimonium; promittitur:* *dos sim.* (*a parte procorum l. 65*): PLAVT. Trin. 738 (*ad amicum patris nupturae*) dotem dare te ei *puellae* dicas ...; verum ... vereor, ne istaec -o te in crimen populo ponat. COD. Iust. 5, 12, 1 pr. (*a. 201*) si -o vel promissio fuerit interposita, gener ... ex stipulatione agere potest (5, 12, 1, 1. *adde l. 64 et cf. p. 2557, 58. 2558, 36*). VLP. dig. 37, 7, 1, 8 ut ex -e dotis ... fratrem suum liberet *filia heres* (COD. Iust. 5, 11 rubr. de d. promissione vel nuda -e. HIST. Apoll. rec. A [= B] 1 *multi* cum magna d. -e currebant *ad filiam Antiochi. cf.* COD. Theod. 3, 13, 4 [= Iust. 5, 11, 6] rerum dotalium). COD. Iust. 5, 3, 3 (*a. 222/235*) -e ... sponsalium causa facta et si in stipulationem deducta *sit* ([*v. app. crit.*]. *sim. iuxta* stipulatio: 5, 12, 13 [*a. 293*]). 4, 29, 25, 2 quod ... sponte scriptum aut in -em deductum est. 5, 15, 3 (*disting.* datio). *sponsa*: SCHOL. Stat. Theb. 2 argum. -o Adrasti ⌊filiarum suarum⌋ (filias suas *cod., fort. recte*) in coniugio Polynicis et Tydei. *fides*: MAX. TAVR. 88, 5 qui ... legibus ducit uxorem, profitetur se contra legem non esse facturum; ... *adulter* ius -is excedit.

2 *pecuniam operave promissa rei publicae, collegio, civi cuidam aut liberalitatis aut honorandi vel gratiarum agendarum causa*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*pollicetur magistratus l. 30; cf. l. 68*): **a** *in titulis*: CIL I² 2, 3031a, 41 (= XIV 375; *Ostiae, pertinet ad bellum a. 67 vel 38–36 a. Chr.*) cum res publica ⟨p⟩raedia sua venderet ob -em ⌊belli navalis⌋ (*sc. Romanis factam*) ... *tantum* rei publicae donav⟨it⟩ (⌊ ⌋ *sc. 'pro b. n.' sim.; cf. gen. l. 21 et* VIII 8469 [*a. 207*] ob -em ⌊honoris aedilitatis⌋ [*sc. ob eum honorem sibi decretum*] ... s(ua) p(ecunia) d(ecreto) d(ecurionum). *v. Hofmann-Szantyr 74 sq.*). X 5808 (*saec. I in.*) Heleno ex decreto decur(ionum) ... et -e sevir(um) et municipum ... ob merita eius (VIII 27374 [*a. 198/205*] ex -e sua ... d(ecreto) d(ecurionum). INSCR. Alger. I 951 ex -em suam ... ex *tanta pecunia*. CIL VIII 26593 ex poll(icitatione). X 7553 ⟨ex pol⟩licita⟨tione⟩. *cf. l. 23 sqq.*). INSCR. Année Épigr. 1993 n. 468 (*Miseni; a. 102*) petente *quodam* ... de confirman(da) voluntate -is suae HS triginta mil(ia) nummorum ..., placuit *eqs.* (*sim. pendet gen.* -is: 1957 n. 77 [*ex Africa; a. 145/161*] ad supplendam -is suae summam. Alger. I 286 [*ante a. 217*] ob insignem liberalitatem -is eius HS $\overline{\text{CCCC}}$ n(ummum). Afr. Cagnat 222 [*post a. 264?*] ⟨di⟩e -is). CIL VIII 20682 (*a. 152*) ob beneficium *receptum* ..., p(ecunia) s(ua) secundum -em suam p(osuerunt), *sc. statuam* (23599 [*a. 158*]. INSCR. Année Épigr. 1933 n. 67 [*e Numidia; saec. II ex.*] s. suam po⟨ll⟩icit(ationem). CIL X 8318. *al.*). 25531 religiosa -e. 27382 post huius muneris -em. *promittitur praemium victoribus*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ª, 40 Pighi quinto missu bigas m⟨ittemus⟩ ... serva⟨t⟩a pollicit⟨atione missus tertii⟩ (*antea*: eadem praemia dabuntur). **b** *apud scriptores*: PLIN. epist. 10, 39, 3 huic theatro *Nicaeae* ex privatorum -bus multa debentur, ut basilicae *eqs.* (VLP. dig. 50, 4, 6, 1 *debitores rei publicae* si ex -e debeant. 50, 12, 1, 1 *si quis* ob honorem promiserit ..., tenebitur ex -e. *al.; cf. l. 7 sqq. et* PAPIN. dig. 35, 2, 5 ex causa -is). VLP. dig. 4, 2, 9, 3 cum Campani metu cuidam illato extorsissent cautionem -is. 50, 12, 3 pr. si ob honorem -o fuerit facta. 50, 12, 6 pr. deminutio -is. MOD. dig. 50, 12, 10 secundum verba condicionemque -is. *ibid.* formam -i datam. SYMM. rel. 6, 2 (*Theodosio et Arcadio*) *populi* desiderium -e (*sc. ludorum*) movistis. DIG. 50, 12 rubr. de -bus. *al.*

3 *praemia, dona sim., quae reges, imperatores sim. pollicentur, sc. ex conventione quadam, qua quid proponunt certis condicionibus* (*plerumque c. verbis illiciendi, incitandi, fallendi sim. [cf. p. 2558, 5; sim. sub B1b], saepe in re militari bellicave; praevalet abl. [fere plur.], accedit* magna *l. 37. 54. al.* [*cf. p. 2556, 65*], multa *l. 48 sq.*): CAES. Gall. 3, 18, 2 *dux cuidam* magnis praemiis -busque persuadet, uti ad hostem transeat (3, 26, 1 ut magnis p. -busque suos excitarent *equitum praefecti.* 7, 1, 5 omnibus -bus ac p. deposcunt, qui *bellum inciperent.* civ. 1, 56, 2 p. -busque incitant. BELL. Afr. 35, 2 magnis p. -busque propositis. *cf.* VELL. 2, 18, 2 ingenti cum -e praemiorum [*v. etiam p. 2558, 67 sqq.*]). 6, 12, 2 *Sequani Germanos* ad se magnis iacturis -busque perduxerant. 7, 31, 1 *Vercingetorix civitatum* principes donis -busque alliciebat (SVET. Dom. 2, 2 d. ac -bus sollicitare). *al.* POLLIO Cic. fam. 10, 32, 4 *legionem* cum ad se ... arcessisset Antonius hac -e, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum *eqs. ibid.* infinitis. BELL. Afr. 40, 5 pretio -bus adducti. SALL. Iug. 20, 1 illorum *nobilium* -bus accensus *Iugurtha* (*cf. p. 2560, 2*). 61, 4 multis. NEP. Eum. 2, 4 multis magnisque -bus persuadere. LIV. 31, 25, 8 non fefellit Achaeos, quo spectasset tam benigna -o *Philippi* auxiliumque oblatum adversus Lacedaemonios *eqs.* 42, 38, 3 decepti -bus regiis. RVT. LVP. 1, 10 (*in exemplo ficto; antea: Lacedaemoniis* spem victoriae est pollicitus) ab hoc ... pristinae -is ... ⟨rationem⟩ reposcere debetis. SEN. benef. 3, 19, 3 *servum* nulla tyranni -e corruptum. PLIN. nat. 7, 124 *a medico* spretis ... -bus Mithridatis. SVET. Nero 13, 1 magnis -bus sollicitatum. Otho 6, 3 ad conciliandos -bus *milites.* HIST. AVG. Did. 4, 6 -bus aureorum.

4 *res varias promissas*: GAIVS dig. 34, 9, 10 pr. sive chirographum ... dederit sive nuda -e repromiserit *testator* (VLP. dig. 21, 1, 19, 2 promissionem sive -em [*v. vol. X 2, 1876, 31 sqq.*]. PAVL. sent. 5, 12, 9 ex n. -e, *sc. hereditatis,* nulla actio nascitur [*seq.* qui se ... iactaverat]. COD. Iust. 8, 37, 5 pr. [*a. 293*]. *cf. p. 2556, 64*). FLORENT. dig. 18, 1, 43, 1 quaedam ... -es venditorem non obligant. PAPIN. dig. 17, 1, 56, 3 salarium incertae -is ... *non* recte petitur (*sim.* COD. Iust. 4, 35, 17 [*a. 294?*]). VET. LAT. act. 23, 21 (cod. 55) parati sunt sperantes -em tuam (*23, 15* petite a ⟨tribuno⟩; *cod. 51* repromissionem, *Vulg.* promissum). COD. Iust. 2, 4, 34 (*a. 294*) *nemo* ad implendum promissum hereditatis propriae -e ... adstringitur. Theod. 6, 4, 13, 1 ut sub eius *procuratoris praetoris vice fungentis* praesentia opus ... construatur, hac pollicita⟨tione⟩ dumtaxat, ut eidem operi ex eius *praetoris* nomine titu⟨lus in⟩scribatur. RVFIN. hist. 10, 31 p. 993, 7 a Lucifero contra -em ordinatum episcopum (*sim. -o fit ante concilium, iudicium ecclesiae*: FACVND. c. Moc. 31 occulta eius ante iudicium -o tenebatur. 45). NOVELL. Theod. 26, 4 *si quis fundos steriles* sub certi canonis -e suscepit. *al.* *vergit in notionem q. e. cautio*: PASS. Polychron. (Anal. Boll. 51, 1933, 88) 21 *sanctus dixit* 'da mihi indutias ... triduo ...'; respondit Valerianus *ei, qui sanctum perduxerat* ...: 'in tua -e habeat triduo indutias'.

B *contextu quolibet*: **1** *pollicentur homines* (*virtus l. 5*): **a** *quilibet*: TER. Phorm. 857 (*856* satine est si te delibutum gaudio reddo?) -es aufer et quod fers cedo (*Eugraph.* promissiones). RHET. Her. 3, 2, 3 dolus consumitur in pecunia, -e, dissimulatione *eqs.* SEN. benef. 4, 1, 2 cum virtus ... neminem spe ac -e conrumpat. PETRON. 130, 7 *ancilla* dimissa cum eiusmodi -e (*sc. litteris mandata; in re amatoria ut*: APVL. met. 8, 10, 1 [*a parte mulieris*] tempestiva. FIRM. math. 6, 24, 2 ut ... captiosis -bus ... alieni matrimonii iura sectentur *stupratores*). 135, 1 (*134, 10* istum ... morbum ... emendare scio) *magae* fabulosa -e conterritus (*sim. de -e medicorum*: AVG. civ. 22, 8 p. 568, 7 in sua -e sistebant non se illum sinum, *sc. fistulam,* ferro, sed medicamentis esse clausuros). APVL. met. 11, 20, 7 lucrosae -is *in somnio perceptae.* CYPR. laps. 18 *lapsis non* statim videri potest divina maiestate concessum, quod fuerit humana -e promissum. FIRM. err. 27, 8 Iohannes ... filium dei agni nomine appellat (*Ioh. 1, 29*), ut et ipse propheticae -i respondeat (*e. g. Is. 53, 7. sim. de -e prophetae*: HIL. in psalm. 13, 5 hoc nomen [*sc. 'salutare'*] per -em gentibus semper indultum est; ait enim Esaias [*seq. Is. 52, 10*]. *distingue l. 21*). SYMM. epist. 9, 130 utinam hominum meorum diligentia fidem tuae -is inplesset (CLAVD. DON. Aen. 1, 235 p. 53, 10 *Venus* convenit eum *Iovem* ex fide veteris promissi, immo potius antiquae -is. 5, 350 p. 463, 4. *cf. l. 64 sqq.*). HIER. epist. 18ᴬ, 15, 1 (*ad Is. 6, 8* 'quem *prophetam* mittam ...?' et dixi: '... mitte me'; et ait: 'vade et dic *eqs.*') post -em iubetur, ut dicat. RVFIN. Adamant. 5, 16 p. 87, 11 licet tu ipse proposueris, ut de scripturis nos invicem suaderemus, et nunc ad tractatum confugeris medicinae -isque tuae oblitus (*gr. τοῦ ὄρου*). IORD. Get. 152 (*antea*: si permitteret ..., sic, *sc. in pace,* eos *Visigothos cum Romanis* ... vivere, ... sin autem aliter, ... *belli victor* imperaret) Honorius imperator ⌊utraque -e⌋ formidans (⌊ ⌋ utramque -em *var. l.; an de -e sibi facienda?*). *al.* **b** *qui docendo perducunt ad cogitationem quandam, sc. falsam, haereticam sim.*: CYPR. laps. 33 falsa -e seducti (FIRM. err. 22, 2 quid illos f. -e sollicitas, *diabole*?). ARNOB. nat. 2, 34 si nobis ... viam fugiendae mortis Plato ... promisisset possetque eam praestare atque ad [in] finem -es (-is *cod.*) adducere. FIRM. err. 26, 2 ut ... persuasione decipias, -e prosternas (*de -bus diaboli ut*: PRISCILL. tract. 7, 114 -o insanabilis [*sc. quae insanabilem reddat; spectat ad gen. 3, 5*]. AVG. serm. 346B, 4 coll. Morin p. 287, 20 temptat ... per promissiones et -es aliquas. *adde l. 30*). AVG. conf. 6, 5, 7 *Manichaeorum* temeraria -e scientiae (in euang. Ioh. 97, 4 falsae s. [*seq. I Tim. 6, 25 sq.*]. in psalm. 8, 6). in Rom. 50, 3 temporalis vitae. serm. 32, 15 hominum (*syn.* promissa). **c** *qui legentibus audientibusve promittunt opus futurum*: FIRM. math. 1 praef. 7 quod tibi inconsulta -e promisimus. RVFIN. Orig. in num. prol. p. 1, 5 reddendae -i *tempus non fuit nobis.* AVG. in psalm. 33, serm. 2, 1 (*1, 11* debemus vobis sermonem) *meministis* -is nostrae. VITAE patr. Iurens. 62 (*spectat ad praef. 2*) -is nostrae debito ... soluto. COD. Iust. 6, 25, 9 pr. ('ille heres esto secundum condiciones infra scriptas') *si nulla* condicio in testamento posita est, supervacuam esse condicionum -em sancimus. *al.* **d** *qui votum faciunt*: CLAVD. DON. Aen. 5, 235 p. 450, 7 -is reus et debitor (*cf. Verg. Aen. 5, 237* voti reus). VVLG. num. 30, 9 *maritus si* inritas fecerit -es *uxoris* (*6* vota et iuramenta). AVG. fid. et op. 25, 47 *peccatores nequitiam non* occultant -e vel ficta *paenitentiae.* EPIST. pontif. 286, 16 Migne 20, 480 ista -o, quam cum deo pepigit *virgo,* solvi ... non debet (*antea*: in proposito virginali se promiserant permanere; ... sponsio).

2 *pollicetur deus Iudaeorum Christianorumve, script. sacra sim.* (*angelus p. 2559, 1; de dea Romanorum v. l. 19, de diabolo sub 1b*): TERT. adv. Iud. 6, 1 quo *tempore* ... novae legis promissio ... et novi testamenti -o superveniret. MIN. FEL. 12, 1 *non intellegitis,* quam vos inritae -is cassa vota decipiant (*cf. gen. explic.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 5 p. 438, 20 repromissio beatitudinis et dulcissimae -is in finem sermonis [sermo *var. l.*] profertur). VET. LAT. I Tim. 4, 8 (Rufin. Orig. in Ios. 20, 6) -em ... vitae et eius, quae nunc est, et futurae (*cod. 75. al. et Vulg.* promissionem). Hebr. 4, 1 (cod. 89 = VVLG.) relicta -e introeundi in requiem *dei* (*cod. 75. al.* mandato). IREN. 3, 10, 4 l. 124 eam -em, quae a deo facta est David, quoniam ex fructu ventris eius aeternus erit rex, adimpletam (*gr. ὑπόσχεσιν*). CYPR. domin. orat. 22 fidem -is suae reservantem *dominum* (eleem. 17 divinae -is [Fort. praef. 5 l. 116]. *cf. l. 18 sqq.; vice versa* -o fidei: CASSIAN. conl. 17, 5, 3). epist. 73, 22, 2 -is gratiam (*vice versa* -o gratiae: AVG. quaest. hept. 5, 53. *cf. p. 2559, 12*). Fort. 12 praemium -is (hab. virg. 21. unit. eccl. 24 dona ... suae -is et praemium. *vice versa*: AVG. grat. Christ. 10, 11 praemiorum -e. *v. etiam p. 2557, 41*). testim. 1, 20 *Sara* in senecta de -e peperit filium Isaac. ARNOB. nat. 2, 65 p. 141, 22 *deus potens* invitos faciat suis -bus credere. AMBR. paenit. 2, 6, 41 remissionis. AVG. epist. 130, 2 (*spectat e. g. ad Matth. 19, 26*) misericordissima -e respondit *filius dei* deo esse facile, quod hominibus inpossibile est. serm. 10, 6 *spiritus sanctus* secundum -em domini desuper missus. *al.* *de annuntiatione Gabrielis angeli* (*sec. Luc. 1, 34*): PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1551

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum ab eo *Gabriele* qualitatem suae -is exigeret *Maria,* id est quonam modo posset, cum esset virgo, generare.

II *metonymice ponitur pro eo*: **A** *quod promittitur* (*a deo plerumque sub 1*): **1** *exempla varia* (*pendet gen. explic. l. 6. et 12*): APVL. met. 10, 4, 5 *noverca* -em sibi denegatam ... perspiciens. VET. LAT. Gal. 3, 14 (cod. 78 = VVLG.) ut -em spiritus accipiamus per fidem (*gr. ἐπαγγελίαν, cod. 75. al.* benedictionem, *sc. sec. var. l. gr. εὐλογίαν*). Eph. 3, 6 (Hil. myst. 1, 5. *al., sim.* in psalm. 91, 9) esse gentes ... comparticipes -is eius in Christo (*cod. 75. al. et Vulg.* promissionis). Hebr. 6, 17 (cod. 89. *al. et* VVLG.) volens deus ostendere -is heredibus immobilitatem consilii sui (*cod. 75. al.* repromissionis). I Ioh. 2, 25 *v. p. 2554, 17.* CYPR. epist. 73, 24, 3 *haereticos* pervenire ... non posse ad veram divinae gratiae -em, nisi *eqs.* (sent. episc. 37 Christi). **2** *de pecunia rei publicae sim. promissa* (*huc fort. pertinent quaedam p. 2557, 1 sqq. allata*): INSCR. Tripol. 396 (*Sept. Sev.; post a. 202*) *partes domus* conlabsas ⟨e⟩x -e m⟨un⟩eris gladiato⟨rii o⟩b honorem ⟨quinquennalita⟩tis p⟨...⟩ permissu *principis* ... exornavit **([***postea*: ex ... aliis ⟨m⟩uneribus ... conlatis]. Année Épigr. 1948 n. 116 [*ex Africa*] populus ... ex -e *cuiusdam*). Année Épigr. 1901 n. 191 (*e Numidia*) *statuam* praeter ⌊legitimam⌋ -emve HS IIII n(ummum) rei p(ublicae) inl⟨at⟩am pr⟨o⟩misit (⌊ ⌋ *pro subst., v. vol VII 2, 1112, 10 sqq.*).

B *qui promittit*: AVG. vera relig. 18 tali -i atque sponsioni (*sc. castis sim.*; -e atque sponsione *var. l.*) ... sacra christiana traduntur.

appendicula syntactica: **1** *pendent locutiones indicantes*: **a** *quis polliceatur, sc. gen. vel pron. poss. inde a* CAES. civ. 3, 108, 3, *v. e. g. p. 2557, 47. 2558, 10, gen. rei p. 2558, 55.* **b** *quid quis polliceatur, sc. casus gen. inde ab* VELL. *p. 2557, 41, v. e. g. p. 2558, 37. 61. 66 (fort. acc. p. 2556, 70); orat. obliqua, sc. acc. c. inf. vel enunt. secund. p. 2557, 45 (accedit pron. demonstr. ut p. 2557, 68. 2558, 62). 2558, 10; ceterum pendet pron. demonstrans orat. rectam, quae antecedit*: RVFIN. Clement. 1, 74, 2 'audiente' inquit *Simon,* 'populo ... *cras* disputemus', cui ego 'fiat ..., ut libet'; et haec -o mea ... innotuit civitati. CASSIOD. in psalm. 88, 5 ista (*antea psalm. 88, 5*). **c** *raro, cui quis polliceatur, sc. locutio c. dat. l. 19. p. 2558, 62, c. praepos.* in: VLP. dig. 50, 12, 8 de -bus in civitatem factis. SCHOL. Stat. Theb. 2 argum. in coniugio. CASSIOD. in psalm. 88 l. 18 in Christum ... paternas -es. **d** *quem ad finem, pro qua re sim. aliquid promittatur, sc. per gen. maxime p. 2557, 3 sqq.; pendet praepos.* ad INSCR. Alger. I 286.

2 *in figura etym. q. d.: v. p. 2550, 21. 2554, 17, sim. p. 2557, 14. 41. 58.*

3 *in locut. causali modalive iungitur c. praepos.*: cum *p. 2556, 65,* de *p. 2558, 70,* ex *p. 2557, 7. al.,* in *c. abl. p. 2557, 75,* secundum *p. 2557, 17. al.,* sub *p. 2557, 72 et* COD. Iust. 7, 2, 15, 7.

pollicitātor, -ōris *m.* *a* pollicitari. [*falsa var. l. p. 2560, 45. 65.*]

i. qui pollicitatur (*pendet gen. obi. l. 45. 48. 55 sqq., cf. l. 62*): **1** *in vita publica, iure*: CIL VIII 2353, 8 (*Numidiae; a. 160/2*) -is huius statuae (*17 sqq.* statuam ... positurum se pollicitus erat). SYNON. Cic. p. 448, 3 vades. ... sponsores. expromis⟨s⟩ores. satisdatores. mandatores. -es praesentiae (*cf. vol. X 2, 854, 69*). **2** *usu christ. adhibetur: de deo*: TERT. adv. Iud. 1, 3 *habemus* deum idoneum -em et fidelem sponsorem, qui Abrahae promiserit *eqs.* AVG. in psalm. 42, 2 l. 34 de desiderio ... iustorum, nisi certus esset -r, dubitare deberemus (*l. 35* promissor). 96, 2 l. 60 *gentes* quem non tenebant deum -em, invenerunt redemptorem; iam enim Iudaei tenebant (l. 62) deum -em, quia ibi prophetae ... Christum promiserant *eqs.* *de haereticis, perfidis*: AVG. c. epist. fund. 32 p. 234, 2 verbosus doctrinae -r (*item spectat ad Manichaeos*: mor. Manich. 17, 55 l. 10 magnis omnino -bus rationis atque veritatis). in psalm. 8, 8 l. 19 temerarius et caecus -r veritatis. 70, serm. 1, 18 superbos salutis -es (*antea*: pollicentes salutem). ARNOB. IVN. ad Greg. 13 l. 9 (*antea*: da, inquit *infidelitas,* quod recipias centuplum in regno caelorum) ad hanc pollicitationem et ego -r accedo, si *eqs.*

f. **pollicitātrīx,** -īcis. *i. quae pollicitatur*: TERT. apol. 23, 6 ista ipsa Virgo Caelestis, pluviarum -x.

pollicitātum *v.* 1. pollicitor.

*?***pollicitio,** (-ōnis) *f.* *a* polliceri, *si recte trad.* *i. q. promissio*: GLOSS. II 589, 61 ⌊policitio⌋: promissio (⌊ ⌋ '-tatio?' *Heraeus in exemplari suo*).

1. pollicitor, -ātus sum, -ārī. *a* polliceri.

fere i. q. polliceri (*vis intensiva vel iterativa elucet maxime l. 71. 74 sq.; pendet acc. c. inf. p. 2560, 3, accedit dat. l. 72, ponitur periphrasis* -ans est *pro* -atur *p. 2560, 11*): **1** *-atur homo*: **a** *alteri*: PLAVT. Mil. 879 me ... [t]ibi meam operam -ari (1057 meam ne sic volgo -ere o.). Poen. 999 *Poenus* doni volt tibi dare hic nescioquid; audin -arier? (-c(i)erier *var. ll.*). Rud. 929 (*verba servi*) pauxillatim -bor pro capite argentum (*sc. ero*), ut sim liber. TER. Andr. 912 sollicitando et -ando eorum *adulescentulorum* animos lactas. Phorm. 521 *diu* te ... tuli -antem (*sc. pecuniam*) et nihil ferentem. SALL. Catil. 38, 1 *tribuni plebem* largiundo atque -ando magis incendere. Iug. 8, 1 *nobiles Iugurtham* -ando accendebant, si ... rex occidisset, fore uti solus imperii Numidiae potiretur. VELL. 2, 111, 1 senatorum equitumque Romanorum exactae ad id bellum operae sunt: -ti ⟨omnes⟩. VLP. dig. 50, 12, 6, 2 etiam feminas, si quid ob honores -tae sunt (*sc. civitati*), debere implere sciendum est. **b** *ipse sibi, sc. sperando, exspectando*: ENNOD. dict. 28, 2 p. 505, 16 (*ad verba Didonis, Verg. Aen. 4, 368*) quid dissimulatione -or? aut quid sperando meliora suspendor?

2 *-atur res*: PS. VARRO sent. 80 (*antea p. 2552, 74*) *philosophia* est ... -ans contemptum imperiosum. 81 *fortunam nihil nisi,* quae corporis sunt, -antem.

part. perf. **pollicītātum,** -ī *n. pro subst., sc. vi pass.* *fere i. q. pollicitum, promissum*: VEN. FORT. carm. 6, 2, 94 (*de fiducia regis cuiusdam*) spes promissa stat ...; -a semel perpetuata manent.

deriv.: pollicitatio, pollicitator (-trix).

2. pollicitor, -ōris *m.* *a* polliceri. *i. qui pollicetur*: GLOSS. V 510, 43 pollic⟨itor⟩es: promissores (*suppl. Goetz*).

1. pollicitus, -a, -um *pro adi. vel subst. v. p. 2556, 16 sqq.*

2. pollicitus, (-ūs) *m.* *a* polliceri. *i. q. pollicitatio*: GLOSS. IV 554, 32 -s: ⌊promissio⌋ (*deest uni cod.; antecedit*: pollicitatio: promissio). *Reineke.*

pollictor *et* **pollinctor,** -ōris *m.* *a* pollingere (polli(n)ctus; *v. infra p. 2561, 20*). *de origine v. l. 56. 58.* *scribitur in codd. etiam e. g.* poli-; *occurrunt formae sine nasali* -lict- (*vel* -lect- *al.*) *apud* PLAVT. (*sed v. l. 37*), VARRONEM (*sc. in codd. plerisque Nonii, ut etiam in lemmate ipsius* NON.) *et in parte codd.* MART. *l. 41, inde a* TERT. *fere cum nasali* -linct- *al.; nonnullas formas corruptas infra ad singulos locos citavimus, nota etiam* GLOSS. II 153, 4 pollingor. V 321, 44 plictores. 645, 77 polectores. NOT. Tir. 59, 28 -r (-lect- *K,* -lict-, lin(c)t- *cett.*). *de notione v. infra sub 1b et 2b.* [*dub. suppl.* CIL XII 3350 unctor sive ⟨polli⟩nctor; *falso trad. pro* polli(n)ctus *p. 2561, 38. 54.*]

i. homo, qui officio ad funus pertinente fungitur (*ad rem v. Schneider, RE XXI 1412 sq.*): **1** *mortuum ad funus praeparando, sc. lavando, unguendo sim.*: **a** *varia exempla*: PLAVT. Asin. 910 (*iocose*) ecquis currit -em accersere? ... mortuus est Demaenetus. Poen. 63 *eum mortuum esse* mihi ⌊-r⌋ dixit, qui eum pollinxerat (⌊ ⌋ -lect- *codd. Plauti,* -linct- *Fulg. l. 58*). VARRO Men. 222 propter cunam capulum positum nutrix tradit -i. 324 si plures dies inter medici discessum et adventum -is interfuerunt. MART. 10, 97, 3 iam scrobe, iam lecto, iam -e parato (pollinct- *cod. T et edd.,* pollec- *vel* collec- *codd. cet.*). TERT. apol. 13, 7 quo differt ab epulo Iovis silicernium ..., ab haruspice -r? scorp. 7 p. 160, 10 quis illi *deo martyria sibi depostulanti* exprobrasset funestam religionem ... et aram rogum et -em sacerdotem? VLP. dig. 14, 3, 5, 8 idem *Labeo* ait, si libitinarius servum -em (pollici(ta)t- *codd.*) habuerit isque mortuum spoliaverit *eqs.* ARNOB. nat. 1, 46 p. 40, 18 *sepulcro* conditos ... post diem funeris tertium -um voluminibus expediri. FIRM. math. 3, 5, 23 sol et Mercurius ... facient ... -es aut funerarios (*item disting.*: 3, 9, 3 -es et f. aut custodes mortuorum cadaverum. 8, 29, 5 -es et f., quibus sepulturae officia credantur). 4, 13, 7 -es (pol(l)inat- *codd.*) ..., qui sepeliendorum hominum curam ... suscipiant. 4, 14, 14 -es (polinat-, pollintor- *codd.*) ... aut ⌊per ipsos⌋ (vespillones *coni. Skutsch*) sepulturae semper officia tractantes. **b** *definitiones sim.*: NON. p. 157, 22 -es sunt, qui mortuos curant (*affert l. 36. 38 sq.*). SERV. auct. Aen. 9, 485 ('aut vulnera lavi') Romana consuetudo fuit, ut mortui lavarentur, ideoque hos, qui hoc officium implebant, -es appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant. FVLG. serm. ant. 3 -es dicti sunt, qui funera morientia accurant (*affert* PLAVT. *l. 37*) ...; -es dicti sunt quasi pollutorum unctores, id est cadaverum curatores (*affert* APVL. *p. 2561, 42*).

2 *sepeliendo, humando, ut sit i. q. funerarius sim.*: **a** *varia exempla*: COMMENT. Lucan. 8, 738 ustor: -r, vespillo. SCHOL. Iuv. 8, 175 (*si antiquum est*) 'fabros sandapilarum', in quibus -es deportant cadavera (*in ed. Vallae fort. e 'Probo' haustum; cf. ed. Wessner, p. xx sqq.*). HIER. in Ier. 3, 35, 3 (*ad 14, 16* non erit, qui sepeliat eos) absque ullo -e (pollicitatore *var. l.*). VVLG. Ezech. 39, 15 donec sepeliant illud *os* -es. SIDON. epist. 3, 13, 5 *cadaver semicombustum* reddere pyrae iam fastidiosus -r exhorret. **b** *definitiones*: GLOSS. -r: *ἐνταφιαστής.* qui mortuos sepelit. sepeliens. -es: qui mortuos sepeliunt. qui sepulcra praebent mortuis. inhumatores ossuum sive ⌊cadavera sepultorum⌋ (*rectius* cadaverum sepultores GLOSS.^{L} III Abstr. PO 21). funerarii. V 93, 22 (= 135, 9) pollinctum funeratum aut sepultum; -es enim funeratores dicuntur. *Ottink.*

pollictus *v.* pollingo. *?***pollina,** -ae *f. infra l. 74; cf. Onom.*

pollināceus, -a, -um. *a* pollis (pollen). [*falsa var. l.* -cium *p. 2561, 60.*] *i. q. e polline factus*: GLOSS. II 265, 51 *γυρίτης ἄρτος*: pollina (*obscurum*), -us.

[N.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pollināris, -e. *a* pollis (pollen). [*falso suppl.* EDICT. imp. Diocl. 15, 57 L., *v. enim Journ. Rom. Stud. 63, 1973, 102.*] *i. q. pollinarius*: GLOSS. -e cribrum: *γυριστήριον κόσκινον* (*cf. l. 6*).

pollinārius, -a, -um. *a* pollis (pollen). *i. q. ad pollinem segregandum aptus, non nisi de cribro* (*cf.* GLOSS. -um: *γυριστήριον*. -um cribrum: *γυριστήριον*): PLAVT. Poen. 513 iste ... gradus succretust cribro -o (*i. minimis gradibus progrederis*). PLIN. nat. 18, 108 cribrorum genera ... Hispaniae lino excussoria et -a *invenere* (apoll-, opoll- *codd.*).

[pollinātor *v. p. 2560, 50.***]** **pollinātus** *v.* pollino.

pollinctor *v.* pollictor. **pollinctus** *v.* pollingo.

*?***polline,** *vox incertae formae et originis. non nisi in iunctura* testi -e *sim. adhibita ad fragmenta testarum describenda*: PS. ORIG. in Iob 2, 31 l. 29 testi -e in eis *martyribus* sternentes ... crudeli morte eos pernecabant (*cf. ibid.* l. 35 *Lucianus multis diebus* supra testi -e extensus. *de lectionibus v. Steinhauser, ed. 2006, ad loc. et p. 33 sq.,* testas -as *utroque loco ed. Migne; ad rem cf. Migne gr. 114, 409*[A] *ὀστράκων ἀκίδας*). GLOSS. III 91, 31 (*inter materias aedificandi*) ostracon: testa -e (*cf.* 190, 24 astraca [ost- *var. l.*]: testupoline). *N. H.*

pollingo, -linxī, -li(n)ctum, -ere (*v. l. 29*). [*ex* *por-ling- (*cf.* por-tendere *sim.*); -ling- *et* pol-lic-tor, *quae forma antiquior quam* pollinctor *esse vid., radicem* *lig(h) *indicant*; n *primitus tantum stirpis praesentis erat* (*Leumann, Gramm. 1977, 533*). *cum lavatio mortui inter officia polli(n)ctoris esset, forsitan* *lig(h) *significabat 'lavare'. conferri potest tochar.* lik, *e. g.* laik-ana-tär *'lavat'; v. Watkins, Sel. Writings II, 1994, 415. in lingua lat. putandum est verbum* ling- *'lavare' verbo non affini* ling- *'lambere' cessisse. Fo.*] *scribitur p. p. p. sine nasali* -lict- *l. 27 et fort. apud* PLAVT. *l. 47; cf. l. 54.* NOT. Tir. 59, 27 -tus (pollict- *K,* pol(l)inct- *al. var. ll.*). *de formis: praevalet p. p. p.; occurrit stirps praes. apud gramm. et in glossis tantum, perf. apud gramm. et* PLAVT. *l. 40. affertur inter verba III*[ae] *coniug.* CHAR. gramm. p. 319, 11 -o, -is, -xi, ⌞*σιροπλοκῶ*⌟ (*cf. Conomis, Glotta 46, 1968, 170*). p. 477, 29 -o, *νεκρὸν κοσμῶ*. EXC. Bob. gramm. I 565, 9 -o, -xi, *ταριχεύω, ἐνταφιεύω.* [*restit.* -tus *pro* polli(n)ctor *l. 38. 54; v. etiam p. 2578, 29.*]

1 *i. q. (mortuum) ad funus praeparare, curare* **(***sc. lavando, unguendo; c. abl. instr. l. 51; p. p. p. praeter l. 40 [saepe part. coni.]. de notione v. l. 30 sqq. et* GLOSS. -o: *ταριχεύω νεκρόν. περιστέλλω νεκρόν, σιροπλοκῶ, ἐνταφιάζω, ταρ⟨ι⟩χεύω*. II 589, 63 -tus: mundus mortuus [*sim.* I p. 42 pollinct[or]⟨us⟩: mortuus m.]**)**: **a** *proprie* (*sc. pro obi. est homo mortuus* [*falso creditus* APVL. flor.] *eiusve corpus vel effigies*): PLAVT. Poen. 63 pollictor ..., qui eum -xerat. APVL. flor. 19, 4 iam ... illius membra omnia aromatis perspersa ..., iam eum -tum ... contemplatus *est Asclepiades.* frg. 8 -to eius funere domuitionem paramus. AMM. 19, 1, 10 figmenta ... hominum mortuorum ... curate -ta (-neta *codd.*). 21, 16, 20 -tum ... corpus defuncti conditumque in loculis. **b** *per prosopop. vel hyperbolice*: PLAVT. Epid. 339 (*servus secum loq. de argento per dolum accepto; cf. 338* hoc ... iam periit) ni quid tibi hinc in spem referas, *ere,* oppido hoc polli⟨nc⟩tum est (*sic em. Goetz* [*an melius* pollict- *coll. p. 2560, 25?*], polluct- *Geppert, alii alia*). VAL. MAX. 7, 7, 4 (*de sene quasi iam mortuo*) cuius -to iam corpori marcidam senectutem tuam substravisti, *Septicia anus.* SEN. dial. 7, 7, 3 (*de Voluptate cadaveris modo unguentata*) pallidam aut fucatam et medicamentis -tam.

2 *i. q. sepelire sim.* (*sc. p. p. p.; adde p. 2560, 70*): GLOSS. -tus: ⌞insepultus⌟ ([in]s. *edd.; cf. vol. VII 1, 1864, 65*). ⌞ultimo honore affectus⌟, id est humatus (⌞ ⌟ *etiam* GLOSS.[L] II Abav. PO 7, *ubi trad.* †pollictor).

deriv.: polli(n)ctor. *Ottink.*

pollino, (-āre), -ātus. *a* pollis (pollen). *i. q. ad pollinem comminuere, non nisi p. p. p.*: PLIN. nat. 18, 90 *similaginem* semel ⟨...⟩ -tam ... *tantum* panis reddere, bis *tantum eqs.* HIPPOCR. mul. 1 l. 158 quando contingent menstrua, pannum suppositum habeat *mulier* ... et superaspargis ⌞-t[i]um cinus⌟ (*gr. VIII 42 σποδιὴν λεπτήν,* -acium cignus *var. l.*).

compos.: expollinatus (VET. LAT. III reg. 4, 22 [cod. 91. *al.*]).

[pollinus, -a, -um *v. ?*polline.**]** **pollio** (-ōnis) *v.* 2. polio.

***pollīs,** -inis *m. vel f. et* **pollen,** -inis *n.* [*schema declinationis priscum fuit fort.* *pol-en, *pol-n-es (*masc.?*) *vel sim.*; poll- *in gen. per assimilationem ortum in nom. translatum est; postea declinatum est etiam* pollen, -inis *et pro neutr. adhibitum* (*cf. e. g.* gramen, -inis *n.*). *stirps* *pel-/pol-/pl̥- *invenitur in vocibus notionis affinis, v. Frisk, Gr. etym. Wb. II 467 s. v. πάλη; cf.* puls, pulvis. *sunt qui et umbr.* poni *conferant, sed huius vocis vis incerta est; v. Untermann, Wb. des Osk.-Umbr., 2000, 607. Fo.*] *scribitur passim* poll-, *raro in codd. medii aevi* pol- (*v. e. g.* NOT. Tir. *infra et p. 2528, 2*). NOT. Tir. 68, 29 polena (-ina *Schmitz, sc. n. pl.*). *de genere et formis: 1) testimonia gramm.*: SACERD. gramm. VI 474, 14 hoc -n, -is (*sim.* PROB. cath. gramm. IV 9, 11). CHAR. gramm. p. 452, 24 (*inter nomina* apud Latinos masculina) -s *γῦρις* (*cf.* PHOC. gramm. V 418, 10 hic -s, -is. GLOSS. II 551, 28 hic -in: *ἡ γῦρις, ἡ παιπάλη*). PRISC. gramm. II 250, 17 'haec -s, -is', sic Charisius (*sed v. p. 2561, 75*); Probus autem et Caesar 'hoc -n, -is' declinaverunt. *2) usus auctorum: formae ad neutr.* -n *certe pertinentes non nisi l. 50. p. 2561, 72; ad masc. vel fem.*: -s *non invenitur,* -em CATO agr. 156, 5. 157, 9 VARRO rust. 3, 10, 7 COLVM. 8, 14, 11 MELA 2, 97. *et passim,* -es PALLAD. vet. med. 56 THEOD. PRISC. eup. faen. 59. *al.; accedunt epitheta masc.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 37, *masc. vel neutr.* PLIN. nat. 24, 39. 30, 75 PALLAD. 11, 14, 5. *al., fem.* SER. med. 735 PELAGON. 44, 2. 64 CHIRON 87 CYPR. GALL. iud. 282. *al. formae decl. primae non nisi in glossis, e. g. l. 16 (vix addas p. 2560, 75. 2561, 11. 72), quae etiam alias formas fictas exhibent, e. g.* -in *l. 1. mensuram* -ĕn *testantur* SACERD. gramm. VI 474, 14 PROB. cath. gramm. IV 9, 11. *de notione* (*addas l. 45. p. 2561, 75*): CHAR. gramm. p. 49, 2 -s *γῦρις*. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 3, 155 oriza genus est subtilissimae -is, id est farinae. GLOSS. -s: *γῦρις*. farina subtilissima, quae in aëre spargitur ut fumus. -e (*i.* -ae*?*): *ἄλφιτα*. -is: *ἄλευρον*. GLOSS.[L] Corp. P 540 -s, -is: grytt (*anglosax.*). *al. legitur apud* TER. (*semel*), CATONEM (*ter*), CAES. *l. 3,* VARRONEM (*semel*) *et inde a* CELSO, *saepius in scriptis medicis; plur. inde a* PALLAD.; *abiit in sermonem gr. πόλλινος* HIPPIATR. gr. II p. 64, 13.

[*a forma* pollis *non nisi dial. agri Hirpini et sard. centr.* poḍḍa, poḍḍola, poddrola. *a forma* pollen (*vel* polline) *it.* polline *'florum pollen', apul.* ponila (*Taranto*), ponnula (*Lecce, Otranto*) *'farina subtilis, papilio' et sard. centr.* poḍḍine *'farina subtilis', mer.* poḍḍini *'furfur'. cf. M.-L. 6636. Battisti-Alessio IV 3004. C. S.*] **[***falsa var. l. pro* polenta PLAC. med. 5, 14 rec. *α. vix huc pertinet* GLOSS. III 572, 50 pollina i(d est) ⌞calneum⌟ (⌞ ⌟ aleurum *suspicatur Goetz; fort. subest πέλμα* i. calcaneum [*cf. Gloss. II 400, 55*]).**]**

i. q. pulvis subtilis molendo factus **(***agitur fere passim de medicamentis, aliter sub 1aα et e. g. p. 2563, 7. 19; accedit adi. ad tenuitatem spectans, sc.* tenuis CYPR. GALL. gen. 640 lev. 63 CASS. FEL. 33, 3, tener CAEL. AVR. chron. 2, 3, 67, subtilis *l. 14. 56, ad genus l. 66. 70 [cf. gen. passim sub 1b, 2, 3], ad colorem l. 42 sq.; iuncturam* flos -is *v. l. 43***)**: **1** *frumenti*: **a** *sine determinationibus* (*fere respicitur triticum* [*v. l. 45*]): **α** *exempla varia*: TER. Ad. 846 favillae plena, fumi ac -is coquendo sit faxo et molendo. CATO agr. 89 -e vel farina hordeacia consparsa turundas faciat, eas in aquam intinguat, in os *gallinarum* indat (*item in avibus saginandis*: VARRO rust. 3, 10, 7 *v. p. 2527, 45.* COLVM. 8, 10, 3 ficus diligenter pinsita et permixta -e *praebetur. al.*). CELS. 2, 18, 4 infirmior est ex -e, infirmissimus cibarius panis **(***item in pane coquendo*: VESPA 64 qui *pistor* ... de melle et -e fingit ... opes. GAVDENT. serm. 2, 32 panem de multis tritici granis in -em redactis ... confici. CYPR. GALL. gen. 606 *Sarra* mensuras ... ternas ex -e profert, quas dederat tosto cinerum torrere vapore. Ios. 120 azyma nivosā de -e [*cf.* iud. 282 azyma ... niveā de -e facta]. *al.***)**. PLIN. nat. 13, 82 glutinum vulgare e -is flore temperatur fervente aqua. 18, 89 iustum est e modiis *tritici* redire semodios *similaginis* et -is sextarios V: ita appellant in tritico, quod florem in siligine. 24, 3 phylira coci et -e nimium salem cibis eximunt. CHIRON 145 si cibaria non appetet, [et] (*del. Fischer in plagulis*) per cornum dabis -em ex aqua tepida (*cf. l. 71*). COD. Theod. 11, 16, 15 conficiendi -is cura (*inter sordida munera; sim.* 11, 16, 18). *al. in tessera plumbea*: INSCR. Année Épigr. 1992 n. 531 omni -n (*seq. numerus*). **β** *in medicamentis* (*fort. addas* SCRIB. LARG. 158, *v. p. 2528, 2*): PLIN. nat. 22, 127 cum oleo vetere ac pice decocto -e condylomata ... curantur. 29, 118. *al.* SER. med. 735 madida fermentum -e turgens. CAEL. AVR. acut. 1, 10, 75 cataplasmate ... ex foenugraeci et lini seminibus admixto -e (*cf. e. g.* 2, 9, 53 ex -bus adhibet cataplasma). ORIBAS. syn. 7, 1, 7 Aa p. 132 miscere ... ei *cocleae carni* oportet suptilissimam -em, quae volatica vocatur, quae sua suptilitate parietibus se adprehendit (*gr. ἄχνην ἀλεύρου*). *al.*

b *accedit gen. vel adi. indicans genus*: CATO agr. 156, 5 (*in torminum remedio*) -em polentae ... addito (157, 9 MARCELL. med. 1, 35 CASS. FEL. 48, 15. *al.*). PLIN. nat. 24, 39 pice utuntur ... cum -e farraceo. 32, 35 adversus morbos comitiales manditur cum -e frumenti *sanguis testudinis* (PLIN. med. 3, 30, 15 farina f. -is). PALLAD. vet. med. 53 dabis ei *equo* aquam tepidam bibendam cum -bus hordei **(**56 *v. p. 2563, 8.* CAEL. AVR. chron. 4, 1, 1 Cimolia terra subassata cum h. -e. SORAN. p. 98, 8 quae *cataplasmata* de seminibus fieri solent, -bus h. et ervi et cymini. *al.; cf.* hordeaceus: PALLAD. 11, 14, 5 suave vinum de duro fieri docent, si h. -is quiatos duos ... mittas in vini vasculo. CHIRON 87 [*inde* VEG. mulom. 2, 23, 1]**)**. PLIN. med. 1, 1, 2 *adversus dolorem capitis* -em siliginis admixto ovi albo ... fronti ... inlini (CHIRON 912). AVSON. 25, 9 (344 S.), 5 adoris de -e pultificum far. PELAGON. 64 cataplasmabis triticea -e *eqs.* **(**CHIRON 536 ei *iumento* per cornum dato -e⟨m⟩ t. ex aqua mulsa. MARCELL. med. 31, 42. *al.; cf. gen.* tritici: PELAGON. 442. CHIRON 62 cataplasma imponito fenugraeci et ... t. -em. ORIBAS. syn. 7, 28, 1 Aa p. 167 -em tenuem t. [*gr. ἄλευρον, La* farina]. *al.***)**. CHIRON 674 ... similaginis -em. 851 farinae (PLAC. med. 29, 10 rec. *β*). THEOD. PRISC. eup. faen. 71 ex milii -bus.

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *plantarum variarum*: CELS. 4, 7, 3 -e etiam ⟨tu⟩si piperis id *palatum* recte respergitur. COLVM. 6, 30, 6 si *equus* armos laeserit, ... venae solvantur et turis -e cum ... sanguine inmixto armi linantur (SCRIB. LARG. 203. *al.* PLIN. nat. 13, 67 [*sim.* 24, 128] *cummis* similis -i t. 28, 222. *al.* SER. med. 1014 *comitiali morbo depellendo* sufficit ... cruor ex Progne mixtus ⌊cum -e t.⌋ [cum ture *Plin. nat. 30, 91*]. *al.*). PLIN. nat. 19, 91 *inula* in -em tunditur arida liquidoque dulci temperatur. PALLAD. vet. med. 56 -es hordei et herbi vel fabae misces et dabis ei *equo tussienti* bibere (VEG. mulom. 3, 9, 1. THEOD. PRISC. eup. faen. 68 *cataplasma* ex melle aceto ... cum f. -bus coctis. ORIBAS. syn. 7, 22, 5 Aa p. 157 *cataplasma* de ⌊hordei farinam aut f. -em⌋ [*gr. κρίθινον ἄλευρον ⟨ἢ⟩ κυάμινον*]. *al.*). PS. APVL. herb. 38 l. 6 herba ibiscum decocta cum ... lini seminis -e inposita duritias omnes discutit (CAEL. AVR. acut. 3, 3, 14. *al.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 14 faeni graeci (CAEL. AVR. chron. 3, 2, 25. *al.*). 33 de lenticulae -bus (*cf.* PLAC. med. 29, 5 rec. *β* lentis). MARCELL. med. 16, 52 vettonicae (29, 21 herbae v.). GALEN. alfab. 96 (de elaterio) ciceris (*cod. Paris.*; cincett., *fort. recte, cf. p. 2561, 60*). *al.*

3 *carnis siccatae*: MELA 2, 97 *insulas Maeotidos* habitantibus caro magnorum piscium sole siccata et in -em usque contusa pro farre est.

deriv.: pollinaceus, pollinaris, pollinarius, pollino. *Baraz.*

pollit pila ludit PAVL. FEST. p. 243. [*ex hoc verbo derivata esse vid.* polī-menta, -mina (*v.* 1. polimen), *quae per unam* l *scripta esse constat (v. Fest. p. 2529, 10); unde ortae sint scripturae discrepantes* poll-/pol-, *non liquet. verbo* pollīre (*potius quam* pollĕre) *fort. inest subst. 'pĭlam' significans; vocem rarissimam πάλλα* (= *σφαῖρα*) *confert André, Rev. Phil. 40, 1966, 51. cf. etiam* polotello *supra p. 2138, 32. Fo.*]

pollofilum *v.* poliophyllon.

pollūceo, -lūxī, -lūctum, -ēre. [pol- < por- *per assimilationem*; -lūc-ē- < *-loi̯k-ei̯e- *est verbum causativum ad* lic-ēre *pertinens. primitus ergo significavit i. q. 'facere, ut aliquid alicui liceat' (= praesto sit); ita Nussbaum, Harv. Stud. Class. Phil. 96, 1994, 175 sqq., optime quidem. inter alia verba causativa, quae enumerat Leumann, Gramm. 1977, 540 sq., occurrit homonymum illud, haud cognatum* lūcēre (*sc. facem sim., vol. VII 2, 1696, 51 sqq.*) < *lou̯k-ei̯e-. *Fo.*] *de origine et notione* (*vix addas glossam corruptam p. 2545, 35*): VARRO ling. 6, 54 (*cf. vol. X 2, 1659, 36 sqq.*) id dicitur pollu⟨c⟩tum, quod a porriciendo est fictum; cum enim ex mercibus libamenta porrecta (proiecta *trad.*) sunt Herculi in aram, tum pollu⟨c⟩tum est. *scribitur p. p. p.* polouct- *l. 53, quo ostenditur* u *longa esse.* *de formis* (*praeter haec exempla non trad. formae stirpis perf.; v. tamen l. 44*): PRISC. gramm. II 491, 20 -o, -xi (*affert* NAEV. *l. 50* -xi[t]). 492, 25 a '-xi' '-ctum' exigit ratio ..., sed auctoritas deficit. [*confunditur in codd. maxime c.* polluere, *e. g.* MACR. Sat. 3, 12, 2. 3, 16, 17 (*restit. l. 36 sqq. p. 2564, 4; e coni. dub.* -tus *pro* pollutus ARNOB. nat. 5, 12 [*Salmasius*]. SERV. auct. 8, 173 [*Dorvillius*]); *vix recte coni.* -xeris *p. 2550, 33; e coni. dub. Scaligeri* pollucte *adv. (alibi ignotum), i. q. opipare, pro* productae PLAVT. Nerv. frg. 4 -te prodigum (producte *edd. rec.; v. vol. X 2, 1611, 46*).]

i. q. pro sacrificio offerre (*saepius c. dat. accipientis*): **1** *proprie, sc. cum respectu rerum sacrarum* (*iocose, ut vid., apud* NAEV.): **a** decumam (partem) *sim. -ere*: NAEV. com. 28 (*e Colace; an parasitus militi quasi deo?*) qui decumas partes? quantum ⟨mi⟩ alieni fuit, ⌊-xi tibi iam⌋ publicando epulo Herculis decumas (⌊ ⌋ *Hermann,* -xit tibi a *trad.*). PLAVT. Stich. 233 uti d. partem Herculi -am. CIL I² 1531, 6 (*vers. Saturn.; Sorae, saec. II med. a. Chr.*) voto hoc solut⟨o de⟩cumā factā polouctā leibereis (*i. liberi*) ... donu(m) danunt Hercolei. MACR. Sat. 3, 12, 2 testatur ... VARRO (Men. 413) ... maiores solitos decimam Herculi vovere nec decem dies intermittere quin -rent. **b** *cetera exempla* (*absolute vel obi. e contextu supplendo l. 58. al.; addasne l. 74?*): CATO agr. 132, 1 Iovi dapali culignam vini quantam vis -eto; ... cum -ere oportebit, sic facies: 'Iupiter dapalis, ... ⌊macte hac illace dape -enda esto'⌋ (*sim.* 132, 2). 132, 2 (*si recte additum*) Iovi caste ⟨-eto⟩ (*sic Latte, sed v. vol. X 2, 1659, 32. 49*). HEMINA hist. 13 Numa constituit, ut pisces, qui squamosi non essent, ni -rent (-luer- *var. l.; postea l. 72*). FEST. p. 253 -ere merces ⟨...⟩ liceat: sunt far, polenta, vinum, panis fermentatus ...; Herculi autem omnia esculenta, posculenta. TERT. idol. 2, 2 *idololatria* si quid aut incendat aut immolet aut -at *eqs.* (*Harrisius,* proluceat *cod.*).

2 *translate -entur varia tradenda*: PLAVT. Curc. 193 (*ironice*) -tus virgis servŏs. Rud. 424 (*mulier servo*) non ego sum -ta pago; potin ut me apstineas manum?

p. p. p. **pollūctum,** -ī *n. pro subst.* *fere i. q. daps, epulum*: **1** *extra res sacras*: PLAVT. Rud. 1419 spectatores, vos quoque ad cenam vocem, ni daturus nihil sim neque sit quicquam -i domi. **2** *in rebus sacris* (*sc. offertur deis*): HEMINA hist. 13 (*antea l. 61*) ni qui ad -um emerent, pretio minus parcerent (*non est cur intellegas, ut quidam, subst. masc.* polluctus, -ūs). VARRO ling. 6, 54 (*bis, v. supra l. 36 sqq.; nisi pertinet ad l. 56 sqq.*). TERT. nat. 2, 7, 17 Hercule⟨um pol⟩luctum mulieres Lanuvi⟨n⟩ae non gusta⟨n⟩t *eqs.* (*cf.* apol. 39, 15 Herculanarum decimanarum et -orum [*ed. 1539*; polinct- *al. codd.*] sumptūs. MACR. Sat. 3, 16, 17 -um Herculis). scorp. 3 p. 151, 16 (*respic. num. 25, 3*) edunt ... de pollu⟨c⟩tis eorum *idolorum* (*corr. Kroymann, v. ed. 1954 p. 1075 in app.*).

adv. ?**pollūctē** *v. p. 2563, 45.*

deriv.: pollucibilis, pollucto (-are), polluctura. *Grossardt.*

pollūcibilis, -e. *a* pollucere. *compar.* -ior TERT., *superl. deest.* *legitur adv. iam apud* PLAVT., *unde adi. postea formatum esse vid.* *fere i. q. cibo abundans (sc. ut solent esse pollucta deis oblata): -is est homo* (*c. gen. gerund.*): TERT. ieiun. 17 p. 297, 5 quis sanctior inter vos, nisi convivandi frequentior, nisi ⌊obsonandi -ior⌋ (*cf. l. 19*), nisi calicibus instructior? *-is est ipse victus, cena*: SYMM. epist. 6, 71 ita terrae ac maris copiis redundatis, ut vobis -em victum utriusque elementi ministret opulentia. MACR. Sat. 3, 17, 16 Cleopatra pertemptans Antonium -em sane cenam paravit (*de eadem re Plin. nat. 9, 120* magnificam ... cenam).

adv. **pollūcibiliter.** *fere i. q. abundanter, opipare; spectat ad abundantiam:* *cibi*: PLAVT. Most. 24 bibite, pergraecamini ..., pascite parasitos, opsonate -r (*inde* GLOSS. -r [-lic- *codd.*]: profuse. GLOSS. Plaut. gramm. III 58, 7 -r). *fortunae*: SYMM. epist. 3, 24, 1 fortunae tuae -r floruerunt (*sc. qui et uxorem et filiam nactus sis*; pollic- *cod. unus,* bene *al. cett.*).

deriv.: pollucibilitas.

pollūcibilitās, -ātis *f.* *a* pollucibilis. *i. q. abundantia cibi* (*sc. hospitibus praestiti; v. vol. VI 3, 3083, 54*): FVLG. myth. 1, 2 p. 17, 18 *Saturnus dicitur* Polluris ... filius sive a pollendo, sive a -e, quam nos humanitatem dicimus; unde et Plautus *eqs.* (*affert l. 18; inde* GLOSS. V 576, 28 -s: humanitas).

pollūcibiliter *v. l. 17.*

pollūctāre: consecrare GLOSS. *verb. frequent. a* pollucere. *scrib.* -lunc- GLOSS.ᴸ V Aa PO 798.

?**pollūctē** *v. p. 2563, 45.* **pollūcto** *v. l. 30.*

pollūctum, -ī *v. p. 2563, 69.*

pollūctūra, (-ae) *f.* *a* pollucere. *i. q. daps, cena abundans* (*cf. p. 2563, 70*): PLAVT. Stich. 688 convenit *praetereuntem quemque comissatum vocari,* dum ... veniat cum vino suo; nam hinc quidem hodie -a praeter nos [iactura] da[bi]tur nemini.

[pollūctus, -ūs *v. p. 2563, 74.*] *Bl.*

polluo, -uī, -ūtum, -ere. [*a* *por-luo *per assimilationem. subest radix indogerm.* *leu̯ *'foedare'; cuius inter derivata quamquam servatur hoc solum verbum* pol-luo (< *por-leu̯ō?), *radicem firmant nomina haud pauca, e. g.* 2. lustrum, 1. lutum (*q. v.*), *λῦμα* (< *lu-smn̥, *v. Lex. der idg. Verben², 2001, s. v.* *leu̯-). *cetera verba compos. in* -luere *desinentia* (ab- *al.*) *ad verbum q. e.* lavere *pertinent; quae fort. obstabant, ne* -luere *'foedare' latius diffunderetur. Fo.*] *scribitur in codd. etiam* polu-, pul(l)u-, *v. e. g. Vulg. ed. Comm. Pontif. IV 457. XIII 265.* *formas perf. easdem habere atque verbum q. e.* pollere *affirmant gramm. p. 2537, 31.* *de notione et differentia* (*cf. p. 2566, 8. vol. VII 1, 427, 40*): DIFF. ed. Beck p. 76, 20 -it⟨ur⟩ aliquid iniuria, contaminat⟨ur⟩ autem audacia. GLOSS. -o: *μιαίνω. μολύνω.* -it: inquinat vel inquinavit. GLOSS.ᴸ I Ansil. PO 138 sqq. (cod. Paris.) -it: contaminat. violat. maculat. *al.* *legitur in prosa orat. inde a* CIC., VARRONE, *in versibus inde a* CATVLLO, VERG.; *occurrit e. g. apud* CIC. *25ies* (*voces fere syn.* contaminare *27ies*, foedare *quater,* inquinare *23ies*, maculare *quinquies*), SALL. *quinquies* (*-/2/-/-*), VERG. *quater* (*-/11/-/2*), OV. *octies* (*-/9/3/3*), LIV. *decies* (*9/4/2/3*), SEN. *philos. quater (1/2/12/2), trag. ter* (*3/-/5/10*), LVCAN. *18ies* (*-/1/1/8*), SIL. *vicies* (*-/12/-/4*), TAC. *18ies* (*2/17/1/2*), TERT. *12ies* (*30/4/21/5*), AVG. *ca. 225ies* (*ca. 150/18/ca. 200/ca. 150*), *in* VVLG. *143ies* (*51/1/8/12*). [*confunditur c.* pollucere *p. 2563, 42. loco obscuro*: VARRO frg. Non. p. 156, 8 quae pu[e]ritia est infrequens -ta.]

i. q. contaminare, foedare, inquinare, vitiare, dehonestare sim. (*absolute e. g.* TAC. hist. 2, 56, 1 VVLG. lev. 7, 21. AVG. civ. 1, 18 p. 29, 16 sq. [*ter*], *c. obi. int. p. 2566, 3; refl. p. 2566, 62 sq. 72 sq. et saepius. fere adest quaedam notio culpae sim., quae minus viget vel evanescit hic illic sub IA2, IB3a et c*). *pro syn. sunt e. g.* contaminare *p. 2565, 47. 2567, 64. al.*, maculare *p. 2566, 25. 2567, 59. al.*, violare *p. 2565, 20. 2567, 38. 53 sq. al.; opp.* purgare AVG. serm. 294, 19, 17 IVLIAN. in Os. 9, 4. *gr. resp. βεβηλοῦν p. 2567, 66. 2568, 19, (ἐκ)μιαίνειν p. 2568, 4. 34. 52. al., μολύνειν p. 2568, 47, v. etiam p. 2567, 45; de vocibus hebr., quae in* VVLG. *hac voce maxime vertuntur, v. Maass apud Jenni-Westermann, Theol. Handb. zum Alten Test. I, 1971, 570 sqq. 664 sqq.* *qua causa, quo instrumento sim. quis vel quid -atur, indicatur saepissime per abl., e. g.* adflatu *p. 2565, 12. 2566, 24,* contactu, contagio(ne) *p. 2566, 26 sq. 2567, 10 sqq. 72. al.,* cruore *p. 2565, 35. 2567, 37. al.* (*cf. e. g.* sanguine *p. 2565, 15 sq. 24 sq. 2566, 73 sq.*), scelere *p. 2565, 50 sq. 2566, 59 sq. al.*, stupro *p. 2565, 12. 2566,*

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

55sqq. 2567, 51. al. (gerund. p. 2567, 56); ceterum per praepos. de VVLG. Dan. 1, 8, in *c. abl.* VVLG. lev. 11, 44. *et saepius,* per *p. 2568, 7,* super VVLG. num. 5, 2; *causa vel instrumentum pro subi. ponitur l. 14. 17. p. 2566, 44. et saepius. qua parte indicatur per abl., e. g.* carne *p. 2566, 61,* corpore CASSIAN. inst. 7, 22, ore *p. 2566, 58sq.*

I *generatim*: **A** *-untur res variae; fit pollutio*: **1** *potius per culpam, ignominiam, iniuriam, scelus sim.; pro obi. sunt*: **a** *corporea, loca*: **α** *domus earumve partes* (*cf.* penates *p. 2568, 11*): VARRO Men. 205 hic ad moechada adulescentem ⌊cubiculum⌋ pudoris primus -uit **(***alii ⌊ ⌋ sensu translato accipientes locum ad B2a trahunt [cf. vol. IV 1268, 36]; v. Cèbe, comm. 1983, 986***)**. HOR. carm. 4, 5, 21 nullis -itur casta domus stupris (OV. met. 2, 794 *Invidia* adflatu ... suo populos urbesque domosque -it. LVCAN. 2, 252. TAC. hist. 3, 41, 1 adulteriis ... ac stupris -ere hospitum domus. *al.*). SEN. Thy. 61 patrios -at sanguis focos. PETRON. 137, 3 -isti sanguine domicilium meum ante hunc diem inviolatum. SIL. 11, 335 sanguine ... -ta hospitia. *al. pollutio fit carnibus edendis* (*cf. p. 2567, 37sqq.*): GERM. 136 -it ... taurus mensas adsuetus aratro. SIL. 7, 183 nullo ... cruore -ta ... mensa. **β** *aquae vel aer sim.* (*cf. 2b*): CIC. S. Rosc. 71 ne, cum delati essent in mare, ipsum -rent, quo cetera, quae violata sunt, expiari putantur (*respiciuntur parricidae ut*: QVINT. decl. 299, 3 caeli aspectum). OV. met. 2, 464 i procul hinc ... nec sacros -e fontes (*Diana ad Callisto praegnatem ut*: fast. 2, 174 castas ... aquas). OCTAVIA 236 diro spiritu *Neronis* ... -itur aether. LVCAN. 6, 307 infando -tus sanguine Nilus (*de eodem*: PS. APVL. Ascl. 24 undae ... divinae ... -entur sanguine). 10, 379 -tos ... fluctus (*sc. caede*). SIL. 17, 497 qui sacros, Thrasymenne, lacus Phaethontia quique -erant tabo stagna. PS. QVINT. decl. 12, 28 caelestes auras contaminato spiritu -imus *cadaveribus pasti* (PRVD. psych. 52). APVL. met. 6, 12, 2 morte ... sanctas aquas (*cf. l. 22*). TERT. nat. 1, 16, 6 *incesto* omne[m] infecimus solum (*Kroymann,* solem *trad.*), omnem -imus oceanum. **γ** *terrae locave terrestria* (*cf. 2b*): VERG. Aen. 3, 61 (*Polydoro in Thracia occiso*) scelerata excedere terra, linqui -tum hospitium (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 272, 22 solutā per scelus amicitiā). OCTAVIA 512 dira tabe -to foro (QVINT. decl. 274, 9 infaustis cineribus *tyranni.* CYPR. ad Donat. 10 nullis malorum contactibus. *cf.* HIST. AVG. Max. Balb. 9, 2 *ut* omnes plateae cruore -rentur). LVCAN. 6, 581 -tos cantu *veneficae* ... Philippos. PETRON. 79, 11 (*antea*: fidem ... violasti) alium locum, quem -as, quaere. PLIN. nat. 16, 8 postquam ... tribuniciis seditionibus calcari ac -i coepere *rostra.* SIL. 1, 22 -tum ... crimine regnum. 2, 496 (*loq. Fides*) me -tas properantem linquere terras (IVVENC. 3, 71 insonti ... sanguine. HIER. psalt. sec. Hebr. 105, 38 sanguinibus. *al.*). STAT. Theb. 2, 64 -tam ... Phocida busto *Laii.* TAC. hist. 4, 58, 6 *castra* -i foedarique a *perfidis. al.* **δ** *varia*: VAL. MAX. 9, 2 ext. 1 *hostes* taetro facinore -tis classibus ... mare violaturi. LVCAN. 2, 536 iam tetigit sanguis -tos Caesaris enses. STAT. Theb. 11, 575 Tartara leto *vestro* -ite, *Eteocles et Polynices.* TERT. coron. 10, 5 (*respic. I Cor. 10, 28*) si ... *'idolothyti'* verbo nudo conditio -itur ..., multo magis ... *ipso ritu* contaminatur.

b *incorporea vel cuiuslibet generis*: **α** *cum obi. externo; -untur*: ① *instituta sim.*: CIC. S. Rosc. 65 cum omnia divina atque humana iura scelere nefario -isset *patrem occidendo* (Phil. 11, 29 omnia deorum hominumque i. ... scelere. leg. 2, 42 religionum i. LIV. 31, 30, 4 divina humanaque i. *al.*). SALL. Catil. 23, 6 quasi -i consulatum credebant, si eum ... homo novos adeptus foret **(***item -untur dignitates, potestas sim. earumve loca vel signa*: VAL. MAX. 3, 5, 1. 7, 7, 6 tribunalia magistratuum. HIST. AVG. Heliog. 11, 1 omnes ... dignitates -it ignobilitate hominum perditorum. CLAVD. 18, 308 candida -tos comitatur curia fasces. *al.; v. et p. 2566, 38*). LIV. 7, 2, 12 *Atellanum* genus ludorum ... tenuit iuventus nec ab histrionibus -i passa est. 8, 34, 7 -ta ... militari disciplina. LVCAN. 6, 422 -it aequoreos Siculus pirata (*i. Sex. Pompeius*) triumphos *patris.* TAC. hist. 2, 76, 2 -endam perdendamque rem publicam relinquere. *al.* ② *promissa, foedera sim.* (*tam in vita privata quam in publica*): VERG. Aen. 5, 6 magno ... amore ... -to ([SERV. id est laeso]. PANEG. 3, 18, 4). 7, 467 -ta pace (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 70, 7 pacis iura violaverat). PROP. 3, 20, 26 qui ... -rit ... novo sacra marita toro. OV. met. 10, 353 *ne patris* concubitu vetito naturae -e foedus (LVCAN. 8, 399 leges et foedera taedae [*i. matrimonii*]. SIL. 11, 321 dolis. *al.*). SEN. benef. 3, 14, 2 -es illa *beneficia,* si materiam litium feceris. PETRON. 80, 3 *ne* sanguine mutuo -remus familiaritatis ... sacra. STAT. silv. 5, 1, 59 casta ... conubia ... auro. *al.* ③ *varia*: SALL. Iug. 41, 9 avaritia ... -ere et vastare omnia, nihil pensi neque sancti habere (PS. SALL. rep. 1, 2, 5 homines, quibus o. probro ac luxuria -ta erant. LIV. 38, 46, 12 o. -i et confundi, tolli fetialia iura *eqs. al.*). SEN. contr. 1, 2, 20 adulescentem ... beneficium *castitatis* -ere temptantem. PHAEDR. 3, 10, 17 stupro ... turpi -i famam domus. SIL. 9, 66 noctem sceleratus -it error (*sc. quo filius patrem insciens occidit*). VLP. dig. 11, 7, 12, 1 cavetur, ne usus sepulchrorum

permutationibus -atur. ARNOB. nat. 5, 45 oratio sordida est, verbis fuerit -ta si talibus (*sc. nominibus deorum pro rebus adhibitis*). *al.*

β *cum obi. interno significante peccata commissa*: CONSVLT. Zacch. 2, 18, 1 *qui* supernae conversationis actibus diluunt, quicquid (ante *add. pars codd.*) terrenorum amore -erant.

2 *potius per sordes (sc. notione culpae sim. vel per imag. sublucente vel evanescente); -untur*: **a** *varia*: VERG. Aen. 3, 234 turba ... -it ore dapes (SERV. auct. contingit. *cibum -unt Harpyiae ut*: VAL. FL. 4, 457 quod ... -ĕrunt ... manu. QVEROL. p. 34, 12). LVCAN. 3, 749 (*miles se occidit*) quamvis capulum per viscera ⌊missi -erit⌋ gladii (mersi *et* -erat *var. ll.*). PLIN. nat. 14, 119 *vina* superne deciduo inmundiore lapsu aliquo -ta. 28, 78 purpuram ... ab his *mulieribus menstrua solventibus* -i. TAC. ann. 13, 57, 3 tegmina corpori derepta ..., quanto [magis] profana et usu -ta, tanto magis oppressura ignes **(***item -untur vestes*: IVVENC. 3, 763 [*sec. Matth. 22, 11*] indutum -tae vestis amictu. HIER. epist. 18[A], 11, 3 [*in imag.*] tunicam -ui. *al.***)**. GELL. 17, 19, 4 cum *doctrinae philosophiae* in hominem ... degenerem tamquam in vas spurcum atque -tum influxissent **(***item in compar.*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 235 quem ad modum atramenta -unt, quodcumque contigerint, ita mali poetae *eqs.* PS. AVG. serm. ed. Mai 117, 3 si sol ... *locis caenosis* -i non potest, quanto magis *eqs.*? [*postea*: inquinari]**)**. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 108 sputa -i admixtione puris *videmus.* **b** *loca, aquae, aer* (*saepius quae morbis sim. infestantur*): VAL. MAX. 1, 8 ext. 19 corporis ... iacentis (*i. serpentis occisae*) pestifero adflatu vicina regione -ta. SEN. nat. 6, 27, 2 aer ... corruptus ... purum hunc ... maculat ac -it. SIL. 14, 584 *peste* -to ... caelo. TAC. ann. 4, 49, 3 adiacere corpora hominum ..., -i cuncta sanie, odore, contactu (AMM. 23, 6, 24 *labes* c. contagiis -bat et mortibus). COD. Theod. 7, 1, 13 commune poculum (*i. flumen; v. p. 2484, 71*). CASSIOD. in psalm. praef. l. 24 (*in compar.*) *Augustinus* decurrit ... tamquam fons purissimus, nulla faece -tus. ISID. nat. 39, 1 (*-it morbus; v. p. 1924, 73*). **c** *scripta, sc. quae vitiis sermonis depravantur*: ARNOB. nat. 1, 59 p. 53, 23 barbarismis, soloecismis obsitae sunt ... res vestrae et vitiorum deformitate -tae (p. 55, 19 vitiorum ... foeditate).

B *-untur animantes eorumve corpora, animi, vita, qualitates, nomina sim.; fit pollutio*: **1** *dedecore, ignominia, infamia sim.*: CIC. dom. 35 (*ad P. Clodium*) contaminatis gentibus, et quam deseruisti, et quam -isti. SALL. Iug. 63, 7 ⌊quin⌋ *novus homo* indignus illo honore, *i. consulatu,* et quasi -tus haberetur (⌊ ⌋ quin is *codd. plerique*; is *ante* quasi *transp. Eussner, ut locus ad p. 2565, 52sqq. pertineat*). SEN. suas. 2, 19 *Silo* pantomimis fabulas scripsit et ingenium grande ... -it. TAC. hist. 2, 62, 2 ne equites Romani ludo et harena -rentur. ann. 14, 20, 4 ⟨ut⟩ proceres Romani specie orationum et carminum scaena -antur. GELL. 9, 2, 10 *tyrannicidarum* nomina ... servili contagio -i (HIST. AVG. Heliog. 2, 4. 9, 2). *al.* *c. respectu coniugii indigni*: LIV. 4, 4, 7 hoc si -it nobilitatem istam vestram (TAC. ann. 3, 29, 4). NOVELL. Maior. 7 pr. se ancillarum ... coniunctione. 7, 2 ne materni sanguinis vilitate splendor ordinum -atur.

2 *vitiis, sceleribus sim.* (*sive alienis sive propriis*): **a** *stupro, impudicitia sim.* (*hucine* VARRO *p. 2565, 10?*): CATVLL. 62, 46 cum *virgo* castum amisit -to corpore florem. PROP. 2, 34, 5 -it ille deus, *sc. Amor,* cognatos. SEN. contr. exc. 4, 7 non putavi adulterium uxorem tyranni -ere. COLVM. 10, 201 *Neptunus* -it Amphitriten (pellicit *pars codd. rec.*). QVINT. decl. 306, 2 *mulier* -ere complexibus non vult filii sui ... aetatem (*i. filii aequalem*). IVV. 2, 29 tragico -tus adulter concubitu (AVG. civ. 16, 19 p. 156, 7 alieno c.). TAC. hist. 2, 56, 1 Vitelliani ... rapere, vi et stupris -ere (ann. 6, 1, 1 pubem ingenuam. 13, 17, 2 *Britannici* sanguinem stupro prius quam veneno -tum. HIST. AVG. Comm. 11, 6 s. et humano sanguine). *al.* PLIN. epist. 4, 11, 6 fratris filiam incesto. GELL. 1, 5, 1 parum vir et ore quoque -to *dicebatur Demosthenes* (*cf.* ore -tus *vol. IX 2, 1075, 45*). TERT. pudic. 13 p. 246, 5 spiritus tanto scelere, *i. fornicatione,* -tus (CLAVD. MAM. anim. 2, 11 p. 142, 14 s. ... incesti). 18 p. 260, 23 adimi ... peccatoribus vel maxime carne -tis communicationem. COD. Iust. 9, 9, 12 (*a. 239*) se adulterio. EDICT. imp. Diocl. et Maxim. Coll. Mos. 6, 4, 3 inlicitis ... se matrimoniis. *et saepe.* *vix recte legitur* CIL IV 10197 ⟨m⟩anu ⟨po⟩ll(u)enti (*v. Adams, Lat. Sex. Voc., 1982, 127 adn. 1*). **b** *caede*: SEN. Herc. f. 1261 nemo -to queat animo mederi, morte sanandum est scelus. OCTAVIA 423 cruenta caede -tas manus (LVCAN. 4, 259 MACR. Sat. 3, 1, 1. *al.*). LVCAN. 1, 429 Nervius ... caesi -tus ⌊foedere⌋ Cottae (*i. Cotta contra foedus occiso*; ⌊ ⌋ sanguine, funere *var. ll.*). 2, 114 oscula -tae fixisse ... dextrae. 2, 480 -to ... Miloni **(**[pullato *coni. Lipsius praeter necess.*]. *cf.* ADNOT. quippe qui occidit Clodium; *nisi locum ad c trahas coll.* SVPPL. fuit valde luxuriosus, unde appellat eum -tum**)**. 3, 135 haud ... iugulo se ⌊-et⌋ isto nostra ... manus ([-it *var. l.*]. *item refl.*: IVV. 8, 218). SIL. 9, 169. 14, 675 *nullo* sanguine -tis plausit Victoria pennis (STAT. Theb. 2, 113 TAC. hist. 4, 56, 1. *al.*). APVL. met. 10, 34, 5 contagium scelestae -taeque feminae (*de eadem e. g. 10, 27, 3* cruentas ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manus). *al.* *hyperbolice* **-untur** fauces, *sc. quasi poto sanguine*: LVCAN. 1, 332 nullus semel ore receptus -tas patitur sanguis mansuescere f. CLAVD. 5, 8. **c** *variis*: LVCAN. 6, 707 (*loq. venefica*) si vos, *di inferi,* satis ore nefando -toque voco *eqs.* SIL. 2, 524 culpā -tam extendere lucem, *i. vitam.* 17, 27 (*loq. sacerdos*) parcite, *incestae,* -tis contingere vincula palmis (*cf. 28* quaecumque profanae *estis*). *al.* TAC. hist. 2, 37, 2 duces ... nisi -tum ... principem *non* passuros. TERT. nat. 2, 7, 14 quid ... novi si, qui homines fuerint, humanis aut casibus aut crimi⟨nibus⟩ aut fabulis -untur? (AVSON. 23, 61 [264, 4 S.]. *al.*). CYPR. epist. 67, 9, 2 qui ... nocentium contactibus -untur (mortal. 23 mundi c. *cf.* contagione: FIRM. math. 8, 27, 9 vitiorum c. HIST. AVG. Heliog. 6, 7 omni c. morum. *al.*). IVVENC. 2, 239 sordida -tae ... contagia mentis (*cf. 237* mentem maculaverit). PRVD. cath. 7, 64 inquinari ac -i contaminatis oppidorum moribus. EVSEB. GALLIC. hom. 39, 4 l. 100 corpore castus et mente -tus. CASSIOD. or. frg. p. 468, 1 Aventini turbam civica dissensione -tam. *et saepe.*

3 *quibuslibet malis, adversis*: **a** *sordibus aliisve, quae contaminare putantur*: TIB. 1, 9, 17 auro ne -e formam (*item respicitur corporis ornatus sim.*: SEN. dial. 12, 16, 4 faciem coloribus ac lenociniis. CYPR. hab. virg. 17 cutem falso medicamine. *al.*). SIL. 13, 847 *Orthus* -to eviscerat ungue (*sc. sacerdotem incestam, v. l. 73*). MART. 10, 66, 4 *aliquis* has uncto -it igne comas *iubens te cocum fieri*? HIL. in Matth. 9, 6 (*respic. Matth. 9, 20*) *mulier* sordibus ... -ta corporis sui (HIER. epist. 18^A, 12, 2 [*in imag.; cf. e. g. Matth. 10, 14*] apostoli ... adhuc habebant peccatorum s. -tos pedes). HIER. in Ezech. 7, 17 l. 909 urina -et genua. CASSIAN. inst. 3, 5, 1 ne purificationem nostram *orationibus effectam* ... redundantia umorum ... -at (*eodem spectat* REGVLA mag. 80 cap. -ti per somnum fratres [*cf. 80, 1* inmundi]. *cf. p. 2568, 55*). *al.* **b** *dictis vel scriptis* (*cf. p. 2565, 46. 2566, 1*): TAC. ann. 3, 50, 1 quam nefaria voce Clutorius ... mentem suam et aures hominum -erit (*sc. carmine funereo, dum aegrotat Drusus, componendo*). TERT. pudic. 17 p. 258, 8 *Paulus* nec verbo -i volens. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 261 foedatus est, quem tale carmen *ridiculum* -erit. RVFIN. hist. 3, 6, 28 talium malorum (*neutr.*) ... auditu. COD. Theod. 15, 14, 11 deformi vocabulo (*antea*: notam infamiae). SIDON. epist. 3, 13, 11 quibus ... loquacis faece petulantiae lingua -itur ..., his conscientia quoque sordidatissima est. *al.* **c** *variis*: OV. epist. 8, 114 (*verba Hermiones*) mihi -tas credor habere manus (*i. contactu Pyrrhi invito*). met. 15, 98 *aetas aurea non* -it ora cruore (*i. carne edenda. cf.* cibo: CYPR. laps. 10 feralibus cibis -i violarique. MOYS. Cypr. epist. 31, 7, 1 nefario c. ora ... -ta. *ceterum*: AVG. conf. 10, 31, 46 Iohannem ... lucustis in escam cedentibus non fuisse -tum. *al.*). SEN. dial. 3, 15, 2 morbidis pecoribus, ne gregem -ant, ferrum demittimus (*item respicitur morbus*: CALP. decl. 44 nemo de -to grege hostiam sumit [*sim. in imag.*: CYPR. hab. virg. 17 *virgines fuco sim. usas* tamquam ... morbidas pecudes ... arceri, ne contagio suo ceteras -ant]. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 145 *furorem 'manian' vocant,* quod -at aegrotantes, nam -i Graeci lymaenin [*i. λυμαίνειν*] vocant). LVCAN. 6, 457 mens hausti nulla sanie -ta veneni. *al.*

II *speciatim* (*praeter B respiciuntur res sacrae* [*sub I cf. e. g. p. 2565, 46. 49sqq.*]): **A** *-untur varia ad cultum divinum pertinentia* (*apud Iud. vel Christ. e. g. l. 66. p. 2568, 16sqq. 24sq.*): **1** *res*: **a** *ritus, sacra sim.*: CIC. S. Rosc. 113 qui ... perfidia legationis ... caerimoniam -erit maculaque adfecerit (dom. 105 incesto, flagitio et stupro. har. resp. 29 LIV. 6, 41, 9. *al.*). Verr. II 4, 99 in ... sacris -endis, quae non modo manibus attingi, sed ne cogitatione quidem violari fas fuit (5, 187 *s.* -ta ac violata sunt. *al.* SALL. Catil. 11, 6 s. profanaque omnia. LIV. 10, 6, 10. *al.; cf. p. 2565, 64. 68*). dom. 125 religiones omnis ... aut ementiundo aut stuprando (Vatin. 5 Mil. 87. *al.* CALP. decl. 26 IVVENC. 4, 563). har. resp. 21 (*verba haruspicum*) ludos minus diligenter factos -tosque *esse* (24 l. violati, -ti ... sunt. 27 castissimos l. omni flagitio [*postea*: dedecore maculares]. *al. in eadem orat.; cf. p. 2565, 57 et* SEN. contr. exc. 5, 3 *Iovis* Olympia parricidiis ⌊-ta⌋ sunt [*Bursian,* absoluta *trad.*]). 37 (*verba haruspicum*) sacrificia ... minus diligenter facta -taque *esse* (SERV. auct. Aen. 3, 234). *al.* PLIN. nat. 15, 135 in profanis usibus -i laurum et oleam fas non est. 16, 155 festa. PLIN. paneg. 63, 7 auspicia -ere sacratumque campum nefario ... contaminare vestigio. CE 1178, 41 (*saec. I/II*) igne deum effigies. GELL. 2, 28, 3 eas ferias si quis -isset (SERV. auct. georg. 1, 268. *al.*). VET. LAT. Ezech. 20, 21 (cod. 175) sabbata ([*gr. ἐβεβήλουν, Vulg.* violaverunt]. VVLG. exod. 31, 14. *al.*). *al.* **b** *arae, templa sim. eorumve attributa*: CIC. Mil. 85 quam *vim ararum* ille *Clodius* omni scelere -rat. LIV. 45, 5, 4 cur ... ⌊pol⟨l⟩ui⟨t⟩⌋ eam *insulam sacram* homicida, sanguine ... violavit? (⌊ ⌋ *Vahlen, alii alia; v. ed. Briscoe, 1986, 377*). SEN. contr. 1, 3, 4 *incesta* in templum ... revoluta quidquid secundum deos sanctissimum est contactu suo -it. SIL. 6, 692 -tas foederis aras (CARM. c. pag. 37). 13, 849 sacraria Vestae -it exuta sibi virginitate sacerdos. STAT. silv. 3, 1, 31 altaria (PRISCILL. tract. 3, 67 VVLG. exod. 20, 25). 4, 6, 84 domos ac templa Sagunti -it *Hannibal* (PAVL. sent. 5, 23, 16 fanum templumve. VET. LAT. psalm. 78, 1 [cod. 306. *al. et* VVLG.; *gr. ἐμίαναν, cod. 303. al.* coinquinaverunt]. MACR. Sat. 1, 7, 15 morte pecudum. *al.*). PLIN. paneg. 52, 3 *templi* area ... auro ... -batur (*i. statuis Domitiani*). VET. LAT. II par. 36, 14 (cod. 109 = VVLG.) domum domini ([*gr. ἐμίαναν*]. VVLG. Ier. 7, 30. *al.*). ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 18 (*loq. hostia*) numquid ... religiosa quaedam loca substructionibus -i profanavique privatis? (HIER. epist. 58, 3, 5 l. sancta per idola. PRVD. perist. 10, 103 purus orandi locus. *al.*). *al.*

2 *dei eorumve nomina; respiciuntur: dei paganorum*: PROP. 4, 9, 8 *Cacus* furto -it ... Iovem (*sc. iura hospitii violando*). OV. met. 5, 155 -tos ... multo Bellona penates sanguine perfundit (OCTAVIA 162 Erinys ... -it Stygia face sacros p.). SEN. Herc. f. 601. LVCAN. 4, 689 superos ⌊humana⌋que -it *Curio* (⌊ ⌋ *ad IA1*). PLIN. nat. 2, 20 *illud summum* tam tristi ... ministerio, *i. cura rerum humanarum,* ... -i. ANTH. 463, 11 (*ad se loq. miles, qui fratrem occidit*) terram, iura, deos, bellum iam -is ipsum (-it *trad.*). *deus Christianorum*: TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 8 *deum* nulla spurcitia -i posse (*opp.* contaminabilem *esse; v. etiam l. 54*). VET. LAT. Ezech. 36, 20 (Tycon. reg. 4, *sim.* VVLG.; *loq. deus*) -erunt nomen meum sanctum ([*gr. ἐβεβήλωσαν*]. VVLG. lev. 18, 21. *al.; cf.* HIER. epist. 64, 5, 1 -o vocabulum Christi). *al.*

3 *homines, sc. sacerdotes sim.*: OV. fast. 3, 706 quicumque nefas ausi ... -erant pontificale caput *Caesarem necantes.* PLIN. nat. 12, 54 *quosdam* sacros vocari ... nec ullo congressu feminarum ... -i. OPTAT. 7, 6, 5 -i potuisse episcopale collegium. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 21 aures ... sacerdotum. *al.*

B *-itur* ieiunium (fames), *sc. cibo potuve sumendo*: NIGID. Isid. orig. 20, 2, 10 ieiunia iantaculis levibus -imus (solvimus *var. l.*). FRONTO p. 31, 23 qua *stella* visa i. -ant *superstitiosi* (*inde* ADNOT. p. 31, 28). SYMM. epist. 1, 7, 2 non deerit, quo famem -ant (pellant *var. l.*). PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 5, 5 ut sibi aquam ad -endum i. porrigeret (collu- *trad.; em. Bulhart in schedis coll.* 13, 8 i. -it).

C *apud Christianos -untur homines eorumve mentes, corpora sim. falsis sacris vel dogmatibus*: VET. LAT. Tit. 1, 15 (Aug. c. Faust. 6, 3. *al.*) -ta sunt eorum *immundorum* et mens et conscientia (*gr. μεμίανται, cod. 75. al. et Vulg.* inquinatae). CYPR. epist. 59, 14, 1 sacrificiorum funesta contagione -tos. 69, 16, 2 profanā aquā *baptismi haeretici.* laps. 28 non -endo manus suas funestis sacrificiis nec sceleratis cibis ora maculando (NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3, 2 manus suas atque ora. LACT. mort. pers. 15, 1. OPTAT. 6, 3, 1 -i homines possunt fumis, nidoribus, sacrilegiis, s., sanguine. *cf. l. 35 et* COD. Theod. 16, 10, 10 se hostiis). ARNOB. nat. 5, 18 p. 271, 15 *ne ritus paganos explicantes* expositionis ipsius contaminationibus -amur. IVVENC. 2, 166 (*spectat ad Ioh. 2, 19*) solvite -tis manibus venerabile templum. HIL. coll. antiar. app. p. 182, 17 blasphemiis (*iuxta pos.* contaminentur). 187, 9 haeretica labe. COD. Theod. 16, 6, 4 pr. iterati baptismatis ... sacrilegio (*cf. l. 39 et e. g.* BACHIAR. repar. laps. 12 p. 1048^B sacrilegii errore se -it *Salomon*). CONC.^S I 2 p. 64, 2 non sufferunt aures nostrae amplius -i (*gr. I 1, 2 p. 52, 10 μολύνεσθαι*). *al.*

D *sec. leges testam. veteris respicitur immunditia q. d. ritualis* (*cf. p. 2569, 32 et* immundus *vol. VII 1, 502, 25sqq.; ad rem v. e. g. Seidl, Lex. für Theol. u. Kirche³ VIII, 1999, 1011sq.*): **1** *-untur homines*: VET. LAT. lev. 19, 31 (Hesych. in lev. p. 1038^A) veneficis non adiungamini, ut -amini in eis (*gr. ἐκμιανθῆναι ἐν αὐτοῖς,* VVLG. per eos). TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 27 (*spectat ad Luc. 8, 43sqq.; antea*: contaminari) non vere -batur *Christus Marcionis* (*sc. contactu mulieris sanguinantis, cf. lev. 15, 19sqq.*). VVLG. deut. 23, 10 homo, qui nocturno -tus sit somnio. Dan. 1, 8 ne -retur *Danihel* de mensa regis. *al.* *per brachylogiam i. q. (hominem) -tum esse declarare* (*cf. vol. IV 630, 80sq. VIII 1629, 12sqq.*): VET. LAT. lev. 13, 15 (Hesych. in lev. p. 931^D) *sacerdos* -it eum *leprosum* (VVLG. sacerdotis iudicio -etur. *cf. gr. 13, 11 μιανεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεύς. sim.* HESYCH. *ibid.* p. 931^B.C). **2** *-untur res*: VVLG. lev. 11, 33 vas ... -etur *morticinis.* 11, 37. *al.*

p. p. p. ✕**pollūtus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* (*huc trahere possis e. g. p. 2566, 75. 2567, 14*). *compar.* -ior *p. 2569, 14. 15, superl.* -issimus *e. g. p. 2569, 7. 8. 14.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 440, 33 -um. foedatum. deturpatum *eqs.* (*sub aliis vocibus affertur* p. 417, 29 contaminatus. 419, 8 corruptum. 447, 7 teter). SYNON. Gloss. I p. 85 n. 139 quoinquinata (*i.* co-). -a *eqs.* (polu- *cod.*). GLOSS. -us: *μεμιασμένος. μεμολυσμένος. χοανείς. ἀκάθαρτος. βέβηλος.* inquinatus vel inmundus. *al.* [*confunditur c.* polluct- *p. 2563, 43.*]

1 *usu communi, sc. cum respectu repugnantiae, fere i. q. sordidus, immundus sim.* (*iuxta pos. e. g.* contaminatus *p. 2569, 25,* immundus RVFIN. Orig. in num. 10, 3 p. 74, 4. *al.,* profanus *p. 2569, 30. 33. al.,* sordidus *p. 2569, 26sq.; gr. resp. μιαρός, nisi aliud notavimus*): **a** *quaelibet exempla*: **α** *usu adi.*: Ⓘ *de rebus, locis*: SALL. Iug. 15, 5 (*si recte trad.*) ne ⌊-a⌋ licentia invidiam accenderet (⌊ ⌋ provoluta *coni.*

[Pieroni]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Shackleton Bailey, Mnemosyne 34, 1981, 352, alii alia). LVCAN. 6, 509 -am ... artem *veneficae.* FIRM. err. 4, 3 -a corporis contaminatione (24, 1 verborum). OPTAT. 6, 6, 4 si vestigia ... nostra, *i. catholicorum,* vobis *Donatistis* videntur esse -a, sufficeret terra (*sc. lavanda, nec oportuit etiam parietes templi lavare*). AMM. 31, 9, 5 -is usibus *stupratorum.* IVLIAN. in Am. 7, 17 ('in terra -a') vel in ... Iudaeorum regione, quam ... sacrilegia ... polluerunt, vel certe in barbaris finibus, quos semper esse -issimos aestimastis (politiss- *var. l.*). *al.* *apud Christ. respiciuntur haereses*: RVFIN. hist. 7, 30, 16 -issimam ... Artemae haeresim (CONC.^{S} I 5 p. 355, 12). COD. Theod. 16, 5, 20 haereticorum -a contagia. CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 133, 19 -a (scelerata *vers. Tur.*) et perversa Nestorii dogmata (I 4 p. 96, 20 [*gr. I 1, 7 p. 149, 17 βέβηλα*]. *al.*). II 3, 2 p. 126, 15 *Eutychis* -as et profanas ... voces. Ⓘⓘ *de hominibus*: SIL. 11, 47 temeraria pubis delicta augebat, -ior ipsa, senectus. APVL. met. 9, 37, 3 -issimo divite. AMBR. in Luc. 7, 95 *plebs Iudaeorum* animo manet interiore -ior.

β *pro subst.*: Ⓘ *masc. vel fem. de hominibus* (*cf. l. 39*): LIV. 10, 23, 10 (*antea opp.* spectatae pudicitiae matrona) vulgata ... religio ⌊a⌋ -is, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis (⌊ ⌋ *trad., del. Duker,* cum *H. J. Mueller*). FRONTO p. 37, 8 omnis ... cum -o complexus ... commaculat. ARNOB. nat. 5, 6 p. 255, 19 vino ... -is (*item c. abl. instr.*: FIRM. math. 7, 25, 19 inpuritatis labe. NOVELL. Valent. 19 pr. humano cruore. ARATOR act. 1, 640 dolis). LACT. inst. 4, 15, 8 -os et aspersos maculis (*i. leprosos; inde* epit. 40, 2). *al.* ⓘⓘ *neutr.* (*cf. l. 34*): FRONTO p. 157, 7 quid in orationibus meis novicium, quid ... -um? (*item de sermonibus*: p. 159, 13 -a et contaminata et misera et maculosa *eqs.* [*v. van den Hout, comm. 1999, 378*]). HIL. in Matth. 4, 7 nihil ... -um et sordidum ad occursum divinae claritatis insistit (MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 3 p. 239$^{ex.}$ n. sordidum vel -um [*gr. μηδεμίαν ... κηλῖδα*]). AMBROSIAST. in II Cor. 4, 2, 1 omnia turpia et -a, quae fieri et cogitari possunt, amovenda docet. RVFIN. hist. 10, 7 p. 969, 21 cuncta ex eo *loco crucifixionis* profana et -a deturbans *Helena.* *al.*

b *respicitur immunditia ritualis* (*v. p. 2568, 48*): **α** *de variis*: VVLG. lev. 10, 10 scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter -um et mundum (*pro subst. neutr. ut*: Is. 52, 11 -um nolite tangere. Os. 9, 3 Ephraim ... -um comedit. *al.*). 11, 12 cuncta, quae non habent ... squamas in aquis, -a erunt (*cf. 11, 11* abominabile ... et execrandum). 13, 51 *sacerdos* -um iudicabit vestimentum *lepra affectum.* *al.* **β** *de hominibus*: VVLG. lev. 15, 23 *homo* -us erit usque ad vesperum. Is. 35, 8 non transibit per eam *viam sanctam* -us (*pro subst. ut*: thren. 1, 17 facta est Hierusalem quasi -a menstruis. *al.*). *al.*

2 *usu deflexo, sc. cum respectu privationis, fere i. q. non sacer*: VET. LAT. I reg. 21, 4 (Iulian. epit. in psalm. 73, 7^{b}) non sunt -i panes in manibus meis (*gr. βέβηλοι, Cypr. testim. 3, 32* profani, *cod. 91. al.* communes, *Vulg.* laicos. *cf.* IVLIAN. *ibid.* -um non semper immundum vocat, sed commune; ... *-i,* id est communes). Hebr. 10, 29 (cod. 89. *al., sim.* VVLG.) qui ... sanguinem testamenti novi -um duxerit (*si huc pertinet; gr. κοινόν, cod. 64. al.* inmundum, *75. al.* communem).

adv. compar. **pollūtius.** *i. q. modo pollutiore, sordidius*: PAVL. NOL. carm. 19, 178 erat in toto quasi sanctior agmine cultor, qui Veneris sacris -ius incaluisset.

deriv.: pollutio, pollutrix, 2. pollutus (-ūs).

compos.: im-, *?*propolluo; impollutus; *cf.* superpolluo. *Pieroni.*

※**pollūtio,** -ōnis *f.* *a* polluere. GLOSS.^{L} I Ansil. PO 150 -o: inquinatio (*item* III Abstr. PO 17 *in var. l., alii codd.* polluto: inquinato). V Aa s 848 squalores: spurcities, -es. *legitur in prosa orat., sc. maxime in sacris script. et apud Christ. inde a* HERM. vulg., *ceterum apud* PALLAD. *agric.,* SERV. *al.* (*haud raro plur., e. g. p. 2570, 11. 28*).

i. q. actus polluendi vel status pollutus (*fere animo percipiendus, aliter imprimis sub 3a; meton. de ea, quae polluit, p. 2570, 25; sensu generali v.* incestum *vol. VII 1, 895, 19. graece resp. μιασμός l. 68, μίασμα p. 2570, 7. al., μολυσμός* MVTIAN. Chrysost. hom. 15 p. 337$^{ex.}$ [*gr. p. 120$^{med.}$*]. *pendet gen. indicans pollutum e. g. p. 2570, 16 et* LEO M. serm. 24, 4 animi ... et corporis; *unde -o oriatur vel in quo constet, e. g. l. 69. p. 2570, 3. 11. 32. accedit gen. inhaer.* -is *ad* contagium *p. 2570, 14 et* GREG. M. moral. 24, 4, labes *p. 2570, 34,* macula RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 8 p. 62, 2. *al.*):

1 *polluuntur homines*: **a** *libidine vel concubitu venereo*: VET. LAT. II Petr. 2, 10 (Hier. adv. Iovin. 1, 39) qui post carnem in desideriis -is ambulant (*gr. μιασμοῦ, Vulg.* inmunditiae). VVLG. Iudith 13, 20 sine -e peccati (*antea*: coinquinari). TRACT. Pelag. 6, 2 p. 123 pudicitia assidua libidinum -e *violatur.* CASSIAN. inst. 6, 7, 2 mundos ab omni coitus -e. conl. 4, 15, 1 genitali -e ... immunes. 4, 19, 2 carnis -e (GREG. M. in euang. 15, 2 l. 50 moral. 26, 29. *cf. ibid.* 3, 60 carnali). *al.* *resp. conceptio vel partus Christi -e carens*: RVFIN. symb. 10 (*antea p. 2570, 34*) *in Christi* natura ... -is aliquid putes aut obscenitatis incidere? LEO M. serm. 25, 5 sine carnalis concupiscentiae -e conceptus. MAX. TAVR. 38, 4 viri -e non tangitur. *al.* **b** *vario modo* (*spectat fere ad religionem Iud. vel Christ., aliter* SERV., THEOD. PRISC.): HERM. vulg. vis. 1, 2 *Herma* est continens ab omni -e scelesta. GAVDENT. serm. 4, 13 ab omni -e escarum, quas superstitio gentilis infecerit. SERV. Aen. 6, 8 funestatus fuerat *Aeneas* morte Palinuri ..., quod funus ... doluerat; in eo enim est -o, quod *eqs.* (*item polluitur aliquis funere, luctu*: 6, 229. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 262 qui *ultra diem septimum* ... in -e consistunt [*gr. μιάσματι*]). HIER. c. Ioh. 21 *Manichaeum* nominare -o est (*item respiciuntur haereses*: VICT. VIT. 3, 48 -is sacrilegium, *i. baptisma Arianum.* NOVELL. Iust. 42, 1, 1 Arianicis et Apollinariis ... -bus [*gr. μιασμάτων*]). RVFIN. hist. 8, 12, 2 sacrilegam -em *idololatriae* (IVLIAN. in Os. 9, 1). hist. mon. 1, 5, 3 scelerum -es. FEL. Aug. c. Fel. 2, 18 venit Christus liberare eam *animam* de -e (*sc. peccati originalis ut*: PS. AVG. serm. 121, 2. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 19, 7 cum contagio -is. *al.*). THEOD. PRISC. phys. 3 p. 251, 2 in quarum *febrium* curatione Democritus inquit -e opus esse, ut sunt ... vetitorum animalium carnes cibo datae *eqs.* CASSIAN. inst. 5, 29 aurium ... -em (*sc. obloquia, verba otiosa sim. audientis*). conl. 20, 12, 2 somnii -em (23, 7, 2 turpium somniorum. *respicitur seminis iactus nocturnus ut*: CAES. AREL. serm. 44, 5. ISID. reg. monach. 13, 3 sordidae atque immundae -es. 21, 3 nocturnam). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 19 non ... poterat ... incorruptum nitorem *Christi* ⌊vicinae -is⌋ horror aspergere (⌊ ⌋ *i. latronum simul crucifixorum. postea*: contagium). *al.*

2 *polluuntur loca*: **a** *totus mundus*: VET. LAT. apoc. 17, 5 (Cassiod. compl. in apoc. 17, 1) Babylon mater fornicationum totiusque terrae -o (*aliter gr. et Vulg.*). VVLG. Ier. 23, 15. CONSVLT. Zacch. 1, 21, 4 -o ... elementi, *i. terrae scelere corruptae.* GREG. TVR. Franc. 2, 21 p. 67, 10. **b** *loca sacra*: SCHOL. Hor. carm. 1, 12, 59 in lucis -e aliqua alienis. VVLG. Iudith 4, 10 ne darentur ... sancta eorum *Iudaeorum* in -bus (-es *al. var. ll.*). IVLIAN. epit. in psalm. 78, 10^{a}. CASSIOD. Ios. antiq. 9, 263 p. 278 (*respic. II par. 29, 16*) -es (*gr. μιάσματα*). PASS. Barth. 7 p. 146, 12 omnia -um genera de isto templo mundasti. EPIST. Merov. 9 p. 449, 23 templa a -e gentium, *sc. Langobardorum,* liberari.

3 *polluuntur res variae*: **a** *sordibus corporeis*: PALLAD. 9, 10 *aqua* carens musco et omni labe -is aliena. RVFIN. symb. 10 (*in compar.; postea p. 2569, 73*) solis radius si in caeni ... voraginem dimittatur, numquidnam aliquid inde -is adquirit? **b** *fraude*: CASSIOD. var. 12, 11, 1 dona rerum domini nulla debent -e fuscari, sed ... debent ad Romanos pervenire purissima (*antea*: cupiditatis sorde ..., avaris distributoribus).

pollūtius *adv. compar. v. p. 2569, 48.*

pollūtrīx, -īcis *f.* *a* polluere (*subst. masc.* pollūtor *ante medium aevum legi non vid.*). *i. quae polluit*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 5 *Augustinus* aeternam ... mali necessitatem et affectionem sensibus destinatam sanctorum omnium -em ... testatur.

1. pollūtus *v.* polluo.

2. pollūtus, (-ūs) *m.* *a* polluere. *i. q. pollutio* (*vix intellegas p. p. p. verbi q. e.* polluo): PS. AVG. quaest. test. app. nov. 61, 2 (*antea*: qui uxorem patris polluit libidine [*v. I Cor. 5, 1*]) ne contaminet omnes et spiritus sanctus recedat ab ecclesia propter -um. *Grossardt.*

pollux *v.* pollex *nec non Onom.*

pōlos Cerer(is) CIL III 7260 (*saec. I*). *nomen sacerdotis, sc. πῶλος* (*de re v. Rizakis, Achaïe II, 1998, 86sq.*).

polōsē: alte GLOSS. V 608, 24; *adv. vix sui iuris ortum esse vid. e loco corrupto* MART. CAP. 1, 37 ⌊-e lim(m)ata⌋ ... numerare (⌊ ⌋ *codd. plerique*; polos, climata *restit.*). *inde formatum adi.* **polōsus:** altus GLOSS. V 608, 23.

*?***polotellum,** (-ī) *n., v. p. 2138, 32.* [*fort. nomen instrumenti deductum e* pollire *'pila ludere'* (*v.* pollit); *sed exspectaveris* i *in secunda syllaba, sc.* *pol(l)ītrum, *demin.* *pol(l)ītellum. *Fo.*]

polouctus *v.* polluceo. *M. H.*

*?***polteo** pro ulteriore FEST. p. 205 (*pars orat. incerta; deest cod. F,* -teio *ed. princ.*). [*de origine non constat; si* FEST. *recte indicat notionem, vid.* polt- *esse contractum e* pro- *et* *olt- (*cf.* ult-rā, -imus *sim.*); *fort. errore scribae pro* *poltro *vel* *poltero (< *prōlterō *per dissimilationem q. d.?*). *Fo.*]

polūbrum, -ī *n.* [*ut* dē-luere *'purgare' in* dēlūbrum (*q. v.*), *ita verbum, quod periit,* *po-luere *in* -um *contineri vid.* (*de* po- *cf.* po-situs *sim.*); *secundae syllabae* ū (-lū-) *vetus subesse, non dipthongum* (-lau-) *putandum est, v. Serbat, Dérivés nominaux, 1975, 98sq.* (*qui quidem aliter iudicat de* delubrum). *veriloquio vulgari coniungitur c.* pes (*v. p. 1019, 66*). *Fo.*] *scribitur etiam* polyb- (*apud* NON. *quosque affert auctores, item* GLOSS. V 655, 10), *ceterum in glossis* polumb-, pol(l)ubre-, plubere-. *de mensura*: pŏlū- VARRO Men. 401 (*si recte restit.*).

significat genus quoddam vasis (*ad sacrificia destinatum certe p. 2571, 7sq.; de re v. Siebert, Instrum. sacra, 1999, 233sq.*): **1** *definitiones sim.*: PAVL. FEST. p. 247 -um: pelluvium vas, quod nos pelvem vocamus. NON. p. 544, 20 -um, quod Graeci *χέρνιβα,* nos trullium vocamus

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*affert* LIV. ANDR., FAB. PICT.). GLOSS. -um: *λέβης*. -o: t⟨r⟩ulleo. V 655, 10 trulleum: -um, in quo manus perluuntur *eqs.* (*confecta esse vid. e Non. p. 547, 3* t., quo m. p. *et* FAB. PICT. *infra*). **2** *exempla varia*: LIV. ANDR. carm. frg. 4 argenteo -o, aureo e[t]glutro (*i. ἐκλούτρῳ. cf. Hom. α 136 sq. προχόῳ ... χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος*). FAB. PICT. Non. p. 544, 23 (*e lib. XVI, sc. iuris pontificii*) aquam manibus pedibusque dato, -um sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua. VARRO Men. 401 (*choliambi*) neque in ⌊-o mystico⌋ (*Scaliger,* pulvere mitico *codd. Nonii*) coquam carnes, quibus satullem ... famem ventris. ARNOB. nat. 2, 23 *quaerere quid sit* acus, strigilis, ⌊-um⌋, siliquastrum, trulla *eqs.* (⌊ ⌋ *ed. Gelenii,* co- *cod.*). *Bl.*

polus, -ī *m., πόλος.* *de origine* (*cf. l. 20*): ISID. orig. 3, 37 (*36* de axe caeli; *38* de cardinibus caeli) de caelestibus -is: -i sunt circuli, qui currunt per axem; ... dicti -i, quod sint axium cycli ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati (= 13, 5, 5). *scribitur raro* pul- *in codd. rec.* *genus neutr. fort. hic illic in* GLOSS. *de formis (sc. sec. decl. gr.): nom. plur.* -oe *v. p. 2576, 41. 2577, 59; acc. sing.* -on *v. p. 2576, 44, plur.* -ūs (*i.* -*ους*, -os *var. l.*) FILASTR. 94, 4. *de mensura*: pōl- *v. p. 2574, 54 et* CE 709, 13 (*saec. VI/VII; in fine hexam. vitiosi*) fastigia -i; *vix etiam p. 2574, 46.* *de notione*: VARRO ling. 7, 14 -us graecum, id significat circum caeli. ISID. nat. 12, 3 -i ex caelestibus cyclis cacumina, quibus maxime sphaera nititur; quorum alter *eqs.* (*v. p. 2577, 48*). orig. 3, 37 (= 13, 5, 5; *v. l. 13*). GLOSS. -us: *ὁ πόλος.* globus caeli vel ipsum caelum. orbis. -um: caelum vel sphaera. caelum. caeli superior pars. graece aether axis caelum. dicit cardines terrae, quibus -um volvitur (*cf.* GLOSS.^{L} V Aa P 774 caelum, mundum vel cardines terrae). *sim. al.* -i: caeli. duo cardines caeli australis et septemtrionalis. duo cacumina caeli. *legitur maxime in poesi, sc. inde ab* ACC., CIC. Arat. *passim, in orat. soluta apud* VARRONEM (*bis ut e. g. apud* VITR., APVL.), PLIN. nat. *atque e. g.* HYG. astr.; *praevalet sing., plur. saepius adhibetur aet. rec.* [*confunditur in codd. maxime c.* populus, *e. g.* LVCAN. 10, 40 MANICH. Aug. nat. bon. 46 MART. CAP. 8, 811 DRAC. Orest. 357; *falso trad. vel in var. l. falsa e. g.* MANIL. 1, 311 (gelu *Bentley, v. app. crit.*). SEN. Ag. 475 (*pro* solum *ut* LVCAN. 9, 692). Herc. O. 1097 (*pro* colus, *sim.* CLAVD. carm. min. 26, 84). LVCAN. 9, 531 (*pro* locus). ARNOB. nat. 3, 15 (*pro* pilus, *quod est in var. l. falsa* DRAC. laud. dei 1, 142); *e falsa vers.* CHALC. comm. 69 fixae stellae nec errantes et item -i (*gr. οἱ ... πολλοί*).]

i. q. πόλος: **I** *significatur caelum*: **A** *usu communi, sc. mundi superni*: **1** *strictius pertinet ad plagam caelestem* (*potius ad aëra vel spatium inter terram et convexum caeli maxime p. 2572, 72. 2573, 50. 52. 56. 2574, 7; notione aucta significari vid. i. q. caelum clarum vel apertum maxime p. 2573, 49. 56; variat in contextu plerumque c.* caelum, mundus, aether; *in imag. vel translate p. 2572, 53 sqq.*): **a** *sine respectu certae cuiusdam partis*: **α** *de sede stellarum* (*sc. plerumque de sphaera caelesti; cf. p. 2575, 28 sq.; huc vergunt quaedam sub β et γ allata; exempla selecta post* SEN.): ACC. trag. 678 pervade -um, splendida mundi sidera bis qui continuis sex sepit ⌊signis⌋ ([*Scaliger,* spatiis *Dangel,* spoliis *codd.; v. Nosarti, Note Acciane, Quad. Ist. Filol. Lat., Univ. Padova, 1976, n. 4 p. 67 sqq.*]. *v. p. 1834, 46 et cf.* AVIEN. Arat. 910 *planetae* per bis sena -i volitant ... signa [*v. p. 2575, 28 sqq.*]). VERG. Aen. 1, 608 -us dum sidera pascet (SERV. auct. Aen. 1, 607 caelum). 3, 586 neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra siderea -us, obscuro sed nubila caelo. 9, 21 medium video discedere caelum ⌊palantisque -o stellas⌋ (*item* CORIPP. Ioh. 2, 418). HOR. epod. 17, 77 quae ... -o deripere lunam vocibus possim meis (*sc. arte magica, cf. p. 2574, 47 et* SIL. 8, 500 lunam excussisse -o). OV. fast. 1, 654 fulgebit toto iam Lyra nulla -o (*cf. p. 2576, 14*). trist. 4, 3, 15 -o fixae ... flammae (*cf.* LVCAN. 5, 564 summis ... quae fixa tenentur astra -is [*sim.* 9, 13]). MANIL. 1, 741. 4, 811 *signa* ⌊adversa⌋ -o (⌊ ⌋ *sc. oppositis locis posita*). GERM. frg. 4, 74. SEN. Ag. 55 quid cadentes detinet stellas -o? Herc. O. 1110 *in fine mundi* amisso trepidus -o Titan excutiet diem. 1362 quae plaga ⌊igniferi⌋ -i *eqs.*? (⌊ ⌋ inferni *var. l.*). Med. 30 *Sol* per solita puri spatia decurrit -i. Phaedr. 663 (*Phaedra Ariadnae*) quacumque siderei (siderea *var. l.*) -i in parte fulges (COLVM. 10, 79. VAL. FL. 4, 643 *Symplegadas Argonautis conspicientibus* praecipitata profundo s. pars visa -i). 785 stellifero ... -o (LACT. Phoen. 112 BOETH. cons. 3 carm. 8, 17. *cf.* stelliger: STAT. Theb. 12, 565 [= DRAC. Romul. 10, 500]; stellans: DRAC. Romul. 10, 93 [*cf. p. 2572, 45. 2573, 16*]; astrifer: MART. 9, 20, 6; astriger: VEN. FORT. laud. Mar. 260). Phoen. 431 qualis cadit delapsa caelo stella, cum stringens -um rectam citatis ignibus rumpit viam. *al.* LVCAN. 1, 527 (*inter omina*) ardentem ... -um flammis caeloque volantes ... faces. 4, 526 *non* segnis vergere (me- *var. l.*) ponto tunc erat astra -us. 5, 424 *vesperi* sidera prima -i ... exierant (COMM. instr. 1, 7, 5. *al.; cf.* astra -i: PRVD. c. Symm. 1, 590 magni. PAVL. NOL. carm. 27, 221. *al.*). 10, 200 (*de planetis*) quae *sidera* ... occurrunt ... -o (*cf.* CLAVD. 17, 104 sidera cur septem retro nitantur in ortus obluctata -o. CASSIOD. in psalm. 148 l. 275 *planetas* contra -um currere). VAL. FL. 2, 62 *sidera* delapsa -o reficit mare. STAT. Theb. 12, 1 nondum cuncta -o (-i, -os *var. ll.*) vigil inclinaverat astra ortus. ZENO 2, 12, 4 ignes mundi germanos astrorumque candentium -orum. AVIEN. Arat. 459 ⌊teretis⌋ ... -i ... orbe rotatur *Andromeda* (*gr. aliter*; ⌊ ⌋ *cf. p. 2573, 31*). 590 surgere ab undis in convexa -i (*cf.* SERV. auct. Aen. 1, 607 quae *sidera* per convexum -um pascuntur). RVT. NAM. 1, 138 dum -us astra ⌊feret⌋ (*spectatne ad motum ut l. 10 sqq.?*). DRAC. Romul. 6, 73 *Cypris* apparet de ⌊parte -i⌋, qua ... axis *solis* volvitur australis collustrans cardinis oras (⌊ ⌋ *v. l. 21. p. 2571, 63*). 10, 500 quem *Solem* sphaera -orum sustinet. *al.* *stellae moventur -o se vertente* (*cf. l. 6. p. 2571, 71; v. etiam p. 2575, 14 sqq.*): CLAVD. 5, 527 dum rotat astra -us (*cf. p. 2574, 43 sqq.*). carm. min. 27, 61 pigros ... *stupefactus Phoenice nascente* -us non concitat axes.

β *-o morantur vel agunt dei vel recipiuntur homines (animalia l. 32. 41), sc. post mortem vel ob merita* (*respiciuntur ii, qui inter astra ponuntur, e. g. l. 32. 37 sq.; per meton. ipsos deos [ipsum deum] intellegas e. g. l. 39. 49. p. 2573, 9, eorundem auxilium l. 44; plur. l. 23. 28. 35. 48 sqq. al.*): Ⓘ *in religione vel qualibet doctrina pagana* (*cf. p. 2574, 56. 2575, 38. 44 sqq. 2576, 56*): Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde a* VAL. FL.): VERG. Aen. 11, 588 labere, nympha, -o finisque invise Latinos. SEN. Herc. f. 963 (*Iunoni*) recipis et reseras -um? Herc. O. 1138 (*Iovi*) partem in omnem ... specta -i (VAL. FL. 1, 17 [*Vespasiano, hyperbolice*] lucebis ab omni p. -i. *adde l. 33 et cf. l. 8*). 1150 (*Iovi*) frange, quem perdis, -um. 1725 *Iuppiter* genitor ... pandit -os *Herculi.* 1940 me *Herculem* tenentem regna siderei -i caeloque tandem redditum (RVT. NAM. 1, 48). OCTAVIA 223 iungentur ante saeva sideribus freta et ignis undae, Tartaro tristi -us *quam eqs.* (*item opp. locus infernus*: 556 *Amor,* qui penetrat freta Ditisque regna, detrahit superos -o? VAL. FL. 2, 120 [*opp.* Erebi]. STAT. Theb. 11, 463 *Pietatem* -is et luce relicta descensuram Erebo *eqs.; v. etiam l. 34 et cf. p. 2573, 43*). 396 tenente regna Saturno -i (VAL. FL. 4, 236). LVCAN. 1, 47 te *Neronem,* cum ... astra petes serus, praelati regia caeli excipiet gaudente -o (*cf. p. 2576, 1*). VAL. FL. 5, 227 mira ... flamma ⌊-i⌋ magnoque aries apparuit astro (⌊ ⌋ *'an* -is *vel* -o?' *Liberman in app. crit.*). *al.* STAT. Theb. 1, 30 licet ... magni cedat tibi, *Domitiane,* Iuppiter aequa parte -i (8, 39 magno me, *sc. Plutonem,* tertia victum deiecit fortuna -o *eqs.* ANTH. 424, 2). 10, 637 dant ... meanti *Virtuti* astra locum quosque ipsa ⌊-is⌋ adfixerat ignes (⌊ ⌋ potens *var. l.*). MART. 5, 65, 1 astra -umque dedit *series laborum Herculi.* 9, 3, 12 addita ... Latio Flavia templa -o? (*sc. templa gentis Flaviae ut*: 9, 34, 2 dum *Iuppiter* videt Augusti F. ⌊templa -i⌋ [*item* DRAC. laud. dei 1, 3]). ANTH. 240, 5 *Cupidinis* spicula ... vexavere -um. CE 1530b, 4 (*saec. IV*) toto tibi ... plauditur ... -o. AVIEN. Arat. 220 -o iaculatus fulmina celso *Iuppiter.* 409 stelligero subvecta -o est *Capra.* CLAVD. 8, 198 arce -i (27, 13 *in somnio* -i media stellantis in a. videbar ante pedes ... carmina ferre Iovis. AVIAN. fab. 22, 2. *cf. p. 2573, 11 sqq.*). 28, 347 tum contenta -o (*i. fulminibus a deo iactis*), mortalis nescia teli pugna fuit. MART. CAP. 1, 29 reserato stellantis -i limine. 1, 32 (vers.) supernis astra quem *Mercurium* vibrant -is. SIDON. carm. 9, 100 canis triformis portatusque -us -um *dedit Herculi.* DRAC. Orest. 146 vos, *sc. Clytaemestram et Aegisthum,* licet et similis maneat censura -orum (pul-, malorum *var. ll.*). Romul. 8, 55 sic dolor exurgit divum, sic ira -orum saevit? 9, 29 quas, *sc. animas defunctorum,* urna -orum claudit et aetherium Phoebus suspendit ad axem (*de doctrina v. Schetter, Rhein. Mus. 124, 1981, 82 sqq.*). BOETH. cons. 4 carm. 1, 2 sunt ... pennae volucres, *sc. mentis,* mihi, quae celsa conscendant -i (*sim. -us aditur somnio l. 42*). *al.* *in imag. vel translate*: SEN. Thy. 886 (*Atreus cena Thyestea nuntiata*) aequalis astris gradior et ... altum superbo vertice attingens -um (c(a)elum *var. l.*). STAT. silv. 1, 2, 212 ire -o nitidosque errare per axes visus (*sc. felicitate elatus; v. Pederzani, comm. 1995, ad l.*). MART. 7, 56, 1 ⌊astra -umque⌋ pia cepisti mente, Rabiri (⌊ ⌋ *i. gloriam maximam*). Ⓑ *circumscribuntur dei: Iuppiter*: SEN. Herc. O. 1275 rector -i (ARNOB. nat. 4, 21 p. 225, 8. *cf. l. 70*). Phaedr. 903 gubernator -i (*cf. l. 71*). epist. 107, 11 (vers.) celsi ... dominator -i (*inde* AVG. civ. 5, 8 p. 201, 26 alti). ARNOB. nat. 3, 24 rex -i (6, 21 p. 334, 12. *cf. l. 65*). 4, 35 p. 243, 16 regnator -i. *alii*: STAT. Theb. 10, 68 siderei regina -i ([*Iuno ut l. 65*]. DRAC. Romul. 10, 398 [*de Luna*] nocturnorum triplex r. -orum. *cf. l. 71. p. 2576, 24*). MART. 12, 62, 1 *Saturne,* antiqui rex ... -i. CLAVD. carm. min. app. 8, 1 -i domina, *i. Iuno.*

Ⓘ *in religione christiana*: OPT. PORF. carm. 5, 34 *Constantinus Caesar* spes tantae rite quieti missa -o. PS. DAMAS. epigr. 71, 21 *Agatha* quasi sponsa -o pro miseris supplicet domino. 72, 8 (*in baptisterio; syn.* siderei ... regni) claustra -i. HYMN. Ambros. 4, 2 F. deus creator omnium -ique rector (COMM. instr. 1, 28, 10. *cf.* PRVD. cath. 7, 202 mundi -ique ... gubernator. CORIPP. Iust. 2, 53 excelsi regina -i, *sc. Maria*). PRVD. ham. 850 exsuperat ... -um fervens ⌊scintilla⌋ remensum (⌊ ⌋ *sc. anima in caelum rediens; antea*: concretum ... secat aëra. *cf.* perist. 14, 79 nupta Christo transiliam -i omnes tenebras aethere celsior). perist. 2, 552 est aula ... duplex tibi, *Laurenti,* hic corporis, mentis -o (*sim. -us aditur mente*:

[Fiedler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PAVL. NOL. carm. 15, 190 spatiante -um ... mente peragrat *martyr, dum torquetur* [*192* penetralia Christi]. epist. 8, 3 vers. 66. 23, 22 p. 180, 16 qui in veritate consistunt, ... supra mundum sunt ... *et* caelorum -os evolante spiritu ... supervadunt. *cf. p. 2572, 52*). PAVL. NOL. carm. 31, 81 pater ipse -o miseratus *hominum* ab alto. epist. 32, 6 p. 281, 24 (vers.) qualibet in regione -i situs aut paradisi *defunctus quidam* (PROSP. carm. de ingrat. 866 r. -i disiecta superbia *diaboli. al.*). PS. PAVL. NOL. carm. 33, 129 terraque -oque. SEDVL. carm. pasch. 1, 168 (*spectat ad Ios. 10, 14*) donec ... fervidus ... gladius consumeret hostem coniurante -o. 2, 258 *deus diabolum* utque ⌞-o⌟, sic pellat humo (⌞ ⌟ *cf. op. pasch. 2, 17 p. 223, 10* deiectum caelo). CE 2040, 8 (*saec. V*[1]) *Stephanus protomartyr* regn⟨a⟩t in arc⟨e -i⟩ (VEN. FORT. laud. Mar. 292. CE 1448, 12 [*non ante saec. VI*] *Maria* currens ab a. -i. *al.; v. etiam p. 2572, 42*). INSCR. christ. Diehl 1513a (*a. 432/40; in baptisterio*) gens sacranda -is hic semine nascitur almo. DRAC. laud. dei 1, 227 *deus,* quem sphaera -orum sustinet. 1, 686 *deus* cum regna ⌞-i⌟ teneat stellantis et alti ([⌞ ⌟ caeli *var. l.*]. satisf. 151 [*spectat ad Matth. 18, 23*] regna -orum. CE 1359, 2 [*saec. V*[2]] r. beata -i. *al.*). ENNOD. carm. 1, 18, 14 *sanctus fideles docuit,* quo calle conscendant -os. GREG. TVR. Franc. 1, 47 p. 30, 25 debui sorte mereri -os. 2, 34 p. 83, 16 penetravit excelsa -i oratio. CE 2100, 14 (*saec. VI*[2]) meritis astra subisse -i. VEN. FORT. carm. 10, 10, 22 munere martyrii qui tenet alta -i (*cf. l. 5. 16*). ARATOR act. 2,837 locare thesauros in sede -i. *al.*

i. q. multa licia habens vel nectens; respicitur opus textile (opp. acus *l. 30) multorum colorum* (*ad rem v. Wild, Philologus 111, 1967, 151 sqq.*): **1** *de textis*: **a** *pro adi.*: PETRON. 40, 5 barbatus ingens ..., alicula subornatus -a. MART. 14, 150 tit. cubicularia -a (*1 sq.* victa est pectine Niliaco iam Babylonos acus). TEST. (CIL XIII 5708) 2, 27 vestis polymit(ae) et plumari(ae) ... quidquid reliquero (HIER. epist. 130, 2, 3 [*respic. psalm. 44, 10* '*regina* in vestitu deaurato circumdata varietate'] qua v. -a et multarum virtutum diversitate contexta indutus fuit et Ioseph et regum quondam utebantur filiae. ISID. orig. 19, 22, 21 *v.* -a multicoloris; -us enim textus multorum colorum est [*inde sim.* GLOSS.]. GLOSS. *l. 18*). VVLG. gen. 37, 3 *Iacob* fecit ... ei *Ioseph* tunicam -am ([*inde* CAES. AREL. serm. 121, 1 ISID. expos. in gen. 30, 2; *explicare vid. l. 25*]. 37, 23 nudaverunt eum t. talari et -a [*inde* CAES. AREL. serm. 89, 2 ISID. expos. in gen. 30, 7]). exod. 28, 6 facient ... superumerale de auro et hyacintho ... et bysso retorta opere -o (28, 15 rationale ... iudicii facies o. -o. 39, 8). PAP. Tjäder 8, 2, 6 (*a. 564*) stragula -a duo. **b** *neutr. pro subst.* (*cf.* GLOSS. -a: multicoloria, varia): PLIN. nat. 8, 196 plurimis ... liceis texere, quae -a appellant, Alexandria instituit. COMMENT. Lucan. 10, 125 ('pars ignea cocco, ut mos est Phariis miscendi licia telis') -um dicit. VVLG. Ezech. 16, 13 vestita es bysso et -o et multicoloribus, *Hierusalem* (*cf.* HIER. *ad loc.* l. 1322. 1324). HIER. in Ezech. 27, 15 l. 1052 in aphec, stacten et -a de Tharsis ... dederunt nundinas tuas (*vertit LXX, ubi ποικίλματα codd. plerique, πολύμιτα add. cod. unus; cf.* HIER. *ibid.* l. 1062). AVG. in Iob p. 613, 26 in -o ea est varietas colorum, qua non turbetur decus unitatis. CAES. AREL. reg. virg. 45, 1 (*sim.* 60, 1; *v. p. 2450, 65*). *al.*

2 *de* -a arte: VVLG. exod. 36, 8 fecerunt ... cortinas ... opere vario et a. -a. HIER. epist. 64, 12, 2 *cingulum* ita -a a. distinctum, ut diversos flores ... artificis manu non textas, sed additas arbitreris (*inde* ISID. orig. 19, 21, 2 cingulum sacerdotale ... -a a. ex *variis coloribus* ... contextum).

deriv.: polymitarius. *Baraz.*

polymyxos *adi., πολύμυξος* (*quod gr. alibi non invenimus*). *i. q. multa ellychnia habens*: MART. 14, 41 tit. lucerna -os (*2 cum* tot ... geram myxos, una lucerna vocor).

polyneuron *n., πολύνευρον.* [*restit. litteris gr. in ed. princ.* SCRIB. LARG. 12.] *nomen herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 204*): PS. APVL. herb. 1 l. 71 *herba plantago* a Graecis dicitur arnoglossa, ... alii eptapleuron, ... Siculi ⌊polineuron, ⟨alii⟩ tirsion⌋ *eqs.* (*l. 73* septinervia; *cf. Diosc. gr. Vind. 2, 126 οἱ δὲ ἑπτάπλευρον, οἱ δὲ πολύνευρον* [*sim. 4, 100*]; ⌊ ⌋ *hinc pendere vid.* GLOSS. III 573, 5 polineora tursion: plantago).

polyolbus *adi., πολύολβος.* *i. q. multis divitiis praeditus, valde dives*: EXC. Barb. p. 238, 15 (*antea*: terbeatissimum; *syn.* multoditatum, *v. vol. VIII 1605, 68*). *M. H.*

polyōnymus (-os), -a, -um, *πολυώνυμος.* *scribitur* -li-, -ni- *hic illic in codd. rec., v. etiam p. 2583, 7.* **1** *t. t. gramm., i. q. (nomen) idem significans atque multa nomina alia* (*sc. neutr. plur. pro adi. vel subst.; plerumque in definitionibus; cf.* plurinomius, plurivocus): DON. gramm. mai. 2, 3 p. 615, 11 sunt alia synonyma vel -a, ut 'terra, humus, tellus' (DIOM. gramm. I 323, 1 quae pluribus loquellis idem significant. EXPLAN. in Don. gramm. IV 537, 27 de homonymis, s. vel -is. *ibid. iterum.* CONSENT. gramm. V 341, 18. 20). PS. AVG. categ. 2, 13 (*opp.* heteronyma).

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 14 -a sunt, cum multa nomina unam rem significant *eqs.* EXPLAN. in Don. l. 155 homonyma vel -a (PRISC. gramm. III 88, 23. *cf. p. 2582, 74*). GLOSS. V 381, 52 GLOSS.^{L} Corp. P 510. **2** *i. q. multa nomina habens, ut vid.; significatur genus herbae q. e. 'Parietalia officinalis' L.* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 204; pro subst. fem.?*): PS. APVL. herb. interpol. 82 l. 10 *herba perdicalis* vocatur etiam ... -os (*cf. Diosc. gr. 4, 85, 1 πολυώνυμον, unde* DIOSC. 4, 82 p. 46, 15 polionion). *ibid.* adn. 6 -os (*cf. Diosc. gr. Vind. 4, 85 πολυώνυμον*). GLOSS. III 541, 46 (*e suppl., v. p. 1251, 7*).

cf. Onom.

polyorc(h)is *m. vel f., πολύορχις* (*quam vocem in gr. non reperimus; cf.* orchis, cynosorchis, triorchis). *scrib.* -liorc- PS. APVL., -liarc- GLOSS. *nomen herbae, i. q. asphodelos*: PS. APVL. herb. interpol. 32 adn. 10 nomen herbae ⌊aspodilos, omoeos⌋ (*i.* asphodelos, *ὁμοίως*) -is ..., Itali albucium vocant *eqs.* GLOSS. III 573, 38 -is i(d est) afodillos.

polyphagia, (-ae) *f., πολυφαγία.* [*olim ed.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 178, *ubi restit.* drimyphagia.] *significatur nimia appetitio cibi*: GLOSS.^{L} I Ansil. OR 176 (med. p. 50) orexia, polifagia: hoc est multa comestio *eqs.*

polyphagus, -ī *m., ab adi. gr. πολυφάγος. scrib. in codd.* -l(l)i-, -fag-. *i. q. multum manducans, vorax* (*cf.* GLOSS. II p. XII ['sarcofagus'] -us multa manducans): SVET. Nero 37, 2 -o cuidam Aegypti generis, crudam carnem ... mandere assueto (*de eodem, ut vid.*: ORIGO Rom. chron. I p. 146, 1 -us natione Alexandrinus). ORIGO Rom. chron. I p. 147, 20. *Ottink.*

?**polyphilus** *adi., πολύφιλος. voce gr. significatur i. q. multos amicos habens, sed forte hic per interpretationem novatam intellegitur multum amans, diligens* (*ita ut conferre possis adi.* philocalus *p. 2022, 39 sqq.; masc. pro subst.*): PELAGON. 414 hoc *medicamentum* ex -is (polyfibis *cod.*) ⌊Turanius⌋ ... expertum se firmavit (*an subest in prima vocis parte gr. πῶλο-* [*cf. ibid. 27* apud Tuscos amatores Asturconum ... didici]. 'poliophyllis?' [*sc. unguentis?*] *Heraeus in exemplari suo coll. p. 2533, 63*; ⌊ ⌋ *v. ed. Fischer, 1980, 136 ad. l.*).

polyphthongus *v.* polypthongus. *M. H.*

polypicus, -a, -um, *πολυπικός. scrib. in cod.* -lip(p)-. *t. t. med., i. q. aptus ad polypos excidendos, sc. non nisi in iunctura* -o spat(h)io (*locis infra allatis gr. non exstant, sed cf. Soran. p. 142, 11 Ilberg τοῦ πολυπικοῦ σπαθίου. v. etiam p. 2586, 22*): CAEL. AVR. gyn. 2, 113 *cercosis* -o [id est trium digitorum] s. a radicibus decidatur (*glossema pravum del. Drabkin - Drabkin*). 2, 114. 2, 118 emorroides ... -o s. inferius scarificand(a)e. *Bl.*

polypleurus (-os) *adi., πολύπλευρος. scrib.* poli- *l. 45. i. q. multa latera habens: ?neutr. pro subst. est nomen herbae* (*ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 204*): DIOSC. 2, 110 p. 221, 25 *plantaginis genus alterum* dicitur ... aut platipleuron aut -on (*Diosc. gr. 2, 126, 1 οἱ δὲ ἑπτάπλευρον, οἱ δὲ πολύπλευρον, sed v. app. crit.*). *pro adi. est t. t. geometr.*: MART. CAP. 6, 712 (*de figuris planis*) quorum *tetrapleurorum* similitudo -a schemata potest docere.

polyplocus (-os) *adi., πολύπλοκος. i. q. ex multis rebus conexus*: THEOD. PRISC. log. 44 p. 144, 13 adiutoria -a (poli- *codd.*, -placa *var. l.*), quae multarum specierum congregatione compecta sunt.

polypodia, -ae *f. infra l. 59.* *M. H.*

⁂**polypodium** (-on), -d(i)ī *n.* (*sed v. l. 57 sqq.*), *πολυπόδιον. de origine v. p. 2584, 3. scribitur* -li- *in cod. vet.* Aa ORIBASII *et saepe in recc., ubi et hic illic* -ll-, pul-. *nom. neutr.* -on PLIN. nat. *l. 71,* ISID. (*bis*) *et* GLOSS. III 627, 33, *nom. et acc.* -um *plerumque inde a* PS. APVL. *l. 72,* THEOD. PRISC. log. 98; *nom. masc.* -us *p. 2584, 15 sq. 17. 18 et* GLOSS. III 593, 46 (*acc.* -um *excipitur per pron. masc. p. 2584, 14*); *nom. fem.* -a *l. 61 sqq. p. 2584, 18 sq. et* GLOSS. III 563, 43. 574, 27. 607, 3, *gen.* -ae *p. 2584, 8, acc.* -am *in var. l.* PHILAGR. med. 3 p. 168, 12. *de notione*: GLOSS. III 542, 9 -a id est ⌊felicla⌋ *eqs.* (*i.* filicula; *sim. al., v. vol. VI 1, 751, 19 sqq. 759, 61, adde fem.* -a GLOSS.^{L} I Ansil. PO 98 sq. [med. p. 62]. *cf. p. 2584, 5, disting.* filix *p. 2584, 2*). GLOSS.^{L} I Ansil. PO 99 (med. p. 62) -a: capillo Veneris *eqs.* (*cf. vol. VI 1, 751, 23*). *dub. an huc pertineat locus obscurus* GLOSS. III 574, 31 pulpodis i(d est) oriafamis. *legitur apud* PLIN. nat. *et inde a saec. IV, plerumque apud medicos.*

nomen herbae, q. e. 'Polypodium vulgare' L. (*gr. fere resp. πολυπόδιον. ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 204*): **1** *respicitur origo, natura* (*v. etiam p. 2584, 6*): PLIN. nat. 16, 244 (*antea: quaedam,* cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt) *item herba* circa Tempe Thessalica, quae -on vocatur. PS. APVL. herb. 84 adn. 10 *radiolum* alii filicinam dicunt, ⌊Graeci -um vocant⌋ (⌊ ⌋ *in uno tantum cod.*). DIOSC. 3, 146 p. 436, 7 *asplenum* folia divisa sicut -um habens. 4, 13 p. 15, 2 *climenon habet* folliculos super ipsa virga duos sibi coherentes, similes ... -o (*aliter gr. πολύποδος πλεκτάναις*). 4, 181 p. 90, 5 de -o: -u(m) nascitur parietibus

umectis ...; radices ... sunt ... sibi inligate sicut polipus. GALEN. alfab. 222 (de -o) -u(m) herba est similis filici. ISID. orig. 17, 9, 62 -on herba, cuius radix hirta atque crinita, ut est polypus; ex quo derivatum est, ut -on diceretur. **2** *respicitur usus medicinalis vel diaeteticus, maxime ad ventrem solvendum*: PLIN. nat. 26, 58 -di, quam nostri filiculam vocant ..., radix in usu; pilosa ..., acetabulis cavernosa ceu polyporum cirri *eqs.* ([*inde* 1, 26, 37 -on]. 26, 105 *prodest* digitorum in pedibus rimis -i r. 26, 122 r. -di inlita luxatis. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *γ* p. 24, 11 -ae r. in mulsa decoctas *eqs.* [*aliter gr. et aliae vers.*]. ORIBAS. eup. 1, 9, 3 Ab p. 412 -i r. [*sim.* Li]. *cf. l. l. 3. 15*). 29, 80. APIC. 3, 2, 2 (*ad* pulmentarium ad ventrem *ut* 3, 2, 3). MARCELL. med. 30, 44 ad ventrem solvendum herbam -um teres (31, 11 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 129. *cf. l. 2 sq.*). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 155 sucus ... -i (*cf. l. 17*). RVF. podagr. 19 *arthriticis* dabis ... -um, et hic educit flegma ...; dabis ... et hunc *tantum.* ORIBAS. syn. 1, 17, 9 Aa p. 56, 4 -us deducit flegma ...; radices eius *eqs.* (*sim.* La). 2, 52 Aa p. 118, 5 -us, cerebrus (*item* La). 4, 29 Aa p. 32 *solvit ventrem* -um similiter, ... cum gallina coctus sucus eius (La -us). PHILAGR. med. 3 p. 162, 18 lenia medicamenta, qualia sunt herba Mercurialis et -a *eqs.* (-o, -um, -us *var. ll., sim.* 4 p. 183, 14 mittendum est ... adiantum et -a). *al.*

polypodius, (-ī) *m. supra p. 2583, 57. Ottink.*

pōlypōsus, -a, -um. *a* polypus. *scribitur* -lip- (*vel* -lib-) *l. 30. al.,* -lup- VLP. dig. 21, 1, 12 pr. (*cod. F*). [*restit. pro* polypus *l. 32* (*in falsa var. l.* VEG. mulom. 2, 38 p. 132, 9).]

i. q. polypum in naso habens: de hominibus (*masc. pro subst.*): MART. 12, 37, 2 (*hendecasyll.*) nasutum volo, nolo -um (*inde* TITVLVS Mart. 12, 37 de -o). VLP. dig. 21, 1, 12 pr. qui clavum habet, morbosus est, sed et -us. DIOSC. 2, 152 p. 237, 9 *sucus* naribus additus -is prodest (*cf. gr. 2, 166, 1 πώλυπας δαπανᾶν*). *de animalibus* (*cf. p. 2586, 23 sqq.*): CHIRON 298, 22 (*ex ind. capp.*) de -o (*cod. Basil.* [*sc.* polip-], *probante Fischer, ut* 343 tit. *ibid.* [polib-]; de polippo *cod. Monac. utrobique, Oder. cf.* VEG. mulom. ind. capp. 2, 38 de -o). 343 si quod iumentum ⌊polib⟨os⟩um factum⌋ fuerit in nasum *eqs.* (⌊ ⌋ *Fischer,* polippum f. *Oder; an e. g.* polibum passum?). *Bl.*

polypsēphus *adi., πολύψηφος. i. q. multis lapidibus praeditus* (*pendet abl.*): CIL II 3386, 14 (*saec. II med./ex.*) *Isidos* anulus -us zmaragdis et margarito. *M. H.*

polypthicus *v.* polyptychus.

polypthongus, -a, -um, *πολύφθογγος, non nisi neutr. pro subst. est instrumentum multorum tonorum*: HIER. tract. in psalm. I p. 349 l. 35 psalterium sursum percutitur, quod verbo vulgari dicitur -um (-phth- *Morin sec. brev. medii aevi,* pholyphto-, polit(h)o- *codd.; inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PO 103 [cod. Paris.] poliptogum: hoc dicitur et psalterium [-ptychum *Lindsay*]). *N. H.*

polypticus *v.* polyptychus.

⁂**polyptōton,** *abl.* -ō *n., πολύπτωτον. scribitur* pol(l)i- *hic illic in codd. rec.; trad. litt. gr. l. 54 sq. al., e suppl.* EXPLAN. in Don. l. 248, *restit. ab ed. l. 51. 58.* GLOSS. V 93, 24 -on: diversis et pluribus casibus variata oratio.

t. t. rhet. significans figuram, qua repetitur idem (pro) nomen mutato casu sim. (*de re v. Lausberg, Handb. der lit. Rhetorik §640 sqq.*): RVT. LVP. 1, 10 *-ov* (-on *codd.*): hoc schema solet complures sententias, alio atque alio modo ut pronuntientur, efferre; Cleocharis: '... hic est ...; hunc ...; huic ...; ab hoc *eqs.*'. QVINT. inst. 9, 3, 37 ex casibus modo hoc schema, quod *-ov* vocant, constat, ex aliis etiam modis (*affert Cic. Cluent. 167*). AQVILA rhet. 37 p. 33, 23 *-ov,* ex pluribus casibus: hanc figuram ex eo nominaverunt, quod, cum saepius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus casuum aut generibus aut numeris immutatur (*inde* MART. CAP. 5, 535 *-ov* [-on *codd.*]). SACERD. gramm. VI 455, 22 (= CHAR. gramm. p. 371, 4) de -o: -on est oratio per plures variata casus, ut: 'litora litoribus contraria *eqs.*' (*Verg. Aen. 4, 628 sq.; idem exemplum apud* DON. gramm. mai. 3, 5 p. 666, 4 -on est multitudo casuum varietate distincta. DIOM. gramm. I 447, 20 [*insuper affertur Ter. Ad. 455 sqq.*]. *al.*). CARM. de fig. 106 *-ov*: multiclinatum ..., variantibus *casibus* quod fit. *al.* *Reineke.*

polyptychus, -a, -um, *πολύπτυχος. scribitur in codd. vel tab. vet.* -lyptic- COD. Theod. 11, 26, 2. 11, 28, 13. PAP. Tjäder 31 II, 10 (*a. 540*), -leptic- TAB. Albertini 26, 7 (*saec. V ex.*), -lypthic- PAP. Tjäder 10 IV, 10 (*a. 489*), -lyptych- *non nisi raro in codd. rec. adi. non exstat nisi* GLOSS. *l. 71; subst. masc.* -us *legitur exemplis certis p. 2585, 5. 15 sq., neutr.* -um (*quod exspectes sec.* diptychum) *non nisi* GLOSS. *l. 72.* GLOSS. -us liber: vita ⌊urbana⌋ (⌊ ⌋ *fort. subest confusio quaedam c.* politicus, *quod trad.* GLOSS.^{L} III Abol. PO 11). -um est multorum descriptio. [*confunditur c.* politicus CASSIOD. var. 5, 39, 2; *falso restit. l. 42.*]

i. q. multiplex, non nisi usu pro subst. (v. l. 68); indicatur liber multarum tabularum vel foliorum (*qui continet fere rationes rerum ac-*

[N.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceptarum, debitarum sim.): **1** *de tabulis in vita civili adhibitis* (*fere respicitur census, exactio tributi sim.; in vita privata fort. l. 15*): VEG. mil. 2, 19, 2 res annonaria vel civilis -is *diligenter* adnotatur. COD. Theod. 11, 26, 2 acceptae ... securitates et regestae -is (*explicat* INTERPR. ut post emissas securitates iterum ⌊-os⌋ et securitates incipiant postulare *exactores* [*an* -os ⟨facere⟩ *sim. scribas?*]. *ibid.* si securitates ratiociniis publicis vel in -is exactorum continentur). 11, 28, 13 secundum fidem -orum per provinciam ... *tot* iugera ... constat adscripta. PAP. Tjäder 10 IV, 10 (*a. 489*) rogamus, uti iubeatis a -is publicis nomen prioris dominii suspendi et nostri dominii adscribi ([*cf. ibid. V, 3* vasariis publicis]. 31 II, 10 [*a. 540*] nomen ... meo de -is p. eximi faciatis et nomen ... emptoris in loco prosterni faciatis. CASSIOD. var. 5, 39, 2 [*de exactionibus pravis*] non -is publicis ..., sed arbitrio conpulsorum suggeruntur provincialium subiacere fortunae). TAB. Albertini 26, 7 (*tab. venditionis; saec. V ex.*) secundum quod est in conditionem quod in -os clarit, fici arbores *tot eqs.* CASSIOD. var. 5, 14, 9 ut omnibus ... compertis -i (-is *coni.*) iubeantur adscribi. **2** *de tabulis ad administrandam ecclesiam pertinentibus*: EPIST. pontif. 1055 Conc.^{S} IV 2 p. 109, 18 ex codicibus et ex antiquis -is scrinii sanctae sedis apostolicae relecta sunt aliqua, quibus evidenter ostenditur nihil eorum, quae in vestra posuistis epistula, causae trium capitulorum convenire. GREG. M. epist. 2, 50 l. 34 *fratrem* in gratia familiariter recepi, coram clero -um deduxi, presbiterium ei auxi. 9, 200 l. 8 quia notitia eiusdem donationis non esset de -is caraxata. *N. H.*

pōlypus, -pī *vel* -podis *m.* *a πώλυπος sim., sc. forma dorica vocis q. e. πο(υ)λύπους* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 76. 456*). *scribitur etiam e. g.* pul(l)- VINDIC. gyn. 24 rec. D. *al.*, -lip- ORIBAS. syn. 4, 2, 3 Aa p. 6. *al.*, -lipp- CHIRON 551 (*cod. Monac., quater*). ORIBAS. eup. 4, 46, 4 Aa p. 562. *al.*, -limpus NOT. Tir. 113, 2. *de genere v. l. 45.* *de formis: longe praevalent formae II^{ae} decl., quae infra sub II solae occurrunt; inveniuntur formae III^{ae} decl., sc. gen. sing.* -dis, *nom. et acc. plur.* -des, -das, *apud* SCRIB. LARG. *sub IB, deinde raro sub IA, sc. l. 60. 69. 73. p. 2586, 6. al. apud* ORIBAS. *de mensura*: pōl- *ubique apud poetas.* *legitur sub I inde a* PLAVTO, ENN., *sub II inde a* CATONE, HOR., CELSO *maxime apud medicos.* [*passim in linguis roman. praeter val. et magna cum varietate: it.* polpo, *francog. mer.* purpre, poupre, *med. et rec.* poulpe, *hisp., port.* pulpo; *e contaminatione c. voce* pulpa (*q. v.*) *orta sunt sard. centr.* pulpu, *mer.* pruppu. *cf. M.-L. 6641. Battisti-Alessio IV 3006. Wartburg IX 140. C. S.*]

i. q. πολύπους (*cuius vocis formae variae ubique in gr. respondent*): **I** *significantur animalia*: **A** *usu communi adhibetur de genere piscium* (*apponitur* piscis *l. 44,* navigator PLIN. nat. 1, 9, 47, femina 9, 164; *ad rem v.* PLIN. nat. 9, 85 sqq. *et Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 204*): **1** *proprie*: **a** *in comparationibus*: **α** *cum hominibus, deis*: PLAVT. Rud. 1010 adfligam ad terram te itidem ut piscem soleo -um. LVCIL. 862 iam edet haec se, ut -us, ipsa (*vix recte genus fem. agnoscit* NON. p. 220, 2). OV. met. 4, 366 *nympha iuvenem amplectitur* ut ... deprensum -us hostem continet ex omni dimissis parte flagellis. **β** *cum arboribus, herbis* (*adde p. 2584, l. 3*): PLIN. nat. 12, 37 *arbores* radicibus nudis -orum modo amplexae steriles harenas. 25, 70 folliculis ... inplexis veluti -orum cirris (26, 58 *v. p. 2584, 6*). **γ** *cum rebus*: PLIN. nat. 29, 53 ovum *serpentium* ... crusta cartilaginis velut acetabulis bracchiorum -i crebris insigne (cartilagineis *et* insigni *Detlefsen*).

b *respicitur usus*: **α** *in cibis*: ENN. frg. var. 43 (*inter varios pisces*) -us Corcyrae. CIC. fam. 9, 16, 8 apponere ... -um miniati Iovis similem. BARNAB. 10, 5 *Moses* 'non manducabis', inquit, 'murenam nec -um nec sepiam': non, inquit, similabis adhaerens ... hominibus *impiis.* APIC. 9, 5 (*bis*). *apud medicos*: CELS. 2, 28, 2 (*inter alimenta, quae* minime intus vitiantur) lolligo, locusta, -us. MARCELL. med. 27, 28 *torminosis prosunt* -i assati. HIPPOCR. vict. 2 l. 298 -i ... et saepiae ... oculis caliginem incutiunt. ORIBAS. eup. 4, 107, 1 Aa p. 614 -des *ad venerem excitant.* syn. 4, 2, 3 Aa p. 6 -i. *al.* **β** *in medicamentis*: PLIN. nat. 32, 121 sanguinem fieri piscium cibo putant, sisti -o tuso inlito (*inde* PLIN. med. 3, 2, 2). MARCELL. med. 26, 94 -um marinum ... exustum in pulverem rediges. *ibid. iterum.*

c *cetera exempla*: VARRO ling. 5, 78 *nonnulla aquatilia in terram exeuntia appellantur* graecis vocabulis, ut -us *eqs.* OV. hal. 32 scopulis ... -us haeret, et hac eludit retia fraude *eqs.* PLIN. nat. 9, 40 alia *aquatilia* nulla *cute teguntur,* ut -i. 9, 83 mollia sunt lolligo, saepia, -us *eqs.* (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 2, 2 [*inter* malacia] sepiae et -des *eqs.*). *et saepius.* SOL. 30, 26. AMBR. hex. 5, 2, 5 (*inter* piscium genera) sepias, -os, liostraca *eqs.* 5, 8, 21 fraudulentum illud -i ingenium ..., qui ... colorem *petrae* subit *ad pisces capiendos* (*sim.* EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 10 calliditatem fraudulenti furacisque -dis). POL. SILV. chron. I p. 544, 12. ISID. orig. 12, 6, 44 -us, id est multipes; plurimos enim nexus habet. GLOSS. -us: *πολύπους. ὀκτάπους.* genus piscis. *al. in* GLOSS., *v. etiam vol. IV 1205, 41.*

2 *transfertur ad homines, sc. rapaces, fraudulentos sim.* (*cf. e. g. p. 2585, 55 sq. 71 et v. Otto, Sprichw. n. 1446*): PLAVT. Aul. 198 ego istos novi -os, qui, ubi quicquid tetigerunt, tenent. AMBR. hex. 5, 8, 21 (*antea p. 2585, 71*) cavendi sunt, qui ... speciem induunt multiformem; isti enim -i sunt nexus plurimos habentes *eqs.* CONC.^{S} I 5 p. 171, 1 nullum tempus nos ... commutavit nec -das aut chamaeleontas ostendit *eqs.* (*aliae verss. Conc.^{S} I 4 p. 150, 16 et IV 1 p. 134, 25* multipedes).

B *usu deflexo adhibetur de bestiola quadam* (*affertur ut vox gr.*): SCRIB. LARG. 39 *ad aurium dolorem bene faciunt* bestiolae multorum pedum, quae tactae complicant se in orbem ...; catoecidius onus (*i. κατοικιδίους ὄνους*) aut -das Graeci hoc genus animalium vocant (*inde pendet* MARCELL. med. 9, 33).

II *significatur tumor, caruncula in naso* (*definitur l. 16*): **A** *respicitur natura vel curatio morbi:* *in hominibus*: CATO agr. 157, 15 si -us in naso introerit, brassicam ... admoveto ...; in triduo -us excidet. *ibid.* radices -i. CELS. 6, 8, 2^{A} -us ... est caruncula ..., quae narium ossi inhaeret *eqs.* 7, 10. SCRIB. LARG. 51 ad -os misy usti *eqs. al.* PLIN. nat. 24, 146 (*inter* ulcera) phagedaenae ..., -i in naribus. 26, 58 farina *polypodii* indita naribus -um consumit. VINDIC. epist. ad Valent. 9. THEOD. PRISC. eup. faen. 42 (*disting.* ozaena *ut*: CASS. FEL. 31, 1 [*unde perperam* GLOSS. III 604, 22 -um: ozenas]. *al.; v. vol. IX 2, 1214, 23 sq. 27. 30 sq.*). SORAN. p. 116, 17 ferramento illo, quo -os tollimus. ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 909 *trochiscus quidam* facit ad ... syringia et -us. *al.* *in animalibus* (*v. etiam p. 2584, 28 sqq.*): CHIRON 343 ipse -us (poliposus *cod. Basil.*) est magnitudine mor(a)e pusill(a)e (mori pusilli *Oder*). 521, 22 (*ex ind. capp.*) de -o in naribus. 551 *saepius* (*inde et* VEG. mulom. 2, 38). **B** *cetera exempla*: HOR. epod. 12, 5 odoror, -us an gravis hirsutis cubet hircus in alis (*cf.* PORPH. non in alis, sed in naribus. SCHOL. putorem narium. *alii locum de foetore subalari quasi piscium accipiunt, ut ad IA pertineat; sed v. Watson, comm. 2003, ad l.*). sat. 1, 3, 40 vitia *amicae* ... delectant, veluti Balbinum -us Hagnae.

deriv.: polyposus.

?**polyr⟨ē⟩nas** *v. p. 2578, 64.* *Grossardt.*

polyrr(h)izon, (-ī) *n. et* **polyrr(h)izos,** (-ī) *f.* (*v. sub 2*), *πολύρριζος, -ον* (*quod gr. resp.*). *scrib. in codd.* -li-, -(r)ri-, -rhi- *sim.* *nom.* -on *l. 41. 48 sq.*, -os *l. 44 (?). 47 sq., ceterum acc.* -on. [*restit. l. 44?*]

(cog)nomen herbarum variarum (sc. multis vel densis radicibus praeditarum; ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 205); respicitur: **1** *elleborus niger*: PLIN. nat. 25, 51 *elleborum* nigrum alii encymon vocant, alii -on. DIOSC. 4, 157 p. 74, 3 *elleborum nigrum* -on aut melanpolion dicunt (*gr. 4, 162, 1 πολύρριζον*). GLOSS. III 574, 10 -on: e⟨lle⟩borus niger. **2** *genus aristolochiae, q. e. 'Aristolochia pistolochia' L.* (*adhibetur pro cognomine iuxta fem.; fort. huc pertinet* GLOSS. III 573, 70 polistezos: arestolozia): PLIN. nat. 1, 25, 54 lochia -os, quae malum terrae *vocatur.* 25, 96 est et *aristolochia,* quae plistolochia vocatur ..., densis radicis capillamentis ...; hanc quidem -on cognominant (25, 98 [*antea*: venenum terrae] quae -os cognominatur). **3** *'Ruscus aculeatus' L.*: PLIN. nat. 27, 126 -on folia habet myrti, radices multas *eqs.* (*inde* 1, 27, 103 -on). **4** *genus pteridis, q. e. 'Polystichum filix mas' Roth.*: DIOSC. 4, 179 p. 89, 12 dipteris, quem multi ... -on dicunt (*gr. 4, 184 πολύρριζον*). *Ottink.*

polysarcia, *acc.* -an *f., πολυσαρκία.* *significatur vitium corporis superflua carne constans* (*litt. gr. ubique ed. Amman*): CAEL. AVR. chron. 5, 11 tit. de superflua carne, quam Graeci -an vocant. 5, 11, 129 superflua carnis incrementa, quae Graeci ob nimietatem -an vocaverunt. 5, 11, 131 -a⟨n⟩ ... recte cachexian nuncupamus. *inde restit.*: ISID. orig. 4, 7, 28 ⌊⟨poly⟩sarcia⌋ est superfluum carnis incrementum, quo *eqs.* (⌊ ⌋ *Fischer in plagulis*; sarciam, sarcina *var. ll.*). *M. H.*

polysēmus (-os) *adi., πολύσημος.* *scrib.* -li- *hic illic in codd.; nom. fem.* -os *v. l. 65.* [*interpol. in aliquot codd.* SCHOL. Stat. Theb. 1, 104. 2, 108.] *i. q. multas significationes habens*: SERV. Aen. 1, 1 ('cano') -us sermo est; tria enim significat, aliquando 'laudo' ..., aliquando 'divino' ..., aliquando 'canto' (1, 82. 1, 214 significat enim et ... et ... et *eqs.* 6, 300 auct. Aen. 8, 587. *addas l. 66*). 4, 231 ('prodere') est in infinitum haec glossula (lexis *var. l.*) -os. 6, 302 ('subigit') et est -us (auct. -us sermo). GLOSS. V 584, 10 emblema -um (-lisen- *trad.*) nomen est, nam uno sensu dicitur ..., secundo ..., tertio *eqs.* *Ottink.*

polysigma *n., πολύσιγμα* (*quod gr. alibi non invenimus*). *significatur homoeoprophoron, quo littera 's' saepe repetitur*: MART. CAP. 5, 514 *compositionis vitium est* labdacismos, homoeoprophora, ⟨dysprophora⟩ et -a non vitare vel cuiuslibet litterae assiduitatem in odium repetitam. *ibid.* -a, ubi 's' littera crebrius geminatur.

polyspastos *adi., πολύσπαστος.* *scrib. et* poli- *in codd.* *i. q. multis orbibus tractus, non nisi neutr. pro subst. de machina tractoria* (*cf.* pentaspastos; *ad rem v. ed. Callebat-Fleury p. 92 sq. 102 sq.*):

[M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VITR. 10, 2, 10 hoc genus machinae (*sc. 8 sq. descriptum*) ⌊-on⌋ appellatur, quod multis orbiculorum circuitionibus *a fune percursis* facilitatem ... praestat *in onere ad summum perducendo* (⌊ ⌋ -spasion *codd.*). 10, 11, 1 aliae *ballistae* ... vectibus, suculis, nonnullae -is, aliae ergatis quaedam ... *tympanis* torquentur. *M. H.*

polysyllabus, -a, -um, *πολυσύλλαβος.* GLOSS. -is: multis syllabis. *i. q. ex compluribus syllabis consistens: adi.*: CHAR. gramm. p. 63, 16 sq. tractabimus ... nomina -a, -orumque quaestiones (DIOM. gramm. I 306, 9 quae *n.* ..., sive monosyllaba sive -a sint, *eqs.*). POMP. gramm. V 232, 30 tunc sunt productae *partes orationis,* quando sunt monosyllabae; cum autem coeperint esse -ae, fiunt breves (*antea*: 'do' producta est, 'reddo' correpta est). *neutr. plur. pro subst.* (*sc. nomina vel verba; adde l. 8*): SERV. georg. 1, 96 'Ceres' nomen est, quod ⌊in -is⌋ in nominativo singulari producit ultimam, cum in obliquis corripiat ([⌊ ⌋ *an* solum in -is *coll.* auct. georg. 1, 147*?*]. Aen. 6, 791 litterae ... naturam servari et in -is convenit. gramm. IV 452, 9 PS. PRISC. gramm. III 527, 11. 36. 528, 4). gramm. IV 437, 24 ipsa *monosyllaba ut 'do',* si fiant -a ut 'reddo' ..., corripiuntur (*cf. l. 11*). *Baraz.*

polysyndetos, -on, *πολυσύνδετος* (*quod apud Graecos non invenimus praeter Eustath. comm. Il. 4, 722, 7*). *scribitur litt. gr. apud* QVINT., DON. Ter., CARM. de fig., SERV. auct. *formae non nisi sing.; abl.* -o *l. 34 et* DIOM. gramm. I 447, 32. [*confunditur in codd. c.* -synthetos DON. gramm. mai. 3, 5 p. 663, 9. 666, 11 (*restit. l. 27 et e coni. dub. l. 46; cf. etiam l. 33*).]

t. t. rhet., i. q. multis coniunctionibus colligatus, conexus (*saepe opp.* asyndeton, *e. g. l. 31*): **1** *neutr. pro subst.* (*sc.* schema *subaudiendum?*): RVT. LVP. 1, 14 ⌊-on⌋: hoc schema efficitur, cum sententiae multorum articulorum convenienti copia continentur (⌊ ⌋ -theton *trad.; inde* CARM. de fig. 52 *-ov*: multiiugum dico, articulis quod pluribus iungo). QVINT. inst. 9, 3, 50 contrarium [ut] est schema, quod coniunctionibus abundat: illud *ἀσύνδετον,* hoc *-ov* dicitur; sed hoc est vel isdem saepius repetitis ⌊...⌋ vel diversis (⌊ ⌋ *affert Verg. georg. 3, 344, ut*: DON. Ter. Ad. 301, 2 *-ov* secundum [*Steph., ἀσύνθετον vel* asyntheton *codd.*]. DIOM. gramm. I 447, 32. *v. etiam l. 49*). SACERD. gramm. VI 455, 31 de -o; -on est oratio plurimis coniunctionibus copulata (*affert Verg. Aen. 2, 262 sq., ut*: DON. gramm. mai. 3, 5 p. 666, 11 CHAR. gramm. p. 371, 13. EXPLAN. in Don. 1. 254 [*e suppl.*]. POMP. gramm. V 304, 22 sqq.). DON. gramm. mai. 3, 5 p. 663, 9 (*inter schemata lexeos ut*: CHAR. gramm. p. 368, 23 DIOM. gramm. I 443, 19 POMP. gramm. V 300, 34). **2** *pro adi.*: SERV. auct. Aen. 11, 634 ('armaque corporaque') versus *-os.*

polysynthetos, -on, *πολυσύνθετος* (*quod gr. hoc sensu non legitur*). [*confunditur maxime c.* -syndetos, *v. l. 22.*]

t. t. rhet., i. q. multis coniunctionibus compositus (*usus e confusione quadam c. voce q. e.* polysyndetos *ortus vid.*): **1** *pro adi.*: SCHOL. Stat. Theb. 6, 860 'frontemque humerosque latusque' ⌊-a⌋ sunt (⌊ ⌋ *sc. verba?* -deta *edd.*). **2** *neutr. pro subst.* (*sc. schema? cf. l. 26*): CASSIOD. in psalm. 40, 3 l. 94 animadverte quoties in hoc versu 'et' posuit, ut figuram -on coniunctionis huius frequenti iteratione monstraret (82, 9 l. 116). ISID. orig. 1, 36, 19 dictio multis concatenata coniunctionibus (*affert Verg. georg. 3, 344; cf. l. 32 sq.*). *Schrickx.*

[polytecnia *olim legebatur e coni.* FVLG. myth. 1, 3 (*v. p. 2534, 28*).]

polytelēs, (-es) *adi., πολυτελής. significatur homo, qui pecuniam multam expendit* (*cf. e. g. Apic. 1 tit.* epimeles): APIC. ind. libr. 7 (= 7 tit.) -es (*cf.* SVBSCR. Apic. 7 explicit Apici -es liber VII). *Bl.*

polythrix *f., acc.* -tricem *m.* (*v. l. 59*), *πολύθριξ. scrib. et* -trix *in codd.* **1** *nomen herbae, q. e. polytrichon* (*q. v.*): PLIN. nat. 25, 132 -x (-tria *codd.*) distat a callitriche, quod *eqs.*; defluentem capillum confirmant et densant. 26, 124 *morbo regio medetur* -x in vino data. 26, 147 -x inveteratis *ulceribus est utilis.* ANON. med. ed. Piechotta 166 -em tunsum. **2** *nomen gemmae cuiusdam* (*utrobique* -trichos *ed. vet.*): PLIN. nat. 37, 190 (*inde* 1, 37, 73) -x in viridi capillaturam ostendit, sed defluvia comarum facere dicitur (-cromum, politonium *var. ll.*).

polytrētos *adi., πολύτρητος. i. q. multis locis perforatus, multa foramina habens*: CASS. FEL. 48, 18 *per* tibiam iniectoriam multis cavernulis perforatam, quae appellatur -os (*pro subst.?*). *huc pertinere vid.* GLOSS. III 184, 22 politriton: spungie. 572, 48 politrus: spongia.

⁂polytric(h)on (-um), -ī *n. et* polytrichos (-cus), -ī *m., πολύτριχον. scribitur in codd. plerumque* pol(l)i- (*rarius* pole-, pele- [*cf. l. 75*], puli-) *et* -tric-, *sed* -trich- *p. 2588, 8. 16. 17. 23* (*ed. p. 2588, 9. 11. 15. 18*). *de genere et formis (sing. tantum): neutr. vel masc.: nom. (neutr.), acc.* -on *non nisi p. 2588, 9. 11. 17. 20 et in* GLOSS., -um *p. 2588, 13 sq. 22 (excipitur per pron. masc.). al.; nom. masc.* -os, -us *p. 2588, 1. 23. 28. 30 (cf. l. 60); gen.* -u *p. 2588, 26* (*fort. p. 2588, 28*), -i *p. 2588, 15 sq. 18; dat., abl.* -o *p. 2588, 8. 24. fem.* -a(e) *v. l. 75. p. 2588, 15. de notione*: GLOSS. III 548, 44 -a: capillo venere (572, 40 peletrico. 573, 43 -us. *al.*). 548, 47 -um: coriandrum agreste. 549, 5 aganteos (*i.* adiantos) sive -trisco i. ⌊leucis⌋ (*subestne forma nominis q. e.* filix*?*). 585, 26 -on i. adiantus vel capillaris (627, 62 -on idest a. (idest) felce [*i.* filix], qu(a)e in arbore est. *al.*). *sim. al.* [*falsam var. l. pro* pelecinum *v. p. 995, 20.*]

nomen herbae (*respicitur fere 'Adiantum capillus Veneris' L. sive 'Asplenium adiantum nigrum' L., sed l. 11 et fort. l. 16 'Asplenium trichomanes' L.; v. André, Les noms de plantes, 1985, 205 et eund., l. 12*): PLIN. nat. 22, 62 sq. (*inde* 1, 22, 30 adianto ... sive -cho) *adianton* quidam callitrichon vocant, alii -chon (-cum *codd.*), utrumque ab effectu: tinguit enim capillum ..., et defluere autem prohibet; (63) duo genera eius: candidius et nigrum breviusque; id, quod maius est, -chon (-con, -cron *codd.*), aliqui trichomanes vocant; utrique *eqs.* (*ad loc. v. ed. André, 1970, 97 sq.*). PS. APVL. herb. 51 tit. herba -um (l. 3 ad coli dolorem: h. -um ...; facit et ad capillos mulierum nutriendos. *ibid.* adn. 4. THEOD. PRISC. eup. faen. 9 -chi herbae radices pondo duo, flores eius *eqs.* [-ci, -cae *codd.*]. PS. THEOD. PRISC. add. p. 268, 8 -chi h.). 51 l. 8 a Graecis dicitur adianton, alii -um, alii tricomanes *eqs.* herb. interpol. 47 adn. 6 -chon (*v. p. 2522, 41*). THEOD. PRISC. eup. faen. 10 *ad defectum capillorum* ⌊-chi⌋ unc. I ...; omnia tunsa et cribellata commiscebis (⌊ ⌋ -ci *codd.*, -i herbae *var. l.*). DIOSC. 4, 129 p. 60, 10 adianton aut -on folia habet coriandro similia ...; virtus est foliis ipsius elixis et aqua ipsa bibita *aegrotis* ... medicari *eqs.* (*gr. 4, 134, 1 πολύτριχον, quod resp. etiam* ALEX. TRALL. 1, 6 -um ..., quem ... adianthos vocant [*gr. I 451, 10*]). PS. DIOSC. herb. fem. 14 -chos vel callitrichos ... nec ⌊florem⌋ ⟨nec⟩ semen habet, radix inutilis *eqs.* (⌊ ⌋ *cf. l. 15*). 58 centimorbia ... -o similis. ORIBAS. eup. 1, 9, 3 Ab p. 412 (*item* Li) *ad urinam movendam fortius est* -um (*vertitur gr. ἀδίαντον ut*: 4, 100, 6 Aa p. 611 -u fasciculum [-um La p. 612]. syn. 7, 6, 6 Aa p. 137 ⌊-u(m) siccu(m)⌋ trita pulvera [adiantu sicci pulver *La; an* ⌊ ⌋ *pro* -u sicci*?*]. 7, 29, 3 Aa p. 169 -us [adiantus *La,* policonus *Ab*]. 7, 42, 5 Aa p. 184 -u(m) teris [adiantum *La*]. 8, 24, 8 Aa p. 242 -um. 9, 24, 3 Aa p. 324 -us [*aliter La*]). syn. 8, 23 add. Aa p. 241 murra *tantum* ..., -u(m) *tantum.* MISC. Tir. p. 56, 1.

polytrix *v.* polythrix. *Duursma - M. H.*

polytrophus, -a, -um, *πολυτρόφος. scribitur in codd. plerumque* poli-, -of- *vel* -pus; *restituitur l. 36. i. q. multum nutriens*: THEOD. PRISC. log. 116 p. 219, 3 a carnibus -is ... continendum (-tros-, -stro- *var. ll.*). ORIBAS. syn. 4, 12, 1 La p. 10 ⌊-a⌋ porcorum ... omnium ciborum animantium (⌊ ⌋ politron fason *cod., restit. sec. gr. 4, 12 tit. ὅσα πολυτρόφα* [*cf. 4, 12, 1 σάρκες ... τροφιμώταται*]; *Aa* maiorem praesta⟨t⟩ nutrimentum). 4, 12, 15 Aa p. 11 *ea* et sanguinem faciunt et -a sunt (La p. 12 pullitrafa; *gr. πολυτρόφα*). 6, 29, 9 Ab p. 115 aut si pigrior fuit ..., aut si ⌊cibus⌋ usus est amplius homo aut ⌊-us⌋ est (⌊ ⌋ *i.* cibis ... -is; *La* multum edens; *gr. σιτίοις ... πλείοσιν ... ἢ πολυτρόφοις*).

polyzōnos (-us) *m., πολύζωνος* (*in gr. non nisi Orph. lith. 44 tit.*). *i. q. multas zonas habens; est nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 189 -os [in nigro] multis distincta lineis candicat (*inde* 1, 37, 73 -os). DAMIG. lapid. 55 -us (-ius *var. l.*) lapis, hic est niger, habens in semetipso zonas albas. *M. H.*

*?***pom.** *vox dub. trad. incertae significationis*: CARM. Sal. Varro ling. 7, 26 †vet -m melios eum recum (*sunt, qui conferant Fest. p. 205* po, *v. supra p. 2478, 22*).

pōma *v.* pomum.

pōmārārius, -ī *m. a* pomarius. *i. q. pomorum venditor, pomarius*: CIL VI 37819 (*saec. IV/V*) -i se vivi fecerunt.

pōmārēnsis, -e. *a* pomarius. *i. q. pomarium colens, ut vid. (nisi de incolis loci ignoti cogitandum); non nisi masc. pro subst.*: INSCR. Année Épigr. 2000 n. 1253 (*e Dacia; saec. II/III*) genio collegi pomarens(ium). *ibid.* numini aeterno I(ovis) o(ptimi) m(aximi) cultores -ium Val(erius) Valerianus *eqs.*

pōmāriolum, -ī *n. a* pomarium (pomarius) *deminutive.* [*in regione gallorom. perstetisse vid., ut indicant locorum nomina* Pomayrols (*iam a. 961 inventa*) *et* Pommeroux. *cf. Wartburg IX 159, adn. 21. C. S.*]

i. q. parvum pomarium: CIL X 3594 (*post a. 71*) si in hoc munimento sive -o aliquis exterum ponere voluerit (*de re cf. p. 2589, 39 sqq.*). PEREGR. Aeth. 3, 6 statim sancti monachi ... arbusculas ponunt et -a instituunt. *N. H.*

pōmārius, -a, -um. *a* pomum. *i. q. ad pomum pertinens: de locis*: CATO agr. 48, 1 -um seminarium ad eundem modum atque oleagineum facito. PEREGR. Aeth. 15, 2 *pervenimus* ad hortum -um valde amenum (15, 6 *monachi* monasteria habebant in ipso h. -o). *de specula*: VET. LAT. Mich. 1, 6 (cod. 175) ponam Samariam in ⌊speculam -am⌋ agri et plantationem vineae (-am *addit man. sec.,* ⌊ ⌋ *gr. ὀπωροφυλάκιον, Vulg. aliter; cf. p. 2589, 63*). *de arbore*: HIER. reg. Pachom. p. 35, 7 (*rec. brev.*) qui super arbores -as et super vineas sunt.

n. pro subst. **⁂pōmārium** (-mēr-), -ī (*masc. p. 2589, 5*). *scribitur* -mer- VVLG. Dan. 13, 4 (-mar- *cod. Amiat.*). 13, 7 (*et novies in eodem*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

capite). AVG. c. acad. 2, 2, 6. PS. AVG. serm. ed. Mai 1, 2 (*in cod. saec. VI/VII*[1]; -moer- *loco gemino* 72, 2). 57, 1 CAES. AREL. reg. virg. 73, 1. *cf. l. 12. 74.* *abbrev.* pomar CIL X 7893 (*aet. Hadr.*). VIII 10470 (*a. 227/235; in nomine oppidi ut*: 22621 [*a. 244*]). NOT. Tir. 105, 38 -um (130, 85). *genus masc. testatur* CHAR. gramm. p. 41, 19 hic -us, pluraliter haec -a, *traditur* GLOSS. III 300, 3 -us. *de notione v. l. 20. 73. p. 2590, 16 sqq. 22 sq.; cf. p. 2591, 9. 32.* *legitur inde a* CIC., VARRONE, HOR.; *abiit in sermonem gr. πωμάριον.* [*ven. et dial. vet. Ticini* pomero; *cf. nomina locorum it.* Pomaro *sim. et francog.* Pommier (*inde a saec. XII*) *sim., fort. etiam it.* pomaio, pomaro (*saec. XIV*). *cf. Battisti-Alessio IV 3009. Wartburg IX 159, adn. 21. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* pomerium HOR. carm. 1, 7, 14 HIER. reg. Pachom. 75 p. 35, 2 VVLG. eccles. 2, 5 DIFF. ed. Uhlfelder 66. *al.* (*in falsa var. l.* HEGES. 5, 36, 2 PRVD. perist. 11, 153 CLAVD. 28, 393 GLOSS. IV 378, 14; *cf. p. 2588, 75*).]

1 *i. q. locus consitus arboribus poma parientibus* (*vitibus l. 54, croco fort. l. 46. iuxta ponitur* hortus *e. g. l. 22. 48. 59,* hortulus *l. 50. p. 2590, 2* [*syn.*], vinea *e. g. l. 22 [disting.]. 51. 59. 64; in iuncturis de -is instituendis, e. g.* -um facere VARRO rust. 1, 37, 4 PALLAD. 3, 19, 1 VVLG. eccles. 2, 5, serere SEN. epist. 122, 8, conserere COLVM. 5, 10, 18 TAC. Germ. 26, 3 VVLG. eccles. 2, 5; *cf.* GLOSS. -um: *ὀπωράριον. παράδεισος*): **a** *usu communi de ipso horto*: **α** *exempla varia*: CIC. Cato 54 *non* segetibus solum et pratis et vineis ... res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et -is. VARRO rust. 1, 2, 6 non arboribus consita Italia, ut tota -um videatur? 1, 2, 10 huiusce *Scrofae* ... -i summa sacra via, ubi poma veneunt contra aurum, imago. 1, 23, 4 ea discriminanda in conserendo, quae sunt fructuosa propter voluptatem, ut quae -a et floralia appellantur. *al.* HOR. carm. 1, 7, 14 me ... percussit ... Tiburni lucus et uda mobilibus -a rivis. PROP. 3, 2, 13 *non* mea Phaeacas aequant -a silvas (*cf.* STAT. silv. 1, 3, 81 quid bifera Alcinoi laudem -a? MART. 8, 68, 1 Corcyraei ... -a regis. PROB. Verg. georg. 2, 87 'Alcinoi silvas' dicit, quia refert Homerus eum habuisse -um incredibili superbia). OV. epist. 4, 29 plenis -a carpere ramis. NVX 111 Hesperii regis -a tuta fuissent, una sed inmensas arbor habebat opes (*item de horto Hesperidum*: MART. 10, 94, 1 non mea Massylus servat -a serpens. PROB. Verg. georg. 1, 205 draco existimatur Ladon Hesperidum -i custos. SCHOL. Stat. Theb. 2, 280 in Aethiopia speciosissimum -um Atlantis fuit. *cf. l. 74*). SEN. epist. 122, 8 non vivunt contra naturam, qui -a in summis turribus serunt? COLVM. 5, 10, 18 ut quam generosissimis piris -a conseramus. CIL VI 15526 (*non post imp. Ner.*) hanc casam cum agro et [et] pomaris ... consecravi custodiam sepulchr⟨i⟩ (*item c. respectu sepulchri*: TEST. [CIL XIII 5708] 1, 11 colaturq(ue) id aedificium et ea -a. 1, 20 si quis alius aliave unquam in iis -is ... combustus sepultusve ... [22] propiusve iis -is *tot pedes erit. cf. p. 2590, 2*). MART. 6, 16, 3 iugera sepositi pauca tuere, *Priape,* soli; sic tua non intrent vetuli -a fures, sed puer et ... pulchra puella (*cf.* PRIAP. 71, 1 si commissa meae carpes -a curae, dulcia qui doleam perdere, doctus eris. 72, 1 tutelam -i, diligens Priape, facito). 8, 14, 1 pallida ne Cilicum timeant -a brumam, ... hibernis obiecta Notis specularia puros admittunt soles (*obscurum, qui sit fructus; sunt, qui crocum intellegant*). TAC. Germ. 26, 3 ut -a conserant, ut prata separent, ut hortos rigent. LEX Manc. (CIL VIII 25902) 2, 13 sq. FRONTO p. 4, 14 non aeque adolescunt in -is hortulisque arbusculae manu cultae rigataeque ut illa in montibus aesculus. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 vineae, -a, horti. VET. LAT. psalm. 78, 1 (cod. 303) posuerunt Hierusalem sicut ⌊casam -i⌋ (⌊ ⌋ *gr. ὀπωροφυλάκιον, cod. 300. al. et Vulg.* pomorum custodiam). cant. 1, 5 (Ps. Cypr. mont. 7) posuerunt me velut custodiam -i (*gr. ἐν ἀμπελῶσιν, cod. 169. al. et Vulg.* in vineis). Mich. 3, 12 (Gild. Brit. 86 chron. III p. 74, 6) Hierusalem sicut ⌊specula -i⌋ erit (⌊ ⌋ *gr. ὀπωροφυλάκιον, Vulg. aliter*). INSCR. Année Épigr. 1975 n. 883 (*saec. III*[2]) in eodem f(undo) ... -um cum tric⟨hilis⟩, ... vin⟨eas⟩ novellas ... ⟨in⟩stituit. PEREGR. Aeth. 9, 4 iter fecimus ... inter vineas ..., et inter -a ... et hortos p⟨lu⟩rimos iter habuimus totum. 15, 6 accipientes de presbytero eulogias, *i. cibum,* id est de -o sancti Iohannis Baptistae (*de eodem horto cf. p. 2588, 68*). SCHOL. Stat. Theb. 3, 511 *Ascalaphus* dixit Proserpinam e -o Ditis e malo punico gustasse tria grana. HIER. in Mich. 1, 6 l. 211 praeparari eam *civitatem* in -um plantationemque vinearum (*explicatur p. 2588, 71*). reg. Pachom. 75 p. 35, 2 de omnibus, quae in agro sunt vel in -is, nemo comedat separatim. VVLG. eccles. 2, 5 feci hortos et -a et consevi ea ... arboribus. Dan. 13, 4 erat ei *Ioachim* -um vicinum domus suae (*gr. παράδεισος*). SIDON. carm. 9, 162 -a divitis Calypso. 24, 69 quis -a prisca regis Indi hic nunc comparet? DRAC. laud. dei 1, 411 (*deus ad Adam et Evam*) sumere, quidquid habent -a nostra, licebit. *al.* *per synecdochen de fundo suburbano*: SYMM. epist. 7, 18, 3 quid in Tiburtibus -is litterarii operis exerceas? 7, 19 si ... iuvat aestivos dies in -is tuis ducere. **β** *illustratur saeptio -i sim.* (*cf.* GLOSS. II 379, 32 *ὁ ἐντὸς ἢ ἐκτὸς τείχους κῆπος*: -um [*subesse vid. confusio c.* pomerium]): OV. met. 4, 646 solidis -a clauserat Atlas moenibus (*cf. l. 35*). 14, 635 *Pomona* vim ... agrestum metuens -a claudit intus. TEST. (CIL XIII 5708) 2, 2 in iis -is et locis et saeptis eorum (*item pertinet ad sepulchrum*: CIL XIV 2139 hortulus sive -um, quod est maceria cinctum ..., ad hoc sepulchrum pertinet. *cf. p. 2589, 39*). COLVM. 5, 10, 1 modum -i ... circumvenire maceriis vel saepe vel fossa praecipio. 9 praef. 2 apibus ... dabantur sedes ... in protectis porticibus ac -is. *al.* CIL X 7893 (*aet. Hadr.*) templum et maceriem item pomar(ium) ... fecit idemq(ue) dedicavit. VVLG. Dan. 13, 17 *Susanna* dixit ... puellis: '... ostia -i claudite, ut lavem' (*gr. τοῦ παραδείσου*). INSCR. Ephem. Epigr. VIII p. 118 n. 453 (*prope lacum Fusarum*) ⟨p⟩omarium maceria ⟨clus⟩um est. *al.*

b *plur.* -a *adhibetur in nomine oppidi*: CIL VIII 21624 (*saec. II/III?*) Valentiae Ianuariae profetae -is defunctae. 10470 (*a. 222/235; in miliario, ut* 22621).

2 *i. q. oporotheca:* *apud auctorem*: PLIN. nat. 15, 59 de pomis servandis praecipitur -a in loco frigido ac sicco contabulari. *apud gramm. sim.*: CHAR. gramm. p. 140, 19 pometa dicuntur, ubi poma nascuntur, ut oliveta; -a autem, ubi servantur, ut panaria (*cf.* p. 177, 23 [*e Romano*] pometa, ubi poma gignuntur ..., -a autem, quo ponuntur, -a [-mer-*?*], in quibus continentur. DIFF. ed. Uhlfelder 160). DIFF. Suet. p. 307, 27 pometum est, ubi poma nascuntur, -um, ubi poma reponuntur, item pomerium locus circa muros est sacer dictus (*sim.* ISID. diff. 1, 465 DIFF. ed. Beck p. 76, 23). *al.*

3 *i. q. vas, quo poma conduntur*: DIFF. Suet. p. 286, 9 -a vasa dicimus, sicut olearia; pometa sicut oliveta (*sim.* DIFF. ed. Uhlfelder 66).

4 *per errorem i. q. specula pomaria* (*cf. p. 2588, 71. 2589, 63*): GLOSS. -um: *ὀπωροφυλάκιον.*

m. pro subst. **pōmārius,** -ī. *abbrev.* pomar *l. 32. 35; v. et l. 34.* GLOSS. -us: *ὀπωροπώλης.* pomorum venditor.

1 *i. q. homo poma praebens*: **a** *venditor*: HOR. sat. 2, 3, 227 *Nomentanus,* simul accepit patrimoni mille talenta, edicit, piscator uti, -us, auceps ... mane domum veniant. CIL X 3956 (*saec. Aug.*) P. Ateio P. l(iberto) Salvio patron(o) -o. IV 149 M. Cerrinium aed(ilem) -i rog(ant) (*item candidato favent*: 180. 183. 202. 206. 7261 Felix pomar(ius) rog(at). *ceterum de collegio fort.* 9685 [*in amphora*] c(ollegium) pomar(iorum) [*sic solvit Schubring,* C. Pomar(ius) *alii*]). VI 9822 (*saec. I*) C. Iulius ... pomar(ius) de circo maximo (9821 [*saec. I/II*] dis m(anibus) P. Corfidio ... -o de agger(e) a proseucha. *cf.* 9823 [*saec. I*] P. Herennius ⟨...⟩ -us a po⟨nte⟩ [*supplevimus exempli causa*]). INSCR. Epigraphica 42, 1980, 39 (*Corfinii; saec. I?*). **b** *minister*: HIST. AVG. Heliog. 27, 3 dulciarios ... tales habuit, ut, quaecumque coqui de diversis edulibus exhibuissent vel structores vel -i, illi ... de dulciis ... exhiberent.

2 *i. q. malus arbor (opp.* pirarius *passim): v. p. 2191, 12 sqq.*

deriv.: pomararius, pomarensis, pomariolum.

cf. Onom. (Pomarius). *Baraz.*

pōmātio, -ōnis *f.* *fort. i. q. collectio pomorum, sed est vox a* pomum *derivata ad illustrandam obscuritatem Aquilae hebr. ad verbum vertentis*: HIER. epist. 57, 11, 3 quis ... pro ... vino et oleo possit ... intellegere ... *ὀπωρισμόν, στιλπνότητα,* quod nos possumus dicere ... '-em' ... et 'splendentiam'?

*?***pōmātium,** -ī *n.* *a* pomum. GLOSS. -um: mollis et liquidus cibus ex pomis (-cium *Osbern. deriv. P lxiii 8; fort. medii aevi, sc. ex Osberno*).

[frondatur: **pomātur** GLOSS.[L] I Ansil. FR 208 (*corruptum*; putatur *Lindsay,* purgatur *Goetz; fort.* frondator: pomator, *sc. cultor pomiferum arborum coll. vol. VI 1, 1343, 83 sqq.*).]

[**pomēlida** *trad.* ISID. orig. 17, 7, 12 (*inde* -lia GLOSS.[L] I Ansil. PO 168 [hypomelis *ed.*]); *subest* hypomelis, *v. vol. VI 3, 3158, 16 sqq.,* ⟨i⟩pomelida *André, Rev. Phil. 53, 1979, 241 sqq.*]

[**pōmentum** *v. p. 2592, 49.*]

pōmerīdiānus, -a, -um *v. vol. X 2, 236, 68 sqq. 1848, 57 sqq.*

*?***pōmerīdiēs,** *acc.* -em *m.* *fort. retrograde a* po(st)meridianus *aut curtatum ab iunctura* post meridiem, *si quidem agnoscenda est vox*: QVINT. inst. 9, 4, 39 *antiqui saepe consonantes finales asperiores omiserunt*; inde 'belligerare', 'p[r]omeridiem' et ... 'dicae' ... m littera in e mollita (pos meridiem *Ritschl*). *N. H.*

1. ⊠**pōmērium,** -ī *n.* [*i. q. regio sim. sita 'post murum', cum nomine similiter formato* post-liminium *confirmetur* pō- *non e* prō- (*v. p. 2591, 13*), *sed e* post *ortum* (*cf. Norden, Aus altröm. Priesterbüchern, 1939, 166*); pō-m- < post-m- *ut in* pō-merīdiānus (*v. Leumann, Gramm. 1977, 209*); *denuo ambae partes formatione* post-moerium (*v. p. 2591, 2*) *magis perspicuae factae sunt* (posimirium *corruptum vid.*); -mēr- < -moir- *ab* r *effectum esse potest* (*v. Brugmann apud Walde-Hofmann II 334* [*aliter Solmsen*]). *notio originaria vocis illustratur potissimum locis, quibus per praepos.* post *indicatur 'praesidium vel occultatio post aliquid', e. g. Caes. Gall. 7, 83, 7 (vol. X 2, 176, 45. sim. al.); si res ita est,* -um *primitus 'regio intra moenia' fuit, quod postea non omnes intellegebant, ita ut usque in nostra tempora disputetur. Fo.*]

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de origine: VARRO ling. 5, 143 post ea, *sc. murum et fossam,* qui fiebat orbis, urbis principium; qui quod erat post murum, postmoerium dictum, eo usque auspicia urbana finiuntur (LIV. 1, 44, 4 sq. -um, verbi vim solam intuentes p. interpretantur esse; est autem magis circamoerium ...; [5] hoc spatium ... non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, -um Romani appellarunt. *cf.* PRISC. gramm. III 475, 9 quasi post murum. SCHOL. Iuv. 9, 11 [*in app.*] quasi postmuria. DIFF. Suet. p. 313, 7 veluti postmerium. *fort. addas l. 10; huc spectat etiam* GLOSS. V 606, 40 postmurium: insertorium [*subest confusio c.* pomarium]). FEST. p. 249 ⟨posimi⟩rium esse ait Antistius ⟨... ponti⟩ficalis -um (*ad lacunam cf.* PAVL. FEST. p. 248 posimirium: pontificale -um, ubi pontifices auspicabantur [*fort. est mera corruptela pro* postmerium, *cf. Fest. p. 250* veluti post moe⟨rium⟩]). *ibid.* ⟨dictum autem -um⟩ quasi promoerium (*suppl. e* PAVLO, *qui addit*: id est proximum muro. *cf.* ADNOT. Lucan. 1, 594 quasi promoenia). PLVT. Romul. 11, 4 *καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους ἢ μετὰ τεῖχος.* SCHOL. Iuv. 9, 11 -a loca appellantur, quae intra muros sunt, hoc est pone muros (*cf. l. 27*). *scribitur* -mer- *in inscrr. et codd. vet. (et fere passim in recc.), e. g.* CIL VI 31537 sqq. LIV. 5, 52, 15 (*V*). COD. Theod. 10, 3, 5; -moer- *hic illic in codd. medii aevi* FEST. p. 249 (*iuxta veriloquium, ut* PRISC. gramm. III 475, 9). APVL. flor. 19, 2 GLOSS. II 153, 10 *et in var. l.* SIDON. epist. 1, 5, 9; *ceterum* pum- NOT. Tir. 130, 86 GLOSS.^{L} Corp. P 880 GLOSS. V 383, 8. NOT. Tir. 105, 40^{a} -um (130, 86). *masc. nom. sing.* -us GLOSS.^{L} V Aa P 800. *de notione* (*adde e. g. l. 1 sqq. p. 2590, 20 et cf. p. 2589, 74*): GELL. 13, 14, 1 '-um' quid esset, augures ..., qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt: '-um est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certeis determinatus, qui facit finem urbani auspicii'. DIFF. Suet. p. 313, 7 -um: locus apud antiquos circum muros relinquebatur, non interius, ne iungeretur aedificiis; sed ut esset aliquid vacui ad instruendas acies, extra muros aliquid relinquebatur. GLOSS. -um: regio determinanda certis signis. *ὁ περὶ τὸ τεῖχος τόπος.* GLOSS. V 576, 33 -um: locus proximus ... muri⟨s⟩, ubi arbores pomorum. *al. legitur inde a* MESSALLA, CIC., *in versibus apud* LVCAN., IVV., PRVD., CLAVD., PAVL. PELL.; *plur. pro sing. in versibus inde a* LVCANO, *in prosa orat. inde ab* APVL.; *abiit in sermonem gr. πωμήριον, v. e. g. l. 15.* [*confunditur in codd. c.* pomarium, *v. p. 2589, 12. e suppl. dub.* INSCR. Piganiol, Docum. cadastr. 1962 p. 348 n. T 11.]

i. q. linea, quae urbem et agrum separat, vel spatium moenibus adfine (*haec notio primum non nisi in explicatione vocis invenitur, e. g. l. 5. 16. 26 sqq., alio contextu inde ab* APVL., *e. g. p. 2592, 14. 18. 25*):
nomen animalium marinorum (*v. e. g. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 179 sq.; Capponi, comm. 1972 ad l.* OV.): **1** *piscis cuiusdam, qui naves comitatur* (*i. πέμπει. est 'Naucrates ductor' L.*): OV. hal. 101 tu ..., comes ratium tractique per aequora sulci, qui semper spumas sequeris, -p[h]ile, nitentes (*huc spectat* PLIN. nat. 32, 153 *Ovidius commemorat* -i⟨l⟩um, qui semper comitetur navium cursus). PLIN. nat. 9, 51 (*antea*: navigia ... comitantes) quidam eos, qui hoc ex thynnis faciant, -p[h]ilos vocant. **2** *variorum*: PLIN. nat. 9, 88 qui *polypus* vocatur nautilos, ab aliis -os (*ex errore auctoris, ut vid., cf. enim Arist. hist. anim. 525a21 ποντίλος*). HERMEN. Celtis gloss. Arch. Lat. Med. Aevi 64, 2006, 118 n. 74 -us: ⌞*στρωματεύς*⌟ (*v. Strömberg, Stud. zur Etym. ... der griech. Fischnamen, 1943, 28*). *Bl.*

pompisma, *acc. pl.* -ta, *πόμπισμα* (*quod gr. alibi non invenimus*). [*forma heteroclit. in var. l. falsa p. 2696, 6.*] *i. q. ostentatio, pompa sim.*: FVLG. aet. mund. p. 134, 18 *in primo opere* sententiarum declamationumque -ta ... perdidimus (popi-, poppy-, porismata *var. ll. nobis indicat Hays per litteras*).

pompizo, -āre, *πομπίζω* (*quod alia, ut vid., notione invenitur in gr. med. aevi, sed cf. πομπιάζω*). *i. q. in pompa ostendi cum ignominia* (*de usu intrans. vel notione pass. cf. Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v. πομπεύω 8*): IOH. BICL. chron. II p. 220, 590, 3 *regni affecti graviter punitus* exemplum omnibus in Toletana urbe asino sedens -ando dedit. *M. H.*

*?**pomplia,** (-ae) *f.* [*cogitari potest e. g. de osc.-umbr.* *pompe *'quinque', sed non satis de* -a *intellegimus; non liquet. Fo.*] *genus instrumenti ferrei ad pugnandum adhibiti* (*nisi corruptum est*): SYNON. Cic. p. 425, 23 ferrum. ... tridens. -a. telum. iaculum *eqs.* *N. H.*

pompo, -āvī, -ātum, -āre. *a* pompa. *i. q. cum pompa ostendere* (*cf. πομπεύειν*): **1** *iactando, gloriando*: AVG. serm. 20A, 6 (*respic. Marc. 10, 37*) *Iacobus et Iohannes* non *concupierunt* divitiis ornari, non familia -ari (*Lambot,* ponpori *cod.*), non clientibus honorari *eqs.* SEDVL. carm. pasch. 1, 18 *poetica* figmenta ... grandisonis -are modis (*cf. op. pasch. 1, 1* pompa verborum). CASSIOD. Ios. antiq. 20, 254 (*cod. 'gigas', fol. 178^{r}*) *Florus* iniquitatem suam ... aperta malignitate -bat (portabat *ed.*

[Malloch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Basil. 1524 p. 591; gr. ἐπόμπευεν). **2** *dehonestando, deridendo*: CASSIOD. var. 8, 33, 2 *si quis* causam nefandae litis adtulerit, ... *caedatur* et -tus mala vota corrigat. hist. 6, 9, 1 cadaver inponentes camelo ... per totam -vere civitatem (*cf. gr. Sozom. 5, 7, 3 ὕβρεσι*). 6, 36, 3 quae *cantica* idolorum videntur -are debilitatem (*gr. Theodoret. 3, 19, 3 κωμῳδεῖ*).

deriv.: pompabilis; *cf.* pompatilis. *Malloch.*

pompol- *v.* pompholyx. **pompōsē** *v.* pomposus.

pompōsitās, -ātis *f.* *a* pomposus. *i. q. qualitas pomposa, ostentatio*: PS. HIER. epist. 6, 2 p. 78[B] *vita vera* non in iurisdictionis astu, non in -e facundiae *est.*

⁂**pompōsus,** -a, -um. *a* pompa. *de notione*: SCHOL. Ter. p. 116, 8 magnifica: -a. *legitur inde a* PELAG. *l. 33,* AVG.

1 *notione communi i. q. pompae plenus* (*de rebus praeter l. 21. 42; fere adhibetur in condemnatione ostentationis saecularis, sed aliter e. g. l. 43 sq.*): **a** *vigente notione sollemni pompae, sc. processionis festae, triumphalis sim.* (*funebris l. 17 sqq.*): AVG. in psalm. 33, serm. 2, 25 qualis mors esse potuit in purpura et bysso, quam sumptuosa, quam -a? (*cf.* 48, serm. 2, 1 funera -a. CASSIOD. in psalm. 33, 22 l. 375 divites peccatores -is apparatibus decenter efferri). PS. AVG. serm. dub. 394 proponitur eis *Perpetuae et Felicitati* in visione palaestra, in amphitheatro arena -a. CASSIOD. or. frg. p. 481, 9 virgines intuemur ... alatas, quales -as decet esse Victorias. in psalm. 19, 8 l. 114 qui -is curribus evecti in temporali potius dignitate praesumunt. 67, 20 l. 409 dicant mihi, quos spectacula humana delectant, quid tale in editionibus -is consulum videant.

b *notione sollemni evanida respicitur quaelibet ostentatio*: **α** *de vestimentis sim.*: PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 5, 6 -o cultu radiantis auri adornamentum cervicis (VITA Amator. 8). CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 3, 7 vestimentorum habitum nec nimis abiectum nec notabiliter -um aut periculose elegantem. 2, 7, 6 saecularia et -a indumenta. serm. 34, 2 victum et vestitum sufficientem et mediocrem, non -um nec deliciosum (34, 4 [*opp.* rationabilem]). **β** *de verbis sim.*: PELAG. in I Cor. 2, 1 p. 137, 2 ('non cum eminentia sermonis ... praedicans') nolui ⌊-um⌋ eloquentiae iactare sermonem in praedicatione divina (⌊ ⌋ pompaticum *var. l.*). SCHOL. Verg. Bern. ecl. 3, 46 ('Orphea ... in medio *poculo* posuit *artifex*') nomina -a ad poculorum laudem non ineleganter adiunxit. ENNOD. opusc. 1, 81 p. 283, 16 -ae vocabula nuda iactantiae. CASSIOD. var. 8, 12, 3 iuvat repetere -am legationem, quam ... torrenti eloquentiae flumine peregisti. VEN. FORT. carm. 3, 18, 7 vix modo tam nitido -a poemata cultu audit ... Roma. MART. BRAC. humil. 1 -as ... spumas rhetorum. *al.* **γ** *de rebus variis* (*adde l. 30*): PS. AMBR. paenit. 32 p. 1003[D] fugiamus -as illecebras mundi. PS. HIER. epist. 7, 8 p. 114[C] dives in hac vita -us vexari fertur in poenis, *sc. post mortem.* SIDON. epist. 4, 9, 2 *cuidam* summus ... cultus in cingulis, splendor in phaleris; -us incessus, animus serius. LVX. anth. 289, 2 *veniet* nobilium ... liber ad domos -ique fori scrinia publica. CASSIOD. hist. 10, 3, 12 ut -am relinquerent vitam et simplicem sequentur (*gr. Socrat. 6, 3, 4 χρηματιστικόν*). in psalm. 30, 19 l. 376 in -is honoribus huius saeculi.

2 *notione peculiari i. q. abundans* (*notio derivanda vid. ex abundantia, quae in ostentatione monstratur, cf. l. 30. 37*): CAEL. AVR. acut. 2, 34, 182 *si* -a atque coacervata sanguinis fiat effusio. chron. 5, 10, 92 ne sanguinis -us fluor periculum faciat aegrotanti.

adv. **pompōsē.** *i. q. modo pomposo*: SIDON. epist. 9, 9, 10 scripseras ... plurima ardenter, plura -e.

deriv.: pompositas. *cf. Onom.* *Baraz.*

pompulentus: pompa plenus GLOSS. *a* pompa. *scribitur in codd. etiam* pop-, pon(i)p-, -latus.

pōmulum, -ī *n.* *a* pomum *demin.* *i. q. pomum parvum*: POTAM. subst. l. 263 C. grata temporum -a. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 20, 2 (*spectat ad gen. 2, 17*) interdictu unius -i. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 454 *parvulis* repere consuetis per mitia -a. VITAE patr. Iurens. 8 silvestres arbusculae, quae acida quidem voluptuosis, sed dulcia quieto -a ministrabant. VEN. FORT. carm. app. 18, 6 *sorori* dare ... potui -a, mora ⌊loci⌋ (*Blomgren,* ioti *trad.*). GLOSS. III 552, 47 *v. vol. X 2, 2387, 61.*

cf. Onom. (Pomulus). *Bl.*

⁂**pōmum,** -ī *n. et* **pōmus,** -ī *f. (v. p. 2602, 4) et* **pōma,** -ae *f. (v. p. 2602, 6).* **[***generis varietas quamquam* pir-um/-us *aliaque sim. in memoriam reducit, tamen forma fem.* -us, *ut quae rara, fort. recentior est quam neutr.* -um. *contractum esse* pōm- *ex* *po-em- *indicat nomen dei umbr.* Puemunes (*gen. masc.*), *quod multi non sine causa cum fem.* Pomona *comparant.* *po-emo- *autem a verbo amisso* *po-emere *derivatum esse potest, ita ut* -um *ab actione decerpendi appellatum sit, cf.* -um demere *sim. vol. V 1, 495, 16 sq.; sic Osthoff apud Walde-Hofmann s. v.* pōmus. *Fo.*] *de origine*: VARRO rust. 1, 31, 5 quod indigent potu (*locum affert* NON. p. 62, 2, *unde* GLOSS. V 651, 12). ISID. orig. 17, 6, 24 -a dicta ab opimo, id est a copia ubertatis. *scribitur* pomm- ORIBAS. syn. 9, 1, 1 Ab p. 268, pum- ORIBAS. eup. 4, 74 (73), 5 La p. 595 NOT. Tir. 130, 84, pumm- SACR. Gelas. 1605 sq. NOT. Tir. 105, 37 -um (130, 84). *de genere: neutr. passim inde a* CATONE (*inter subst. neutr. affertur* EXC. Bob. gramm. I 554, 25 -um: *ὀπώρα*); *fem.* -us (*cf. p. 2601, 67*) *certe p. 2606, 47, fortasse etiam p. 2604, 17 (vix tamen p. 2603, 32; ambiguum est e. g.* -orum CATO *p. 2606, 41); fem.* -a (*cf. e. g.* mala *vol. VIII 208, 27,* pira *supra p. 2195, 9,* pruna *vol. X 2, 2388, 24*): VET. LAT. psalm. 78, 1 (cod. 300) -arum. ITIN. Anton. Plac. rec. A 5 (*cod. G; nisi est neutr. plur.*) in vinum et oleo et -a (vino ... ponis *cod. R*). VVLG. apoc. 18, 14 *v. p. 2606, 29.* SACR. Gelas. 1606 hanc arboris pumma⟨m⟩. GLOSS. III 542, 16 (*subtus*) -as iuniperi. GLOSS. -um: *ὀπώρα* (*cf. l. 4*). -a: *ὀπώρα. ἀκρόδρυα.* V 309, 22 mala: -a. *al.; cf. vol. IV 1437, 14 sq.* *legitur in formula vetere (si recte restit. p. 2603, 23) et inde a* CATONE; *frequentat* PLIN. nat. (*plus 130[ies]*). **[***a sing.* -um *vel plur.* -a *orta sunt multa significantia fere vel mālum vel quodlibet -um: val.* poamă (*item* pom *'arbor pomifera', moldav.* poamă *'uva'*), *it.* pomo, *sic., calabr.* pumu, *raet. or.* pome, *occ.* pom (*cf.* poma *'mammae'*), *francog.* pomme, *loth.* pom *et* (*Fraize*) pemme *'fructus rubi Idaei', prov.* pom, *cat., hisp. vet.* poma, *port.* pomo. *cf. M.-L. 6645. Battisti-Alessio IV 3010. Wartburg IX 151. Corominas[2] IV 602. C. S.*] [*variat in codd. cum* mālum VERG. ecl. 1, 37 OV. met. 4, 331, donum OV. ars 1, 457 NEMES. ecl. 3, 38.]

significatur fere fructus esculentus arboris vel ipsa arbor, quae talem fructum fert. *adhibetur de fructibus non esculentis l. 69 sqq.; saepius de domesticis, sed nota* agreste *p. 2604, 37. 2605, 29,* silvestre *p. 2605, 11. 2606, 65 (de agrestibus etiam e. g. p. 2604, 36); transl. sub IIA3.* *gr. respondent ἀκρόδρυα p. 2605, 30. 2606, 58 et* PLIN. nat. 12, 40 (*v. Theophr. hist. plant. 4, 7, 8*), *καρπός* PLIN. nat. 12, 25 *et* 13, 38 (*Theophr. ibid. 4, 4, 7. 2, 6, 4*) *et saepius apud eundem, μῆλον* PLIN. nat. 12, 15 (*Theophr. ibid. 4, 4, 2*), *ὀπώρα p. 2606, 29 et e. g.* HEGES. 3, 6, 4 (*gr. 3, 49*). ORIBAS. syn. 4, 13, 11 Aa p. 13. PALLAD. hist. mon. I 45, 4 p. 318[B] (*gr. p. 133, 9*).

I *praemonenda de notione* (*cf. André, Lex. des termes de botan., 1956, 257 sq.; respiciuntur maxime fructus, sed arbores e. g. l. 41. 58. p. 2603, 4; non est, cur credas* -um *iam apud auctores nostros notionem specialem q. e. mālum sumpsisse, ut sibi persuasit Svennung, Unters. Pallad., 1935, 596 sq. citatis inter alia p. 2605, 11 et* MARCELL. med. 19, 57, *neque hoc constat* HERMEN. Celtis coll. 51 pruna et pira, -a et lupinos [*gr. απορα, i. ὀπώρα. cf.* 52 obsonium et parva -a, *ubi gr. απωρα*]): **A** *indicantur genera -orum* (*cf.* GLOSS. -a generaliter dicuntur. *genera plerumque e contextu apparent; ceterum accedit gen. e. g. l. 57, adi. l. 61 et e. g.* PLIN. nat. 16, 84 granatum. PALLAD. 3, 25, 23 -a cydonea [MARCELL. med. 20, 43. 91]):

1 *compluria simul* (*cf.* PLIN. nat. 15, 111 hactenus sint species ac genera -orum [*sc. inde a 15, 35* reliqui arborum fructus *eqs.*]): CATO agr. 7, 3 -a: mala strutea, cotonea ..., pira volaema ..., item alia genera ... serito aut inserito. VARRO rust. 1, 59, 1 *v. p. 2604, 19.* CELS. 2, 24, 2 *v. p. 2604, 50.* COLVM. 7, 9, 8 *ager* pluribus generibus -orum consitus, ut ... mala, pruna, pirum, multiformes nuces ac ficum praebeat. 8, 17, 13 ficus ..., unedo ..., sorbum. SCRIB. LARG. 104 *v. p. 2604, 51.* PLIN. nat. 1, 15, 9–34 -orum omnium genera et natura (*seq.* genera *e. g.* nucum pinearum, malorum, pirorum, ficorum, nucum). 17, 120 insitam arborem vidimus ... omni genere -orum onustam, alio ramo nucibus, alio bacis, aliunde vite, piris, ficis, punicis malorumque generibus. 17, 230 mala, pira, mespila, punica. PAVL. dig. 50, 16, 205 (*sec. Alf.*) qui fundum vendidit, -um recepit: nuces et ficos et uvas ... recepta videri (*item in definitione iuris*: sent. 3, 6, 77 et in specie -orum comprehendi possunt [*sc. dulcia prius allata, e. g.* dulce ... vinum, palmae, caricae, uvae passae]). *al.* (*v. e. g. quae tractat* PALLAD. 2, 15. 3, 25. *al. sub tit.* de -is). **2** *singula binave* (*exempla selecta post* OV.): VERG. ecl. 2, 53 legam ... nuces ...; addam cerea pruna, honos erit huic quoque -o (COLVM. 10, 15 pruni lapidosis ... -is. PLIN. nat. 15, 44 [*antea*: p. silvestria]. *al.*). 9, 50 piros (NVX 30 [*29* maloque piroque *arboribus*]. PLIN. nat. 15, 58. *al.*). PROP. 2, 34, 71 (*69* māla, *cf. e. g. l. 58. p. 2604, 10. al.*). OV. met. 4, 51 (*de moro [v. 4, 90] ut*: 4, 89. *al.* PLIN. nat. 15, 97. *al.*). 5, 536 Puniceum ... -um (*cf.* fast. 4, 608 Punica. *al.*). 10, 101 arbutus. fast. 2, 253 ficus (PLIN. nat. 12, 22. 12, 40 cum reliquo -orum genere ficos. *al.*). NVX 6 (*respic. -a nucis ut*: 71. 163 mea -a [*syn. 164* fructus ... meos]. PLIN. nat. 15, 88 [*86* nuces iuglandes]. *cf. definitionem*: MACR. Sat. 3, 19, 1 *sunt qui* nuces dicant omne -um, quod foris duro tegatur et intus habeat, quod esui est, mālum vero *eqs.*). PLIN. nat. 13, 30 (*de palmis ut*: 13, 31. *al.* HIER. quaest. hebr. in gen. 3, 7. *al.*). 15, 117 in papyris ... caulis ipse -um est (*ad rem cf. 13, 72 papyrum* mandunt ..., sucum tantum devorantes). *al.* *agitur de nuce pinea non esculenta* (*e* MACR. *apparet a -is eam distingui solere, sed v. l. 47*): MART. 13, 25, 1 -a sumus Cybeles. MACR. Sat. 2, 6, 1 *edicto,* nequis in harenam nisi -um misisse vellet ..., Cascellius *iuris peritus* consultus ..., an nux pinea -um esset, respondit: 'si in Vatinium *munus edentem* missurus es, -um est'.

B *distinguuntur alii fructus vel arbores* (*monendum est quaedam, e. g.* ficum, nucem, *modo a -is distingui, modo eis adnumerari*; -um *genus*

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est fructūs *l. 10 et* PLIN. nat. 12, 41, *cf.* FEST. p. 154 levissimo fructui agrorum ... -is): **1** *in contextu disting. genera vel arborum vel fructuum, e. g.* baca PLIN. nat. 12, 29. 15, 112 FRONTO p. 192, 1. 3; ficus CATO agr. 28, 1 (*arbor, ut* 40, 1 CIC. phil. frg. I 18; *fructus* AFRAN. com. 300. *cf. l. 10. 15*); fruges OV. am. 3, 8, 40 PLIN. nat. 10, 199. *al., cf. l. 14*; (h)olus AFRAN. com. 300 VITR. 6, 7, 4. *al.*; olea, oleum CATO *et* CIC. *supra.* VARRO rust. 1, 7, 8. *al., e. g. p. 2605, 25*; vitis CATO agr. 28, 1 VARRO rust. 1, 7, 8. *al.* (*cf.* uva AFRAN. com. 300 OV. trist. 3, 10, 73. *al.* CVRT. 6, 4, 21. *al.*).
2 *distinctiones apertae* (*cf. p. 2602, 70*): CELS. 2, 18, 6 ex fructibus surculorum valentiores uvae, ficus, nuces, palmulae quam quae -a proprie nominantur (SERV. ecl. 2, 52 n. generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore ..., sicut econtra -a dicuntur omnia molliora). PLIN. nat. 15, 95 glandes inter -a numerari non possunt. PAVL. dig. 50, 16, 77 non ... -a 'fruges' dici (*ex Iuliano; v. vol. VI 1, 1448, 46*). MACR. Sat. 3, 20, 4 (*affert* AFRAN. *et* CIC. *l. 25 sq.*) quid, quod ficum tamquam non -um secerni a -is apud idoneos reperimus?

II *quaelibet exempla*: **A** *potius de fructu* (*num. plur. multo saepius invenitur quam sing.; sing. ponitur de singulis fructibus e. g. l. 48. p. 2605, 37, de certo genere e. g. l. 50. 51 et supra p. 2602, 57, de multitudine fructuum e. g. p. 2604, 7. 73 et supra p. 2602, 51*): **1** *proprie* (*in exemplis, adynatis sim. l. 30 sq. 65. 69 sq., cf. p. 2606, 7; comparationes v. sub 2*): **a** *generatim*: **α** *varia* (*pauca selecta post* VERG.): IVS IVR. milit. Gell. 16, 4, 2 extra ... ligna, ⌞pom⟨a⟩⌟ (*Lion,* -um *Lipsius,* ⟨na⟩pum *Carrio, alii alia*), pabulum ..., si quid ibi inveneris ..., quod tuum non erit *eqs.* AFRAN. com. 300 -um, holus, ficum, uvam. CIC. phil. frg. I 18 ⌞oleum, ficos, -a non⌟ habet (⌞ ⌟ *vertitur Xen. oecon. 20, 4 οὐδὲ ἔλαιον οὐδὲ σῦκα*). VERG. ecl. 7, 54 strata iacent passim sua quaeque sub arbore -a. TIB. 1, 10, 68 nobis, Pax alma, veni ..., perfluat et -is candidus ante sinus. SEN. nat. 1, 3, 9 -a per vitrum aspicientibus multo maiora sunt (*in re simili*: 1, 6, 5). epist. 12, 4 *senectutem nostram* amemus ...; gratissima sunt -a, cum fugiunt *eqs.* (*in exemplo ut*: MART. 4, 29, 3 rara iuvant: primis sic maior gratia -is *eqs.*). PLIN. nat. 12, 22 ficus ibi eximiă -o (*vix est, cur* eximiā *legens locum tribuas voci q. e.* pomus). 23, 2 ego *Pomona* sucum vini ... gigno, ego palmas et -a. IVV. 6, 18 cum furem nemo timeret caulibus ac -is et aperto viveret horto. *al.*

β *respicitur -orum natura*: Ⓘ *describuntur qualitates, aspectus: sapor, sucus, odor*: CIC. nat. deor. 2, 158 tanta ubertas ... -orum eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus. VARRO ling. 9, 93 *similitudines sumimus* in -is, quo sint suco. VERG. ecl. 1, 80 sunt nobis mitia -a (*al., v. vol. VIII 1152, 42 sqq.*). georg. 2, 59 -a ... degenerant sucos oblita priores. HOR. sat. 2, 4, 70 Picenis cedunt -is Tiburtia suco. 2, 5, 12 dulcia -a (*al., v. vol. V 1, 2189, 26*). OV. medic. 5 cultus ... in -is sucos emendat acerbos. trist. 4, 6, 12 ne sint tristi -a sapore. CVRT. 8, 10, 14 -orum ... varii salubresque suci sunt. COLVM. 2, 14, 2 si vitibus aut -orum arboribus adhibeas *urinam,* ... saporem et odorem vini -orumque reddit meliorem. PLIN. nat. 15, 106 quae sunt communia et -is omnibusque sucis, saporum genera XIII reperiuntur: dulcis, suavis, pinguis, amarus *eqs. al.* SVET. Aug. 77 recens aridumve -um suci vinosioris. *al.* *varia* (*exempla selecta inde a* PLIN.): OV. met. 4, 165 color in -o *mori* est ... ater (*item de colore*: 10, 101 *arbuti* -o ... rubenti. *al.* COLVM. 3, 21, 3 versicoloribus. PLIN. nat. 15, 101 -um iis *cerasis* primo candidum et fere omnibus bacis, mox aliis virescit, ut olivis *eqs.* MART. 10, 94, 6 cerea [PALLAD. ins. 118]. *al.*). PAVL. FEST. p. 125 -a matura (GELL. 10, 11, 3 et in frugibus et in -is m. dicuntur, quae *eqs.; cf. p. 2605, 56*). COLVM. 10, 15 lapidosis (*v. p. 2602, 57*). PLIN. nat. 1, 15, 27 carnosis. QVINT. inst. 5, 11, 4 sq. generosissimum (*bis*). *al.* Ⓘ *-a nascuntur, feruntur, in arbore pendent vel inde cadunt sim.*: VARRO rust. 1, 44, 4 *semina* cum sunt matura, pariunt -a aut spicam (PALLAD. 4, 10, 24). VERG. ecl. 1, 37 pendere ... in arbore -a (PROP. 1, 20, 36 roscida ... -a. SEN. dial. 4, 10, 6 non in silvestribus dumis -a p.). georg. 4, 142 quot ... in flore novo -is se fertilis arbos induerat, totidem autumno matura tenebat. OV. rem. 175 curvatos -orum pondere ramos. met. 14, 627 ramos felicia -a ferentes (PLIN. nat. 17, 87. 248). 14, 764 nascentia ... -a (NVX 21 nascuntur. GERM. frg. 4, 4. *al.*). *al.* NVX 40 sustineant aliae *arbores mea* -a. *al.* SEN. rem. fort. 13, 1 (*in exemplo*) 'amisi liberos': ... quid, si infelicem voces arborem, quod stante ipsa cadant -a? COLVM. 3, 1, 2 silvestres ac ferae *arbores* sui cuiusque ingenii -a vel semina gerunt. PLIN. nat. 17, 17 cum educant -a *arbores.* 17, 120 arborem ... omni genere -orum onustam. *al.* *per adynaton*: OV. ars 1, 747 iacturas *esse* -a myricas speret. TERT. adv. Val. 20, 3 in mari -a nasci et in arbore pisces. Ⓘ *regiones, anni tempora dicuntur vel negantur -a proferre* (*cf. e. g. p. 2606, 66*): VERG. georg. 2, 516 *agricolae non est* requies, quin aut -is exuberet annus, aut *eqs.* TIB. 1, 1, 13 *v. p. 2605, 20.* OV. rem. 187 -a dat autumnus (SEN. Herc. O. 1579 dum ... -a ... autumno fugiente cedent [*i. semper*]. COLVM. 10, 43 satur A. quassans sua tempora -is. BOETH. cons. 4 carm. 6, 28 -is gravis a. *al.; cf. e. g. p. 2606, 7*). fast. 5, 266 -a ... proventum temporis huius, *i. veris,* habent. trist. 3, 10, 73 -a negat regio (Pont. 1, 7, 13 r. nec -o feta nec uvis). Pont. 1, 3, 51 non ager hic -um, non dulces educat uvas. 3, 8, 14. CVRT. 6, 4, 21 *in illa regione* -orum ... ingens modus nascitur. PLIN. nat. 6, 205 *insulae Fortunatae abundant* copia -orum et avium. *al.* Ⓘⓥ *varia*: PAVL. FEST. p. 174 putamen quorundam -orum ... tenuissimum. COLVM. 12, 46, 2 retibus arborem cludunt, ne ... avibus -um laceretur. 12, 47, 4 *putant multi* ex eis *seminibus* -um *mali cydonei* vitiari. PLIN. nat. 13, 31 *palmis* prima nascitur -i caro, postea lignum intus, hoc est semen eius. 13, 59 *cerauniae* -um siliqua *est.* 16, 91 in -o ipso mali ... parva mediis emicant folia. 17, 11 si ... protinus sequantur imbres, ... -a depereunt. *al.* TERT. apol. 22, 5 si -a, si fruges nescio quod aurae latens vitium in flore praecipitat *eqs. al.*

γ *respicitur -orum cultura vel usus*: Ⓘ *-a colliguntur, carpuntur, servantur sim.* (*cf. multa sub 2*): DICTVM Caton. Plin. nat. 15, 74 (*Plin. antea*: ficum ostendens ... patribus) interrogo vos ..., quando hanc (hoc *edd. vet.*) -um demptam putetis ex arbore? ... tertium ... ante diem ... scitote decerptam Carthagine (*an fem. sec. genus vocis q. e.* ficus, *vel* -um *explicandi causa additum dicto?*). VARRO rust. 1, 59, 1 de -is conditiva, mala struthea, cotonea *aliaque,* ... haec omnia in loco arido ... supra paleam posita servari recte putant (VITR. 1, 4, 2 COLVM. 12, 16, 5. *al.*). 1, 59, 2 in venustate disposita -orum. 2, 1, 4 ut *homines* arboribus ... decerpendo glandem, arbu[s]tum, mora, -a colligerent ad usum (OV. Pont. 3, 5, 19 -um decerpere ramo. PRIAP. 38, 3 POMPON. dig. 22, 1, 45. *al., v. iam l. 18*). VERG. ecl. 9, 50 insere, Daphni, piros; carpent tua -a nepotes (georg. 4, 134 PRIAP. 23, 2. *al.*). TIB. 1, 5, 31 Messalla ..., cui dulcia -a Delia ... detrahat arboribus. 1, 7, 32 *Osiris* primus ... commisit semina terrae -aque non notis legit ab arboribus (PROP. 2, 32, 39 OV. met. 14, 650. Pont. 1, 8, 48 nostrā ... consita ... sed non et nostrā -a legenda manu [*pertinet simul ad B1*]. PAVL. FEST. p. 4 COLVM. 12, 47, 6. *al.*). OV. met. 11, 113 demptum ... arbore -um (*adde l. 17*). *al.* SEN. Phaedr. 515 excussa silvis -a. COLVM. 12, 10, 5 pauca -a in melle custodire (12, 44, 8. 12, 46, 5 haec ratio tamquam recentissimum -um custodit). *al.*

Ⓘⓘ *-a sunt pro cibo*: Ⓐ *hominibus* (*bibuntur liquefacta l. 41. 45; exempla pauca selecta post* OV.): VARRO ling. 5, 108 desierunt esse contenti *pastores* his, quae suapte natura ferebat sine igne, in quo erant -a. VERG. Aen. 7, 111 *Aeneas sociique* Cereale solum -is agrestibus augent (TAC. Germ. 23 ann. 15, 45, 3. *al.*). OV. am. 3, 8, 40 meliora dabat *Saturnus,* curvo sine vomere fruges -aque. fast. 4, 546 epulas ponunt ... -a ... et ... mella. SEN. dial. 1, 3, 6 ingenti -orum strue. PETRON. 60, 4 omnis generis -a et uvas. PLIN. nat. 14, 102 *vina* fiunt ... e -is ..., primumque e palmis *eqs.* IVV. 5, 150 -a ..., quorum solo pascaris odore. TAC. ann. 4, 54, 1 *Tiberius* -a, ut erant adposita, laudans nurui ... tradidit. HIST. AVG. Car. 17, 3 inter -a et melones (*i. inter fercula*). HIER. epist. 52, 11, 3 sive illa *potio* fermento conficitur sive -orum suco *eqs.* APIC. 4, 2 tit. patinae piscium, holerum, -orum. *et saepe.* *c. respectu valetudinis* (*in compositionibus medicis v. p. 2605, 3 sqq.*): CELS. 1, 3, 38 -a nocere quidam putant, quae inmodice ... adsumuntur. 2, 20, 2 *boni suci est* ex -is quodcumque neque acerbum neque acidum est. 2, 24, 2 stomacho ... aptissima sunt ... ex -is cerasium, morum *eqs. et saepius.* SCRIB. LARG. 104 *confirmant stomachum* -orum sorba, mala orbiculata *eqs.* PLIN. nat. 23, 135 -i ipsius, *sc. mori,* sucus alvum solvit protinus; ipsa -a ... refrigerant *eqs. al.* GARG. MART. med. 52, 1 cerasi viride -um ventrem humectat *eqs.* MARCELL. med. 23, 77 per quos dies abstinendum ... -is omnibus et holeribus et dulcibus. Ⓑ *animalibus*: COLVM. 8, 17, 13 facit ... ex -is viridis adaperta ficus *eqs.* (*de esca piscium ut*: 8, 17, 15 temporis -a concisa). 9, 13, 2 quasi novis -is ita his primitivis floribus inlectae *apes.* PLIN. nat. 8, 133 praeparant hiemi ... irenacei cibos ac volutati supra iacentia -a adfixa spinis ... portant in cavas arbores. 10, 42 vescuntur ... glande ... -isque multae *aves.* 10, 199 ursi ... fruge, ... -is vivunt. AVG. civ. 15, 27 p. 119, 30 frugibus -isque ... et maxime fico atque castaneis.

Ⓘⓘⓘ *-a coluntur*: VERG. georg. 2, 82 mirata est ... *arbor* novas frondes et non sua -a (*c. respectu insitionis ut*: MANIL. 2, 22 arbusta vagis ... adultera -is. CALP. ecl. 2, 41 PLIN. nat. 15, 42. 15, 57 nullum ... -um novum diu iam invenitur). 2, 150 bis gravidae pecudes, bis -is utilis arbos. 2, 240 *non* Baccho genus aut -is sua nomina servat *terra infecunda.* OV. met. 14, 687 quae tibi -a coluntur. NVX 13 -a ... laesissent matrem, *i. arborem,* nisi subdita ramo longa laboranti furca tulisset opem. COLVM. 1 praef. 27 tot -orum holerumque cultus. 7, 9, 8 *v. p. 2602, 44.* *al.*

Ⓘⓥ *cetera exempla:* *varia*: HOR. sat. 2, 3, 272 Picenis excerpens semina -is gaudes, si cameram percusti (*ad ludendum ut*: HIST. AVG. Gall. 16, 2 de -is castella composuit). CE 1135, 8 (*saec. I/II*) dispositum ... -um temporis omne sui *sepulcrum ornat* (*item ad ornandum*: APVL. met. 11, 4, 1 [*in palla Isidis*] corona totis floribus totisque constructa -is. PORPH. Hor. epod. 2, 17 *Autumnum* -is coronatum. CARM. Année Épigr. 1927

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

n. 121, 4 Graiorum vultus et ... templa lilia, -a, rosae ... coronant). MARCELL. chron. II p. 95, 501, 1 arma diversis -is desuper cumulata (*sc. ad celandum*). *ad medicamenta componenda* (*sive quae ore sumantur, sive quae illinantur; cf. p. 2604, 46 sqq.*): CELS. 4, 26, 5 id *medicamentum*, quod ex -is fit. COLVM. 12, 42, 2 compositio medicamenti ..., quod vocatur *διὰ ὀπώρας*: ... *sumuntur mustum, mala, sorba*; haec ita coquuntur, ut omnia -a deliquescant cum musto; et ... permisceat -a *puer*, ne possint aduri. PLIN. nat. 23, 136 fit ex -o *mori* panchrestos stomatice ... hoc modo: sextarii tres suci e -o *eqs. al.* MARCELL. med. 20, 38 cataplasma fit ... ex -is Cydoneis *eqs.* 31, 14 (*fit fomentum*) rubi summitatem colliges et mala silvestria; ... silvestrium -orum sucum exprimes *eqs. al.*

δ *respiciuntur -a danda, vendenda sim.*: Ⓘ *commercio*: VARRO rust. 1, 2, 10 -a veneunt (*v. p. 2589, 24*). VERG. georg. 1, 274 costas agitator aselli vilibus ... onerat -is, lapidemque ... urbe reportat. COLVM. 3, 2, 1 inconditum fructum mercantibus velut -um vendere. *al.; cf. p. 2606, 13.* Ⓘ *dono hominibus dato*: HOR. sat. 2, 3, 258 porrigis irato puero cum -a, recusat. 2, 5, 12 epist. 1, 1, 78. PROP. 1, 3, 24 furtiva cavis -a dabam manibus. 2, 34, 71 felix, qui vilis -is mercaris amores (*69* decem ... māla [*cf. Verg. ecl. 3, 71*]). MART. 7, 49, 2. *al.; cf. p. 2606, 9.* Ⓘ *oblatione deis facta*: TIB. 1, 1, 13 quodcumque mihi -um novus educat annus, libatum agricolae ponitur ante deo. GRATT. 490. PRIAP. 21, 3 quae ... tibi posui tamquam vernacula -a (*-a dantur Priapo ut*: 53, 6. 84, 1 vere rosa, autumno -is, aestate frequentor spicis. *cf. l. 51*). *al.* Ⓘ *debito, tributo sim.*: LEX Hadr. (CIL VIII 26416) 3, 11 sq. (*agitur de parte fructus conductoribus a possessoribus terrae concedenda*) de oleis ... *nihil* exiget⟨ur⟩, set nec de -is septem anis proximi⟨s⟩ nec alia pom(a) in divisione umquam cadent qu(a)m quae venibunt a possessoribus. VET. LAT. I Macc. 11, 34 (rec. B) quae *regalia* accipiebat rex ... de fructibus terrae et agrestibus -is (*potius ad B pertinere vid.* rec. L [*sim.* V] ex f. t. et -orum, *cf. gr. ἀπὸ τῶν γενημάτων ... τῶν ἀκροδρύων*). HIER. epist. 64, 2, 4 primitiae ... frugum atque -orum offeruntur antestiti. *al.*

b *speciatim respiciuntur*: **α** *-a in fabulis sim.*: Ⓘ *paganorum*: VERG. georg. 2, 87 -a ... et Alcinoi silvae (*eodem spectant*: OV. met. 13, 719 Phaeacum felicibus obsita -is rura. Pont. 4, 2, 10 quis ... -a det Alcinoo? *al.; cf. Otto, Sprichw. n. 53*). PROP. 2, 1, 66 Tantaleae ... tradere -a ⌊manu⌋ ([*dat.*]. *sim.* OV. am. 2, 2, 43 -a fugacia. *al.* SEN. Herc. f. 755. *al.* PETRON. 82, 5 [vers.]). OV. epist. 21, 123 Cydippen -um *cepit* (*de eadem*: 21, 145 ars 1, 457. *al.* Ps. OV. epist. 20, 2. AVSON. 27, 22 [416 S.], 17 [*16* māla]). *ibid.* -um Schoeneida cepit (*i. Atalantam ut*: met. 10, 650 aurea. *al.* PRIAP. 16, 1 CLAVD. carm. min. 30, 170). met. 4, 638 ex auro -a (*in horto Hesperidum ut*: 9, 190 SEN. Ag. 852 Herc. f. 532 LVCAN. 9, 367. *al.*). 5, 536 Puniceum curva decerpserat arbore -um (*sc. Proserpina ut*: fast. 4, 608). *al.* Ⓘ *Iudaeorum vel Christ.*: TERT. apol. 40, 7 si qua illic *Sodomae et Gomorrae* arborum -a, ... contacta cinerescunt (*sim.* SOL. 35, 7 HEGES. 4, 18 p. 272, 3. *al.*). ieiun. 4, 3 *homo* interdictionem unius ... -i tolerare non potuit (*spectat ad gen. 2 sq. ut*: PRVD. cath. 3, 109 AVG. gen. ad litt. 6, 21 p. 195, 2 COMM. apol. 323. *al.*). *al.*

β *-a arte facta*: OV. epist. 20, 239 effigie -i testatur Acontius huius *eqs.* PLIN. nat. 35, 155 (*sec. Varronem; loco corrupto*) a quo *artifice* facta -a et uvas ... discernere a veris (*sc. non possis*). 37, 14 (*in apparatu triumphali*) -is omnis generis. PRIAP. 42, 2 sq. vilicus ... de cera ... dat tibi -a, deus; at tu sacrati contentus imagine -i *eqs.* APVL. met. 2, 4, 7 -a et uvae faberrime politae.

2 *in imagine vel compar.*: **a** *respicitur maturitas vel sapor, color, odor sim.*: CIC. Cato 71 quasi -a ex arboribus, cruda si sunt, vi (vix *var. l.*) evelluntur, si matura et cocta, decidunt, sic vitam adulescentibus vis aufert, senibus maturitas (*sim. c. respectu mortis praematurae*: LYGD. 5, 20 modo nata mălā vellere -a manu. CE 465B, 20 [*saec. II²*] ⟨re⟩s [spes *restit. Courtney*] hominum sic sunt, ut ⟨citre⟩a -a: ⟨aut matur⟩a cadunt, aut ⟨immatura⟩ leguntur). OV. am. 2, 14, 24 -a ... crudeli vellis acerba manu (*i. partum abortu expellendo*). met. 3, 483 pectora *Narcissi* traxerunt ... ruborem, non aliter quam -a solent *eqs.* SEN. epist. 63, 5 sic amicorum defunctorum memoria iucunda est, quomodo -a quaedam sunt suaviter aspera. GELL. 13, 2, 5 quod in -is est, itidem ... esse aiunt in ingeniis: quae dura ... nascuntur, post fiunt mitia *eqs.* TERT. paenit. 6, 2 velut -a, cum iam in acorem ... senescere incipiunt. CYPR. epist. 17, 3, 1 nemo inportuno adhuc tempore acerba -a decerpat (*sc. festinanter de lapsis agendo*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 194, 3 (*ad 2, 3*) *Christus* deliciari volentibus semet ipsum fraglantia exhibet -a. ENNOD. epist. 7, 19, 1 p. 187, 7 (*ad adulescentem*) ut, quod in cano flore praemisisti, in -orum maturitate non subtrahas. *al.* **b** *respicitur proventus*: IVVENC. 1, 699 ut ... arbor proprio vestitur germine -i, sic dolus illorum fructu monstrante patescit (*spectat ad Matth. 7, 16 sqq. ut*: HIL. in Matth. 6, 4 ut iniquae arbores utilia -a non efferunt). Ps. AVG. serm. ed. Mai 85, 1 (*loq. crux Christi*) non sunt ista mei germinis -a (*cf.* COMM. instr. 1, 35, 9 sq. in ligno pendit vita, *i. Christus,* ferens -a praecepta: kapite nunc ⌊⟨inde⟩ vitalia⌋ -a credentes [⌊ ⌋ *Hanssen,* ⟨ligno⟩ vitali *Martin; simul spectat ad arborem vitae, v. gen. 2, 9*]). SIDON. epist. 5, 3, 3 (*alludere vid. ad Matth. 21, 19*) tamquam sterilis arbor, cum non habeam opera pro -is, spargo verba pro foliis. *al.* **c** *cetera exempla*: OV. ars 3, 576 ⌊brevis at⌋ fecundior *est amor* ille; quae fugiunt, celeri carpite -a manu (⌊ ⌋ b. et *vel* gravis et *codd.*). trist. 4, 1, 58 prius ... numerabis ... -a per autumnum frigoribusque nives, quam mala *mea.* SEN. benef. 1, 12, 4 munera non tam pretiosa, quam ... exquisita sint ..., sicut gregalia quoque -a ... delectant. OPTAT. 7, 1, 11 (*si genuinum est*) sic lex *Moysi data* a deo profecta est, ut ... -a, quae de arbore salva radice carpuntur. HIER. adv. Iovin. 1, 3 p. 213[B] (= epist. 49, 2, 6) ut -a ex arbore ..., ita virginitas e nuptiis. AVG. serm. 28, 2 *non* de transmarinis partibus veluti -a peregrina ... apportatur *Christus.* EVCHER. form. 3 l. 341 -a *sunt* sanctorum in virtutibus fructus. PROSP. carm. de ingrat. 610 parcite de fractis praecerpere noxia -a arbitrii ramis. CASSIOD. inst. 1, 8, 15 antiquorum expositiones *sacrarum scripturarum* ..., velut spiritalia -a paradisi. in psalm. praef. l. 42 quatenus in ... paradiso salutariter introducti spiritalia -a sine ... transgressione carpamus. *al.*

3 *translate adhibetur*: **a** *de homine* (*sc. per irrisionem; cf. Hofmann, Lat. Umgangsspr., ⁴1978, 89*): PETRON. 57, 3 (*loq. libertus de Ascylto; ironice*) bellum -um, qui rideatur alios, larifuga ... nocturnus, qui non valet lotium suum!

b *de rebus*: **α** *esculentis variis*: MART. 13, 50, 2 (*tit.* terrae tubera) boletis -a secunda sumus. TERT. cult. fem. 1, 6, 2 ad hoc ... ⌊conchas⌋ (*del. Kroymann*) noverim maris -a. **β** *quibuslibet iucundis, gratis*: TERT. pudic. 16, 12 aspice illum, *sc. apostolum Paulum,* a iusta fruge naturae, a matrimonii dico -o, animas ieiunare cupientem. VET. LAT. apoc. 18, 14 (Primas. *ad l.*) -orum ... tuorum concupiscentia animae abiit abs te, *Babylon* (*gr. ἡ ὀπώρα ... ἀπῆλθεν,* VVLG. -a [*fem. sing.*] tua desiderii animae discessit a te [discesserunt *var. l.*]). VVLG. deut. 33, 13 de benedictione domini terra eius *Ioseph,* de -is caeli et rore (*vertitur hebr.* מֶגֶד *ut* 33, 14 sq. de -is fructuum solis ac lunae, ... de -is [*an ad I?*] collium aeternorum et de ⌊frugibus⌋ terrae *eqs.* [⌊ ⌋ *hebr. ut supra*]). ENNOD. epist. 1, 9, 5 p. 19, 15 illae mentes promittunt -a (bona *ed. Sirmond.*) concordiae, quae, quid in cultura sudoris sit opus, agnoscunt.

B *potius de arbore*: **1** *varia exempla*: CATO agr. 7, 3 (*v. p. 2602, 41*) -a ... serito aut inserito (28, 1 oleas, ulmos, ficos, -a, vites ... cum seres. 40, 1 ulmos, ficos, -a, oleas seri oportet. VARRO rust. 1, 34, 2 propagare et serere -a. TIB. 1, 1, 8 seram ... vites ... et ... grandia -a. PLIN. nat. 18, 240 -a serantur inseranturque. *al.*). 51 (*sim.* 133, 1) propagatio -orum, aliarum arborum (*cf. l. 39*). LVCR. 5, 1377 esse vides vario distincta lepore omnia, quae -is intersita dulcibus ornant *homines.* VARRO rust. 1, 31, 5 -a, quae insita erunt (PLIN. nat. 18, 337. *adde l. 37. 40*). VERG. georg. 2, 426 -a ..., ut primum truncos sensere valentis ..., ad sidera ... nituntur. HOR. epist. 1, 16, 3 fundus meus ... an bacis *me* opulentet olivae, -isne an (et *var. l.*) pratis an amicta vitibus ulmo. TIB. 2, 1, 43 tum victus abiere feri, tum consita -us (*adde p. 2604, 29*). CIL VI 10237, 17 (*a. 16*) idem *viri* ... vitium -orumq(ue) et florum ... seminibus ea loca ... adornaverunt (*i. sepulcro destinata; cf.* PETRON. 71, 7 [*loq. Trimalchio*] omne genus ... -a volo sint circa cineres meos et vinearum largiter). COLVM. 3, 21, 11 si te cura -orum tangat (*postea*: cacumina ficorum pirorumve et malorum depangere). 7, 9, 8 *v. p. 2602, 44.* 11, 2, 16 -orum seminaria facienda sunt. arb. 19, 1 -a disponere. PLIN. nat. 15, 62 quidam *auctores* ... deputari ... -a ac vites ... praecipiunt descrescente luna. *al.* PLIN. epist. 5, 6, 35 *in hippodromo* alternis metulae surgunt, alternis inserta sunt -a. TERT. adv. Marc. 4, 14, 3 tamquam in silva vel in prato vel in nemore -orum. VET. LAT. cant. 4, 13 (cod. 170, *sim. al. et* VVLG.) emissiones tuae paradisus cum fructu -orum (*gr. ἀκροδρύων ut*: 5, 1 [*ibid.*] descendat frater meus in hortum suum et manducet fructum -orum eius). PALLAD. 3, 19, 1 -is eadem convenit terra quae vitibus (*antea*: pomiferas arbores). *al.* **2** *respiciuntur regiones sim., quae -is vel abundant vel carent*: VARRO rust. 1, 7, 8 regiones ..., ubi nec vitis nec olea nec -a nascerentur (PLIN. nat. 6, 79 gentem *quandam* vitis et lauri et buxi -orumque omnium in Graecia nascentium fertilem). COLVM. 9, 1, 5 *saltus* feracissimi ... arbuti ceterorumque -orum silvestrium. PLIN. nat. 6, 91 *in India* agros diligenter coli, vitis usum non esse, -is abundare. 6, 131 *regio* non palmetis modo, verum et olea -isque arbusta. *al.*

deriv.: pomarius (pomarium), pomatio, *?*pomatium, pometum, pomosus, pomulum, pomusculum; *cf.* pomus *et nom. propr.* Pomona, *fort. etiam* pumella (*v. vol. X 2, 2387, 57 sq.*).

compos.: aegripomium; pomifer.

pōmus, -ī *f. v. p. 2602, 4.* *Grossardt.*

pōmusculum, -ī *n.* *a* pomum *deminutive.* *i. q. parvum pomum*: ANTH. 171, 3 (*1* omne genus māli) unum ⌊quaeque⌋ suum referunt -a sucum (⌊ ⌋ *Hagen,* quemque *cod.*).

[Bl.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**ponchia** SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 776 (*man. alt. supra vocem Ter.* manipulus [*v. vol. VIII 318, 20*]). *obscurum, siquidem vox lat.* (*ad notionem conferri possit francog. vet.* poigniee *a* pugnus *derivandum*). *Bl.*

ponderābilis, -e. *a* ponderare. *i. quod ponderari potest* (*ubique iuxta* mensurabilis *et* numerabilis): CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 112, 15 omnia ... corpora, quibus quidque vel numeramus vel pendimus vel metimur, et numerabilia sunt et -ia et mensurabilia (2, 6 p. 119, 10). *ibid.* p. 114, 1 anima videt ... pondus ... per se, videt ... -ia per corpus (*item neutr. pro subst.*: 2, 6 p. 119, 13. epil. p. 194, 6).

[ponderābiliter *adv., quod lexica afferunt ex* (Ps.) AVG. spec. 20, *medii aevi est; cf. Migne 40, 978.*]

[ponderāle *n., non nisi e lect. falsa pro* pondera CIL X 1453, 3.]

ponderārius, -a, -um. *a* pondus. *abbrev.* ponder *fort. l. 16. 26. i. q. ad pondus pertinens: neutr. pro subst., i. q. locus ubi pondera servantur* (*de re v. e. g. Schneider, RE XXI 2425 sq.*): CIL V 6839 (*saec. II?*) ⌊⟨...⟩ɔnum addito ponder(ario)⌋ ... posuit *quidam* (⌊ ⟨pondera⟩ɔium a. ponderę INSCR. Ital. XI 1 n. 12). XI 5695 (*saec. II med.*) C. Caesius ... Silvester ... -um ... f(ecit). INSCR. Année Épigr. 1916 n. 36 (*Cuiculi; saec. II med.*) *aedilis* ⟨mac⟩ellum cum columnis et statuis et -o ... fecit idemq(ue) dedicavit. 1922 n. 89 (*Falerione; saec. III med.*). CIL VIII 757 (*saec. III med.*) tabularium et -um civitas Galitana a solo ... fecit. V 6771. IX 3046 Primus et Fortunatus ⟨p⟩onderarium pagi Interpromini ... dilapsum ... restituerunt. INSCR. Année Épigr. 1912 n. 156 (*e Mauretania*). Gall. Wuilleumier 362 ⟨horolo⟩gium et pon⟨derarium⟩. *?masc. pro subst., i. qui ponderat* (*nisi est* ponderator): CIL IX 706 Marsua ponder(arius) (*servus, ut ibid.* Epaphrioni ponder(ario)). *N. H.*

ponderātim *v. p. 2608, 22.*

***ponderātio,** -ōnis *f.* *a* ponderare. *legitur semel apud* VITR. *et inde a* VET. LAT. [*dub. restit.* ALC. AVIT. hom. 24 p. 142, 13 amore potius taxata est iactura quam -e (pop⟨...⟩ *cod.*).]

i. q. actio ponderandi vel status inde ortus: **1** *respicitur potius actio*: **a** *vox adhibetur ad partem staterae indicandam, ubi ponderatur* (*sed locus obscurus est*): VITR. 10, 3, 7 *onera* premunt eum locum *phalangae,* ad quem propius accesserunt, quemadmodum in statera pondus, cum examine progreditur ad fines -um. **b** *exempla varia; ponderantur: corporea*: COD. Theod. 14, 4, 4, 2 cuius *porci* modum non prius -e certa deciderit suarius. *incorporea*: FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 19 tardior erat incessus *Philosophiae* et ipsa -is gravidine venerandus (*nisi ad 2b*). LAVRENT. paenit. p. 93[A] *dominus* 'habens ventilabrum in manu sua' (*Matth. 3, 12*), quod est inspectio vel -o paenitudinis ac peccati. DOCVM. Symm. p. 322 l. 26 (*ad concilium ecclesiae*) ⌊libra⟨ta⟩⌋ -e censetis (⌊ ⌋ *suppl. spernit ed.*).

2 *respicitur potius quantitas, mensura ponderando inventa* (*libratio effecta l. 59*): **a** *proprie*: VET. LAT. Sirach 6, 15 amico fideli nulla est conparatio et non est digna -o auri et argenti contra bonitatem fidei illius (*gr.* σταθμός *ut*: 26, 20 omnis ... -o non est digna continentis animae). COD. Iust. 4, 65, 21 (*a. 293*) si olei certa -e fructus anni locasti, de contractu bonae fidei habito propter hoc solum, quod alter maiorem obtulit -em, recedi non oportet. PEREGR. Aeth. 25, 8 numerus ... vel -o de ceriofalis vel cicindelis ... nunquid vel extimari aut scribi potest? THEOD. PRISC. eup. faen. 45 hordeum et sal ... combures aequa sub -e ([aequis ponderibus *var. l.*]. 62 miscemus faeculam nitrum et saponem sub a. -e. *al. apud eundem; cf.* aequa -e: 56 cedria cum resina et cera a. -e commixta. *al. apud eundem*). 56 murra cum tripla -e alii melli mixta. log. 55 ut illam -em *plumbi* ... usu noverint sustinere *articuli pedis.* COD. Theod. 8, 5, 48, 1 delicatae vestes ... raedis sub mille librarum -e mittantur. VITA Melaniae 62, 2 *si superbus sum propter* immensam auri argentique -em, *sc. spretam* (*gr. aliter; cf. l. 45*). CASSIOD. var. 3, 48, 5 *echini lapillos* complexi quadam anchorarum -e librati scopulos petunt. 11, 5, 3 -o *panis* iusta servetur (12, 16, 3 nullus quantitatem i. -is *assis tributarii* excedat). *al.* **b** *in imagine*: VET. LAT. IV reg. 21, 13 (Didasc. apost. 22, 31) extendam mala super Hierusalem, mensuram Samariae et -em domus Achab (*gr.* στάθμιον). RVRIC. epist. 2, 2 p. 373, 14 levia ... haec omnia, *i. severitatem hospitis,* gratia vestra et sanctitatis suae -e pensavimus.

***ponderātor,** -ōris *m.* *a* ponderare. *abbreviatur* p, *ut vid., l. 68,* ponder *fort. l. 25.* GLOSS. -r: σταθμιστής. ζυγοστάτης. *al.*

i. qui ponderat: **1** *strictius, sc. examinatur pondus: corporeum*: CIL XV 4390 (*in amphora; a. 237*) p(onderatore) Euvodo (*si recte solvitur, cf. ibid. p. 563*). COD. Theod. 12, 7 rubr. de -bus et auri inlatione. *incorporeum*: VVLG. prov. 16, 2 spirituum -r est dominus. PS. AVG. sobr. 1 p. 1105 *homines* disputandi materias morum -bus gignunt (VITA Caes. Arel. 1, 45 *Caesarius* norma disciplinae, m. -r, libra consilii). **2** *laxius, sc. fertur onus libratum*: AVG. c. Faust. 15, 5 *Manichaeorum potestates,* Splenditenentem -em et Atlantem laturarium (*seq.* illum ... dicis capita elementorum tenere mundumque suspendere).

f. **ponderātrīx,** -īcis. *i. quae ponderat*: GILD. Brit. chron. III 3 p. 28, 7 *Britannia* divinā ... staterā, terrae totius -e, libratā.

deriv.: ponderatorium. *Baraz.*

ponderātōrium, (-ī) *n.* *a* ponderator. *i. q. locus ponderatoris, ponderarium*: GLOSS. III 196, 32 (*sim.* 267, 58) ζυγοστάσιον: -um (*in cap.* de civitatibus).

ponderātrīx *v.* ponderator.

ponderātūra, (-ae) *f.* *a* ponderare. GLOSS. II 436, 30 σταθμός: haec -a, hoc pondus. *N. H.*

1. ponderātus *v.* pondero.

2. ponderātus, -a, -um. *a* pondus. *i. q. pondere magno praeditus, gravis; respicitur pondus*: **1** *corporeum*: DIOSC. 1, 26 p. 18, 8 provatio eius *croci adulterati* talis est: ⌊-us et⌋ pulvere plenus est (⌊ ⌋ *gr. non resp.*). PS. MAX. TAVR. serm. app. 29 p. 907[A] super verticem innocuum *Stephani* -um dependit exitium, *sc. persecutorum lapidibus instructorum.* VEN. FORT. vita Radeg. 13 cingulum auri -um ... dat opus in pauperum, *sc. usum.* **2** *incorporeum*: SIDON. epist. 8, 6, 4 vereor sententiam *amici,* supra quam veritas habet, affectu -iore prolatam. VEREC. in cant. 7, 11 in quibus *hominibus* levis impulsus est vitiorum et culparum non -a congeries, capillis capitis conparantur peccata. 8, 5 l. 74 (*antea*: morum gravitas) *homo* immobilis, verbo ipsoque habitu -us.

adv. **ponderātim.** *i. q. modo ponderato, graviter* (*de sono; cf. p. 2609, 65*): CASSIOD. var. 2, 40, 13 quidquid *in modis citharae* excellenter, quidquid -m, quidquid rauce, quidquid purissime ... sonat. *Baraz.*

ponderitās, -ātis *f.* *a* pondus (*cf.* NON. p. 156, 3 -em a pondere, ut gravitatem [*inde* GLOSS.; *affert* ACC.]). *i. q. qualitas pondus habentis*: ACC. carm. frg. 22 cuncta fieri cetera inbecilla ⌊ob -em gravitatemque nominis⌋ (*Madvig,* non quod -em ... hominis *codd.*). *N. H.*

***pondero,** -āvī, -ātum, -āre. *a* pondus. *abbreviatur* p *l. 50.* GLOSS. -o: σταθμίζω. ζυγοστατῶ. -a: στῆσον, σήκωσον. taxat: -at. *al.* *legitur in versibus apud* PLAVT., PROP., PHAEDR., *in orat. soluta inde a* CIC. [*confunditur in codd. c.* ponere CIC. part. 54 (*restit.* AMM. 28, 4, 13).]

I *transitive* (*absolute vel obi. supplendo v. l. 67*): **A** *fere i. q. pondere aestimare, metiri* (*refl. p. 2610, 23*): **1** *strictius efficitur mensura* (*indicatur, quo instr. vel qua re observata -etur, per abl. l. 61. 64. 69 sqq. p. 2610, 6 sq. al., per locut. c. praepos. l. 53. p. 2609, 18 sqq. 68, mensura inventa per abl. l. 60. p. 2609, 41, per adv. l. 57 sq. 62. p. 2609, 64, respectus vel norma l. 47. 60; syn. et iuxta pos. e. g.* examinare *p. 2609, 58. 72,* existimare *l. 73,* expendere *p. 2609, 51. 2610, 27,* metiri *l. 61*): **a** *respic. pondus corporeum*: **α** *pro obi. est res corp.*: PLAVT. Amph. 312 haud malum huic est pondus pugno. :: perii, pugnos -at. PROP. 2, 16, 12 Cynthia ... *non* curat honores; semper amatorum -at una sinus (*i. nummos aestimat*). PLIN. nat. 18, 66 si quis granum ... -et. PAVL. dig. 47, 2, 20 pr. *si quis,* cum dixisset se -are, *sc. aurum,* ... velle, aes subiecit, furtum fecit (*item -antur metalla sim.*: VET. LAT. Is. 46, 6 [Cypr. testim. 3, 59] argentum in statera ⌊-atis in pondere⌋ [*gr.* στήσουσιν ἐν σταθμῷ, *cod. 177* statuent in p., VVLG. -atis *tantum*]. III Esdr. 8, 63 PS. PHILO antiq. 29, 3. SERV. auct. Aen. 2, 229 cum ... rudi aere pecunia -retur. AMBR. Nab. 8, 39 quid aurum trutinas, argentum -as?). CIL XV 4100 (*a. 217; in amphora*) p(onderavit) Atimeti⟨o⟩ (*sim.* 4105. *al., v. ibid. p. 563*). VET. LAT. IV Esdr. 4, 5 -a mihi ignis pondus aut mensura mihi flatum venti. ZENO 1, 41, 3 singulos, *sc. panes,* -ate (*cf.* EVAGR. PONT. sent. mon. 102 rec. H p. 1184[D] ⌊-a in statera⌋ panem tuum [*gr. στῆσον ζυγῷ, rec. A* statue in pondere]). AMM. 28, 4, 13 poscuntur ... trutinae, ut appositi pisces et volucres -entur. PELAGON. 92, 1 sandaracae ⟨unciam⟩ (unam) et asfalti unc(iam) (unam), alium et cepas omnia aequaliter -as et teris (*sim. -antur elementa medicamentorum*: VEG. mulom. 4, 4, 7 quantum utraeque *bacae et gallae* -antur. MARCELL. med. 16, 19. 20, 13 omnia diligenter -ta [*e Scrib. Largo p. 2610, 44*]). VVLG. II reg. 14, 26 -bat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico (*cf. l. 64*). Is. 40, 12 *deus* mensus est pugillo aquas et caelos palmo -vit. GREG. TVR. glor. mart. 27 palliolum ... ita imbuitur divina virtute, ut multo amplius, quam prius pensaverat, -etur. **β** *pro obi. est ipsa aestimatio*: VVLG. lev. 27, 25 omnis aestimatio siclo sanctuarii -bitur (*cf. l. 60*).

b *translate vel in imag. respicitur pondus incorporeum*: **α** *usu sollemni*: Ⓘ *pro obi. est res, cuius pondus aestimatur* (*obi. suppl. vel absolute p. 2609, 28. 66*): Ⓐ *subst.*: ① *indicatur, quomodo aestimetur* (*fere rebus ad iudicandum observatis, sed mente sim. e. g. p. 2609, 3. 8, instrumento p. 2609, 15. 33*): ⓐ *per abl.*: CIC. Verr. II 1, 42 nolite ... brevitate orationis meae potius quam rerum ipsarum magnitudine crimina -are (*cf. p. 2609, 21*). Caecin. 60 si causae non ratione, sed vocibus -antur (*cf. p. 2609, 18. 44 sq.*). Font. 21 ad unam quamque rem existimandam momentoque suo -andam *teneri* sapientiam iudicis. Rab. Post. 1 ut consilia eventis -emus (SERV. Aen. 9, 233 sua vi). leg. 1, 39 *Epicureos* omnia, quae sequantur in vita quaeque fugiant, voluptatibus

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et doloribus -antis. Tusc. 5, 120 cum ea, *quae bona Peripateticis, commoda Stoicis videbantur,* re non verbis -rentur. off. 2, 57 homini ... ea, quae fiunt, iudicio certo -anti. *al.* SEN. contr. 2, 2, 10 tu hoc obtinebis, ut *amantes* ... omnia verba ratione et fide -ent? VAL. MAX. 7, 6, 1 *Romae facta post Cannensem cladem* si ... admotis necessitatis viribus -entur. PHAEDR. 3, 10, 55 simplices ... opinione alterius ne quid -ent. CYPR. epist. 38, 1, 1 in ordinationibus clericis ... solemus ... mores ac merita singulorum communi consilio -are. PS. CYPR. laud. mart. 24 vestris hoc mentibus -ate. LACT. inst. 5, 1, 17 nemo rem veritate -at, sed ornatu. IVST. 22, 7, 3 amicitiarum iura non fide, sed successu -antes. HIER. epist. 58, 3, 1 singuli quique credentium non locorum diversitatibus, sed fidei merito -antur. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 5, 2 nativitates humanae astrorum caelestium cursibus -tae (*gr. aliter*). TRACT. Pelag. 3, 6, 3 p. 32 quid hoc sit, ... diligenti examinatione -andum est. SERM. Class. Phil. 98, 2003, 174 l. 40 omnia ista penes dominum aequa statera -antur. VEREC. in cant. 2, 5 *Christi* dispensationes, quibus universa -antur. VIRG. gramm. epist. 3, 19, 2 moderatio est, qua per modos verba -antur. *al.* Ⓑ *per praepos.*: CIC. Sull. 79 vestra ... interest non ex libidine ... testium causas honestorum hominum -ari (part. 117 non esse ex fortuna fidem -andam. ARNOB. nat. 2, 49 p. 122, 11 LACT. inst. 3, 19, 9. *al.; cf. l. 68*). Scaur. 14 genus eius modi fuit criminum, ... quod -ret iudex ipse per se (*cf. l. 17*). FRONTO p. 162, 17 tuae clementiae est, imp(erator), unicam hominis verborum culpam cum ceteris eius recte factis -are (OP. imperf. in Matth. 9 p. 684[med.] -ate confusionem terrenam cum gloria caelesti et videte, si non multo levius est, quod patimini super terram, quam quod expectatis in caelo). HYG. astr. praef. 6 non deprecamur in hac confectione nostram scientiam -ari (*cf. l. 33*). TERT. nat. 1, 7, 8 Nerone *principe* damnatio invaluit, ut iam hinc de persona persecutoris -etis, *sc. Christianos*: si pius ille princeps, impii Christiani (OPTAT. 2, 1, 2 *ecclesiae* sanctitas ... non de personarum superbia -atur). RVFIN. Clement. 1, 16, 2 fides rerum causarumque sententiae pro ingeniis ... defendentium -antur (IVLIAN. in Am. 6, 2 divini forma iudicii, apud quam non pro afflictorum qualitatibus affligentium ... merita -antur). *locut.* in statera -are (*cf. p. 2608, 53. l. 15*): VET. LAT. Sirach 21, 28 (cod. 171, *sim.* VVLG.) sermones ... prudentium in s. -buntur (*gr. σταθήσονται, Chromat. in Matth. 21, 2, 4* appendetur). Dan. 5, 27 (Quodv. prom. 2, 34, 76) -tum est *regnum tuum* in s. (*gr. ἑστάθη, cod. 176* stetit, *Vulg.* adpensus es). IV Esdr. 3, 34 -a in s. nostras iniquitates. 4, 36 *deus* in s. -vit saeculum.

② *indicatur aestimatio* (*sc. quanti vel quo loco sit aliquis*): FRONTO p. 180, 1 plerique omnes, qui eam *Augustam* curaverunt, frustra fuerunt: ne libris quidem singulis *in eius testamento* -ti sunt. COD. Theod. 1, 15, 7 quotiens ... societas in iudicando contigerit, priore loco vicarius -etur, comes adiunctus accedat.

β *cetera exempla; aggravant, opprimunt*: Ⓘ *fetus*: LVCR. 4, 1250 alias *mulieres* alii complent magis, ex aliisque succipiunt aliae -s magis inque gravescunt. PROP. 4, 1, 100 cum Cinarae traheret Lucina dolores et facerent uteri -a lenta moram (PS. QVINT. decl. 6, 10. 8, 13 dum primum u. -s egeritur. 16, 2 sumus ... non eiusdem -s u. DON. Ter. Ad. 479. *cf.* OV. epist. 11, 37 iamque tumescebant vitiati -a ventris [PHOC. carm. de Verg. 37 cum *mater* maturo premeretur -e v.]. PRVD. cath. 12, 147 alvi). OV. am. 2, 14, 14 quis Priami fregisset opes, si numen aquarum iusta recusasset -a ferre Thetis? met. 9, 704 dolor increvit seque ipsum -s in auras expulit et nata est ... femina. *al.* SIL. 13, 629 (*loq. mater Scipionis*) aetherio dum -e partu exsolvor. STAT. Theb. 7, 166 dulce ferenti -s eram (MART. 14, 151, 1 CE 1514, 5). silv. 3, 4, 77 ferre *non* timent famulae natorum -a matres. TERT. anim. 25, 3 -is regio *mutatur, sc. fetu se movente.* FVLG. aet. mund. p. 170, 23 fit aure *Mariae* casta conceptus, fit plenitudo uteri et nullus est -s (*cf.* ALC. AVIT. carm. 6, 214 *Maria* -e casto factorem portare suum ... promeruit). *al.* *?meton. i. q. graviditas*: STAT. Ach. 1, 672 aegros in -e menses *Deidamiae.* CE 1122, 5 (*saec. II*) una forte die duplici nos -e mater edidit. Ⓘ *partes corporis*: CATVLL. 63, 5 *Attis* devolsit ilei acuto sibi -a silice, *sc. testes* ([-e silices *trad.*]. *cf.* *herniam*: QVEROL. p. 19, 14 [*ad Larem*] da mihi ... concubinulas. :: ... sume Paphien Cytheren Briseiden, sed cum -e Nestoris. AVG. civ. 22, 8 p. 571, 32 ab informi -e genitalium. GREG. M. past. 1, 11 l. 112 R. vitium ... est -is, cum humor viscerum ad virilia labitur, quae profecto ... intumescunt. *cf. etiam p. 2611, 12*). OV. fast. 4, 464 puellaris nacta est *Ceres* vestigia plantae et pressam noto -e vidit humum. PETRON. 92, 9 habebat *iuvenis* ... inguinum -s tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes (*item respic. mentula*: MART. 7, 35, 4 servus Iudaeum nulla sub cute -s habet). Ⓘ *res variae* (*dei l. 59; in imag. l. 54. 65 sqq. al.; exempla selecta inde ab* OV.): CATVLL. 62, 51 *vidua vitis* tenerum prono deflectens -e corpus iam iam contingit summum radice flagellum (*respiciuntur fructus ut*: OV. ars 2, 263 rami -e nutant. met. 14, 660 pandos autumni -e ramos. LVCAN. 9, 366 Alcides passus ... inopes sine -e ramos rettulit Argolico fulgentia poma tyranno. PLIN. nat. 19, 70. *al.*). LVCR. 3, 1054 *homines* sentire videntur -s inesse animo, quod se gravitate fatiget. HOR. epod. 4, 18 (*respic. rostra aerata*) quid attinet tot ora navium gravi rostrata duci -e contra latrones? (*cf.* AMM. 23, 4, 12 [*describitur machina ἑλέπολις appellata*] cuspides praeacutae, -bus ferreis graves). PROP. 4, 6, 55 *Apollo* pharetrae -s consumit in arcus. OV. met. 9, 273 sensit Atlas -s *Herculis ad astra inlati* (*item respic. dei* [*cf. l. 2*]: PETRON. 124 vers. 264 sentit terra deos mutataque sidera -s quaesivere suum). Pont. 1, 10, 14 stabit et in stomacho *dolentis* -s inerte *cibi* diu. MANIL. 1, 444 axem ... mundi stridentem -e (*cf. l. 12*). CELS. 2, 7, 34 si in partem sanam aliquis *suppuratione afflictus* decubuit, onerare eam ex -e aliquo videtur. 7, 8, 4 qui maiora -a auribus gesserunt. SEN. Herc. f. 1087 *Hercules* quaerit vacuā -a dextrā, *sc. clavam*. Tro. 491 grave -s illum *Astyanacta* magna nobilitas premit. benef. 7, 9, 1 (*loq. Demetrius cynicus*) me ad istud inextricabile -s, *sc. res, quas porro aliis tradere non licet,* non alligo (*cf.* epist. 24, 17 ad hoc me natura grave corporis mei -s adstrinxit). dial. 6, 23, 1 *animi cito morientium* minimum ... faecis, -is traxerunt. 12, 11, 6 *aurum, argentum sim.* terrena sunt -a, quae non potest amare sincerus animus ac naturae suae memor, levis ipse, expeditus. epist. 65, 16 corpus hoc animi -s ac poena est; premente illo urguetur. MART. 1, 88, 3 (*alloq. mortuum*) accipe non Pario nutantia -a saxo ..., sed faciles buxos. 6, 89, 6 reddidit *ebrius testae, unde biberat,* oenophori, *i. vesicae,* -a plena sui (*cf.* COD. Iust. 6, 23, 28, 1 si quis necessarius naturae usus ad depositionem superflui -is immineat [*de*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

morbo v. p. 2622, 56]). ALC. AVIT. carm. 4, 505 (*meton. de arca Noe*) quoque vocant undae, sequitur iam mobile -s. *al.*

d *quaevis proprietas, imprimis spissitudo vel inertia* (*libratio l. 20*): **α** *de rebus*: Ⓘ *de metallis, quae effodiuntur, e fluminibus capiuntur*: LVCR. 5, 1242 aes atque aurum ferrumque repertumst et simul argenti -s plumbique potestas. OV. am. 3, 8, 37 *regnante Saturno humus* argentum cumque auro -a ferri manibus admorat. ars 3, 220 quae nunc nomen habent operosi signa Myronis, -s iners quondam duraque massa fuit. CVRT. 5, 2, 11 *copia* argenti non signati forma, sed rudi -e (TAC. ann. 16, 1, 1 magna vis auri ..., non in formam pecuniae, sed r. et antiquo -e). LVCAN. 6, 403 primus ... Ionos in formam calidae percussit -a massae (7, 753 [*pertinet simul ad aβ*]). CLAVD. carm. min. 31, 8 -a fulva soli. BOETH. cons. 2 carm. 5, 28 primus quis fuit ille, auri qui -a tecti ... fodit? (PRISC. periheg. 1050 a. ... -s honestum devolvens Hypanis ... trahit [*gr. 1144 χρυσοῖο γενέθλην*]). PRISC. periheg. 575 sunt stanni -e plenae Hesperides (*gr. 563 κασσιτέροιο γενέθλη*). 700 *grypes* aurum sibimet defendunt -e puro ([*gr. non resp.*]. 753 invenies ⌊lapidem crystalli -e p.⌋ [*gr. 781 κρυστάλλου καθαρὸν λίθον*]). Ⓘⓘ *cetera exempla* (*saepe respicitur tellus sim., e. g. l. 20 sq. 27. 38*): CIC. Tusc. 5, 69 *indagatur,* unde *sit* terra et quibus librata -bus (*cf.* MANIL. 1, 173 ni librato penderet -e tellus [GERM. frg. 4, 27 aequatae l. -e Chelae. ISID. nat. 45, 1 qualiter terra super aerem fundata libratis credatur stare -bus]). VERG. ecl. 4, 50 aspice convexo nutantem -e mundum. AETNA 157 si spissa foret *tellus,* ... pigra ... et in -s conferta immobilis esset (*cf. 131* conferta in solidum). OV. met. 1, 8 chaos, rudis indigestaque moles, nec quicquam nisi -s iners. fast. 1, 700 versi ... in pila ligones factaque de rastri -e cassis erat (*cf. p. 2620, 2*). MANIL. 1, 159 *initio mundi* ultima subsedit glomerato -e tellus. SEN. Thy. 1020 immota tellus, -s ignavum iaces? fugere superi. nat. 2, 59, 3 ruinarum subito lapsu procidentium -a. epist. 94, 57 causas periculorum nostrorum, *sc. aurum sim.,* et instrumenta, *sc. ferrum,* disiecto terrarum -e eruimus. COLVM. 2, 4, 6 *aratrum* non minute diffundit humum *duram,* sed vastos caespites convellit; quibus obiacentibus impeditum arvum minus recte potest iterari, quia -bus glaebarum ... vomis a sulco repellitur. LVCAN. 7, 513 volant ... calido liquefactae -e glandes *funditorum*. 9, 467 concuteret terras orbemque a sede moveret, si solida Libye compage et -e duro clauderet exesis austrum scopulosa cavernis. PETRON. 123 vers. 235 *tempestate orta* ligat alter *nauta* -a pinus, alter ... tranquilla ... litora quaerit. PLIN. nat. 37, 46 maximum -s is *homo ad sucinum comparandum missus* glaebae attulit XIII librarum. SIL. 3, 643 proruta ferro dat gemitum putris resoluto -e moles *scopuli.* 16, 43 *vallo deiecto* contexere herbida lapsos -a et in tumuli concessit caespes honorem. STAT. Theb. 12, 435 commoto -e paulum secessere trabes *rogi*. PS. QVINT. decl. 4, 13 (*describitur mundus*) ut ... terrenum -s in medio ... librata mole consideret (AMM. 26, 10, 16 tremefacta concutitur omnis t. stabilitas -is). ANTH. 388a (*describitur mare placatum*) edomiti ... vago sederunt -e fluctus. SOL. 9, 7 si quando ... nimbis torrentes excitantur et aucta aquarum -a ruptis obicibus valentius se in campos ruunt (AMM. 22, 15, 12 mitigatis -bus a. *decrescit Nilus. cf.* ALC. AVIT. carm. 4, 161 in ... suas redeant undarum -a sedes). *al.*

β *de animantibus corporibusque eorum; praevalet notio*: Ⓘ *inertiae* (*simul magnitudinis l. 58 sq. et fort. l. 53; de mortuis vel moribundis l. 55. 57 sq.*): OV. am. 3, 7, 15 truncus iners iacui, species et ⌊inutile⌋ -s (⌊ ⌋ *sc. ad amorem*). hal. 59 foedus Lucanis provolvitur ursus ab antris; quid nisi -s iners? MANIL. 4, 932 perspice vires, quas ratio, non -s, habet. SEN. Phaedr. 1248 (*Theseus de Hippolyto mortuo*) huc reliquias vehite cari corporis -sque et artus temere congestos date. LVCAN. 9, 801 (*describitur hominis a prestere percussi corpus tumefactum*) tumidos iam non capit artus informis globus et confuso -e truncus. STAT. Theb. 5, 577 hic *anguis* magno tellurem -e mensus *moritur.* 6, 892 *luctator adversarium,* horrendum visu ac mirabile -s, sustulit. AVSON. 14, 25 (369 S.), 18 *linea solis mense tertio post conceptum* aspirans tenues per inertia *fetus* -a motus.
Ⓘⓘ *magnitudinis*: MANIL. 5, 706 *rector* elephanta premet dorso stimulisque movebit turpiter in tanto cedentem -e punctis. MART. 5, 65, 9 quot graviora cadunt Nemeaeo -a monstro, *sc. in ludis a Caesare datis.*

B *qualitas rei ponderosae* (*accedit notio -is examinandi maxime sub 1aβ, ceterum e. g. l. 71. p. 2620, 30; apud philosophos et interpretes rerum naturae respicitur vis, qua res deorsum feruntur, e. g. p. 2620, 6 sqq. 72; saepe notione aucta intellegitur magnum [maius, nimium] -s, v. e. g. p. 2620, 26 sqq. 38; in imag. p. 2620, 18. 52. 2622, 45. al.*): **1** *generatim*: **a** *notione communi*: **α** *exempla varia*: Ⓘ *sine gen.* (*exempla selecta inde a* CAES.): PLAVT. Amph. 312 (*Mercurius pugnum suum ponderans*) haud malum huic est -s pugno. Persa 232 tu quidem haud etiam es octoginta pondo. :: at confidentia illa, *sc. amoris,* militia militatur multo magis quam -e. CIC. Verr. II 4, 32 hydriam Boethi manu factam, praeclaro opere et grandi -e (*item pendet abl. qual.* -e *ex subst. vel adi.*: nat. deor. 3, 83 *Dionysius tyrannus* aureum ei *Iovi* detraxit amiculum grandi -e. LVCR. 4, 905 multa ... per trocleas et tympana -e magno commovet ... machina. *al.* VERG. georg. 1, 164 iniquo -e rastri. Aen. 5, 401 *Entellus* immani -e caestus proiecit. *al.*). 4, 124 bullas aureas ... non dubitavit auferre; quarum iste non opere delectabatur, sed -e (*item ad pretium indicandum e. g. p. 2619, 74 et* OV. epist. 3, 32 tripodas septem -e et arte pares). nat. deor. 1, 69 si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte -e (*ibid. iterum.* 2, 44 LVCR. 2, 239 PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 335, 2). fat. 22 *sec. Epicurum* tertius quidam motus, *sc. declinatio,* oritur extra -s et plagam. Att. 14, 14, 1 accepi tuas *litteras* et magni quidem -is (*item per hyperbolen respic. epistula longior*: ad Brut. 22, 1 [*antea*: tribusne versiculis ... Brutus ad me?] quae ... epistula *a me missa* non -s habuit?). *al.* VARRO frg. Non. p. 77, 12 quod arci ... fessi -e, diffracti celeriter corruissent. LVCR. 1, 359 cur alias aliis praestare videmus -e res rebus nilo maiore figura? 1, 633 ea quae debet genitalis habere materies, varios conexus, -a, plagas, concursus, motus, per quae res quaeque geruntur (*in simili enumeratione* 2, 726 [= 2, 1020. 5, 441]). 3, 220 *non* defit -is hilum (*gen. part. ut*: 3, 230 *anima* fugiens, *sc. ad mortem,* nil -is aufert. OV. fast. 2, 126 quid volui demens elegis imponere tantum -is? heroi res erat ista pedis. SEN. nat. 2, 13, 1 quae *favillae* -is aliquid secum habent. *al.* COLVM. 12, 52, 20 *nec* quicquam -is aut mensurae oleo accedit. *al.*). *al.* CAES. Gall. 2, 29, 3 magni -is saxa et praeacutas trabes in muro conlocabant (*gen. qual.* -is *ut*: 7, 22, 5 cuniculos ... maximi -is saxis morabantur. OV. met. 2, 750 magni sibi -is aurum postulat *quidam*. LIV. 1, 11, 8 armillas magni -is. *al., v. iam l. 9*). SALL. Iug. 94, 1 *scuta levia portabant* -is gratia. NEP. Iph. 1, 4 (*antea: loricas* pro ... aeneis linteas dedit) -e detracto, quod aeque corpus tegeret et leve esset curavit. VERG. Aen. 5, 153 -e pinus, *i. remis,* tarda (*item abl. instr. ad adi. pertinens*: LIV. 21, 28, 12 -e ipso stabiles *elephanti.* 28, 30, 11 quinqueremis ... -e tenacior *triremibus. al.; ad verbum e. g. l. 6 sqq. et* VERG. Aen. 12, 727 *Iuppiter lancibus* fata imponit diversa duorum, quem damnet labor et quo vergat -e letum. AETNA 500 ipso -e tracta volvitur *moles saxorum.* PROP. 3, 2, 24 *sepulcra* annorum ... ictu, -e victa, ruent. OV. ars 3, 212 *faex inlita vultu* fluit ... -e lapsa. CLAVD. MAM. anim. 1, 9 p. 48, 19 ignis ... sursum versus naturali -e rapitur). AETNA 131 nisi diversos emittat terra canales, ... pigra ... tellus conferta in solidum segni sub -e cesset. *al.* HOR. sat. 2, 2, 37 illis *piscibus* maiorem natura modum dedit, his breve -s. OV. am. 2, 10, 24 graciles, non sunt sine viribus artus: -e, non nervis corpora nostra carent. LIV. 7, 23, 8 locus ... superior adiuvit, ut pila ... non tamquam ex aequo missa vana ... caderent, sed omnia librata -bus figerentur (30, 10, 13 -e ipso libratior ... ictus. SIL. 10, 235 saxum ingens vasto libratum -e caeca venit in ora manu. *cf. l. 70. p. 2621, 7*). PAVL. FEST. p. 14 auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram vel -s iustum adiciebatur. CELS. 5, 17, 1[A] cum ex simplicibus *medicaminibus* alia demantur, alia adiciantur, isdemque servatis -um ratio mutetur. *al.* ad -s (in -s *l. 48*): LVCR. 3, 214 simul atque ... *anima morientis* recessit, nil ibi libatum de toto corpore cernas ad speciem, nihil ad -s. CAES. Gall. 5, 12, 4 *Britanni* utuntur ... taleis ferreis ad certum -s examinatis pro nummo (GAIVS inst. 1, 122 semisses *olim* ... ad -s e. erant). VARRO rust. 3, 17, 3 *divitem* Caesari duo milia murenarum mutua dedisse in -s (*cf. Plin. nat. 9, 81* sex milia numero murenarum mutua appendit: nam permutare quidem pretio noluit. MACR. Sat. 3, 15, 10 sex milia murenarum ... ad -s accepisse). SEN. dial. 10, 19, 1 ut *frumentum* ad mensuram -sque respondeat. epist. 66, 30 (*in imag.*) bona vera idem pendent, idem patent; illa falsa multum habent vani; itaque speciosa et magna contra visentibus, cum ad -s revocata sunt, fallunt. LEX met. Vipasc. I 7, 1 qui in finibus met⟨alli ... scau⟩rias argentarias ... ad me⟨n⟩suram pondu⟨sve purgare⟩ ... volet. VLP. dig. 47, 2, 52, 22 maiora quis -a tibi commodavit, cum emeres ad -s (*postea*: cum *venditor* erret in -e). VET. LAT. gen. 43, 21 (Ambr. Ioseph 9, 50) argentum nostrum ad -s rettulimus (*gr. ἐν σταθμῷ,* VVLG. eodem -e). III Esdr. 8, 64 sq. (*antea*: ponderatum aurum ... traditum est ... sacerdoti) ad numerum et ad -s universa, *sc. tradita sunt sim.,* (65) et scriptum est -s ipsorum eadem hora (*gr. 8, 62 πρὸς ... ὁλκήν*). *al.*

Ⓘⓘ *accedit gen. vel pron. poss.* (*adi. pro gen. p. 2621, 11. 27*):
Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde ab* OV.): PLAVT. Persa 244 neque tippulae levius -s est quam fides lenonia (*cf.* CVLEX 7 quisquis erit culpare iocos musamque paratus, -e vel culicis levior famaque feretur). INSCR. numm. lib. rei publ. n. 338, 1 sqq. (*fere a. 91 a. Chr.*) l(ege) P(apiria) d(e) ⌊a(ssis)⌋ p(ondere) (⌊ ⌋ *vel* a(eris), *v. Crawford, p. 611*). CIC. fin. 1, 18 solida corpora ferri deorsum suo -e ad lineam (Tusc. 1, 40. *al.* LVCR. 5, 189 BELL. Afr. 84, 1. OV. met. 1, 13 *mundo nondum creato non* circumfuso pendebat in aere tellus -bus librata suis. *al.*). ac. 2, 121 *Strato* quidquid aut sit aut fiat naturalibus fieri aut factum esse docet -bus et motibus. LVCR. 2, 218 corpora cum deorsum rectum per inane feruntur -bus propriis (GERM. 18 *sidera* indefessa trahit p. cum -e caelum). 3, 893 *corpus mortui* urgeri ... superne obtritum -e terrae (OV. met. 1, 53 quanto est -e t. ⌊-s aquae levius⌋, tanto est onerosior *aer* igni [-e ... levior *codd.*]. *al.*). 5, 542 *non*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

totum corporis in pedibus -s sentimus inesse (Ov. met. 12, 339 Val. Max. 3, 2 ext. 2 Sen. dial. 8, 5, 5. *al.*). Verg. georg. 2, 351 qui saxo super atque ingentis -e testae urgerent *virgulta*. Aetna 72 Iuppiter Aetna obruit Enceladon, vasto qui -e montis aestuat. Hor. carm. 2, 5, 4 nondum ... valet *iuvenca* ... tauri ruentis in venerem tolerare -s. Ov. epist. 5, 109 cum *folia* sine -e suci mobilibus ventis arida facta volant. Eleg. in Maecen. 1, 142 Tellus levis ossa teneto, pendula librato -s et ipsa tuum (*cf. p. 2619, 20*). Liv. 5, 51, 10 *Galli* in -e auri foedus ac fidem fefellerunt. Manil. 4, 205 Chelae ... mensurae tribuent usus ac -a rerum (4, 770. Pomer. 1 prol. 1 ipsius rei -s ... expendere). Min. Fel. 26, 12 substantiam ... mediam, terreni -is et caelestis levitatis admixtione concretam (Drac. laud. dei 2, 107 ubi t. sumpsit cum corpore -s immortale genus. 2, 470 corporis expertes t. -is. *cf.* Petr. Chrys. serm. 2, 1 *Elias* continuatione ieiunii defaecatus a carnali -e mortis victor evolavit in caelum). Avg. epist. 55, 18 -s ... olei si dimittatur in aere, deorsum, si autem sub aquis, sursum nititur. *al.* Ⓑ *per periphrasin -s alicuius rei pro re ipsa ponderosa dicitur* (*fere a poetis; exempla magis perspicua; addere possis e. g. l. 3. p. 2617, 40; cf. p. 2626, 52*): Lvcr. 5, 495 terrae concreto corpore -s constitit (*cf. p. 2620, 74*). 5, 975 consectabantur *feras* ... missilibus saxis et magno -e clavae (Sen. Herc. O. 787 Sil. 2, 246). Verg. Aen. 5, 407 (*de Aenea Erycis caestus admirante*) -s et ipsa huc illuc vinclorum immensa volumina versat. 10, 496 *Turnus* rapiens immania -a baltei *Pallantis*. Prop. 3, 14, 10 missile ... disci -s in orbe rotat *Spartana* (Mart. 14, 164, 1 splendida cum volitant Spartani -a d.). 4, 2, 28 corbis in imposito -e messor eram. Ov. met. 15, 123 dempto modo -e aratri ... *bovem* mactare. fast. 2, 367 iaculis et misso -e saxi *certabant athletae* (Stat. Theb. 12, 742 saevi tollentem -a s.). Sen. Herc. O. 840 Auster ... lenis -s Herculeum rapit. Lvcan. 1, 500 fracta ... veliferi sonuerunt -a mali. Calp. ecl. 4, 83 si quis canit Aethera ..., si quis Atlantiaci -s molitur Olympi. Sil. 6, 355 unca locant prora curvati -a ferri (Avson. 13, 17 [16 S.], 6 profugos f. -e necte pedes). *al.* Stat. Theb. 6, 649 aenae lubrica massae -a, *i. discum, iacere.* Mart. 4, 19, 7 plumea ... -a follis. 12, 66, 6 Maurusiaci -a rara citri. *al.*

β *peculiaria quaedam ad ponderationem spectantia*: Ⓘ *respicitur qualitas rerum ponderabilium* (*disting.* mensura *e. g. l. 37 sq. 45 sqq.*, numerus *e. g. l. 37 sq. 41*): Varro ling. 9, 66 qui reprehendunt, quod non dicatur ... 'aceta' ..., ibi desiderant multitudinis vocabulum, quae sub mensuram ac -a potius quam sub numerum succedunt. Gaivs dig. 18, 1, 35, 5 in his, quae -e, numero mensurave constant. 23, 3, 42 pr. 44, 7, 1, 2 Maecian. dig. 35, 2, 30, 3. *al.* Vet. Lat. I Esdr. 8, 34 adpensum est argentum et aurum ... iuxta numerum et -s omnium descriptumque est omne -s. sap. 11, 21 (20) omnia mensura et numero et -e disposuisti (*gr.* σταθμῷ). Is. 46, 6 (Cypr. testim. 3, 59) argentum in statera ponderatis in -e (-a *edd.; gr.* ἐν σταθμῷ, cod. 177 statuent in -e). Don. gramm. mai. 2, 7 p. 623, 5 semper singularia generis neutri, ut ... triticum et fere cetera, quae ad mensuram -sve referuntur (*sim.* Pomp. gramm. V 167, 18 quae ad -s vel ad mensuram pertinent. Avg. gramm. V 498, 38 quae ad -s veniunt vel mensuram. Mart. Cap. 3, 297 quae -e aut mensura aestimamus. *al.; cf. l. 50*). Char. gramm. p. 114, 6 *panis* unica res est et ad -s redigitur. Prisc. gramm. III 416, 3 'simplum, duplum' ... et similia, quae proprie ad -s vel numerum dicuntur. *al.*

Ⓘ *indicatur gravitas rerum exacta, plerumque librā statuenda* (*cf. p. 2616, 69 sqq. et s. v.* pondo): Ⓐ *accedit forma vocis* -s *ad indicationem gravitatis* (*modulo non indicato subauditur* libra *l. 55. 67 sqq. al., v. etiam p. 2622, 18 et supra p. 2614, 23*): Bell. Afr. 97, 3 Leptitanos ... xxx centenis milibus -is olei in annos singulos multat (*item gen.*: Plin. nat. 9, 64 binas ... libras -is raro admodum exsuperant *mulli.* 11, 184 augeri id *cor* per singulos annos in homine et binas drachmas -is ad quinquagensimum annum accedere. *al.* Vet. Lat. gen. 24, 22 [cod. 91. *al.*] inaures aureas didragma -is [*gr.* ὁλκῆς]. *al.*). Moret. 18 *frumenti* sibi depromit quantum mensura patebat, quae bis in octonas excurrit -e libras (*cf. abl. l. 64*). Vvlg. Ezech. 4, 10 cibus ... tuus ... erit in -e viginti stateres in die ([*nisi ad p. 2622, 28*]. Marcell. med. de mens. p. 10, 18 dragma ... habet in -e obolos vi). *apponitur* -s (*plur.* -a *l. 70. 71*) *voci gravitatem indicanti*: Plin. nat. 30, 103 aspidis cutem -e sexta parte denarii cum piperis pari modo Parthorum gentes in remedium quartanae bibunt. Vet. Lat. I Macc. 14, 24 (recc. L, X, V) clipeum ... -s minarum mille (*gr.* ὁλκήν, *rec. B* libras). Epist. Alex. p. 219, 7 pisces ... scauros -s (-e, -bus *var. ll.*) centenum quinquaginta ... capiebant. Chiron 333 ex eo potionabis aqua calida et oleo admixto ad -s *tantum* (*cf.* Veg. mulom. 1, 20, 2 picis liquidae ana -a iii). 805 uniuscuiusque -s obolos ... ternos in uno teres. 896 cera -s ii. 900 viscum -s i. Veg. mulom. 2, 113, 2 lapides molares non minus -a *tot.* Ps. Apvl. herb. 15 l. 11 in vino ... medicamen solvis et -s scripula ix per triduo sumes. 16 l. 3 herbae gentianae radicem ... -s dragmam unam dabis in vino. 90 l. 21. *al.* Ⓑ *gen. vel adi. gravitatem exactam indicans accedit ad subst.* -s (*pendet et gen. materiae p. 2622, 15*): Vitr. 10, 15, 7 *testudinem* habentem -s talentum quattuor milium (Plin. nat. 33, 51 craterem Semiramidis, cuius -s xv t. colligebat). Cels. 5, 17, 1[C] sciri volo, in uncia -s denarium septem esse, unius deinde denarii -s dividi a me in sex partes (Colvm. 7, 8, 2 minimum ... coagulum recipit sinum lactis argentei -s denarii. Scrib. Larg. 113 finguntur pastilli p(ondere) (denarii) (unius), alii ⌊p(ondere)⌋ victoriati [pondo *var. l.*]. *al.* Plin. nat. 19, 38 *laser* ad -s argentei d. repensum. *al.*). Colvm. 3, 15, 3 qui *lapides* ... non excedant quinquelibrale -s. 6, 5, 3 medicamentum -is sescunciae. 6, 7, 2 cupressini quindecim coni, totidemque gallae, et utrorumque -is vetustissimus caseus. Scrib. Larg. 52 pastilli -is victoriati ([*item gen. qual.*: Plin. nat. 20, 264]. *al.* Plin. nat. 23, 113. *al.*). 83 *symphyti radix* -e sextantis aut plus. Plin. nat. 21, 141 *iris* contra scorpiones duarum drachmarum -e in pane vel aqua sumitur (22, 18 radix ... bibitur drachmae -e in vino. *al.*). 33, 44 constitutum ..., ut asses sextantario -e ferirentur. *ibid.* librale ... -s aeris inminutum est bello Punico primo. *al.* Stat. silv. 5, 1, 190 da Capitolinis aeternum sedibus aurum, quo niteat sacri centeno -e vultus Caesaris. Ⓒ *cetera exempla*: CIL III 12924 (*in cippo Dalmatiae*) *aliquis* lapide lusit -bus his: xxxx, l, c. Vet. Lat. gen. 24, 22 (Ambr. Abr. 1, 9, 87) decem aureorum -s earum (*gr. ὁλκή, Vulg.* pondo siclorum decem). Vvlg. iud. 8, 26 fuit -s ... inaurium mille septingenti auri sicli. I reg. 17, 5 -s loricae eius quinque milia siclorum. Marcell. med. de mens. p. 10, 13 cyathus ... ad -s dragmarum pars decima est.

Ⓘⓘ *vi aucta: i. q. facultas ponderandi* (*cf.* Vvlg. II par. 4, 18 multitudo vasorum innumerabilis ita, ut ignoraretur -s aeris): Vvlg. III reg. 7, 47 propter multitudinem ... nimiam non erat -s aeris. IV reg. 25, 16 non erat -s aeris omnium vasorum. I par. 22, 14 praeparavi ... auri talenta centum milia ..., aeris vero et ferri non est -s. Ier. 52, 20 non erat -s aeris omnium vasorum horum. *i. q. status ponderati, sc. propter egestatem* (*fort. addas p. 2621, 61*): Vvlg. Ezech. 4, 16 comedent panem in -e et in sollicitudine et aquam in mensura ... bibent (Hier. *ad loc.* l. 1525 utinam saltem in -e eum ... mereamur accipere).

b *c. notione impetus sim.* (*cf. A2bβ*): Aetna 39 cum *Cyclopes* super incudem ... magno quaterent sub -e fulmen. Host. carm. frg. 1 *miles* percutit atque hastam pilans prae -e frangit. Sen. Oed. 139 patuit sub ictu -is vasti resoluta cervix *hostiae.* Lvcan. 4, 564 fratribus incurrunt fratres ..., haud trepidante tamen toto cum -e dextra exegere enses. Plin. nat. 2, 131 *flatus* maiore ... inlati -e incursuque, si late siccam rupere nubem, procellam gignunt. Sil. 14, 532 *miles immanis* relaxatis membrorum -e vinclis impulerat ratem. Homer. 827[a] obicit ... saxum ingenti cum -e missum (*loco fort. interpol.*). Stat. Ach. 1, 583 *Deidamia* -s ... tenentis *Achillis* ... miratur. Ps. Qvint. decl. 2, 17 ad colligendum vulneris -s *dextra tollitur.* Tac. hist. 2, 22, 2 molares ingenti -e ac fragore provolvunt. Clem. ad Cor. 20, 10 ventorum -a secundum tempus suum ministrationem suam ... perficiunt (*perperam vertitur gr.* σταθμοί, *sc. stationes*). Cypr. epist. 65, 3, 3 (*in imag.*) qui *sacerdotes* ad mortis extrema deiecti ultra lapsos laicos ruinae maioris -e proruerunt. Amm. 14, 10, 14 qui cadit in acie -e armorum oppressus et virium (16, 12, 48 a. -e pulsus loco Romanus. 28, 5, 10. *cf. p. 2627, 12*). *al.*

2 *speciatim:* ?**a** *vi deflexa indicatur aequilibrium*: Lvcr. 6, 574 (*respic. motus terrae*) inclinatur *terra* ... retroque recellit et recipit prolapsa suas in -e sedes (-a *var. l., quam def. e. g. Housman, Class. Papers II 438 sq., ita ut* in suas *intellegendum sit et locus ad A pertineat*). **b** *usu technico indicatur morbus per meton. (cf. etiam p. 2618, 40): gravedo* (*cf.* Gloss. V 630, 45 -e: gravidine): Pelagon. 62 ad capitis -s *remedium.* Theod. Prisc. log. 20 peripleumonicos haec accidentia manifestant: febres acutae, thoracis -s. *difficultas egestionis ventris,* τεινεσμός (*cf. p. 2618, 75*): Theod. Prisc. log. 104 si conationes vel -a perseveraverint, quas tenesmodis appellamus. Marcell. med. 27, 95 *si medicamentum* emplastri modo ano ventrique adposueris, -s omne et libidinem deiectionis efficaciter reprimes. Diosc. 2, 47 p. 196, 20 -e (*dat.*) *medicamentum* ... mirifice prodest (*gr. 2, 70, 5* τεινεσμούς). 2, 91 p. 216, 4 *medicamentum* -bus medetur (*gr. 2, 108, 2* τεινεσμούς). *al.*

II *transfertur ad qualitates -i corporeo similes vel ad res vel animantes, qui tales qualitates exhibent; respiciuntur*: **A** *qui (quae) aestimantur, examinantur*: **1** *tribuitur aestimatio* (*qui -s habent, saepe multum valent vel constantes sunt, ita ut etiam ad B pertinere possint; apud quem -s valeat, indicatur per praepositionem* apud *l. 72 sq. 75. p. 2624, 1. al.*): **a** *hominibus deisque, qui ob gravitatem, auctoritatem, potentiam magni aestimantur* (*eorumque qualitates sim. e. g. l. 72. p. 2623, 14, aspectus p. 2623, 12, pectus tamquam sedes animi p. 2623, 24; praevalente notione potentiae e. g. p. 2623, 18, severitatis p. 2623, 12*): Cic. Verr. II 1, 144 si M. Marcelli tutoris auctoritas apud te -is nihil habebat, *eqs.* (*fere eadem locutio*: Balb. 60 si mea auctoritas satis apud illos ... -is haberet. fam. 15, 1, 4 Sen. epist. 29, 3. *ceterum est gen. part.*: Sen. epist. 30, 9 plus ... fidei haberet apud te, plus -is, si quis revixisset et in morte nihil mali esse

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

narraret expertus. 115, 3). de orat. 2, 302 habet *testis* ... et voluntatem nocendi in iracundia et vim in ingenio et -s in vita (*item de teste*: top. 73 persona ... non qualiscumque est, testimoni -s habet. Ov. trist. 1, 6, 18. Pont. 3, 9, 50 Musa mea est index ... malorum atque incorrupti -a testis habet. *cf. p. 2624, 50; aliter, sc. de testibus iurationis, l. 6*). *al.* Ov. am. 3, 3, 19 (*1* fidem iurata fefellit) vos *deos* habui sine -e testis (*cf.* rem. 688 nec voces *puellarum* ... crede nec aeternos -s habere deos). MANIL. 1, 771 qui ... animi vires et strictae -a mentis prudentes habuere viri (5, 451 SIL. 8, 609. *cf.* SIL. 6, 429 animi [IORD. Get. 175]). 4, 440 *in carmine meo me* ostendisse deum nimis est: dabit ipse sibimet -a. VAL. MAX. 4, 3, 13 *non* quantum auri et argenti, sed quantum amplitudinis -s secum ferret *Scipio,* aestimabatur. 8, 10 ext. 1 terribile voltūs *Demosthenis* -s (*cf.* SEN. Phaedr. 799 facies torva viriliter et -s veteris triste supercili). SEN. dial. 9, 17, 6 frequens usus *iocorum* omne animis -s omnemque vim eripiet. LAVS Pis. 56 quis non attonitus iudex tua respicit ora? quis regit ipse suam, nisi per tua -a, mentem? STAT. silv. 2, 3, 65 posuere in pectore *tuo* sedem blandus honos hilarisque tamen cum -e virtus. *al.* MART. 9, 47, 7 tu, qui sectarum causas et -a nosti. QVINT. inst. 12, 10, 7 *Polyclito sculptori* deesse -s putant; nam ... non explevisse deorum auctoritatem videtur. 12, 10, 19 lenti ... quidam *Rhodii* ac remissi, non sine -e tamen (*item de oratore*: 12, 10, 36 subtilitate vincimur, valeamus -e). PORPH. Hor. carm. 1, 25, 10 'levis' pro nullius posuit -is (*gen. qual. ut*: ARNOB. nat. 2, 45 tam mobiles animas ..., gravitatis ac -is constantiaeque nullius. HIST. AVG. Hadr. 5, 4 quod eum *regem* non magni -is apud Parthos videret. *al.*). NEMES. ecl. 1, 51 plenum tibi -is aequi pectus erat. *al.*

b *rebus*: **α** *verbis, scriptis* (*exempla selecta inde ab* Ov.): CIC. Verr. II 4, 1 rem vobis proponam; vos eam suo, non nominis -e penditote. Flacc. 9 testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio *Graecorum* coluit, totiusque huiusce rei quae sit vis, quae auctoritas, quod -s, ignorat (*item de testimonio*: OPT. PORF. epist. ad Constant. 6. *al.; cf. l. 2*). 93 plus falsam epistulam habituram -is quam ipsius praesentis ... vocem (*item de litteris*: fam. 2, 19, 2. 3, 1, 3. 12, 27. *al.*). Lig. 21 ita rei publicae sanctissimum nomen opponebant, ut *Tubero,* etiam si aliter sentiret, verborum tamen ipsorum -s sustinere non posset (de orat. 2, 73 omnium sententiarum gravitate, omnium v. -bus est utendum. orat. 197 latebit eo magis *cura numerorum,* si et v. et sententiarum -bus utemur. *al.* QVINT. inst. 10, 1, 97 FRONTO p. 56, 18. *al.; aliter p. 2626, 54*). de orat. 1, 195 bibliothecas ... philosophorum ... videtur XII tabularum libellus ... auctoritatis -e ... superare (*cf. p. 2624, 19*). Brut. 140 Antonius in verbis eligendis – neque id ipsum tam leporis causa quam -is – et collocandis ... nihil non ad rationem ... dirigebat. part. 40 verisimilia *argumenta* ... movent e suo -e (*cf.* 99 quae *argumenta* in ipsis iudiciis permagnum saepe habent -s, cum ita dicitur: 'plus petisti, sero petisti'). Att. 4, 16, 1 ostendi, quid tua commendatio -is haberet (*item de commendatione*: fam. 12, 26, 2. 13, 25. 13, 33). *al.* HOR. epist. 1, 19, 42 indigna theatris scripta pudet recitare et nugis addere -s. 2, 2, 112 quaecumque *verba* parum splendoris habebunt et sine -e erunt. ars 260 Enni in scaenam missos cum magno -e versus (*respic. potius ars ipsa versificandi; aliter p. 2626, 70 sqq.*). 320 fabula nullius veneris, sine -e et arte. PROP. 3, 7, 44 *si* verba ... duxisset -s habere mea. Ov. am. 2, 14, 42 ista ... vanescant dicta per auras et sint ominibus -a nulla meis (*item respic. verba ominosa*: epist. 7, 65 nullum sit in omine -s. Pont. 3, 4, 98. *cf. p. 2624, 6*). ars 3, 806 gaudia post Veneris quae poscet munus amantem, illa suas nollet -s habere preces (*sim. de precibus*: Ib. 70 di ..., sinite optatis -s inesse meis). *al.* SEN. dial. 11, 14, 2 aliud habebunt hoc *Caesare* dicente -s verba velut ab oraculo missa. VAL. FL. 1, 39 fictis dat ... -a dictis. STAT. Theb. 1, 213 immutabile sanctis -s adest verbis *Iovis* (*nisi ad B1a*). QVINT. inst. 9, 4, 91 plurimum ... -is habent longae *syllabae* (*nisi ad B1b, ut fort.* MACR. exc. gramm. V 601, 12 modo longi temporis -s priorem retinet accentum, modo correpti levitas sursum repellit: *ἐνῆσαν ἔνεσαν*). *al.* *apud scriptores eccl. respicitur argumentum maximi momenti* (*cf. p. 2624, 37*): AMBR. paenit. 1, 10, 45 nec illa quaestio vestra quicquam poterit adferre -is. AVG. anim. 2, 6, 10 quod ... similitudines morum, qui reperiuntur in filiis, non ex animae semine venire disputat, consequens est quidem, ut hoc sentiant quicumque animae propaginem destruunt, sed nec illi, qui hanc astruunt, ibi constituunt -s assertionis suae: vident enim et filios parentum dissimiles moribus *eqs.* in euang. Ioh. 92, 2 tanta de ore praedicantis pretiosissimae veritatis -a procedebant, ut *eqs.* (SEDVL. op. pasch. 5, 1 Iudaea gens ..., quae -s tantae v. audiverat *eqs.* [*respic. maiestas verbi dei ut*: ALC. AVIT. carm. 1, 14 iam pater omnipotens librantis -e verbi undique collectis discreverat arida lymphis litoribus pontum constringens, flumina ripis]). SIDON. epist. 7, 9, 2 *non in oratione mea* aut -a historica aut poetica schemata ... libuit aptari. *al.*

β *rebus variis* (*exempla selecta inde a* QVINT.): CIC. Cluent. 116 quae res si rei iudicatae -s habuisset *eqs.* Vatin. 9 boni viri quid iudicent, id

est maximi momenti et -is (*gen. qual. ut*: Planc. 4 merita ... -is apud vos esse. *al.* AVG. civ. 3, 3 p. 100, 22 *non* graviter agere tanti -is causam). fin. 3, 20 aestimabile esse dicunt *Stoici* ... id, quod ... tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod -s habeat dignum aestimatione. nat. deor. 3, 85 et virtutis et vitiorum sine ulla divina ratione grave ipsius conscientiae -s *est. al.* PROP. 4, 7, 88 cum pia venerunt somnia, -s habent (Ov. met. 9, 496 quid mihi significant ... mea visa? quod autem s. -s habent? an habent et s. -s? *cf. p. 2623, 51*). Ov. am. 2, 7, 14 credendo ... omnia frustra ipsa vetas iram -s habere tuam. epist. 2, 30 unum in me scelus est, quod te, scelerate, recepi, sed scelus hoc meriti -s et instar habet. 3, 4 lacrimae fecere lituras, sed tamen et lacrimae -a vocis habent (*cf. p. 2623, 7*). Ib. 249 carminibus ... meis accedent -a rerum, quae rata per luctus experiere tuos (QVINT. inst. 8, 5, 8 magis ... decet *sententia* eos, in quibus est auctoritas, ut rei -s etiam persona confirmet. *al.; cf. l. 46. p. 2626, 50*). MANIL. 2, 130 ipsa fides, *sc. veritas probata,* operi faciet -sque fidemque. *al.* VAL. MAX. 2, 2, 2 indignum esse existimantes *Romani* inlecebris et suavitati litterarum *Graecarum* imperii -s et auctoritatem donari. 7, 5, 2 *civitas nostra* honoribus ..., non patiendo eos a scurris peti, debitum auctoritatis -s adiecit (AVG. c. acad. 3, 20, 43 nulli ... dubium est gemino -e nos impelli ad discendum, a. atque rationis. serm. 361, 3 a. ... -e Christianus ducendus est, qui iam Christo credidit. *cf. p. 2623, 39*). SEN. benef. 1, 11, 3 *non* ideo debemus tardius quemquam servare, quam possumus, ut muneri nostro timor imponat -s. QVINT. decl. 338, 8 per se imbecilla res est femina et adfert infirmitati naturali non leve -s, quod vidua est. 343, 14 aliquid -is (*gen. part. ut*: Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 160, 1 plurimum -is). FRONTO p. 112, 12 hunc ego honorem mihi a te habitum ⟨t⟩axo maximo et gravissimo -e. TERT. apol. 39, 4 *in congregationibus Christianorum* iudicatur magno cum -e. bapt. 18, 6 si qui -s intellegant baptismi magis timebunt consecutionem quam dilationem. adv. Marc. 3, 8, 5 totum christiani nominis et -s et fructus, mors Christi, negatur. ARNOB. nat. 2, 55 p. 129, 15 *non* in magnis -bus ducimus vel ignorare istud vel scire. HIER. epist. 3, 2, 2 tandem plenum veritatis -s erupit. CLAVD. 24, 80 *armis Stilichonis Roma* venerabile famae -s et amissas vires ... recepit. PAVL. NOL. epist. 43, 3 me fateor tantorum nominum et mysteriorum -a nec digito ausum tangere. BOETH. cons. 2, 7, 3 *fama meritorum* totius vacua -is *est.* ENNOD. opusc. 3, 136 p. 366, 9 (*loq. rex*) iudicii nostri ... -s intellege. *al.* *?i. q. elementum maximi momenti, pars media alicuius rei* (*cf. p. 2623, 61*): CIC. part. 60 qui *in enumeratione* non omnia minima repetet, sed brevi singula attingens -a rerum ipsa comprendet (VINCENT. LER. comm. 4, 1 ne immodicae brevitatis studio rapiantur r. -a orationis celeritate). GREG. M. moral. 2, 28 (*antea*: nonnulli magnae constantiae philosophiam putant, si ... dolores ... non sentiant) non est ... -s verae virtutis insensibilitas cordis. 9, 14 Oriones ... in ipso -e temporis hiemalis oriuntur.

2 *respicitur definitio gravitatis examinatae*: CIC. rep. 3, 12 *Chrysippus ita* loquitur, ut omnia verborum momentis, non rerum -bus examinet (*cf. l. 12*). AVSON. 26 (299 S.), 17 arbitrii subiturus -a tanti, *i. iudicis versuum,* optabo, ut placeam. AMM. 14, 5, 1 Constantius ... insolentiae -a gravius librans *accusatos pro liquido nocentibus accepit.* AVG. epist. 147, 39 testium -a discernendo perpende (*cf. p. 2623, 2*). FVLG. myth. 3, 10 Pythagoras dum modulos numeris coaptaret symphoniarumque -a terminibus arithmeticis per mela et rithmos vel modulos sequeretur (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 105, 10 *Philolaus Pythagoreus* de mensuris, -bus et numeris iuxta geometricam, musicam atque arithmeticam mirifice disputat). GREG. M. moral. 11, 57 scelus ... -s peccati transit, delictum vero -s peccati non transit (*cf. p. 2626, 14*). *al.* *in locut. adverbialibus c.* omnis *vel* magnus *fere i. q. 'multo'*: CIC. off. 3, 35 *si honestas est* omni -e gravior habenda quam reliqua omnia. FRONTO p. 51, 21 excusa me ... patri tuo, quem ... magno -e gravius amo et colo.

B *quae onerosa, difficilia sunt, mentem sim. aggravant* (*imag. passim sublucente*): **1** *varia* (*fere mala, aliter e. g. l. 63. p. 2625, 4*): CIC. de orat. 2, 360 (*memoria oratoris imaginibus corroboratur*) verum *non* est ... opprimi memoriam imaginum -e. Ov. met. 9, 438 *Minos* propter amara senectae -a despicitur (*cf.* SEN. epist. 30, 1 magno senectus et universo -e incubuit *cuidam.* FIRM. math. 5, 1, 31 longo -e senectutis oppressus. MAXIM. eleg. 1, 262). SEN. Herc. O. 231 rapuit vires -sque mali, casus animo qui tulit aequo (RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 6, 1 m. praesentium -s futura beatitudo solatur [*gr. 35, 729A τὸ παρὸν κουφίζων τῷ μέλλοντι*]. *al.*). benef. 5, 3, 2 quisquis ... saevientis fortunae vi ac -e oppressus non submittit animum (Ps. QVINT. decl. 13, 13 *nemo* grave putabit sibi istud f. tuae -s). epist. 91, 3 inexpectata plus adgravant; novitas adicit calamitatibus -s (*cf.* Ps. QVINT. decl. 5, 1 ut post piratas, orbitatem, famem hinc quoque calamitatibus nostris -s accederet). LVCAN. 7, 686 (*ad Pompeium devictum*) iam -e fati deposito securus abis (STAT. Theb. 5, 534 [*ad infantem a serpente immani occisum*] quis tibi, parve, deus tam magni -a f.

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sorte dedit?). 8, 22 poenas longi Fortuna favoris exigit a misero *Pompeio,* quae tanto -e famae res premit adversas. 9, 951 *Caesar* curarum proiecit -a (STAT. Theb. 4, 39 rex tristis et aeger -e c. 9, 575. *al.*). HOMER. 116 dum *Agamemnon* ... tuo, *Somne,* premitur sopitus -e dulci (*item de somno*: PS. QVINT. decl. 10, 13 an soporis -s illud *somniis visum* et nesciae quietis vanitas fuerit. PROB. Verg. georg. 1, 20 somni ... -e caput quasi deiectum. ALC. AVIT. carm. 1, 149 *deus* immisso tardavit -e sensus *Adae*). PS. QVINT. decl. 8, 16 cui potissimum parti *corporis* grave tacitae pestis -s insederit. 10, 19 (*mater alloq. filium mortuum*) si modo veneficum -s *magi umbram quiescere cogentis* ... discusseris, ad me ... propera (*sc. in somnio*). TERT. adv. Marc. 2, 8, 3 legis -s *deus non* imposuisset, si gravis lex invalido sustinendi (*cf.* ORIG. in Matth. ser. 10 p. 18, 4 sub -e gravium mandatorum). VET. LAT. II Macc. 9, 10 (rec. B, *sim.* M) sustinere eum *aegrum* nemo poterat pro odori[bu]s intolerabile -s (*gr. βάρος, rec. L. al.* gravitatem). Matth. 20, 12 (cod. 5. *al. et* VVLG.) portavimus -s diei et aestus (*gr. βάρος*). CYPR. Fort. praef. 1 pressurarum et persecutionum -s incumbit (VAL. CEM. epist. p. 758[B] si forte quispiam vobis ... p. -s intulerit. CANON. Arel. 11. *al.*). laps. 4 maeroris et funeris -a luctuosa participo (*item aggravant affectus*: FIRM. math. 6, 31, 48 grave tristitiae -s indicunt *stellae*. AVG. in epist. Ioh. 9, 7 ut -e timoris tui reprimatur *nequitia uxoris,* non damnatione iniquitatis. *al.*). patient. 21 iniuriarum (AMBR. Tob. 5, 21 acerbat conscientia -s i.). SER. med. 806 quam magna humanae mala -a condicionis. FIRM. math. 4, 24, 3 matribus miserum -s viduitatis imponit (6, 11, 10 acerbum -s v.). err. 18, 6 cervicibus tuis onerosum paupertatis imminet -s (RVFIN. Clement. 2, 28, 3 ut ... p. -s spreta cupiditate portarent). AMM. 14, 7, 20 *rei* atrocium criminum -bus urgebantur (HEGES. 1, 43, 5 gemini -s criminis evitaret). 14, 11, 3 *spadones* -bus invidiae gravioris virum fortissimum opprimebant (16, 12, 29. *al.*). AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 25, 3 *David* singulari certamine summam belli et totius proelii -s excepit (*cf. p. 2626, 56*). VAL. CEM. hom. 5, 2 (*opp. calumnia*) quare aliquis tantum gladio occisorum morti ⌞crudelitatis⌟ -s imponat (⌞ ⌟ *sc. eius exprobrationis sim. ut*: 14, 5 quid solis divitibus tantum superbiae -s imponimus? FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 53, 7 si eum putas adtrahere nolentes, caelesti iustitiae iniquitatis -s imponis). CASSIOD. inst. 1, 32, 3 magnae verecundiae -s est ... ignorare quod doceas. in psalm. 134, 4 l. 68 tantae concertationis fixa mente -a toleravit. GREG. M. dial. 4, 59, 5 subito mentis -e sum gravatus, ita ut neque depressus somno essem, neque vigilare me crederem. *al.*

2 *officia, conamina sim.*: **a** *regis, principis sim.* (*cf. e. g. l. 2*): OV. met. 15, 1 (*in imag. de Numa Romuli successore*) quaeritur ..., quis tantae -a molis sustineat tantoque queat succedere regi. fast. 1, 534 licet ipse recuset *Tiberius,* -a caelesti mente paterna feret. trist. 2, 237 mirer in hoc ... tantarum -e rerum te, *Caesar,* nunquam nostros evoluisse iocos? (MART. 6, 64, 14. LACT. mort. pers. 18, 4 cum -s et curam tantarum r. ... ferre non quiret *Nerva*. AMM. 27, 6, 12). SEN. Oed. 676 (*Creo ad Oedipum*) liceat hoc tuto tibi exuere -s nec recedentem opprimat. Thy. 930 magnum *est* ingenti strage malorum pressum fracti -a regni non inflexa cervice pati (SIL. 14, 89 *regem senem* -a r. *non* posse pati. STAT. Theb. 3, 715 r. ... volubile -s). STAT. Theb. 4, 320 (*mater Parthenopaeo*) tu bellis aptare viros, tu -a ferre Martis ... potes? HIST. AVG. trig. tyr. 5, 3 *Vitruvia* Augustae nomine affecta *est,* cum ipsa per se fugiens tanti -is molem ... in Marium ... contulisset imperia. PS. AVR. VICT. epit. 10, 7 ut subiit -s regium. PS. PHILO antiq. 49, 5 sustinere -s populi (VVLG. num. 11, 11 [*Moses deo*] cur imposuisti -s universi p. huius super me? *cf.* deut. 1, 12 [*Moses populo*] non valeo solus vestra negotia sustinere et -s ac iurgia).
al. **b** *scriptoris*: OV. Pont. 2, 5, 30 obruit *de triumpho scribere* audentem rerum gravitasque nitorque nec potui coepti -a ferre mei. VAL. MAX. 2, 7, 6 ut -e laudis, quam *duces Romani* meruistis, obrutus ... imbecillitatem ingenii mei detegam (PRISC. Anast. praef. 19 deo favente iam subibo -a l.). LAVS Pis. 190 te si forte iuvat studiorum -e fessum non languere tamen. TAC. dial. 1, 2 percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis -s excipere. *al.* **c** *prophetae, sacerdotis* (*cf. l. 54*): VVLG. Iob 31, 23 quasi tumentes super me fluctus timui deum et -s eius ferre non potui. SEV. MINOR. 2, 6 *ibi* mihi ... sacerdotalis officii -s impositum est. EPIST. pontif. 351 Silva-Tarouca Thess. p. 64, 19 prudentiae tuae iniunctorum vel delegatorum -s incumbit. CONC.[S] II 5 p. 141, 32 ad quem -s ecclesiae transeat tam male iacentis? (*Migne gr. 37, 257[B] τὸ βάρος, vers. alia Conc.[S] IV 1 p. 99, 2* gravamen). PETRON. BONON. serm. l. 57 si tantus propheta *Moyses* ... tam immensi operis -a expavit. POMER. 2, 2, 1 qui *sacerdotes* -s populi sibi commissi utiliter sustinentes pro peccatis omnium ... supplicant deo. CAES. AREL. serm. 1, 3 grave periculum et infinitum -s imminere cervicibus ... sacerdotum. DIONYS. EXIG. praef. 3, 6 honorem summae dignitatis gravissimum -s existimans *Gelasius papa*. *al.*

3 *vitia, crimina, peccata sim., quae nocent ipsi committenti* (*eiusve posteris; aliter l. 32*): SEN. epist. 117, 25 dic ..., qua ratione hoc secretarum cupiditatium -s effundam (AVG. catech. rud. 19, 3 -e c. in ... profunditatem praecipitantur. civ. 1, 28 p. 45, 5 quaedam ... veluti -a malarum c. ... ultimo *iudicio* reservantur. PETR. CHRYS. serm. 54, 4 ut deponas ... fraudis onera, -a cupiditatis, usurarum molem). CYPR. laps. 28 *qui* exomologesin conscientiae faciant, animi sui -s exponant (*cf. p. 2618, 54*). RETIC. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 55, 1 hanc ... principalem esse in ecclesia indulgentiam neminem praeterit, in qua antiqui criminis omne -s exponimus et ignorantiae nostrae facinora prisca delemus. OPTAT. 1, 8, 4 qui -e delictorum tamquam plumbum ... mersus *est* (HIER. epist. 14, 5, 1 nolo ..., examinato -e d. minora arbitreris idolatriae crimina esse. MAX. TAVR. 8, 3 gravari ... volatum dico non tam mole membrorum quam -e d. EVSEB. GALLIC. hom. 30, 3 *Christus* in se transferens humanorum -a d. *al.*). 6, 4, 4 *mens* nonnumquam desideriorum -bus premitur. 7, 3, 9 additum est aliud ad -s peccati (QVODV. prom. 2, 13, 24 p. -bus gravati in ima *merguntur.* PROSP. epigr. 72, 3 geminat sibimet p. -a quisquis, quae bona sunt, sumit [*sc. sacramenta*], quae mala, non refugit. *al.; cf. p. 2624, 56 et* OPTAT. 7, 3, 6 nescio, an in altero hoc genus peccati tanti -is esse possit). GAVDENT. serm. 18, 14 gravis pecuniarum sarcina est, quae tenacium suorum mentes avaritiae -e ad terram deprimit. VVLG. IV Esdr. 14, 14 dimitte abs te mortales cogitationes et proice abs te -a humana (*cf.* RVFIN. Adamant. 3, 2 *per homicidium* anima ... de -e poenaque liberatur [*gr. ἄχθους*]. AVG. doctr. christ. 1, 48 non ... corpus suum, sed corruptiones eius et -s oderunt *homines*). AVG. beat. vit. 33 (*opp. vera sapientia*) quorum *simulacrorum* -s amplexus a deo suo cadere atque demergi solet *homo.* *al.*

4 *debita sim.*: COD. Theod. 6, 4, 22, 5 quos gravissimi dispendii mole fatigatos subitum -s, *sc. multae,* oppressit. 9, 45, 2 *reos* vitare ... crimina vel -a debitorum. NOVELL. Theod. 22, 2, 15 *non* iuris optimi est matrimonium ... adventiciis etiam cumulare -bus. PS. BOETH. fid. cath. l. 151 M. *Hebraeos* Pharao magna -um mole premi decreverat et gravibus oneribus affligebat. PRISC. Anast. 153 *Anastasius* argenti relevans atque auri -e mundum (*i. τοῦ χρυσαργύρου*). CASSIOD. inst. 1, 32, 2 quos *rusticos* adiectarum pensionum -e non gravetis.

C *qui (quae) vim rei ponderosae ad standum vel ad movendum exhibent* (*huc vergunt multa sub A allata*): **1** *generatim respiciuntur*: **a** *constantia, stabilitas sim.* (*sublucente imag.* OV.; *cf. iam* PLAVT. *p. 2620, 64*): PROP. 2, 25, 22 credule, nulla diu femina -s habet. OV. epist. 5, 111 minus est in te quam summa -s arista. MANIL. 2, 956 *sedes quaedam* fidei tutelam vindicat ipsi pectoris et -s. SEN. nat. 6, 1, 14 felicitatem, cuius ... velocissima est levitas, habituram in aliquo -s ac moram credimus. TAC. dial. 6, 5 *si* accuratam meditatamque profert orationem, est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii -s et constantia. AVG. epist. 208, 4 *ne* offensi scandalis palearum aream dominicam deseramus, sed potius ... comminutam stipulam firmo caritatis -e toleremus (*cf. l. 59*). NOVELL. Theod. 1, 1 *patet,* quo -e donatio deferatur. BOETH. cons. 2, 3, 8 si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis -s habet, poteritne illius memoria lucis ... deleri, cum *filii consules facti sunt*?
al. **b** *vires ad aliquid efficiendum, movendum*: MANIL. 1, 34 per te, *Mercuri,* ... iam sidera nota nominaque et cursus signorum, -a, vires. LVCAN. 3, 337 (*loq. Massilienses*) non -a rerum nec momenta sumus: numquam felicibus armis usa manus (7, 504 fortuna ... r. tot -a vertens [*per periphrasin pro 'res ponderosas', ut*: MEROB. poet. 94 ⟨indig⟩nis contingat honos et -a r. ⟨non virt⟩us, sed casus agat]. *cf. p. 2624, 12*). IVVENC. 1, 303 nec genetrix tanti persensit -a verbi (*sc. significationem ut*: 3, 683 ancipiti verborum -e. *aliter p. 2623, 34*). VVLG. I reg. 31, 3 totum ... -s proelii versum est in Saul (*aliter p. 2625, 30; cf.* AVG. civ. 3, 17 p. 121, 18 non tam gravi -e urgebant *bella*). AVG. virg. 37, 38 non ibis ad eum, qui oculos ad caelum levare non audebat onere iniquitatis, sed ad eum, qui de caelo descendit -e caritatis (CLAVD. MAM. anim. 1, 26 p. 97, 2 accede, *homo,* formatrici formae, *sc. deo* ..., quia tanto ab illa speciei amplius capies, quanto te illi c. -e magis impresseris). SIDON. epist. 6, 10, 1 *quidam* depraedationis Gothicae turbinem vitans in territorium vestrum delatus est ipso, ut sic dixerim, -e fugae. CLAVD. MAM. anim. 2, 5 p. 117, 22 sqq. animae ... -s voluntas est eius, quae proprie magis amor dicitur ...: sive enim sibi incorporea diligat, ut est vera sapientia, sive ... corporea concupiscat, ut pulchra sunt corpora, inlocali amoris -e rapitur (*opp.* p. 117, 18 corporum -s ..., quo eadem in regiones suas ... feruntur). COD. Iust. 2, 41, 2 quidam existimabant nullam esse contra huiusmodi personas, *sc. parentes aut patronos,* in integrum restitutionem, -e naturali vel patronali reverentia huiusmodi petulantiae refragante. **c** *impetus sim., quo voces sim. proferuntur* (*aliter l. 54*): QVINT. inst. 6, 1, 2 quae ... enumeranda videntur, cum -e aliquo dicenda sunt. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 42 ('nugis addere -s') sua[s] cum -e pronuntiationis adferre et alioqui nugas peiores facere recitando. GARG. MART. pom. 1, 1 non levi -e adfirmamus, quod *eqs.* HEGES. 5, 7, 2. AVG. adult. coniug. 1, 20, 24 monendum, non iuben-

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dum fuit, quia non tanto -e prohibendi sunt homines facere licita ..., quanto -e prohibentur illicita. CASSIOD. in psalm. 43, 22 l. 338 'nonne' cum -e pronuntiandum est.

2 *speciatim de multitudine pugnantium (fere militum), sc. qui standi vel trudendi capaces sunt*: PANEG. 12, 9, 1 quamvis gravius ... -s infringi posse impetu pauciorum. ITIN. Alex. 23, 56 agminis -s Dario ipso duce ... haud procul indidem habebatur. AMM. 18, 8, 8 ambigentes, cuinam deberet aut possit occurri, trudente -e plebis immensae ... diffundimur (20, 7, 15 obsessi ... p. immensae -bus effuse disiecti sunt. 29, 5, 29). 24, 5, 8 repente in unum -s coacta multitudo *defensorum castelli* patefactis subito portis erupit. 24, 6, 13 *ne* miles ... multitudinis -e circumveniretur. 27, 10, 12 advenit omne -s armorum (*cf. p. 2622, 47*). 27, 12, 12 *Sapor* cum omni -e multitudinis Artogerassam circumsaeptam ... incendit. ANON. de mach. bell. 19, 7 inclinatum hostium -s *fugam meditatur*.

2 *respiciuntur, quae alicui offeruntur, proponuntur, praebentur*: **a** *dona votiva vel honorifica (cf. p. 2633, 64 sqq.; hic illic affiguntur, suspenduntur, e. g. p. 2645, 10. 12. 19. 37); dedicantur*: **α** *deis* (*aedes, aras, statuas sim. deis factas v. p. 2633, 64 sqq. 2638, 2 sqq.; res templo custodiendas sim. v. p. 2635, 75 sqq., tus sim. in igne comburendum v. p. 2649, 21 sqq.; exemplа selecta inde a* CIC.): NAEV. carm. frg. 3 sacra in mensa Penatium ordine -untur. PLAVT. Curc. 73 (*iocose*) me inferre Veneri vovi ieientaculum. :: quid? ⌞an te -es⌟ Veneri ieientaculo? (⌞ ⌟ *Pontanus,* tu te -es *Leo,* ⟨te⟩ antepones *Lindsay c. Müller*). CIL I² 3055 (*saec. II ex. a. Chr.?*) ⟨...⟩d hoc -tum donum; ... sacrum Fortu⟨nae⟩ ([*fort. praedic., cf. p. 2645, 7. 9*]. LIV. 28, 39, 19 d. ... ut in Capitolio -rent. 36, 35, 12. *al.* R. GEST. div. Aug. 24 d. aurea in aede Apollinis ... -ui [*gr. ἀνάθημα ... ἀνέθηκα*]. *al.*). CIC. Verr. II 4, 97 in hoc fano loricas galeasque ... Scipio ...

[Reineke - M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-uerat *suo nomine inscriptas.* div. 1, 75 stellae ... aureae, quae Delphis erant a Lacedaemoniis -tae post ... victoriam *quandam* (*ibid. iterum* [*postea*: deciderunt]. 2, 68). CAES. Gall. 6, 17, 5 ut neglecta quispiam religione ... ⌊-ta⌋ tollere auderet (*neutr. pro subst. ut*: or. frg. Gell. 4, 16, 8 isti, quorum in aedibus fanisque -ta et honori erant et ornatu. *al.*). VARRO frg. Non. p. 94, 18 primum capillum puerilem ... ad Apollinem -ere solent (MART. 9, 16, 2 speculum et capillos Pergameo -uit dona sacrata deo). PROP. 2, 10, 22 -itur ... ante corona pedes, *sc. statuarum deorum* (LIV. 4, 20, 4 dictator c. auream ... in Capitolio Iovi donum -uit. *al.*). 2, 14, 27 has -o ante tuas tibi, diva, ... aedis exuvias (*25* figam ... columnā). OV. am. 1, 11, 26 victrices ... tabellas Veneris ... -ere in aede ([*28* dedicat]. fast. 3, 268). met. 8, 723 pendentia vidi serta super ramos -ensque recentia dixi: '...'. fast. 2, 566 *Feralibus* -to pascitur umbra cibo. 5, 669 templa tibi, *Mercuri,* -uere patres ... Idibus (*sc. dedicando; aliter p. 2638, 18*). trist. 4, 8, 22 *miles emeritus* -it ad antiquos ... arma Lares (INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 57, 1984, 65 a. ... tibi, *Venus,* debita ponạm [*cf. CIL IV 8711; vix ad p. 2647, 46*]). LIV. 6, 4, 3 *pateras aureas* ante pedes Iunonis -tas fuisse (10, 23, 13). 35, 10, 12 ex ea pecunia *damnatorum* clipea inaurata in fastigio Iovis aedis -uerunt *aediles* (35, 41, 10 in cella Iovis supra fastigium aediculae. 38, 35, 5. CIL IX 5177 [*a. 172*]. *al.; cf. l. 36 sqq. et* LIV. 43, 6, 6 *scuta equestria trecenta* donum ... in Capitolio -ere). CIL XII 4335 (*saec. I in.; in clipeo arae parte antica inserto*) votum -uit (*fort. praedic., ut certe* V 6952, 3 Herculi scyphos v. -uit; *sim. dubites*: II 2601 *deae cuidam* v. ... -ssit. III 7671 *quidam* domno et domnae, *i. Serapidi et Isidi,* v. pos(uit). *et saepe*). 3138 (*saec. I in.; in cippo*) vovit, -uit (*sc. rem hoc titulo ornatam; cf.* ex voto -uit *obi. non indicato*: III 4415 [*saec. II*] d(eo) i(nvicto) M(ithrae) ⟨Au⟩r(elius). XII 1551 [*saec. II; in cippo*]. *et saepius in tit.*). LVCAN. 6, 559 extrahitur partus calidis -endus in aris (*sim. sacrificatur homo*: STAT. Theb. 9, 618 [*Atalanta Dianae*] ostendi prolem -uique trementem ante tuos ... pedes. VVLG. gen. 22, 9 *Abraham* -uit eum *Isaac* in altari). ACT. Arv. a. 69 (CIL VI 2051) I 65 ob laurum -tam. PLIN. nat. 29, 58 cenis deum ... -itur catulina. VET. LAT. I Macc. 4, 51 (recc. L, V) -uerunt super mensam panes, *sc. propositionis* (*gr. ἐπέθηκαν, rec. B* impos-). CE 866, 2 (*Epidauri*) *quidam* has auris ... *Aesculapio* voverat olim ... et -uit sanus ab auriculis. *al.* **β** *hominibus, manibus*: POLLIO or. frg. Char. gramm. p. 98, 5 clipeus praetextae imaginis -tus (R. GEST. div. Aug. 34 *corona* civica super ianuam meam fixa est ⟨et clu⟩peus ... in ⟨c⟩uria Iulia -tus [*gr. ἀνατεθ⟨έ⟩ν*]. PLIN. nat. 35, 4. 35, 13 in basilica ..., domi. CIL XI 6481 [*a. 148*] in curia. XIV 2410, 6 [*a. 158*] quod *c.* ei -uerun⟨t ante⟩ templum. *al.; cf. l. 18 sqq. p. 2634, 12, v. et l. 22*). FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 13 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 113) corona querc⟨ea ... *ut super ianuam domus*⟩ Augusti poner⟨etur⟩ (*cf. l. 37*). FEST. p. 333 in qua *aede Minervae* liceret scribis histrionibusque ... dona -ere in honorem Livi, quia [h]is et scribebat fabulas et agebat (VAL. MAX. 2, 10, 2 ante vestibulum *Scipionis*). CIL XI 6357 (*saec. II*^{2}) huic ... biga -ta *est* ob eximias liberalitates. INSCR. Année Épigr. 1987 n. 1078 (*a. 214/5*) imp(eratori) *Antonino Pio et matri eius* ... at deam patriam sua pecunia -uit (*obi. suppl.*). *in tumulo*: OV. met. 3, 506 *Naides* sectos fratri *Narcisso mortuo* -uere capillos (*cf.* STAT. Theb. 6, 517 tibi, *Polynices,* ... comas. silv. 5, 3, 106 crinem ... super tumulos). CE 1977, 5 (*a. 299*) dum cibi -untur calicesq(ue) *mortuae* (*sim.* 534, 4 ut dapibus -tis *mortuum* ... s⟨aepe colamus⟩). INSCR. Ital. X 5, 237 ut ... quodannis profusiones faciant et rosas -ant *collegae.*

b *edenda, bibenda* (*in religione v. l. 13. 31 sq. al.; saepius c. dat.* [*pron. refl. p. 2646, 10 et* IVV. 1, 141 sibi], *rarius c. praepos.* ad, coram; *indicatur vas sim. per abl. vel praepos.* in *c. abl. e. g. l. 60. 63. 65; accedit* [in] mensā, mensis *e. g. l. 66. 68. 71,* cenā, cenis [*abl. temp., ut vid.*] VARRO rust. 3, 6, 6 MART. 11, 52, 15 [*cf. l. 31*]; *in contextu sim. variant* apponere *e. g. l. 73. p. 2646, 8,* dare *e. g. p. 2646, 9; exempla selecta inde a* VARRONE): PLAVT. Aul. frg. 5 (*proverbialiter, ut vid.*) qui mi holera cruda -unt, hallec ⟨ad⟩duint (PERS. 3, 111 algente catino). Rud. 509 quae *cena* Thyestae ... ⌊aut -ta⌋ est Tereo ([anteposita *codd.*]. FEST. p. 329. MART. 10, 59, 3 [*in imag.*]. *al.; praedic.*: IVV. 5, 85 tibi ... cammarus ... -itur exiguā feralis cena patellā). CATO agr. 79 *globos coctos* melle unguito, papaver infriato, ita -ito. *al.* LVCIL. 1370 porri (*v. p. 2779, 16*). VARRO Men. 160 patella esurienti -ta. rust. 3, 4, 3 *aves* in mazonomo -tos coctos (PLIN. nat. 10, 141 in qua *patina.* MART. 13, 65, 1 Ausoniis ... mensis. HIST. AVG. Tac. 11, 5). 3, 5, 4 *avibus* cibatui offas -tas. frg. Non. p. 547, 19 (*al.*) ubi erat vinum in mensa -tum (OV. am. 1, 4, 7 PETRON. 34, 7. *al.*). VERG. georg. 2, 521 varios -it fetus autumnus. Aen. 1, 706 qui *ministri* ... pocula -ant ([SERV. auct. mensis adponebantur]. LIV. 40, 4, 13). 4, 602 Ascanium patriis ... epulandum -ere mensis. HOR. sat. 1, 2, 106 leporem venator ut alta in nive sectetur, -tum sic tangere nolit (*postea p. 2662, 69*; PORPH. appositum ... in cena). epist. 1, 12, 7 *si* in medio ⌊-torum⌋ abstemius herbis vivis (*neutr. pro subst.*). OV. Pont. 1, 10, 7 *aegro* -tae ... movent fastidia mensae (VAL. MAX. 2, 6, 1 secundae m. -endae consuetudinem. *al.; cf. p. 2633, 41 sqq.*). LIV. 41, 23, 8 cum ferae bestiae cibum ad fraudem suam -tum plerumque aspernentur (*item animalibus*: COLVM. 8, 5, 14 incubantibus ... gallinis iuxta -endus est c. *al.; hominibus*: CELS. 3, 6, 11 aegro. PAVL. NOL. carm. 16, 176. *cf. p. 2645, 13. 50*). PHAEDR. 1, 26, 8 *ciconia vulpi* intrito cibo plenam lagonam -uit. SEN. Tro. 1109 *non* parva gregibus membra Diomedes suis, *sc. equis,* epulanda -uit. epist. 95, 27 expecto iam, ut manducata -antur. PETRON. 47, 13 diligenter. PLIN. nat. 8, 210 (*syn.* adposuit). MART. 1, 43, 13 sq. (*antea l. 26*) -atur tibi nullus aper ..., sed tu -aris ... apro (3, 50, 8. *al.*). IVV. 5, 135 da Trebio, -e ad Trebium. PLIN. epist. 2, 6, 2 *quidam* sibi et paucis opima quaedam, ceteris vilia ... -bat. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 14 vini ... amphoras singulas et panes (*al., v. p. 227, 18 sqq.*). *al.*

c *conspicienda, palam facta* (*exempla potiora; huc vergunt quaedam p. 2633, 64 sqq. allata*): CIC. Verr. II 1, 59 ibi, *sc. in foro,* esse palam -ta ea, quae ab sociis per scelus ablata ... essent (PS. QVINT. decl. 1, 3 p. -tum est, sub oculis omnium. *cf.* TAC. ann. 4, 27, 1 propalam). 1, 129 templum *Castoris* in oculis cotidianoque aspectu populi Romani -tum est (dom. 101 *aedem* -tam in o. civitatis. *cf. e. g.* Tim. 37 nullo -to ob oculos simulacro earum rerum [*gr. p. 40*^{D} *ἄνευ δι' ὄψεως ... τῶν μιμημάτων*]. OV. epist. 16, 226 ante o. -ui pocula ... meos [*sc. ne viderem amantes*]. *sim. al.*). leg. 2, 27 -ta in ... villae ... conspectu religio Larum (fin. 5, 2 meo. *al., v. vol. IV 492, 12 sq.; addas e. g.* SEN. epist. 95, 38. *cf.* benef. 7, 9, 1 sub c. meo -ere *pretiosa*). off. 1, 126 *natura* formam nostram ... -uit in promptu (*opp.* contexit et abdidit). VARRO rust. 3, 9, 17 *gallinae rusticae* aspectu ... incontaminatae in ornatibus publicis solent -i cum psittacis ac merulis albis *eqs.* (*sim.* MART. 1, 43, 12 nihil inde, *sc. de apro,* datum est *cenantibus*; tantum spectavimus omnes: -ere aprum nobis sic et harena *amphitheatri* solet [*simul vergit ad b*]). LIV. 1, 51, 9 *coniuratorum* gladiis in medio -tis ([*8* cum ... protraherentur]. VAL. MAX. 3, 2 ext. 7 strictum gladium in m. -uit). SEN. benef. 7, 1, 6 (*sim.* epist. 110, 10) quidquid nos meliores ... facturum est, aut in aperto aut in proximo -uit *natura* (epist. 94, 56). nat. 1, 6, 4 aeque cito omnis imago aboletur in illo *speculo,* quam -itur (compon- *Hine c. Mureto; antea*: apparet). LVCAN. 4, 253 velut occultum pereat scelus, *certantes* omnia monstra in facie -uere ducum. *al.*

d *exempla cetera; -untur*: **α** *pignora sim. (respectu actionis corporeae hic illic fort. evanido; cf. p. 2658, 42): in sponsione ludentium* (*sc. ab utraque parte, ad fidem vincendi demonstrandam*): PLAVT. Curc. 355 -o pallium; ille suom amiculum opposivit. VERG. ecl. 3, 36 hanc vitulam ... depono; dic, mecum quo pignore certes. :: ... pocula -am fagina. OV. ars 1, 168 quaerit -to pignore, vincat uter (VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 p. cum quibusdam iuvenibus -to, an *eqs.; ibid.* de homine se cum iis ... p. -uisse). CALP. ecl. 6, 50 (*47* sciat hic non sine pignore vinci) -am velocem *equum.* BVC. Eins. 1, 10 caprum ... vel ... -ere *fistulam.* IVV. 1, 90 *in tabula aleatoria* -tā ... luditur arcā (*si recte huc; v. Courtney, comm. 1980, ad l.*). ANTH. 497, 1 nummos (*in zeugmate*). *in faeneratione*: IVV. 9, 141 *satis sunt* viginti milia faenus pigneribus -tis. SCAEV. dig. 32, 33, 2 *uxoris* ornamentum pignori -tum (PAVL. dig. 12, 6, 36 [*postea*: deponi]. *al.*). **β** *res venales (etiam homines) vel earum pretium*: TER. Phorm. 667 (*nisi ad p. 2654, 32*) opus est sumptu ad nuptias: his rebus sane -e ... decem minas ([*662* dabo; *669* nil dabo]. *sim. datur pecunia in emendo*: CLAVD. 18, 204 tot Pontus eat [*sc. veneat*] ... nummis, si Lyciam tenuisse velis, tot milia -as. *paulo aliter*: PETRON. 137, 6 ecce, duos aureos -o, unde possitis ... anseres emere). VARRO Men. 325 ut venalem tuniculam -ret cotidie. Q. CIC. pet. 8 cum, ad tabulas quos -ret, non haberet *Antonius* (*sim. venduntur homines* [*in compar.*]: HIST. AVG. Gord. 24, 5 *princeps pepulit* homines, per quos antea velut in auctione -tus nundinatus est. 25, 1 velut in hasta -ti venderemur). OV. ars 1, 408 *si* ⌊regum⌋ -tas Circus habebit ⌊opes⌋ (*sc. sigilla pretiosa*). PLIN. nat. 6, 88 merces -tas. TAC. ann. 14, 15, 2 -ta veno inritamenta luxui. DON. Ter. Eun. 359, 4 apud Terentium vicinas -i saepe adulescentibus meretrices. **γ** *praemia certaminis*: VERG. georg. 2, 383 praemia ... ingeniis ... -uere *Athenienses* (Aen. 5, 292 *Aeneas cursorum* invitat pretiis animos et p. -it [*314* hac galea contentus; *cf. 486 c. app. crit.*]. PHAEDR. 1, 14, 9. GELL. 10, 18, 5 agona ... facit -itque p. pecuniae aliarumque rerum. *praedic.*: SIL. 4, 267 tibi praemia -o illum ... fulgentem ... tapeta ... et fulvis donabere frenis. *cf. p. 2658, 43*). SIL. 16, 458 -tis ... accendit pectora donis: 'hanc primus galeam ... accipiet'. IVV. 6, 320 lenonum ancillas -tā Saufeia coronā provocat *eqs.* PAVL. NOL. carm. 17, 340 -tam ... iustis sume coronam. **δ** *varia utenda, habenda* (*cf. p. 2633, 31*): VERG. Aen. 6, 611 qui divitiis soli incubuere repertis nec partem -uere suis (*pendet e. g.* PAVL. NOL. carm. 13, 17). LIV. 6, 15, 12 cur, quod in sinu vestro est (*sc. aurum a Gallis receptum*), excuti iubetis potius, quam -atis, *ut plebi detur*? 24, 23, 1 claves portarum pecuniaeque regiae ante pedes eorum, *qui rem publicam liberaverant* (26, 50, 12 *Scipio aurum sibi oblatum* -i a. p. iussit. PETRON. 134, 12 vers. 5 [*Oenothea de vi sua*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mihi pontus inertes submittit fluctus zephyrique tacentia -unt a. meos sua flabra p. [*nisi ad 3a; cf. etiam p. 2648, 52*]. VET. LAT. act. 4, 35 [cod. 50. *al. et* VVLG.] pretia venalium ... -bant a. p. apostolorum. *cf. p. 2645, 8. 17*). LVCAN. 7, 348 quisquis patriam carosque penates ... quaerit, ense petat: medio -uit deus omnia campo. *al.*

3 *respiciuntur, quae deponuntur, amoventur, non iam adhibentur sim.* (*quae deponuntur conservanda v. p. 2635, 60 sqq., ceterum cf. p. 2635, 58. 2642, 8; praevalet usus poetarum; saepe abl. absol.; rarius indicatur, unde -antur, per praepos. vel abl., e. g. l. 17. 27. 34. 57. 75*): **a** *cuiusdam voluntate, opera sim.* (*disting.* abicere *e. g. l. 33. 50,* detrahere *l. 50. 67,* eripere *l. 49); -untur*: **α** *varia*: Ⓘ *exempla quaelibet* (*selecta inde ab* OV.): PLAVT. Aul. 637 -e (*635* quod tibi apstuleras, cedo). 638 -e hoc sis ... :: quid ergo -am? CALP. hist. 27 Cn. Flavius ... dicitur tabulas -uisse, scriptu se abdicasse (*in eadem re*: LIV. 9, 46, 2. *cf.* OV. met. 9, 525 *Byblis* scribit damnatque tabellas ... inque vicem sumptas -it -tasque resumit). VARRO Men. 578 -am ... arundinem. CIC. Tusc. 1, 24 dum lego, adsentior, cum -ui librum ..., adsensio ... elabitur (ad Q. fr. 1, 1, 23 de manibus. MART. 11, 16, 9 erubuit -uitque meum Lucretia l.). phil. frg. V 91 -endae sunt fides et tibiae. HOR. epist. 1, 13, 12 onus *libri* ([*6* meae ... sarcina chartae]. OV. trist. 5, 6, 4 [*in imag.*] officii ... pium ... -is o. [*3* dimittis; *6* depositurus]. *al.*). OV. am. 1, 14, 36 quid speculum maestā -is ... manu? 2, 4, 6 (*in imag.*) heu quam, quae studeas -ere, ferre grave est! ars 1, 702 *Achilles* -to sumpserat arma colo (LVCAN. frg. 6 plenas -uere c. et stamina Parcae). met. 8, 433 (*Thestiadae Artemidi, cui Meleager exuvias apri dederat*) '-e age *eqs.*' ..., et huic adimunt munus. fast. 1, 207 iura dabat populis -to modo praetor aratro (IVV. 2, 74). 3, 14 Silvia ... petebat aquas; ... -itur e summa ... urna coma. MANIL. 4, 683 *Europa terra Iovem taurum* -ere (pondere *trad.*) passa suos ignes *est, sc. Europam virginem* (*cf.* CVRT. 8, 14, 34 *equus Alexandri vulneratus* procubuit -to magis rege quam effuso). CELS. 7, 7, 4[B] *debet medicus* acum -ere, lini duo capita adprehendere *eqs.* SEN. Ag. 443 *remiges* -uere tonsas, credita est vento ratis (*cf. p. 2642, 12*). epist. 90, 30 *sapiens* -enda non sumeret. CVRT. 8, 1, 44 attoniti amici ne -tis quidem, sed abiectis poculis consurgunt. MART. 14, 185, 2 nucibus -tis. PRIAP. 33, 6 falce manu -ta. *al.* *audacius pro gr.* *ἀπωθεῖται*: CASSIOD. Ios. antiq. 18, 232 p. 533 *in convivio centurio offensus* ex lecto -it Agrippam. Ⓘⓘ *dicuntur -ere, qui aliorum operā -unt* (*huc fort. l. 25; cf. l. 70 et sub δ*): PLAVT. Cist. 244 compedes te capere oportet neque eas unquam -ere (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 46 Aegon -tis ... de corpore nodis *liber*). HOR. sat. 1, 5, 47 muli ... clitellas ... -unt. SIL. 17, 621 hic finis bello; ... -uit *elephas* gestatas ... turres. Ⓘⓘⓘ *imperat.* -e *inscribitur rebus non auferendis* (*adde p. 975, 41 sq.; cf. supra l. 12 bis*): CIL VI 29848a (*in columella*) Vmbricia dicit: fur, -e me! XIII 10027,230 (*in cochleari argenteo*) -e, curiose. XV 5930 (*sub vase; si recte legit Henzen*). 6899 (*in marg. lucernae*) -e, fur. INSCR. Année Épigr. 2003 n. 1145 (*in fundo vasis*) -e me, Domnae sum.

β *arma*: PLAVT. Cas. 698 *Casina* negat -ere, *sc. gladios* (706. OV. ars 3, 589 [*ad amantes rixantes; in imag.*] -ite iam g. hebetes, pugnetur acutis. LIV. 23, 9, 9). CIC. Marcell. 31 *post proelium Pharsalicum* arma ab aliis -ta, ab aliis erepta sunt (fam. 6, 2, 2 a. aut condicione -tis aut defatigatione abiectis aut victoria detractis. *al.* VERG. Aen. 10, 52. OV. am. 2, 9, 35 [*in imag.*]. *al.* LIV. 44, 15, 5 [*opp.* sumpturos]. *et saepe*). BELL. Hisp. 13, 3 scutum. VERG. georg. 4, 344 *inter nymphas Cyrenes erat* -tis ... Arethusa sagittis (TIB. 2, 1, 81 *Amor,* -e s.! SEN. Oed. 483. IVV. 6, 172 ⌊dea, -e⌋ s. [depone *codd.*]). Aen. 9, 586 fundam -tis ... hastis ... egit (LIV. 33, 8, 13. *al.*). HOR. sat. 2, 1, 43 (*in imag.*) ut pereat -tum robigine telum (OV. met. 1, 330. *al.*). carm. 1, 3, 40 iracunda ... fulmina (*de Iove ut*: OV. met. 2, 391 COLVM. 10, 204. *al.*). 3, 4, 60 *Apollo* numquam umeris -turus arcum (PHAEDR. 3, 14, 5. *al.*). PROP. 4, 9, 58 dum -ta Gorgone *se lavat Athena* (MART. 6, 10, 11). OV. Pont. 1, 1, 71 roditur ... -tum robigine ferrum, conditus ut tineae carpitur ore liber (SEN. Herc. O. 1871. *al.*). *al.*

γ *vestimenta, ornamenta, forma, facies sim.* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Cist. 784 *comoedia finita histriones* ornamenta -ent. Persa 363 dum tunicas -it *servus* (CIC. Tusc. 5, 60 cum pila ludere vellet ... t. que -ret. PROP. 2, 2, 14. *al.; cf. p. 2648, 24*). Pseud. 1281 *pallium.* VARRO frg. Non. p. 542, 7 vestitum delicatiorem ... -unt *mulieres lugentes,* ricinia sumunt. CIC. Verr. II 3, 187 *Siculi a Verre coacti* ipsi anulos aureos -uerant liberisque suis detraxerant (LIV. 9, 7, 8 *in luctu.* 43, 16, 14. SVET. Aug. 100, 2 [*opp.* ferreos ... sumendos]). CIC. off. 3, 43 (*in imag.*) *vir bonus* -it ... personam amici, cum induit iudicis (FEST. p. 217 in scena[m]). VERG. Aen. 11, 89 equus -tis insignibus ... it *in funere Pallantis* (HOR. sat. 2, 3, 254 -as insignia morbi: fasciolas, cubital, focalia. SEN. contr. exc. 8, 4, 2 imperatoris. LVCAN. 8, 239. *al.*). HOR. carm. 3, 2, 19 virtus ... nec sumit aut -it *consulis* secures arbitrio popularis aurae. OV. am. 1, 5, 17 *Corinna* ut stetit ante oculos -to velamine nostros (met. 4, 345 de ... corpore. *al.; cf. p. 2648, 17*). met. 3, 1 -ta fallacis imagine tauri se confessus erat *Iuppiter* (*2, 850* induitur faciem). 6, 202 'laurum ... capillis -ite'; deponunt *eqs.* (*opp. 161* lauro ... innectite crinem *Latonam colentes*). LIV. 45, 19, 16 diadema (IVV. 13, 39. *al.*). VITR. 2 praef. 1 vestimenta (AVR. Fronto p. 61, 13. VET. LAT. Ioh. 13, 4 [cod. 3. *al. et* VVLG.; *cod. 24* de-]). VAL. MAX. 9, 12, 7 praetextam (*v. vol. X 2, 1047, 69 sq.; cf. infra p. 2656, 18*). SEN. Thy. 609 *potentes,* -ite inflatos tumidosque vultus (LVCAN. 4, 238 *ferae mansuetae* v. -uere minaces). *al.*

δ *partes abscisae sim. (saepius act. de eis, quibus aliquid praeciditur sim., cf. p. 2647, 36; nota abl. l. 11 bis):* *frondes*: VERG. Aen. 12, 209 sceptrum ... in silvis ... recisum matre caret -uitque comas et bracchia ferro (PROP. 2, 19, 12 vitem docta -ere falce c. LVCAN. 3, 443 CLAVD. rapt. Pros. 3, 380). *barba, coma hominis*: HOR. ars 297 bona pars *poetarum* non unguis -ere curat, non barbam (SVET. Cal. 5 ad indicium ... luctus. 10, 1 eodem die togam sumpsit b. que -uit. Nero 12, 4 primam. INSCR. Année Épigr. 1927 n. 120). SEN. Herc. f. 853 comis nondum -tis *ephebi currunt. al.* *cetera*: PERS. 3, 10 liber et -tis ... membrana capillis in ... manus ... venit. CALP. ecl. 5, 72 cum vacuas -to velamine, *sc. lanae,* costas denudavit ovis. SIL. 4, 538 (*loq. hostis in oculum unicum restantem hastam missurus*) -e ..., quidquid restat in ore fero. IVV. 14, 99 praeputia (*v. vol. X 2, 788, 37 sq.*).

b *natura cogente* (*numine pro natura e. g. l. 52; addidimus arbores hominum more agentes l. 28 sq.; saepius pass. agente non indicato, act. de causa l. 46*): **α** *respiciuntur, qui (quae) partes suas, corpus, partum sim. deponunt*: LVCR. 4, 58 teretes -unt tunicas aestate cicadae. VERG. georg. 2, 14 nullis hominum cogentibus ipsae *arbores* sponte sua veniunt ...; *quaedam* -to surgunt de semine (*vix ad p. 2636, 40*). 2, 403 seras -uit cum vinea frondes (*sc. in fine anni; de arboribus lugentibus* [*cf. p. 2645, 48 sq.*]: OV. epist. 15, 151 rami -tis lugere videntur f. met. 11, 46 -tis te, *Orpheu,* f. arbor tonsa comas luxit. *cf.* rem. 606 non flesset -tis Phyllida silva comis). 3, 437 (*sim.* Aen. 2, 473) cum -tis novus exuviis ... volvitur *anguis* (LVCAN. 9, 718). OV. epist. 11, 64 (*loq. Canace*) ⌊et -tum⌋ est uteri crimen onusque mei (depositum *Reeson, ed. 2001*). met. 7, 237 *odore herbarum Medeae tacti dracones* annosae pellem -uere senectae. 8, 258 *perdix* -it ... in saepibus, *sc. non in nido,* ova (COLVM. 8, 2, 12 pauca. *al.*). PHAEDR. 2, 4, 3 sus ... fetum ad imam *cavernam* -uerat. CYPR. GALL. gen. 115 (*respic. gen. 3, 16*) *femina* praecipitur duro discrimine -ere partum (MAX. TAVR. 97, 3 Maria p. -uit. *al.*). *senectute, morte*: SEN. epist. 26, 2 *in senectute animus* magnam partem oneris sui, *sc. corporis,* -uit. 102, 25 ex eo, quod ad vitam adtulisti, pars magna -enda est: detrahetur tibi *corpus tuum.* 102, 27 aequo animo ... istuc corpus ... -e (PAVL. NOL. carm. 18, 73 *donec* -to desertis c. terris tenderet *ad caelum. al.*). ARNOB. nat. 2, 57 *sec. Stoicos* post hominem -tum aliquid eis *animis* ad vitam dari, *sed non in perpetuum. al.* **β** *respectu vario:* *deferuntur umores caeli*: HOR. carm. 3, 10, 7 -tas ut glaciet nives puro numine Iuppiter ([PORPH. post n. -tam]. OV. fast. 2, 72 -ta sub n. terra latet. SEN. Phoen. 370 bruma ... -uit nives. nat. 5, 10, 2 -untur et durant). PROP. 1, 8, 7 pedibus ... -tas fulcire pruinas. OV. fast. 6, 200 *ubi* facta ... erit -to rore ... uda seges. PAVL. NOL. carm. 18, 19 (*de nive*) siccus ... a nubibus imber -itur *eqs.* *placantur fluctus tumidi* (*a numine vel vento*): HOR. carm. 1, 3, 16 *Notus* tollere seu -ere vult freta (*Porph.: fluctus* placandos). SEN. Herc. O. 588 cum iam tumidas vere peracto -ret undas *Achelous.* Oed. 450 tumidum Nereus -it mare. *sedantur venti* (*cf. p. 2647, 1. 2664, 50*): LVCAN. 3, 523 -to Borea pacemque tenentibus Austris. MIN. FEL. 3, 3 semper mare etiam -tis flatibus inquietum est. ANTH. 388[a], 3 *Neptunus* stravit pelagus -uitque procellam. *defertur sol in occasum*: STAT. Theb. 6, 236 -to donec cum sole labores exhausti *sunt.*

4 *respiciuntur, quae exponuntur rebus vario modo afficientibus*: **a** *concoquentibus, calefacientibus, ad maturitatem quandam perducentibus* (*opp.* sub tecto *l. 65; cf.* in tecto *p. 2634, 43*): **α** *indicatur locus*: in sole (ad, in solem *l. 69 sq.,* sub sole *l. 71; distinguas e. g. p. 2641, 46. 2663, 36. 39*): CATO agr. 7, 4 *oleas orchites* sale confriato ...; postea salem excutito, in s. -ito biduum (*inde* VARRO rust. 1, 60, 1). 87 patinam *amuli plenam* in s. -ito, arescat. 88, 2 muriam in labella ... ⟨diffundito⟩, in s. -ito; usque adeo in s. habeto, donec concreverit; ubi nubilabitur et noctu sub tecto -ito. 113, 2 (*postea*: in s. siveris). *al.* VARRO rust. 3, 16, 37 *apes frigore oppressae* -endae in s. SEN. nat. 4, 9 si in s. -ueris aeneum vas et vitreum, *varie calorem concipiunt.* COLVM. 12, 14 mala et pira ... in s. -untur, donec arescant. *al.* PLIN. nat. 20, 119. MARCELL. med. 26, 95 continuis aliquot diebus ad s. ipsum sanguinem *hircinum* -es. PLIN. phys. Bamb. 17, 31 *haec* -is in solem diebus dece(m). CAEL. AVR. acut. 3, 4, 43 *medicamentum* sub sole. *al.* *exempla cētera*: CATO agr. 108, 2 vinum -ito sub dio (112, 2 in sole biduum aut triduum sub dio. COLVM. 11, 3, 51 iuxta aedificium sub divo [*eadem forma*: MARCELL. med. 27, 26 *aqua* sub d. -ta. *al.*]. *cf.* ANON. med. ed. Piechotta 75 sub dibum caelum). 156, 3 -ito pocillum *medicamenti antea parati* in sereno noctu.

[Reineke-M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VARRO rust. 2, 2, 15 ibi, *sc. in stabulo ovium,* ... nata recentia ad ignem prope -unt (VITR. 8, 4, 2 *haec* in vas ... coniecta ad i. -ta. APIC. 5, 4, 4 *his additis* ad i. -is *cumanam,* ut ducat. *al.; cf.* SCRIB. LARG. 45 super ignem [*opp.* deponere; *postea*: rursum coquere]. APIC. 2, 2, 2 ad vaporem ignis ..., ut caleat). PLIN. nat. 30, 138 in calice novo *inligatam* lacertam in fumo -i (*cf. 135* suspendunt in fumo). MARCELL. med. 9, 11 ad focum (*al., v. vol. VI 1, 991, 16*). APIC. 4, 2, 8 in thermospodio (*patinam ut*: 4, 2, 33). DIOSC. 2, 22 p. 191, 20 de ficato caprino: carbonibus -tus, aqua sudoris eius *eqs.* ([*gr. 2, 45 ὀπτωμένου*]. 2, 57 p. 202, 1). *al.* **β** *non indicatur locus* (*obi. suppl. l. 13 sqq.*): CIL I^2 3556a (*saec. I in. a. Chr.; inscriptum est tegulae adhuc molli*) quando -bamus tegila, *sc. ad siccandum.* VVLG. IV reg. 4, 38 -e ollam grandem et coque pulmentum (Ezech. 24, 3). MARCELL. med. 15, 42 *his* adicies salem et -es, ut ferveat (*ibid. iterum.* APIC. 4, 5, 1. 5, 3, 5. exc. cib. 14 [*antea*: mittes, ut coquatur]. 15 [*antea*: imponis, ut coquatur]). APIC. 4, 2, 18 patellam -es, ut coquatur. *al.*

b *infestantibus, comburentibus, consumentibus sim.* (*exempla certiora; cf. p. 2641, 5*): LVCR. 6, 965 cera liquefit in eius *solis* -sta vapore. OV. rem. 719 omnia *scripta* -e feros --es invitus– in ignes (*in eadem re*: trist. 1, 7, 16 in igne [5, 12, 64]). met. 5, 57 qui *stipes* media -tus fumabat in ara (*cf.* 8, 452 *stipitem* in flammam ... -uere *Parcae*). fast. 3, 418 tura ... -e focis (IVV. 13, 117 in carbone tuo, *Iuppiter,* ... tura ... -imus et sectum vituli iecur *eqs.* PANEG. 11, 10, 5 arae incendi, tura -i, vina libari *eqs.* COMM. apol. 875 simulacris t. -enda. *al.*). COLVM. 10, 74 *terrae* viscera ... ne dubita ... ferventia cespite mixta -ere, quae ... iaceant urenda pruinis *et* verberibus ... obnoxia Cauri. PLIN. nat. 11, 66 oleo ... omnia insecta exanimantur, praecipue si capite uncto in sole -antur. TERT. apol. 12, 4 cervices -imus, *sc. carnifici.* VET. LAT. Is. 50, 6 (cod. 94. *al.*) dorsum meum -ui ad flagella et genas meas ad alapas (*gr. δέδωκα, Ambr. incarn. 5, 44. al. et Vulg.* dedi; *pendet* COMM. apol. 354 d. ... ad flagellum caedendum). *al.*

5 *respiciuntur, quae in speciem, formam, numerum sim. rediguntur*: **a** *generatim; species, forma indicatur per*: **α** *praepos.* in: VARRO rust. 2, 4, 20 *hordeum porcellis dandum* in acervo -tum ([*opp.* fusum in longitudine]. PALLAD. 3, 25, 9. *cf. l. 57*). OV. met. 14, 503 (*Acmon in avem mutatur*) ora ... rigent finemque in acumine -unt. SIL. 11, 442 *dicitur Amphionis* chelys ... in muris -uisse ... saxa. PS. QVINT. decl. 4, 14 (*orator admiratur caelum sidereum*) deus haec ... ex illa rudi ... caligine protracta -uit in vultum, digessit in partes. VET. LAT. gen. 17, 6 (cod. 100. *al.*) *augeam* te valde ... et -am te in gentes (VVLG. in gentibus). psalm. 106, 33 (cod. 300. *al., sim.* VVLG.) -uit flumina in desertum et exitus aquarum in sitim, terra fructiferam in salinas (*al., v. vol. V 1, 687, 69 sq.; cf.* Ier. 22, 6 [cod. 177; *deus ad domum regis Iuda*] si ... -uero te in deserto, ⌞sicut civitates, quae non inhabitantur⌟ [*pertinet ad β*; VVLG. *v. l. 59*]). 106, 35 (*ibid.*) -uit desertum in stagna aquarum et terram sine aqua in exitus aquarum ([VVLG. in paludes a.]. VVLG. Is. 41, 18 -am desertum in s. a. et terram inviam in rivos a. [VET. LAT. *v. p. 2635, 20*]). Is. 49, 11 (Tycon. in apoc. 119, *sim.* VVLG.) -et omnem montem in viam planam et omnem semitam in pascuam vallis. HERM. vulg. vis. 3, 2 quosdam *lapides* ... -bant in structuram (*antea*: imponebant in s.; *cf.* Pal. vis. 3, 2, 6 sq. in eadem fabrica; in aedificio). VVLG. Is. 13, 9 ad -endam terram in solitudine ([*acc. var. l.*]. Ier. 25,12. *al.*). *al.* **β** *praedic.* (*accedit* sicut *l. 52,* quasi *l. 55. 58*): VERG. Aen. 12, 569 aequa solo fumantia culmina -am. VET. LAT. gen. 32, 12 (cod. 100. *al.*) -am semen tuum sicut arena⟨m⟩ maris (*Vulg.* dilatares). Is. 13, 9 (Cypr. Demetr. 22, 1, *sim. al.*) -ere orbem terrae desertum ([VVLG. *v. l. 49*]. Ier. 12, 10 [Conc.^{S} I 4 p. 77, 29] -uerunt partem meam ... quasi ... d. [*Vulg.* dederunt]. *al.; certe adi.*: VVLG. Ier. 51, 29 ut -at terram ... d. et inhabitabilem). VVLG. IV reg. 10, 8 -ite ea, *sc. capita abscisa septuaginta,* duos acervos iuxta introitum ([in *vel* ad duos a. *var. ll.*]. Mich. 1, 6 Samariam quasi acervum lapidum). VVLG. Ier. 10, 22 ut -at civitates Iuda solitudinem et habitaculum draconum (22, 6 s., urbes inhabitabiles). *al.*

b *speciatim componuntur: crines*: OV. am. 1, 11, 1 colligere incertos et in ordine -ere crines. 1, 7, 68 (*11* digestos ... laniare capillos) -e recompositas in statione comas! (ars 3, 434 vitate viros ..., qui ... suas -unt in s. comas). 2, 8, 1 -endis in mille modos ... capillis. epist. 4, 77 -ti ... sine arte capilli *Hippolyti* (*cf.* met. 1, 477 -tos sine lege capillos). ars 1, 306 quid totiens -tas fingis ... comas? fast. 1, 406 -tis arte manuque comis (*opp.* effusis). MANIL. 5, 147 ⌞tortos in fluctum⌟ -ere crines (⌞ ⌟ *proleptice*). *membra*: CAEL. AVR. acut. 3, 6, 66 qui ... *quadam causa* eas partes -tas habent (*sc. 'sic' sim. coll. his, quae antecedunt*: qui ... colla hoc schemate componunt).

B *notione incorporali*: **1** *usu sollemni*: **a** *respicitur imprimis ubi vel quale, quomodo quid collocetur* (*pertinet ad condicionem, statum sim. [ad merum situm e. g. p. 2650, 6. 51. 59]; locum subintellegas p. 2652, 56. 2654, 32. 65 sqq.; exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): **α** *generatim*: Ⓘ *cum praepos. vel abl. loci*: Ⓐ *exempla varia*: PLAVT. Cas. 517 id, *sc. me castigare,* -ito ad compendium (519). CIC. Tusc. 3, 15 res humanas despicere atque infra se -tas arbitrari (HOR. epist. 2, 1, 14 urit ... fulgore suo, qui praegravat artes i. se -tas [PORPH. i. -tis nocet, qui artibus bonis ceteros vincit]. CVRT. 6, 8, 7 Parmenionem ... haud multum i. magnitudinis *Alexandri* ... fastigium -tum). HOR. epist. 2, 1, 213 *poeta arte sua* modo me Thebis, modo -it Athenis. PROP. 2, 34, 94 hos *poetas* inter si me -ere Fama volet (*item in numero*: LIV. 29, 25, 3 quidam *auctores* ..., i. quos me ipse in re dubia -i malim. 12, 16, 5 quas *feminas* ... virtus i. magnos viros -uit. *al.; aliter e. g.* VAL. MAX. 6, 2 pr. quae *libertas* i. virtutem vitiumque -ta. *cf. p. 2651, 45*). LIV. 3, 10, 8 Antii summam rei, *sc. seditionis,* -tam. SEN. Oed. 677 te minore tutior -es loco (Thy. 394 obscuro -tus l. leni perfruar otio [*cf. p. 2662, 72. 2663, 6*]. clem. 1, 7, 4 humili [MARCIAN. dig. 48, 8, 1, 5 humiliore]. *al.*). clem. 1, 1, 8 securitas alta ..., ius supra omnem iniuriam -tum (epist. 70, 22 Catones Scipionesque ... s. imitationem -tos). 1, 23, 1 incredibile scelus et ultra audaciam -tum (dial. 2, 3, 3 qui *deorum* magnitudinem multum u. se -tam ... adpetant). VET. LAT. Matth. 24, 51 (cod. 4. *al. et* VVLG.) *dominus reversus* partem *servi iniqui* ... -it cum hypocritis (Luc. 12, 46 [*ibid.*] c. infidelibus. OPTAT. 1, 3, 4 c. moechis ... partem suam. *sim. al.*). FIRM. err. 13, 4 *Porphyrius* in ipsis auspiciis *operis sui* -tus dixit: '...'. LVCIF. Athan. 2, 18 l. 38 sine lumine, ut tu es, -ti Iudaei (moriend. 5 l. 9 s. vitae aeternae radicibus. 13 l. 10 s. spe vitae aeternae). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 21 p. 65, 16 quae *species* sub genere -itur (Porph. isag. p. 4, 10 [*gr. ταττόμενον*]). *al.* Ⓑ *c. praepos.* in (*c. acc. l. 34. 37*): *-untur animantes* (*in statu, dignitate, munere; in actione l. 42*): RHET. Her. 2, 30, 48 pares, hoc est in isdem partibus animi, corporis, fortunarum -tos ([*v. p. 460, 3 sq.*]. PS. AVG. quaest. test. app. nov. 45 *tetrarcha* in quarta p. regni -tus). CIC. Mur. 64 cum in eiusdem anni custodia te ... fortuna -uisset. Sest. 20 *cum Clodius* in altissimo gradu alienis opibus -tus esset (SEN. dial. 9, 14, 10 in ultimo illo g. -tus [*sc. moriens*]. CVRT. 6, 10, 25 in illo fortunae g. -tum venerari. *al.*). Balb. 36 ille populus in superiore condicione causaque -itur, cuius maiestas foederis sanctione defenditur (PS. QVINT. decl. 4, 1 in ea c. tristissimae sortis, ut *eqs.* HERM. Pal. sim. 5, 6, 1 in servili c. non -itur filius dei, sed in ... imperium [*gr. bis εἰς ... κεῖται*]). part. 126 qui *praevaricator* in contrariis causis quasi varie -tus esse videatur. LIV. 21, 2, 4 *Hasdrubal* in imperio -tus (PS. AVR. VICT. epit. 1, 3. *cf. l. 34*). 27, 27, 3 Numidis ... nequaquam in spem tantae rei -tis. VAL. MAX. 2, 6, 17 quidquid ... in excelso fastigio -tum est (SEN. epist. 76, 31 quos divitiae ... in altiore f. -unt. CVRT. 6, 9, 22 in quo *f.* me ipsi -uistis. PLIN. nat. praef. 11. *al.*). SEN. Tro. 1024 *est* dulce in immensis -to ruinis neminem laetos habuisse vultus. epist. 32, 3 in possessione beatae vitae -tum. PS. QVINT. decl. 17, 4 mens in obitus contemplatione -ta (*item in actione e. g.* CLAVD. DON. Aen. 2, 140 p. 165, 7 in fuga). CLAVD. DON. Aen. 2, 540 p. 222, 10 *mulier* in matrimonio -ta. *al.* *-untur res*: RHET. Her. 4, 31, 42 *decem exornationes verborum* a superioribus separavimus, quod omnes in uno genere sunt -tae; nam earum omnium hoc proprium est, ut *eqs.* (CIC. inv. 1, 42 contrarium est, quod -tum in g. diverso ab eo, cui contrarium dicitur, plurimum distat). CIC. inv. 1, 43 quae *res* -tae sunt in partibus honestatis aut utilitatis. Verr. II 5, 37 *operam dabo,* ut haec ipsa aedilitas ... recte collocata et iudicio populi in loco esse -ta videatur (*sc. in me*). Pis. 81 ut viros fortes species eius *virtutis* et pulchritudo etiam in hoste -ta delectet (*item in homine*: fin. 4, 33 quae *natura* ... summum bonum non in toto homine, sed in parte hominis -ret? SEN. benef. 3, 2, 1 quod in prima parte animi -tum esse debuit, *sc. memoria beneficii.* CYPR. epist. 81, 4 *si* deus in nobis -tus illa hora *persecutionis* loquatur [*Matth. 10, 20*]. CE 637, 3 *filio mortuo mihi est* -tum in pectore ⌞volnus⌟ [*obi. effectum q. d.*]. *al.; cf. e. g. l. 50*). nat. deor. 1, 39 *Chrysippus dicit* vim divinam in ratione esse -tam et in universae naturae animo atque mente (SEN. epist. 88, 8 *pudicitia* in corpore an in a. -ta sit. *al.; cf. l. 54*). OV. met. 9, 683 Telethusa maritum ... *precatur,* ne spem sibi -at in arto. VAL. MAX. 6, 1, 9 in qualicumque ... statu -tam Romano sanguini pudicitiam tutam esse voluit (SEN. Herc. O. 755 quo -ta in s. iam nostra domus est? epist. 85, 22 in optimo illam *vitam* s. -it qualitas sua, non magnitudo. *addas p. 2652, 45*). 6, 3, 5 (*Domitius praetor Siciliae aliquem morte punivit*) hoc aliquis in fine severitatis et saevitiae -endum dixerit (*cf.* in confinio: SEN. epist. 70, 2 *tempus* illud inter iuvenem et senem medium in utriusque c. -tum. COLVM. 3, 5, 2 *mediocritas soli* in c. boni malique -ta est. FRONTIN. aq. 30, 1). CELS. 1 prooem. 17 in obscuro -tas causas. 2, 6, 15 in vicino ... quaedam notae -tae ... medicos decipiunt. SEN. Oed. 25 (*Oedipus ex patria fugit*) in tuto tua, natura, -ui iura. dial. 3, 7, 2 *perniciosa* cum se in possessione *alicuius* -uerunt. 6, 9, 2 (*in imag.*) nostras ... opes ... in lubrico -tas *esse.* LVCAN. 9, 387 quibus in nullo -tum est evadere voto. *al.* Ⓒ *c. praepos.* extra (*-untur imprimis animantes*): CIC. Tim. 46 *deus cum* sese ... e. omnem culpam causamque -uisset (*gr. p. 42^D τῆς ... κακίας ἀναίτιος*). VELL. 2, 79, 1 *M. Agrippa* per omnia e. dilationes -tus consultisque facta coniungens.

[Reineke-M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. MAX. 6, 2, 12 *triumvirorum* beneficia e. ... ordinem legum. SEN. benef. 1, 2, 5 quae *animalia* e. ... aestimationem beneficii -ta sunt. 7, 7, 3 quem *deum* e. ictum *iniuriae* sua divinitas -uit (rem. fort. 13, 2 e. i. istius vulneris [*sc. mortis; cf. p. 2658, 14*]). dial. 7, 16, 3 quid ... deesse potest e. desiderium omnium -to? PLIN. nat. praef. 7 M. Tullius, e. omnem ingenii aleam -tus. QVINT. inst. 2, 5, 23 firmis ... iudiciis iamque e. periculum -tis (decl. 263, 8). 9, 3, 5 e. vulgarem usum -tae ideoque magis notabiles *figurae*. IVV. 13, 141 te ... e. communia censes -endum. CYPR. epist. 66, 2, 2 apud lapsos et profanos et e. ecclesiam -tos (LVCIF. Athan. 2, 18 l. 42 haeretici -ti e. domini eccl. *al.*). *al.*

Ⅱ *cum acc. praedic. vel adv.*: BELL. Hisp. 25, 5 inter bellatores principesque dubia erat -ta victoria. OV. trist. 3, 13, 19 (*ad diem natalem*) non ita sum -tus ..., adventu possim laetus ut esse tuo (*cf.* STAT. silv. 2 praef. et familiaritas nostra ... et ipsa opusculorum, quae tibi trado, condicio sic -ta est, ut *eqs.*). SEN. benef. 5, 19, 3 *beneficium tangit* et proximos ..., non numquam etiam longius -tos (dial. 7, 3, 1 *bonum non* longe -tum est: invenietur *eqs.* QVINT. inst. 5, 10, 90 ex longe -tis ad propiora ... argumenta). dial. 1, 6, 5 (*deus hominibus*) non fulgetis extrinsecus ...; intus omne -ui bonum (CYPR. epist. 59, 18, 1 plebis i., *sc. in ecclesia,* -tae ... maiestas). 6, 22, 1 *quis est,* cuius res tam bene -tae fundataeque sint, ut *eqs.* (*cf.* epist. 90, 38 in res optime -tas). *al.* QVINT. inst. 3, 6, 25 (*inter elementa quaestionum*) personam, in qua de animo, corpore, extra -tis quaeratur (decl. 338, 29. *al., v. vol. V 2, 2053, 61 sqq.*). VET. LAT. prov. 8, 28 (Tert. adv. Prax. 6, 2. *al.*) quomodo tutos -bat *deus* fontes eius *terrae* (*Vulg. aliter*). CYPR. epist. 59, 13, 6 *ne* foris -ti ad ecclesiam redeant (73, 1, 1 f. -ti et extra ecclesiam constituti. LVCIF. Athan. 1, 30 l. 53 *non* ad vos f. -tos dicitur, sed ad nos. *al.*). *al.*

β *speciatim dicuntur -ere*: Ⅰ *qui aliquid aestimant, iudicant* (*cf. p. 2653, 40; pro obiecto est inf. p. 2652, 3. 10sq. 27. al., enunt. secund. p. 2652, 22. 24. 28. 34. 39. al.*): Ⓐ *usu vario*: PLAVT. Curc. 506 eodem ... vos (*sc. trapezitas*) -o et paro: parissimi mi estis hibus *lenonibus.* ENN. ann. 371 *Q. Fabius Maximus Cunctator non* rumores -bat ante salutem *rei publicae* ([*vix est quod coll. vol. II 153, 17sq. et Hor. sat. 1, 1, 86 cogites de tmesi vel antistropha*]. SALL. Iug. 15, 1 *ne* verba inimici a. facta sua -rent. IVV. 8, 22 hos *mores* a. effigies maiorum -e tuorum). CIC. Cael. 4 equitis ... Romani esse filium criminis loco -i ab accusatoribus (fam. 6, 1, 3 quod ego quasi consolationis l. -o. LEP. Cic. fam. 10, 35, 2 misericordiam ... sceleris l. PROP. 2, 22, 44 quid iuvat heu nullo -ere verba l.? [*sunt qui locum ad p. 2659, 36 trahant; v. app. crit. et Fedeli, comm. 2005, ad l.*]. SEN. dial. 6, 21, 2 terram hanc ... puncti l. -imus ad universa referentes. *al.*). part. 71 non ... dubia firmantur, sed ea, quae certa aut pro certis -ta sunt, augentur (CAES. Gall. 7, 5, 6 pro certo [LIV. 10, 9, 12. 23, 6, 8]. *cf. e. g.* CONC.^{S} II 3, 1 p. 10, 11 *ea* pro nihilo -ens [*alia vers. II 2, 1 p. 23, 25* ducens]). Tusc. 5, 87 omnia, quae sine ea *honestate* sint, longe [et] retro -enda *esse.* VARRO frg. Serv. auct. Aen. 12, 139 Iuturna inter proprios deos nymphasque -itur (HOR. carm. 4, 3, 15 Romae ... dignatur suboles i. amabilis vatum -ere me choros. epist. 2, 1, 43 [*41* i. quos referendus erit?] iste ... veteres i. -etur honeste. OV. Pont. 4, 15, 13 i. opes ... me, parvam rem, -e paternas *eqs. al.; cf. p. 2650, 7*). OV. met. 2, 564 (*loq. cornix*) *ut* -ar post noctis avem, *i. bubonem* (VAL. MAX. 1, 1, 9 omnia ... p. religionem -enda ... nostra civitas duxit. SEN. benef. 4, 2, 4 p. voluptatem -itur virtus). VAL. MAX. 3, 8 ext. 5 amicos inimicis iuxta -ere. LIV. 28, 43, 5 me infra aetatem fili etiam sui -uit (SEN. dial. 2, 1, 3 quod Catonem aetas sua ... i. Vatinios -uisset. PETRON. 84, 3 insectantur ... litterarum amatores, ut videantur illi ... i. pecuniam -ti). *al.*

Ⓑ *cum acc. praedic.*: PLAVT. Mil. 953 omnis res posteriores -o atque operam do tibi. CIC. orat. 99 quem *oratorem* principem -imus (ac. 2, 2 quem *Themistoclem* facile Graeciae p. -imus. NEP. Alc. 11, 6 ut, apud quoscumque esset, p. -retur habereturque carissimus. *aliter p. 2655, 67*). LVCR. 5, 526 quid in hoc mundo sit eorum -ere certum difficile est (CIC. fat. 12 c. in Fabio -itur natum esse eum Canicula oriente. *addas l. 41*). NEP. praef. 5 quae *instituta sim. Graecorum* ... apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota -untur. Alc. 3, 5 *ut non* ei par quisquam in civitate -retur. Thras. 1, 1 dubito, an hunc primum omnium -am ([*3* cum eum nemo anteiret]. SEN. epist. 58, 13 Stoici volunt superponere huic ... aliud genus magis principale; ... illud genus, *sc. 'quod est',* ... merito p. -i docuero). LIV. 35, 14, 8 (*6* quem fuisse maximum imperatorem ... crederet) quem secundum -ret (SEN. epist. 58, 17 s. ex his, quae sunt, -it Plato, quod eminet *eqs.* APVL. Plat. 2, 1 p. 220 *Plato ducebat animi virtutibus* omnibus praestare prudentiam, secundam numero ac potestate continentiam -uit *eqs.*). AVG. quaest. hept. 6, 15 quamvis Asiam ... alii tertiam partem orbis -uerint (*cf. p. 2652, 15*). *al.*

Ⓒ *cum praepos.* in: ① *in condicione quadam, gradu aestimationis*: TRAG. inc. 204 hoc metuere, alterum in metu (*i. pro re metuenda*) non -ere. LVCIL. 550 *philosophus* cetera contemnit et in usura omnia -it non magna; proprium vero nil neminem habere. CIC. Verr. II 3, 212 *non* ego hoc in tua laude -o: alia sunt tua facta atque consilia summa laude digna *eqs.* (top. 71 consilio iuvare cives ... aequa in l. -endum est [*postea*: pari gloria ... esse]. *al.* PLIN. epist. 7, 4, 4 et in oblectationibus habuisse et in l. -uisse. *al.; cf. l. 51*). Flacc. 40 hoc, *sc. amissas tabulas,* in lucro -ere (SEN. benef. 5, 17, 7 suos *annos* benigne aestimare et in l. -ere). Pis. 31 meum discessum ... ⟨in⟩ maledicti et contumeliae loco -ere ([*suppl. sec.* 32 in m. l. -es]. fam. 15, 4, 12 quae non ego in beneficii l. -o, sed in veri testimonii). fin. 2, 19 *Aristippus non* in voluptate -it non dolere (VAL. MAX. 5, 7, 1 *filium* triumphantem ... sequi ... in maxima v. -uit). Tusc. 3, 14 'confidens' mala consuetudine loquendi in vitio -itur ([*opp.* laudis est]. LACT. inst. 6, 17, 2 metum ... in maximo v. -unt summamque inbecillitatem animi putant. *cf. l. 36*). nat. deor. 2, 36 in quo *gradu quarto et altissimo* rerum omnium natura -itur. *al.* SALL. Iug. 17, 3 in divisione orbis terrae plerique *geographi* in parte tertia Africam -uere (*inde* AVG. civ. 16, 17 p. 154, 9. *cf. p. 2651, 72*). PS. SALL. in Tull. 3 *Cicero* civitatis incommodum in gloriam suam -it (*cf.* in gloria: LIV. 26, 37, 6 ad moenia urbis Romanae ... se pervenisse in g. -bant. PLIN. nat. 7, 92 *tot* milia hominum occisa proeliis ... *non* in g. -uerim. *ceterum cf. e. g. p. 2658, 28*). *al.* in *c. adi. pro subst. neutr.* (*cf. e. g. l. 50*): BELL. Hisp. 29, 5 ut, quidquid ... casus tribuisset, in dubio -retur (LIV. 34, 5, 3 [*pendet interrog. obliqua ut*: VAL. MAX. 9, 6 ext. 2]. SEN. dial. 11, 5, 3 haec ⌊in d.⌋ -rem [non dubie *codd.*]). LIV. 4, 23, 3 sit ... hoc ... in incerto -tum (MARCELL. dig. 35, 2, 55 in i. -to, quamdiu victurus sit Titius. *cf.* in certo: LIV. 10, 18, 7 [*obi. suppl.; v. app. crit.*]). 39, 50, 11 *scriptores* in aequo eum *Philopoemenen* ... summis imperatoribus -uerunt (VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 velle ac posse in a. -tum erat. 7, 2, 3 in a. ... malorum -uit uri tecta, vastari agros *eqs.* SEN. benef. 5, 6, 7 *utramque* repulsam. dial. 5, 28, 4 in a. -imus, utrum ... an. *al.*). *al.* ② *in genere vel numero, multitudine sim.* (*cf. p. 2650, 7*): CIC. inv. 1, 6 oratoriam facultatem in eo genere -emus, ut eam civilis scientiae partem esse dicamus (Catil. 2, 20 *quosdam* in ... g. praedatorum. fin. 4, 36 ut *quidam* summum bonum in eo g. -ant, quod sit extra nostram potestatem. *al.* PLIN. nat. 8, 221. *al.; pro obi. est enunt.*: PLIN. paneg. 43, 1 in eodem g., *sc. rerum a te praestitarum,* -endum est, quod testamenta nostra secura sunt). leg. 1, 44 ⟨ut⟩ honesta in virtute -antur, in vitiis turpia (NEP. Epam. 1, 2 saltare ... in vitiis -i [*opp.* laude digna ducuntur]). fin. 3, 30 voluptatem ... in summis bonis (3, 49 si voluptas ... sit in bonis, divitias quoque in b. esse -endas. *al.* SEN. dial. 11, 10, 4 quod habuisti ... optimum fratrem, in summis b. -e. *al.*). nat. deor. 1, 87 aut solem aut mundum aut mentem aliquam sempiternam in deorum numero (natura *codd.*) -ere (div. 2, 3 'Cato' noster in horum librorum *ad philosophiam hortantium* n. -endus est. SEN. nat. 7, 4, 1 cometas in n. stellarum errantium -i. LVCAN. 10, 473 scelerum. *al.*). off. 1, 15 in qua *parte* sapientiam et prudentiam -imus (VAL. MAX. 4, 4 pr. divitias in prima felicitatis p. aut paupertatem in ultimo miseriarum statu -ere). CAES. carm. in Ter. 2 tu in summis, ... Menander, -ueris. HOR. sat. 2, 3, 287 hoc ... vulgus Chrysippus -it fecunda in gente Meneni (*sc. inepti, ut vid.*). NVX 19 si nux modo -or in illis *arboribus frugiferis.* CELS. 2, 18, 8 ut in media materia -i possint *membra haedi.* PLIN. nat. 17, 91 *umbrarum* scientia ... non in ultimis -enda. 22, 80 scandix ... in olere silvestri a Graecis -itur. PLIN. paneg. 20, 2 in laudibus tuis -am, quod adventum tuum ... *nemo* expavit (LACT. inst. 6, 18, 34). *al.*

Ⅱ *qui propria impendunt, consumunt, ad fructum percipiendum collocant*: Ⓐ *operam, studium, tempus sim.* (*se ipsum p. 2653, 3sq.*; in *re passim,* apud *aliquem l. 60. p. 2653, 13. al.* [in *aliquo l. 58*]; *non indicatur, ubi quid -atur, e. g. p. 2653, 15, obi. suppl. p. 2653, 12sqq.; c. adv.* bene [melius, optime], praeclare, recte *l. 59. p. 2653, 10. 13. al.*): PLAVT. Most. 303 (*302* locavi) operam nusquam melius potui -ere (CIC. off. 2, 3 in qua *re publica.* Att. 13, 27, 2 in Faberio. ad Q. fr. 2, 13, 1 bene. *al.* [*v. e. g. l. 61. 64*]. Q. CIC. pet. 47 *dixit* o. suam ... impertire iis, apud quos optime -i arbitraretur). CIC. Cluent. 157 ut omnis mihi cura et opera -ta sit in hominum periculis defendendis (div. 2, 7 cogitatio et c. *al.* AVELL. 2, 93 ad res divinas. *cf.* CIC. off. 1, 19 quod ... operae curaeque [TAC. dial. 37, 3 multum]). Mur. 45 ut ... totum animum atque omnem curam, operam diligentiamque suam in petitione non possit -ere (ad Q. fr. 1, 1, 41 totum ... a., curam cogitationemque tuam. TERT. anim. 13, 2 et rusticus in opere et in proelio miles animam se, non a. -ere affirmat). de orat. 1, 59 qui in his cognoscendis ... studium suum omne -uerunt ([dispos- *var. l.*]. fin. 1, 1 tantum s. tamque multam operam [*syn.* consumere]. Tusc. 5, 8 in rerum contemplatione. fam. 13, 55, 2 HIER. epist. 33, 1, 2. *al.; cf. p. 2653, 7*). 3, 17 omne ... tempus meridianum Crassum in acerruma ... cogitatione -uisse (fam. 5, 21, 1. 15, 2, 3 in magno officio. OV. epist. 19, 10 modo venando modo rus geniale colendo -itis in variā t. longa morā. Pont. 1, 5, 36 in arte. *al.*). Brut. 87 quem *diem* totum Galbam in consideranda causa ... -uisse (Att. 11, 22, 2 itinera enim ita facit *Caesar,* ut multos d. ⌊in⌋

[Reineke-M. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oppidum -at [‹ › *vim distrib. intellegit Shackleton Bailey*]. fam. 5, 21, 1 unum ... tecum d. libentius -uerim quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario). Tusc. 1, 44 totos ... nos in contemplandis rebus ... -emus (*item refl.*: SEN. dial. 9, 3, 1 in mediis se officiis). fam. 9, 24, 4 si in hac cura atque administratione *rei publicae* vita mihi -enda sit (HIER. epist. 22, 28, 4). 13, 55, 2 apud ipsum, gratissimum hominem ..., quam bene -turus sis studium tuum atque officium, *non dubitas* (SEN. benef. 6, 18, 1 -tum ‹illi› *homini officioso* esse apud Platonem o. [*sim. ibid. iterum.* ‹ › *dat. comm., ut vergat per imag. in notionem conservandi, cf. p. 2635, 60 sqq. et dat. eundem l. 22*]). *al.* HOR. sat. 2, 7, 113 otia recte (PANEG. 3, 32, 2 omne negotium, omne o. meum in ornandis rebus tuis). *al.* *obi. suppl. vel absolute*: CIC. fam. 13, 41, 2 id ... Lucceio et Pompeio valde gratum fore teque apud eos praeclare -turum confirmo. 13, 64, 2 apud ipsum praeclarissime. Q. CIC. pet. 26 ut intellegat te magni aestimare, ex animo agere, bene se -ere *eqs.* Ⓑ beneficium (benefactum CATO; *per imag. usus l. 26 sqq. illustrati, v. enim l. 25; huc vergunt l. 7. 13*): CATO orig. 83 benefactum quo in loco -as, ... interest (*cf.* SEN. benef. 5, 25, 1 b. ... resumere bono loco -tum et paratum). COM. pall. inc. 84 b. ... perdenda sunt multa, ut semel -as bene (*explicat* SEN. benef. 1, 2, 2 uno bene -to b. multorum amissorum damna solatur). CIC. Sull. 26 tantis a me b. in re publica -tis. fam. 13, 26, 4 id b. bene apud Mescinium -turus *es* (13, 54 a. gratos homines. SEN. benef. 6, 43, 2 -tum est illi, *qui praestitit,* a. me [*si recte subauditur* b.; *cf. 3* illud apud nos custodiri *eqs.; de dat. v. l. 9*]). PVBLIL. sent. O 9 optime. SEN. benef. 4, 3, 3 istud non b., sed fenus est circumspicere, non ubi optime -as, sed ubi quaestuosissime habeas, unde facillime tollas. *al.* Ⓒ *pecuniam*: CIC. Tull. 15 pecunia⟨m⟩ ... dum vult in praedio -ere, non -it, sed abiecit (Verr. II 2, 184 in ... rebus *luxuriosis.* 3, 165 cum -ta esset p. apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis faeneratus est. HOR. epod. 2, 70 *faenerator quidam* omnem redegit Idibus p., quaerit Kalendis -ere [PORPH. faenori dare]. PS. QVINT. decl. 9, 16. *al.*). ad Q. fr. 3, 1, 3 sumptum nusquam melius posse -i *quam in fundo quodam.* HOR. sat. 1, 2, 13 (= ars 421) -tis in faenore nummis. 2, 3, 23 huic signo -bam milia centum (*sim. accedit dat.*: MART. 11, 31, 21 unum -ere ferculis tot assem). QVINT. decl. 260, 13 qui aliquā in re publica ‹opes› -uerunt ([‹ › *Shackleton Bailey,* opera *trad.*]. 260, 16 in publico).

appendix notabiliorum: **1** *iuncturae verbales selectae (ponitur pro subi. verbi e. g.* adnectere TAC. hist. 4, 77, 1, ruere LVCAN. 2, 499, succĭdere FLOR. epit. 4, 12, 7): **a** *ponitur pro obi. acc. (subi. in struct. pass.)*: **α** *-em facere, inicere sim.: cum verbo* facere *eiusque compositis*: CIC. Vatin. 21 fecerisne ... -em *eqs.*? (PLANC. Cic. fam. 10, 15, 3. *al.* CATVLL. 17, 5 -s ... fiat. CAES. Gall. 1, 13, 1. *et saepe; adde titulos p. 2668, 15 sqq. 23 sqq. allatos*). CAES. Gall. 6, 6, 1 effectis -bus (7, 35, 1. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 2 FRONTIN. strat. 4, 2, 1. *al.*). 6, 35, 6 infra eum locum, ubi -s erat perfectus (7, 56, 1. *al.* LIV. 21, 45, 3. *al.; cf.* CIL II 760 opus -is perfecerunt). 7, 35, 5 -em reficere coepit (7, 53, 4. *al.* FRONTIN. aq. 11, 2 CIL XIV 3583). *cum quibuslibet verbis*: CAES. Gall. 4, 18, 4 quo *tempore* -s institui coeptus est (civ. 1, 54, 4. *cf.* restituere *p. 2668, 26*). LIV. 26, 6, 2 velut ... -e iniecto (FRONTIN. strat. 3, 9, 9 TAC. ann. 15, 9, 1. *al.; cf.* iacere: PLIN. nat. 3, 101). SEN. Med. 585 iunctos ... esse -es (dial. 10, 18, 5 navibus. PLIN. nat. 34, 150. *al.; cf. l. 75*). TAC. ann. 1, 69, 1 impositum Rheno -em (2, 11, 1. 15, 15, 1 AVR. VICT. Caes. 13, 4). EPIST. de aedif. (CIL VI 1585b) 35 -em ... compingi ([*v. p. 2668, 50*]. AMM. 17, 1, 2 -e compacto. *cf.* 24, 7, 4 pangendis -bus). PAVL. dig. 39, 3, 11 pr. -em ... exstruet (*cf.* construere: PS. AVR. VICT. epit. 41, 14 MART. CAP. 6, 661; struere: AMM. 17, 13, 28. 18, 2, 14 HIST. AVG. Prob. 9, 4; instruere: MACR. Sat. 1, 11, 47). AMM. 16, 11, 8 ad compaginandos ... -es (18, 2, 9. *al. apud eundem*). 17, 1, 2 -bus constratis (18, 2, 14. 24, 4, 6 CASSIOD. chron. II p. 141, 779). *al.* **β** *-em frangere, rumpere sim.*: PLAVT. Cas. 66 -em interrupit (*al., v. vol. VII 1, 2273, 21; cf.* rumpere: LIV. 2, 10, 10 QVINT. inst. 2, 13, 16. *al.*; abrumpere: VAL. MAX. 3, 2, 1 SIL. 4, 487. *al.*). CIC. leg. 2, 10 *ut* -em interscindi iuberet (CAES. Gall. 2, 9, 5; *cf.* rescindere: 1, 7, 2. 4, 19, 4. *al.* NEP. Milt. 3, 4 LIV. 22, 8, 7. *al.*; abscindere: PROP. 3, 11, 63; scindere: TAC. hist. 5, 26, 1). NEP. Them. 5, 1 ut -s ... dissolveretur (9, 3. *cf.* solvere: CVRT. 4, 16, 8 TAC. ann. 1, 69, 1. *al.*). VERG. Aen. 8, 650 -em ... vellere (*cf.* revellere: SIL. 13, 728; avellere: AMM. 23, 5, 5. 30, 10, 2). LIV. 26, 9, 3 intercisum -em (26, 9, 11). 35, 21, 5 Tiberis ... duos -es, aedificia multa ... evertit (INSCR. Année Épigr. 1973 n. 226 [*a. 205/6*] -em Apollinis ... fluminum violentia eversum). STAT. Theb. 7, 317 abreptis ... -bus. TAC. hist. 3, 17, 1 fracto ... -e (AMM. 23, 5, 15 [fracto *Mommsen,* praetor *vel* perfecto *codd.*]). *al.* **γ** *-em transducere, transire sim. (cf. bβ)*: CAES. Gall. 2, 10, 1 funditores ... -em traducit. LIV. 2, 10, 4 si transitum -em a tergo reliquissent (21, 47, 3. LABEO dig. 19, 2, 60, 8 id *vehiculum* cum -em transiret. PLIN. nat. 8, 169. *al.*). VAL. MAX. 1, 1, 10 *Vestales* -em sublicium transgressas. COLVM. 6, 29, 1 *si pullus* -em flumenque transcendit.

b *abl. instr.* -e, -bus: **α** *cum verbis iungendi sim.*: CIC. Verr. II 4, 117 -e ... adiungitur (*v. p. 2667, 51*). CAES. civ. 3, 112, 2 *insula* angusto itinere et -e cum oppido coniungitur (LIV. 1, 33, 6. *al.*). OV. fast. 6, 477 -bus ... iuncta est ... Circo area *fori boarii* (LIV. 28, 7, 2 ut

[Fiedler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Chalcis -e continenti iungatur. *al.* CVRT. 3, 7, 5 Pyramo amne -e iuncto. *al.*). FLOR. epit. 1, 4, 2 Tiberinum -e commisit *Ancus Marcius.* *al.*

β *cum verbis (trans)eundi, (trans)mittendi sim.* (*cf. αγ supra et iuncturas c. praepos.* per, *e. g.* per -em ducere OV. trist. 3, 10, 33, ferre VARRO frg. Non. p. 523, 29, mittere CAES. civ. 1, 61, 1, redire FRONTIN. strat. 2, 13, 5): VARRO rust. 3, 5, 9 cum ... e villa in villam -bus transeatur (CAES. civ. 1, 40, 3 cum ... propiore ⟨-e⟩ legiones ... flumen transissent [*si recte suppl. Nipperdey*]. HIRT. Gall. 8, 27, 2 quod *flumen* erat -e ... transeundum. LIV. 21, 47, 3. *al.*). CAES. civ. 1, 40, 1 his -bus pabulatum mittebat (1, 40, 7). 1, 40, 4 suo -e Afranius ... legiones ... traiecit. 1, 55, 2 eodem -e ... revertuntur. LIV. 31, 24, 3 transgressus -e Euripum (TAC. ann. 13, 39, 6 amnem Araxem). TAC. ann. 15, 7, 2 *Euphraten* -e tramittebant (PLIN. epist. 8, 8, 5. *al.*). *al.*

2 *accedunt adi. selecta indicantia*: **a** *varia*: CATVLL. 17, 1 longo (TAC. ann. 1, 63, 3 ANTH. 461, 7). LVCR. 1, 285 validi. CIC. leg. 3, 38 angustos (STAT. silv. 3, 2, 55 GREG. TVR. Franc. 4, 33). VERG. georg. 4, 27 crebris. Aen. 9, 530 altis (10, 658. 12, 675. *v. etiam p. 2669, 52*). OV. trist. 3, 10, 33 novos (PLIN. epist. 8, 4, 2 VLP. dig. 43, 19, 3, 16 SYMM. rel. 26, 2). PLIN. nat. 8, 201 praetenui. STAT. Theb. 10, 864 longaevi. FRONTIN. strat. 3, 13, 6 modico. 4, 7, 28 tumultuarium. AMM. 16, 8, 10 solubili. SIDON. epist. 1, 5, 3 pervii. **b** *materiam*: OV. fast. 5, 622 roboreo. VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 ligneo (CIL X 3344 [*a. 159*]. NOT. urb. Const. 15, 19). CVRT. 5, 1, 29 lapideus (CIL II 2478 [*a. 104*]. *al.*). LVCAN. 4, 15 saxeus.

3 -s *occurrit in nominibus locorum*: **a** inter duos -es *vocatur regio urbis Romae* (d. *om.* HOR., i. *om.* COSMOGR.; *ad rem v. Degrassi, Lex. topogr. urb. Rom. II 219*): LVCIL. 1176 -es Tiberinus duo i. captus catillo (*item respic. pisces ibi capti*: TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16. HOR. sat. 2, 2, 32 -is ... i. PLIN. nat. 9, 169 MACR. Sat. 3, 16, 13 sq. 17). FORMA urbis (CIL VI 29844) frg. 26 inte⟨r d⟩uos -es. RVFIN. hist. 2, 13, 3. COSMOGR. 1, 25 p. 83, 9 *Tiberis* facit insulam ..., ubi duo -es appellantur. *al.* **b** *variorum, sc. municipiorum, urbium, stationum sim.*: LEP. Cic. fam. 10, 34[a], 2 ex castris, ex -e Argenteo, *sc. litterae datae* (10, 35, 2). ITIN. Burdig. p. 558, 4 mutatio -e Aureoli. TAB. Peut. 2, 5 -e Dubris. 4, 5 ad -e Ises. NOT. dign. occ. 40, 34 -e Aeli. MARCELL. chron. II p. 96, 504 usque ad -em Ferreum sic nomine dictum. *et saepe.*

4 *illustrantur nomina ipsorum -ium* (*cf. p. 2667, 33 sq.*): **a** *derivantur a nominibus hominum vel deorum:* *adi.*: CIC. Catil. 3, 5 ad -em Mulvium (3, 6 Att. 13, 33[a], 1 SALL. Catil. 45, 1. *et saepe; om.* -s *per ellipsin Mart. 4, 64, 23 Prud. c. Symm. 1, 482*). HOR. sat. 2, 3, 36 a ... Fabricio ... -e ([PORPH. quia a F. factus]. CVRIOS. urb. [= REG. urb.] p. 98, 11). *al.* *gen.*: CIL VI 31545 (*a. 41/54*) ad -em Agrippa⟨e⟩ (FAST. mag. Ost. a. 147 [Inscr. Ital. XIII 1 p. 207]). FAST. mag. Ost. a. 152 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 207) -em Cesti. INSCR. Année Épigr. 1973 n. 226 (*a. 205/6*) -em Apollinis. *sim. al.* **b** *varia exempla*: VARRO ling. 7, 44 de -e sublicio (LIV. 1, 33, 6. *al.* VAL. MAX. 1, 1, 10. *al.*). HOR. sat. 1, 5, 45 Campano -i ([*inde* PORPH.]. PLIN. nat. 14, 62). CIL VI 1199 (*a. 565*) -em viae Salariae.

deriv.: pontarius, ponticulus, pontile, ponto.

compos.: depontanus, deponto; pontifex.

cf. Onom. *Fiedler.*

[pontānus *v. p. 2685, 71.*]

pontarchus Macęr Pronimus CIL IV 3092 (*subtus* dicit *et* navis; *fort. ita legendum*: -us M. d.; P. n.). *subst. masc. a gr. ποντάρχης* (*nom.* -us *fort. propter gen. gr. -ου inter nom. -ης et -ος ambiguum*). *idem significare ac* nauarchus (*i. ναύαρχος*) *putat Väänänen, Latin vulg. inscr. pomp., [3]1966, 111.*

pontārius, -ī *m.* *a* pons. *significari vid. gladiator, qui in ponte pugnat* (*ad rem v. Junkelmann, Das Spiel mit dem Tod, 2000, 112 sqq.; vix recte pro* punctarius *poni dicitur in lexicis nonnullis, v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 13, 1904, 432*): CIL X 1074d, 5 (*Pompeiis; post a. 2 a. Chr.*) *duumvir* Apollinarib(us) in foro pompam tauros ... -os paria III, pugiles *eqs., sc. dedit.* GLOSS. III 173, 24 (*in cap.* qu(a)e in amphitheatro) gefirobatis (*i. γεφυροβάτης*): -us.

[pontāticum, -ī *n., quod ex Amm. affert Klotz in lex., med. aevi est.*]

pont(e)fex *v.* pontifex.

pontica, -ae *f. et* **ponticum,** -ī *n.* *subst. ex adi.* Ponticus (*Ποντικός*); *hic attulimus solum usum subst. ad res pertinentem, cetera ad Onom. relegavimus.* [*duabus notionibus: 1) i. q. malus: neap.* nučę póndękę *'nux mala'* (*cf. 2 infra*), póndękę *'malus'. 2) de genere murum: bonon.* pondg(a), *mutin.* póndeg, *mant.* pontga; *dial. it. var.* < (mus) Ponticus (*v. vol. VIII 1690, 52; sim. e. g. apul. mer.* [*Lecce*] profóndiku, *cf. gr. rec. τυφλοπόντικας 'talpa'*). *cf. M.-L. 6651. Wartburg IX 173. C. S.*]

significantur varia, quae afferuntur ex Ponto Euxino: **1** *est gemma quaedam* (*fem.*): PLIN. nat. 37, 179 -arum plura sunt genera: est stellata ... guttis ...; alia ... lineas habet *eqs.* (*inde* 1, 37, 66 -ae gen(era) IIII. *pendent* SOL. 13, 3 gemmas, quas a patria -as dicimus. ISID. orig. 16, 12, 4. 16, 15, 26). **2** *est nux quaedam (cf. e. g.* PLIN. nat. 15, 88 -ae nuces. *ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 205): fem.*: MACR. Sat. 3, 18, 6 hanc ... nucem Graeci -am vocant. APIC. 6, 5, 2 adicies ⌊-am vel amygdala tosta⌋, mel *eqs.* (⌊ ⌋ = 6, 5, 3. *in iure praeparando ut*: 8, 1, 8 -as vel amygdala fricta). ISID. orig. 17, 7, 24. *neutr.*: DIOSC. 1, 137 -a[m], que[m] multi leptocaria vocant, cacostomaca sunt (*gr. 1, 125, 3 τὰ δὲ Ποντικά, ἃ κτλ.*). **3** *i. q. ra* (*quod saepe* ra [*vel* reu *sim.*] -um *appellatur; v. André, l. cit.; neutr.*): CAEL. AVR. chron. 2, 165 (*ad fluorem sanguinis*) *danda est* gentiana aut macir aut -um vel *acantha.* *Bl.*

ponticulus, -ī *m.* *a* pons *deminutive* (*sic* PRISC. gramm. II 105, 17, *qui simul* i *brevem testatur*). *scribitur* -col- *l. 34.* *abbreviatur* pontic *l. 30.* [*sard. centr.* pontiya *'vadum lapidibus effectum', astur.* ponteja, *gallaec.* pontigo, *francoprov. vet.* pontilh; *cf. dial. vallis Aug. Praet.* ponteille *'pons angustus', francog. rec.* pontilon. *cf. M.-L. 6650. Wartburg IX 172. Corominas[2] IV 674. C. S.*] [*olim falso afferebatur pro* monticulus *ex Inscr. Muratori 598* (= SENT. leg. Aug. pr. pr. [CIL III 567] 18).]

i. q. (parvus) pons (*cum notione vilitatis* CATVLL.): **1** *usu communi, sc. significantur pontes qualescumque, quos transeunt homines*: CATVLL. 17, 3 inepta crura -i ⌊axulis stantis⌋ in redivivis (⌊ ⌋ ac sulcis tantis *trad.; cf. p. 2668, 54 sqq.*). DICTVM Caes. Suet. Iul. 31, 2 (*ad Rubiconem*) si -um transierimus, omnia armis agenda erunt. CIC. Tusc. 5, 59 *Dionysius tyrannus* cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset eiusque fossae transitum -o ligneo coniunxisset *eqs.* (*cf. p. 2668, 74*). ad Q. fr. 3, 1, 4. COLVM. 2, 2, 11 more -orum binis saxis ... pilarum vice constitutis et singulis superpositis *ad ripam fossae sustinendam.* AMM. 21, 12, 9 velites ... *inter turres navibus impositas et moenia hostium* iniectis -is, quos ante compaginarant, transgredi festinarunt (*seq. p. 2669, 44*). 24, 3, 11 imperator ... constratis ⌊-is multis ex⌋ utribus ... exercitum ... traduxit (⌊ ⌋ periculis m. et *cod. V*). INSCR. Année Épigr. 1974 n. 166 (*e Latio*) a pontic(ulo).

2 *transfertur ad alia nimirum formam habentia similem, sc. ad: apparatum quendam cenae*: PETRON. 31, 10 -i ... ferruminati sustinebant glires. *partem quandam sepulchri*: LEX Sal. Merov. 55, 3 cod. C5 si levave, quod est -colum, ... expoliaverit (-us cod. C6, porticulus *rec. Herold. [cf. vol. X 2, 24, 22]; Eckhardt ad l. textum ita constituit*: si lave, quod est -us, ... capulaverit).

ponticum *v.* pontica. *Krylová.*

[pontifex, -icis *m.* [*a* pons *et* fac(-ere), *sed apparet ipsos Romanos iamdiu latuisse significationem vocis priscae; ind. vet.* path(i)- *'via', voci q. e.* pons (*q. v.*) *cognatum, pars est compositi* pathi-kt̥-, *quod de vatibus solum adhibetur deisque, qui simul quasi sacerdotes sunt, significatque i. q. 'vias faciens' (sc. inter deos et homines); itaque fieri potest, ut ex uno compos. indogerm. orta sint et* -x *et* pathi-kt̥-. *v. Benedetti, I composti radicali lat., 1988, 98 sqq. Fo.*] *de origine* (*adde p. 2673, 5*): VARRO ling. 5, 83 -es, ut Scaevola Quintus -x maximus dicebat, a posse et facere, ut po[n]tifices (*cf.* PLVT. Numa 9, 2 [*a* potens]). *ibid.* ego a ponte arbitror, nam ab his Sublicius est factus primum *eqs.* (SERV. auct. Aen. 2, 166. *explicatur voce gr. γέφυρα vel derivatis eius*: DIONYS. ant. 2, 73, 1 *ἐπισκευάζοντες τὴν ξυλίνην γέφυραν -ες προσαγορεύονται, εἰσὶ δὲ τῶν μεγίστων πραγμάτων κύριοι.* ZOSIM. hist. 4, 36, 1. *al.; eodem spectat e. g. Plut. Numa 9, 4 γεφυροποιούς*). *scribitur* pontif- *passim, ceterum e. g.* -tf- CIL I[2] 2835 (*saec. IV ex./III in. a. Chr. [an per errorem?]; cf. l. 58*), -tuf- CIL I[2] 787 (*a. 48/46 a. Chr.*). 2199 (*aet. Caes.?*). II[2] 7, 70 (*a. 6 a. Chr.*). *al.*, -tef- CIL VI 13319/20. 27627. 29925, -fec- CE 1378, 2 (*saec. VI med.*). GREG. TVR. Franc. 2, 31 p. 77, 7 (*pars codd. vet.*). *al.* *abbreviatur in titulis vel nummis e. g.* pontific CIL V 6416, 7 (*a. 7/8*). X 5973. *al.*, pontif CIL III 7251 (*a. 49/50*). II[2] 7, 100 (*saec. I[2]*). *et saepe* ([*plur.* pontiff CIL IX 1729]. *sim.* pontf INSCR. Année Épigr. 1971 n. 34 [*Romae; a. 162*]. CIL III 7504. 7658 ⟨p⟩ontf; *cf.* ponf *p. 2673, 33,* pf INSCR. Dessau 561 [*a. 259*]), pont *p. 2673, 34 sqq. et* CIL II[2] 7, 76 (*aet. Claud.*). V 1767 VI 13074. *et saepe,* pon INSCR. numm. imp. Tib. I[2] p. 101 n. 95. *et saepius in nummis, ceterum* CIL III 7907. p *solum rarius, e. g.* INSCR. numm. imp. Vesp. II p. 34 n. 165 sq. (*a. 73*); *in iunctura* p m(aximus) *saepissime in nummis, e. g.* INSCR. numm. imp. Gai I[2] p. 108 n. 1 sqq. (*in titulis e. g.* CIL XII 2228 [*a. 269*]. II[2] 5, 80 [*a. 281*]), p max(imus) INSCR. numm. imp. Sept. Sev. IV 1 p. 160 n. 511[a-b], p m(aior) *p. 2674, 7 sqq.* NOT. Tir. 55, 25 -x. 55, 25[a] -x noster (122, 185). 55, 28 -x maximus. *de formis: nom. sing.* -exs CIL III 6687. 14548, *gen. plur.* -corum CIL VI 8875, 7 (*sed* 9 -um); *apud Graecos declinatur ut nomen gr., sc. sing. -εξ* (*vel -ιξ*), *-ικος, -ικα, plur. -ικες, -ικων, -ιξι, -ικας, e. g. l. 72 sq. et* CASS. DIO 37, 37, 2. 40, 62, 1. 42, 51, 4. *al.* *de notione et differentia* (*cf. l. 49*): DIONYS. ant. 1, 38, 3 *οἱ καλούμενοι -ες, ἱερέων οἱ διαφανέστατοι.* PLVT. Numa 9, 1 *τὴν τῶν ἀρχιερέων, οὓς -ας καλοῦσι, διάταξιν* (HIER. in Zach. 3, 1 l. 28 sacerdotem magnum, quem Graeci *ἀρχιερέα,* Latini -em vocant. LYD. mag. 1, 35 *ἀ. νεωκόρους.* 2, 4 [*sim.* mens. 4, 102] *ἀ. γεφυραῖος.* mens. 4, 15). SERV. Aen.

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 80 maiorum ... haec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos vel -x; unde hodieque imperatores -es dicimus. ISID. diff. 1, 451 -x tantum summum sacerdotem significat, vates autem ... aut sacerdotes aut prophetas aut poetas. orig. 7, 12, 13 (*in cap.* de clericis) -x princeps sacerdotum est, quasi via sequentium *eqs.* GLOSS. -x: *ἀρχιερεύς, ἱερομνήμων, ἱερεύς.* summus sacerdos, imperator. sacerdos magnus. sacerdos maior. -es: iudices. -x maximus: *ἄρχων μέγιστος.* GLOSS.[L] Corp. interpr. nom. p. 188, 251 -x: episcopus. *al.* *legitur in tit. veterrimo l. 30, postea apud auctores inde a* PLAVTO, CATONE, *in* S. C. *p. 2675, 48, in nummis et inscrr. inde ab a. 61 a. Chr.; apud Graecos res Romanas tractantes inde a* DIONYS. ant., PLVT., CASS. DIONE (*cf. titulum p. 2674, 40*). [*variat c.* pontificium EVSEB. GALLIC. hom. 51, 2 (*quod legitur loco respondente Ps. Max. Taur. 7, 2*); *falso trad.* -is *pro* pontificius *p. 2684, 59 sqq.*]

significantur varii sacerdotes summae dignitatis (*ironice de aliis p. 2674, 57 sqq.; gr. respondet maxime ἀρχιερεύς* [*cf. p. 2672, 73*], *quod infra fere omisimus*).

CAPVT PRIVS: *in religione non biblica*: **I** *significantur -es collegii prisci Romani, quod a Numa rege institutum esse credebatur* (*ad rem v. e. g. Wissowa, Rel. u. Kult.*[2] *501 sqq., Szemler, RE suppl. XV 331 sqq.; huc traximus exempla apud* CIC. leg. *tractantia de legibus rei p. constituendae* [*v. e. g. p. 2676, 28*]): **A** *exempla digesta secundum appellationes -um singulorum vel omnium* (*de collegio -um etiam flamines regemque sacrorum continente v. e. g. p. 2676, 3*): **1** *accedunt determinationes* (*sc. adi. vel gen.*) *indicantes*: **a** *statum inter collegas* (*qui aliter indicatur, sc. voce* promagistro, *e. g. p. 2674, 21; cf. vol. X 2, 1842, 33 sqq.*): **α** -x maximus (summus *l. 58 et* TERT. praescr. 40, 5; *addidimus* summus -um *l. 60; cf. etiam p. 2680, 17*); *indicantur ii, qui fuerunt*: Ⓘ *usque ad mortem M. Aemili Lepidi (a. 12 a. Chr.) vel quolibet tempore*: Ⓐ *in titulis*: CIL I[2] 2835 (*saec. IV ex./III in. a. Chr.*) P. Cornelio(s) ... Scapola pontfex max. 787 (*a. 48/46 a. Chr.*) Caesari ... ⟨pont⟩ufici max⟨umo⟩. *al.* Ⓑ *in nummis*: INSCR. numm. lib. rei publ. n. 419, 2 (*a. 61 a. Chr.; in rev., agitur de cos. a. 187 a. Chr.*) M. Lepidus pon(ti)f(ex) max(imus) tutor reg(is). 467 (*a. 46 a. Chr., de Iulio Caesare; in rev. iuxta imagines instrum. sacrorum*) augur pont(ifex) max(imus). 490, 2 (*a. 43 a. Chr., de eodem mortuo; in rev.*) C. Caesar dict(ator) perp(etuus) pont max. 495 (*a. 42 a. Chr.; in obv.*) Lepidus pont max IIIV(ir) r(ei) p(ublicae) c(onstituendae). Ⓒ *apud auctores*: CIC. leg. agr. 2, 18 (*v. p. 2675, 24*). Catil. 1, 3 P. Scipio -x m. Ti. Gracchum ... privatus interfecit. *al.* LIV. 3, 54, 5 (*v. p. 2674, 65*). *et saepissime.*

Ⓘⓘ *post Lepidum, sc. -es m. fuerunt imperatores* (*cf. p. 2681, 46; plures simul l. 48, cf. nummos a. 254 editos* INSCR. numm. imp. Valerian. V 1 p. 40 n. 27 *et* Gallien. V 1 p. 79 n. 115): Ⓐ *in titulis* (*paucissima selecta*): CIL V 7231 (*a. 9/8 a. Chr.*) imp(eratori) Caesari Augusto divi f(ilio) -i m. tribunic(ia) potestate XV imp(eratori) XIII. VI 885 (*a. 37*) ossa Ti. Caesaris ... Augusti -is m. EDICT. imp. Claud. (CIL V 5050; *a. 46*) 5 Ti. Claudius Caesar ... pont(ifex) maxim(us) ... dicit. *et saepissime usque ad* CIL VI 1175 (*a. 369/70*) domini nostri imperatores Caesares Fl(avius) Valentinianus ... ⌊semper Aug(ustus) pontif(ex) maximus⌋ *eqs.* (⌊⌋ *eadem ibid. etiam de Valente et Gratiano*). Ⓑ *in nummis* (*paucissima selecta*): INSCR. numm. imp. Aug. I[2] p. 75 n. 426 (*a. 9 a. Chr.; in obv.*) Caesar August(us) pont(ifex) max(imus) tribunic(ia) pot(estate). p. 78 n. 471 (*a. 11/12; in rev.*) pontif(ex) maxim(us) tribun(icia) pot(estate) XXXIIII. p. 56 n. 219 (*a. 13/14; in rev.*) pontif(ex) maxim(us). Vesp. II p. 18 n. 29 (*a. 70/72; in obv.*) imp(erator) Caes(ar) Vesp(asianus) Aug(ustus) p(ontifex) m(aximus) (*ibid. in rev.*: augur pon(tifex) max(imus)). *et saepissime; ultimum, quod repperimus, exemplum est* INSCR. numm. imp. Constant. VII p. 185 n. 244 sq. (*a. 319/20; in rev.*). Ⓒ *apud auctores*: IVV. 4, 46 -i summo, *i. Domitiano.* TAC. ann. 3, 58, 3 privatis olim simultatibus effectum *esse,* ut a ⌊-bus m.⌋ ire in provincias prohiberentur *flamines Diales*; nunc deum munere summum -um etiam summum hominum esse (⌊⌋ *hoc ad l. 37 sqq.*). *al.* PLIN. epist. 4, 11, 6 *Domitianus* -is m. iure seu potius immanitate tyranni, licentia domini reliquos -es non in regiam, sed in Albanam villam convocavit. paneg. 64, 2 imperator ... et Caesar et Augustus ⟨et⟩ -x m. *al. usque ad* AVSON. 21 (419 S.), 42 (*a. 379*) tu, *Gratiane,* -x m.

β -x minor (*v. Scheid – Granino Cecere apud Demougin et al., L'ordre équestre, 1999, 88. 114 sqq.*): Ⓘ *apud auctores*: CIC. har. resp. 12 -es m. *tres* (*v. p. 2675, 62*). LIV. 22, 57, 3 (*v. p. 2684, 59*). FEST. p. 161 minorum -um maximus dicitur, qui primus in id collegium venit; item minimus, qui novissimus. p. 165 (*v. p. 2676, 71*). LACT. inst. 5, 19, 10 -es seu m. seu maximi, flamines augures, item reges sacrificoli *eqs.* Ⓘⓘ *in titulis*: DECRET. *p. 2674, 17.* FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 1 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 111; *de kalendis*) ⟨pri⟩mus is dies est, quos pont⟨i⟩fex minor quo⟨libet⟩ mense ad nonas sin⟨gulas calat in Capi⟩tolio. CIL X 5393 (*saec. I[1]*) Q. Decio ... pontif(ici) minori Romae. VI 2126 (*saec. II ex./III in.*) P. Livius Larensis pontif(ex) minor. *al.; expletur* m(inor) *in inscr. viri equestris* CIL XIV 5347 (*a. 160/1*) L. Volusio ... Maeciano praefecto Aegypti ... pontif(ici) m(inori) *eqs.*

γ -x maior (*sc. in inscr. virorum clarissimorum*): CIL VI 1700 (*saec. IV[1]*) Consio Quarto ... c(larissimo) v(iro) ... -i maiori promagistro iterum. X 1700 (*a. 343/6*). VI 1741, 13 (*ca. a. 359*) *Orfito* -i maiori Vestae. 1699 (*ca. a. 402*). *al. in titulis saec. IV, e. g. l. 19; inde expletur* p(ontifex) m(aior) CIL VI 2153, 5 (*saec. IV[1]; post* m *deest reliqua pars versus*). 32422, 8 (*a. 364; perperam* m(aximo) *Huelsen*). 511, 8 (*a. 377*).

b *locum*: LEX Vrson. (CIL II[2] 5, 1022) 66, 1 -i Romano ([*v. p. 2678, 74*]. CIL V 5556 [*lapis periit*; -i equiti R. *fuisse suspic. Mommsen*]). LIV. 8, 9, 4 agedum, -x ⌊publicus⌋ populi Romani (⌊⌋ *nom. pro voc.*). CIL X 5393 (*saec. I[1]; v. p. 2673, 75*) Romae (3901 [*saec. II[2]*] ⟨pon⟩tif Romae sa⟨crorum ...⟩ pontif Tea⟨ni?⟩. V 3352 ⟨fic⟩tor ponti⟨ficu⟩m Romae). AVG. civ. 8, 20 p. 351, 2 -bus civitatis (*i. Romae*).

c *cultum vel numen*: DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 43 Statulenus Iuncus ... ⌊pontif(ex) minor publicorum p(opuli) R(omani) sacrorum⌋ (⌊⌋ = 49 po⟨ntif(ex)⟩ *eqs.*). FLOR. epit. 3, 21, 21 Mucius Scaevola -x Vestalis (-les *var. l.*) amplexus aras (CIL VI 503 [*a. 390*] -x V. maior. *cf. p. 2678, 37 sq. et* -x Vestae: CIL X 1125 [*saec. IV[1]*] -i V. matris et in collegio -um promagistro. VI 1739–1742 [*a. 359; cf. p. 2679, 46*]. 1778 [*a. 387*]. 2158 [*post a. 382*] -es V.). CIL XIV 2413 *Severo* fictori -um p(opuli) R(omani).

2 *sine talibus determinationibus* (*accedunt aliae l. 31. 34*): **a** *exempla varia* (*apparet -es maximos etiam sine hac adiectione* -es *appellari, sc. imperatores e. g. l. 31. 34 et* INSCR. numm. imp. Vesp. II p. 33 n. 155 [*a. 71/72*], *priores e. g. l. 63. p. 2675, 36. 40*): **α** *apud auctores*: PLAVT. Rud. 1377 CATO orig. 109 VARRO ling. 6, 26. *al.* CIC. dom. 32 intellego, -es, me plura extra causam dixisse, quam *eqs.* 120 M. Drusus ... -x fuit. *et saepissime; de temp. posterioribus e. g.* AVSON. 21 (419 S.), 35 Gratianus potestate imperator ..., -x religione. OROS. hist. 7, 42, 8 (*loq. Tertullus, cos. a. 410*) loquar vobis, patres conscripti, consul et -x, quorum alterum teneo, alterum spero. CASSIOD. hist. 6, 1, 28 *Iulianus* semet ipsum ⌊paganorum -em⌋ nominabat (⌊⌋ *gr. Socrat. 3, 1, 39 ἀρχιερέα tantum*). **β** *in nummis*: INSCR. numm. lib. rei publ. n. 484 (*a. 43 a. Chr., de C. Antonio; in rev.*) -x. 490, 2 (*a. 43 a. Chr., de Octaviano; in obv., cf. p. 2673, 35*). 531 (*a. 39 a. Chr., de P. Ventidio*). *al.* **γ** *in titulis* (*exempla pauca selecta*): CIL III 1463 (*post a. 116*) Gentiano trib(uno) militum qu⟨a⟩estori ... consuli ponti⟨f(ici)⟩ *eqs.* INSCR. Année Épigr. 2000 n. 1403 (*a. 168/9*) ⟨*Γν. Κλαύδιον Σευῆρον*⟩ *ὑπατικόν, -α κτλ.* CIL VI 1074 (*a. 202/4; de Caracalla*) imp(eratoris) M. Aureli Antonini ... -is cons(ulis). 1490 (*saec. III[1]*) Q. Pompeius ... c(larissimus) v(ir) -x praetor designatus *eqs.* 498 (*a. 350*) Antonin(us) v(ir) c(larissimus) pontif(ex) e⟨t quin⟩decemvir sa(cris) f(aciundis) *eqs.* *et saepe.*

b *in iunctura* collegium -um: **α** *apud auctores*: CIC. dom. 117 non te pudet ... '-em' dicere et non 'c. -um' adfuisse *eqs.*? *et saepe.* CAES. civ. 1, 22, 4. LIV. 22, 9, 11 ex collegi[o] -um sententia. 26, 34, 12. *al.* PAVL. FEST. p. 57 VAL. MAX. 1, 1, 8. *al.* **β** *in titulis*: CIL VI 933 (*a. 75*) Vespasianus ... locum viniae publicae occupatum ... per c. -um restituit. 369 Vespasianus ... per c. -um fecit (*sc. aram Iovis*). 1884 (*a. 130*) ex permissu collegii pontific(um). *al.*

B *exempla disposita secundum gesta, instituta sim. -um* (*locos, ubi -es nominantur solum, ut saepissime in titulis et nummis, sub A respeximus, hic negleximus*): **1** *illustrantur officia eorum* (*religiones, quibus obstringuntur, sub f; locos de scriptis conficiendis vel publicandis ad 2 traximus. officia fusius enarrat* DIONYS. ant. 2, 73): **a** *quaelibet exempla*: **α** *ironice, sc. de eis, qui re vera -es non sunt*: PLAVT. Rud. 1377 (*loq. leno; sunt qui ad p. 2676, 17 sqq. alludi putent*) lubet iurare: tun meo -x periurio es? HOR. epod. 17, 58 (*venefica alloq. poetam*) Esquilini -x venefici impune ut urbem nomine impleris meo? (PORPH. -em nunc quasi censorem ac iudicem dicit, quia -es de sacris iudicant. *alii locum ad IIIB trahunt, v. Watson, comm. 2003, ad l.*). **β** *varia*: CIC. or. frg. A 7, 50 decem tr(ibunos) pl(ebis) ⟨per⟩ -em, quod magistratus nullus erat, creaverunt *plebei* (*cf. ad l.* ASCON. Corn. p. 61, 2 pont(ifex) max(imus) fuit M. Papirius. *cui dissentit* LIV. 3, 54, 5 *ut* Q. Furius -x maximus tribunos plebis crearet [*cf. Ogilvie, comm. 1965, ad l.*]). dom. 33 quid est ... aut tam adrogans quam de religione, de rebus divinis, caeremoniis, sacris -um collegium docere conari, aut *eqs.*? har. resp. 12 de sacris publicis, de ludis maximis, de deorum penatium Vestaeque matris caeremoniis ..., quod tres -es statuissent, id semper populo Romano ... satis religiosum esse visum est. 13 ita est ... interpretatio illa -um, ut eidem potestatem habeant iudicum. *ibid.* religionis explanatio vel ab uno -e perito recte fieri potest. leg. 2, 20 *deis* omnibus -es, singulis flamines sunto. 2, 22 incestum -es supremo supplicio sanciunto. 2, 47 *dixit quidam* -em bonum neminem esse, nisi qui ius civile cognosset; ... quid ... ad -em de iure parietum ..., nisi eo,

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod cum religione coniunctum est? (*item respicitur scientia iuris civilis*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 6 omnium ... harum *legum* et interpretandi scientia et actiones apud collegium -um erant, ex quibus constituebatur, quis quoquo anno praeesset privatis). nat. deor. 3, 5 *meminisse iussus sum* me et Cottam esse et -em; quod eo ... valebat, ut ... sacra caeremonias religionesque defenderem. *al.* LIV. 1, 20, 6 sq. *Numa* omnia publica privataque sacra -is scitis subiecit ..., ne quid divini iuris neglegendo patrios ritus ... turbaretur; (7) ... *et* iusta quoque funebria placandosque manes ut idem -x edoceret, quaeque prodigia ... susciperentur atque curarentur (procur- *Gronovius*). *al.* FEST. p. 157 quae *municipalia sacra* observare eos *municipes* voluerunt -es et eo more facere, quo adsuessent antiquitus. *al. generaliter de officio -is maximi*: FEST. p. 185 ordo sacerdotum: ... maximus videtur rex, dein *tres flamines* ..., quinto loco -x maximus; ... -x maximus, quod iudex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque. PAVL. FEST. p. 126 maximus -x dicitur, quod maximus rerum, quae ad sacra et religiones pertinent, iudex sit vindexque contumaciae privatorum magistratuumque. PLVT. Numa 9, 8 *ὁ δὲ μέγιστος τῶν -ων οἷον ἐξηγητοῦ καὶ προφήτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν εἴληχεν κτλ.*

b *respiciuntur sacerdotes collegii -um faciendi, inaugurandi sim.; agitur potius*: **α** *de -bus ipsis eligendis, creandis*: CATO orig. 109 me ... volo ius pontificium optime scire; iamne ea causa -x capiar? (GELL. 1, 12, 15 -es et augures capi dicebantur [*17 affertur* CATO]). CIC. leg. agr. 2, 18 (*verba legis*) eodem ... modo, *sc. creent decemviros,* ... ut comitiis -is maximi. Cato 30 cum *L. Metellus* ... -x maximus factus esset (50 LIV. 27, 6, 15. 37, 43, 1 VELL. 2, 3, 1. *al.*). CAES. civ. 1, 22, 4 *Lentulus Spinther* per eum *Caesarem* in collegium -um venerat. LIV. 1, 20, 5 *Numa* -em ... Numam Marcium ... ex patribus legit (43, 11, 13. *cf.* 10, 6, 6 [*de lege Ogulnia*] *ut* quattuor -es, quinque augures de plebe omnes adlegerentur). 6, 41, 9 (*ironice*) volgo ... -es, augures, sacrificuli reges creentur (25, 5, 2 comitia ... -i maximo creando sunt habita; ea comitia novus ⌊-x⌋ ... habuit [⌊ ⌋ *pertinet ad β*]. *al.* VELL. 2, 63, 1 VAL. MAX. 8, 13, 2). 26, 23, 7 novi *sacerdotes* suffecti: ... in locum ... -is *mortui* C. Livius (33, 42, 5. 41, 21, 9). 30, 26, 10 augur in locum *mortui* ... inauguratus *est* ... filius, in eiusdem locum -x, nam duo sacerdotia habuit, ... Galba. 39, 46, 1 in ... locum *mortui* ... Tuditanus -x est cooptatus (40, 42, 11 a conlegio). SVET. Iul. 13 praedixisse ... fertur *a comitiis* domum se nisi -em non reversurum (*sc. maximum, cf. p. 2683, 34*). Tib. 4, 1 *pater Tiberii* -x in locum P. Scipionis substitutus *est.* **β** *de -bus alios eligentibus* (*adde l. 30*): LIV. 27, 8, 4 flaminem Dialem invitum ⟨in⟩augurari coegit ... -x maximus ... Flaccum (40, 42, 8 -x [*sc. maximus*]. 40, 42, 11. GELL. 15, 27, 1 [*sec. Labeonem*] *comitia calata* pro conlegio -um habentur aut regis aut flaminum inaugurandorum causa). 27, 8, 5 flamen captus a ... -e maximo erat (GELL. 1, 12, 9 virgo ... Vestalis, simul est capta ... et -bus tradita est *eqs.; al. in eodem cap. de Vestalibus capiendis*). VAL. MAX. 6, 9, 3 GELL. 1, 12, 11.

c *respiciuntur sacra publica facienda*: **α** *-es docent, adiuvant, decernunt*: Ⓘ *de prodigiis nuntiandis vel procurandis*: S. C. Gell. 4, 6, 2 (*a. 99 a. Chr.*) quod ... -x nuntiavit in sacrario ⟨in⟩ regia hastas Martias movisse, de ea re *eqs.* (*cf.* LIV. 40, 19, 2 -es hastas motas nuntiavere). LIV. 24, 44, 9 his *prodigiis* procuratis ex decreto -um profecti *sunt* consules (27, 37, 4 supplicatio diem unum fuit ex d. -um. 34, 45, 8. 39, 22, 4. *cf.* 27, 4, 15 prodigia ... procurata d. -um. 27, 37, 7 decrevere ... -es, ut *eqs.*). *al.* Ⓘⓘ *de dedicationibus vel votis*: CIC. dom. 136 quod *ius publicum dedicandi* ipsi -es ... non solum ad suas caeremonias, sed etiam ad populi iussa accommodaverunt. *ibid.* habetis in commentariis vestris ... censorem de signo Concordiae dedicando ad -um collegium rettulisse (har. resp. 11 de mearum aedium religione). *ibid.* -em maximum pro conlegio respondisse, nisi *eqs.* (*ibid. iterum.* Att. 4, 1, 7). 137 *censorem* simulacrum ... dedicare -es ... prohibuerunt. har. resp. 12 meam domum P. Lentulus consul et -x *aliique -es* ..., L. Lentulus flamen Martialis ..., L. Claudius rex sacrorum, ... Sex. Caesar flamen Quirinalis ... *et tres* -es minores ... omni religione ... liberaverunt (13. *cf.* 16 *domum* a -bus liberandam. 31 mea domo -um iudicio liberata). *al.* LIV. 5, 23, 8 cui *Apollini* se decimam vovisse praedae partem cum diceret Camillus, -es solvendum religione populum censerent *eqs.* 22, 10, 1 -x maximus consulente ⌊collegium praetore⌋ (collegio praetorum *trad.*) ... populum consulendum de vere sacro censet (*item de vere sacro*: 33, 44, 1 consules ... ver sacrum ex decreto -um iussi[t] facere. 34, 44, 2 id cum ... -x non esse recte factum collegio primum, deinde ex auctoritate collegii patribus renuntiasset, de integro faciundum arbitratu -um censuerunt). 27, 25, 7 dedicatio *aedis* ... a -bus impediebatur (*de eadem re*: VAL. MAX. 1, 1, 8 [*bis*]). 39, 5, 9 (*de voto ludorum*) senatus -um collegium consuli iussit, num omne id aurum in ludos consumi necesse esset; cum -es negassent ad religionem pertinere *eqs.* *al. apud eundem.* *-es verba praeeunt* (*huc alludit etiam* PLIN. nat. 11, 174): CIC. dom. 119 verbo ... -is ..., si is postem tenuerit et aliquid dixerit, domum ... consecrari posse. 135 huic novo -i primam hanc ... religionem instituenti vocemque mittenti ... linguam obmutuisse ..., praesertim cum ex conlegio tanto non regem, non flaminem, non -em videret *eqs.*? 141 illo -e et magistro, qui cogeretur docere antequam ipse didicisset. *al. in eadem orat.* VARRO ling. 6, 54 hinc, *sc. a fando,* 'fana' nominata, quod -es in sacrando fati sint finem (*loco simili*: PAVL. FEST. p. 88 dum -x dedicat, certa verba fatur. *cf.* LIV. 5, 41, 3 -e maximo praefante carmen *devotionis*). 6, 61 aedis sacra a magistratu -e prae⟨e⟩unte dicendo dedicatur (LIV. 4, 27, 1 dictator, p. ... -e maximo, ludos magnos ... vovit. 31, 9, 9. 36, 2, 3. *al.* TAC. hist. 4, 53, 3. SVET. Claud. 22 eam *obsecrationem* ... iure maximi -is pro rostris populo *praeiit*). LIV. 8, 9, 5 -x eum *Decium consulem devovere se volentem* togam praetextam sumere iussit et velato capite ... sic dicere *eqs.* VAL. MAX. 5, 10, 1 cum ... aedem -x dedicaret interque nuncupationem sollemnium verborum ... mortuum esse filium suum audisset *eqs.* (*de eadem re*: SEN. dial. 6, 13, 1). FLOR. epit. 1, 7, 9 maiores natu ... devovente -e se diis manibus consecrant. *al.* Ⓘⓘ *de piaculis expiandis*: CIC. har. resp. 21 vos ... *appello,* -es, ad quos epulones ..., si quid est praetermissum aut commissum, adferunt ...; respondebis, *Lentule epulo,* ... etiam pro -um conlegio nihil ... scelere esse pollutum. LIV. 29, 19, 8 senatum respondere ... sacrum piaculare fieri, ita ut prius ad collegium -um referretur quod sacri thesauri ... violati essent, quae piacula quibus dis quibus hostiis fieri placeret (*de eadem re*: 29, 20, 10 ad collegium -um relatum *eqs.* 31, 12, 4 piacularia ..., sicut ante -es censuissent, fieri). 40, 37, 2 -x maximus piacula irae deum conquirere iussus. *al.* GELL. 2, 28, 3 *ob ferias pollutas* hostiam ... immolabant, idque ita ex decreto -um observatum esse M. Varro dicit.

Ⓘⓥ *de temporibus decernendis vel nuncupandis* (*de die nominando* SAB.): CIC. leg. 2, 29 ut sacrificiorum libamenta serventur ..., diligenter habenda ratio intercalandi est; quod institutum perite a Numa posteriorum -um neglegentia dissolutum est (*cf.* SVET. Iul. 40, 1 fastos correxit ... vitio -um per intercalandi licentiam ... turbatos. CENS. 20, 6 -bus datum *est* negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa). VARRO ling. 6, 26 dies is *feriarum sementivarum,* qui a -bus dictus. 6, 27 *kalendis* calantur ... nonae a -bus. AT. CAP. Gell. 4, 6, 10 Tib. Coruncanio -i maximo feriae praecidaneae in atrum diem inauguratae sunt; collegium decrevit *eqs.* VERR. FL. frg. Gell. 5, 17, 2 senatus eam rem ad -es reiecit ...; -es decreverunt nullum his diebus (*i. postridie kalendas, nonas, idus*) sacrificium recte futurum (*inde minus accurate* PAVL. FEST. p. 179). SAB. Macr. Sat. 1, 4, 15 Liberalium dies ... a -bus agonium martiale appellatur. COLVM. 2, 21, 2 -es negant segetem feriis saepiri debere. *al.* Ⓥ *varia exempla*: CIC. de orat. 3, 73 -es veteres propter sacrificiorum multitudinem tresviros epulones esse voluerunt. leg. 2, 29 illud ex institutis -um et haruspicum non mutandum est, quibus hostiis immolandum cuique deo *eqs. al.* LIV. 5, 52, 4 *placetne* -es flaminesque neglegentiores publicarum religionum esse, quam privatus in sollemni gentis fuerit? 26, 34, 12 quae eorum *signorum captorum* sacra an profana essent, ad -um collegium reiecerunt. 32, 1, 9 feriae Latinae -um decreto instauratae sunt (40, 45, 2. 41, 16, 2). TAC. ann. 11, 15, 3 factum ... senatus consultum, viderent -es, quae *essent* retinenda firmandaque haruspicum. *al.*

β *-es ipsi sacra faciunt* (*exempla selecta inde ab* OV.; *de -bus verba praeeuntibus v. p. 2675, 74 sqq.*): VARRO frg. Non. p. 352, 35 *Numeriem* deam solent indigitare ... -es. CIC. nat. deor. 3, 94 vos -es *muros* sanctos esse dicitis diligentiusque urbem religione quam ipsis moenibus cingitis (LVCAN. 1, 595 iubet ... festo purgantes moenia lustro longa per extremos pomeria cingere fines -es, sacri quibus est permissa potestas). ad Brut. 23, 8 vos -es ad aram in Velabro sacrificium facere soletis. HOR. carm. 3, 30, 9 dum Capitolium scandet cum tacita virgine -x. OV. fast. 2, 21 -es ab rege petunt et flamine lanas. 4, 630 -es, forda sacra litate bove. FEST. p. 329 quas *virgines* Aelius Stilo scribsit sacrificium facere in regia cum -bus *eqs.* PLIN. nat. 28, 18 durat in -um disciplina id sacrum (*sc. ad deos ex oppidis hostium evocandos*). TAC. ann. 3, 58, 2 saepe -es Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur (VLP. dig. 2, 4, 2 in ius vocari non oportet ... -em dum s. facit). 3, 64, 3 supplicia dis ludique magni ab senatu decernuntur, quos -es et augures et quindecimviri septemviris simul et sodalibus Augustalibus ederent. 4, 17, 1 -es *et* ... ceteri sacerdotes cum pro incolumitate principis vota susciperent. SERV. auct. Aen. 3, 175 (*v. vol. VIII 250, 75*). MACR. Sat. 3, 2, 11 Varro ... refert, quod -x in sacris quibusdam vitulari soleat. *al.* *respiciuntur instrumenta vel vestimenta -um* (*cf. p. 2678, 38 sqq.*): HOR. carm. 3, 23, 12 victima -um securis cervice tinget (PRVD. apoth. 461). FEST. p. 165 (*ex* commentario sacrorum) -x minor ex stramentis napuras nectito (p. 169 'n. nectito' cum dixit -x *eqs.*). p. 348 ⟨s⟩ecespitam esse Antisti⟨us Labeo ait cultrum⟩ ferreum ..., ⟨quo flami⟩nes, flaminicae, virgi⟨nes -esque ad sa⟩crificia utuntur (*suppl. e* PAVLO; *sim.* SERV. auct. Aen. 4, 626. *cf.* SVET. Tib. 25, 3 *Liboni* inter -es sacrificanti simul pro secespita plumbeum cul-

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trum subiciendum curavit). PORPH. Hor. carm. 1, 31, 10 culilae (*item* SCHOL., *v. vol. IV 1339, 35 sqq.*). HIST. AVG. Alex. 40, 9 accepit praetextam ..., cum sacra faceret, sed loco -is maximi, non imperatoris. SCHOL. Iuv. 6, 343, 2 in quo *vase* (*i. simpuvio*) -es libare solebant.

d *respiciuntur sacra privata, quae pertinent ad*: **α** *varia*: CIC. dom. 132 si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica, tamen instituto ceterorum ⌊vetere rem⌋ ad -em detulisses (⌊ ⌋ *A. Klotz,* uterere *trad.*). leg. 2, 48 haec iura -um auctoritate consecuta sunt, ut, ne morte patris familias sacrorum memoria occideret *eqs.* (2, 52 sacra cum pecunia -um a., nulla lege coniuncta sunt. *al. in eodem opere*). FEST. p. 321 (*sec. Aelium Gallum*) quod ... privati[s] suae religionis causa aliquid ... deo dedicent, id -es Romanos non existimare sacrum; at si qua sacra privata succepta sunt, quae ex instituto -um stato die aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari. TAC. ann. 1, 10, 5 consulti per ludibrium -es, an concepto necdum edito partu rite nuberet. VLP. dig. 38, 16, 3, 12 divus Pius (*sc. eo tempore -x maximus*) -bus rescripsit iusto tempore videri natum *esse quendam,* nec videri in servitutem conceptum *eqs.* SERV. auct. georg. 1, 31 farre *nuptiae fiebant,* cum per -em maximum et Dialem flaminem per fruges et molam salsam coniungebantur (*eodem spectare vid.* BOETH. in top. Cic. 2 p. 299, 9 [*an sec.* VLP.?] confarreatio solis -bus conveniebat). **β** *adoptiones vel adrogationes*: CIC. dom. 34 quod est, -es, ius adoptionis? *ibid.* quae ... causa cuique sit adoptionis, quae ratio ... sacrorum, quaeri a -um collegio solet. *al. in eadem orat.* TAC. hist. 1, 15, 1 (*Galba Pisoni*) si te privatus lege curiata apud -es, ut moris est, adoptarem. GAIVS inst. 1, 102 ex epistula optimi imperatoris Antonini, quam scripsit -bus, si iusta causa adoptionis esse videbitur, ... permissum est. GELL. 5, 19, 6 adrogationes non temere ... committuntur, nam comitia arbitris -bus praebentur, quae curiata appellantur *eqs. ibid.* ius ... iurandum a Q. Mucio -e maximo conceptum dicitur, quod in adrogando iuraretur. **γ** *sepulcra* (*cf.* PLVT. Numa 12, 1 *οἱ δὲ -ες καὶ τὰ περὶ τὰς ταφὰς πάτρια ἀφηγοῦνται*): CIC. leg. 2, 58 decretum *est* a -um collegio non esse ius in loco publico fieri sepulcrum (DECRET. pontif. [CIL X 8259] 1, 3 ⟨c⟩ollegi⟨u⟩m pon⟨tif⟩icum d⟨e⟩crevit ... placere ... scripturam tituli at pristinam formam restituere. *cf. subst.* decretum: VLP. dig. 11, 7, 8 pr. corpus an liceat domino loci effodere ... sine d. -um. CIL VI 8875 ex d. -um. *al. in titulis*). VARRO ling. 5, 23 ut -es dicunt, quod (*i. quoad?*) *mortuus* inhumatus sit, familia funesta manet. PLIN. epist. 10, 68 (*de reliquiis transferendis*) quia sciebam ... collegium -um adiri solere, te, domine, maximum -em consulendum putavi (*respondet* TRAIAN. Plin. epist. 10, 69 durum est iniungere necessitatem provincialibus -um adeundorum). CIL VI 1884 (*a. 130*) reliquiae ⌊treiectae⌋ (*sic*) eius ... ex permissu collegii pontific(um) (35068 [*saec. II*] p. pontific(um). 22120 p. -um c(larissimorum) v(irorum). IX 1729. *al.*). VLP. dig. 11, 8, 5, 1 -es explorare debent, quatenus salva religione desiderio reficiendi operis medendum sit *in loco religioso.* CIL VI 13073 (*saec. III*) hoc ... monimentum si quis voluerit transigere ..., inferet autem arcae pontif(icum) s(estertios) *tot* (1600. 13074. 13152. 22518. *al.*). COD. Theod. 9, 17, 2 pr. (*a. 349*) a -bus impetrarunt, ut reparationis gratia labentia sepulchra deponerent. SYMM. epist. 2, 36, 2 Praetextato nostro monumentum statuae dicare destinant *Vestales* ...; consulti -es, priusquam reverentiam sublimis sacerdotii ... expenderent, absque paucis ... adnuerunt. *al.*

e *respicitur collegii disciplina conservanda* (*fort. ad aliud sacerdotium spectat* SEN. contr.): CIC. Phil. 11, 18 consul, -x maximus, Flacco conlegae flamini Martiali multam dixit, si a sacris discessisset; ... -i ... flaminem parere iussit *populus* (*item respiciuntur flamines*: LIV. 37, 51, 2 consulem *eundemque f. Martialem* ... ad classem proficiscentem ad sacra retinuerat Metellus -x maximus. 37, 51, 5 VAL. MAX. 1, 1, 2. TAC. ann. 3, 58, 3 [*v. p. 2673, 59*]. 3, 71, 2 sq. [*ter*]. GELL. 10, 15, 17 [*sec. Sab.*]). LIV. 2, 2, 2 id sacerdotium, *sc. regis sacrorum,* -i subiecere. 4, 44, 12 *virginem Vestalem* absolutam pro collegii sententia -x maximus abstinere iocis ... iussit (*item respiciuntur Vestales*: 8, 15, 7 insimulata ... apud -es. 28, 11, 6 caesa ... flagro est Vestalis ... iussu P. Licini -is *ob ignem Vestae exstinctum* [*de eadem* VAL. MAX. 1, 1, 6; *sim.* PAVL. FEST. p. 106]. ASCON. Mil. p. 39, 28 sq. pont(ificem) max(imum) totumque collegium -um male iudicasse de incesto virginum Vestalium. PLIN. epist. 4, 11, 7 missi ... -es, qui defodiendam ... curarent. 7, 19, 1 ex auctoritate -um). 22, 57, 3 scriba pontifici⟨u⟩s (*v. p. 2684, 59*) ... a -e maximo ... virgis in comitio caesus erat. 28, 38, 12 sacrorum cura -em maximum in Italia retinebat (*i. Licinium consulem; de eadem re* 28, 44, 11. *cf.* perioch. 59, 4 consul, cum idem -x max(imus) esset ..., extra Italiam profectus ... proelio victus et occisus est [*inde pendet* OROS. hist. 5, 10, 1]). 40, 42, 8 sqq. (*respic. duumvir navalis, qui rex sacrificulus inaugurandus est*). SEN. contr. 1, 2, 10 castigationem [ex] -is maximi meruerat sacerdos, si *eqs.* PLIN. epist. 4, 11, 6 *Domitianus* -is maximi iure ... reliquos -es ... in Albanam villam convocavit.

f *respiciuntur religiones, quibus -es obstringuntur*: SEN. dial. 6, 15, 3 *Tiberius* stetit ... in conspectu posito corpore *filii,* interiecto tantummodo velamento, quod -is oculos a funere arceret (*cf.* SERV. Aen. 3, 64 ne quisquam -x ... pollueretur ingressus *domum, ubi iacebat mortuus.* 6, 176). TERT. castit. 13, 1 ipsi -i maximo iterare matrimonium non licet (*eodem spectant* monog. 17, 4 -x maximus et flaminica semel nubunt. *al. apud eundem*). SERV. Aen. 9, 298 -bus per liberos iurare non licebat, sed per deos tantummodo. auct. Aen. 8, 552 cum ... -bus non liceat equo vehi.

2 *respiciuntur -um scripta, sc. tam annales quam libri sacrorum* (*cf. p. 2682, 12. 2684, 51 et e. g. Rohde, Die Kultsatzungen der röm. Pontifices, 1936; Frier, Libri ann. pont. max., 1979*): CATO orig. 77 non lubet scribere, quod in tabula apud -em maximum est, quotiens annona cara *eqs.* CIC. de orat. 1, 193 plurima est ... in -um libris et in XII tabulis antiquitatis effigies (HOR. epist. 2, 1, 26 [PORPH. utrum annales, an ius pontificale signif(icat)?]. FEST. p. 189. *al.*). 2, 52 res omnis singulorum annorum mandabat litteris -x maximus efferebatque in album et proponebat tabulam domi ...; ii, qui (iique *var. l.*) etiam nunc annales maximi nominantur (leg. 1, 6 post a. -um maximorum, quibus nihil potest esse ⌊ieiunius⌋ [*R. Stephanus,* iucundius *codd.*]. PAVL. FEST. p. 126 maximi a. appellabantur ..., quod eos -x maximus confecisset. QVINT. inst. 10, 2, 7. DIOM. gramm. I 484, 6 publici a., quos -es scribaeque conficiunt. *al.*). Brut. 55 ex -um commentariis (LIV. 4, 3, 9 si non ad fastos, non ad c. -um admittimur *nos plebeii.* 6, 1, 2 PLIN. nat. 18, 14. QVINT. inst. 8, 2, 12 commentarios ... -um et vetustissima foedera. *cf. p. 2682, 13*). LIV. 1, 32, 2 *Ancus Marcius* omnia ea *sacra publica* ex commentariis *Numae* regis (regiis *var. l.*) -em in album elata proponere in publico iubet. PROB. litt. sing. 1 -um ... monumentis. HIST. AVG. Tac. 1, 1 -es, penes quos scribendae historiae potestas fuit. *al.*

3 *varia exempla* (*selecta post* LIV.): MET. PIVS ind. cen. (Macr. Sat. 3, 13, 11) duobus tricliniis -es cubuerunt (*cf.* HOR. carm. 2, 14, 28 -um ... cenis [MACR. Sat. 3, 13, 10]. MART. 12, 48, 12 Capitolinae -umque dapes). CIC. Catil. 1, 3 P. Scipio, -x maximus, Ti. Gracchum ... privatus interfecit. or. frg. A 14, 28 divortium -is maximi. dom. 104 *Clodius* ex -is maximi domo religionem eripuit. 138 me ... nihil de abscondito -um iure dicturum (VAL. MAX. 1, 1, 12 libri ... Latini septem de i. -um [pontificio *susp. Briscoe coll. p. 2684, 45*]. SERV. auct. Aen. 2, 351). Scaur. 48 L. Metelli -is maximi, qui, cum templum illud *Vestae* arderet, ... eripuit flamma Palladium (*de eadem re*: OV. fast. 6, 454 -is ... sui munere [*i. Vestae; sim.* SEN. contr. exc. 4, 2 -is tui meritum]. *al.*). rep. 6, 2 simpuia -um (*item respiciuntur apparatus sim. -um*: FEST. p. 355 pilleum lanatum ..., quo flamines ac -es utantur, ... *tutulum* vocari. APVL. apol. 22, 7 hoc Diogeni et Antistheni *sunt* pera et baculum, ... quod -bus galerum, quod lituus auguribus. SERV. georg. 3, 17 in habitu -is. PRVD. perist. 2, 525 vittatus ... -x. *cf. p. 2676, 68 sqq.*). *et saepe.* OV. met. 15, 763 *Venus* vidit ... triste parari -i, *i. Caesari,* letum. LIV. 6, 1, 10 quae ... ad sacra pertinebant, a -bus, maxime ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa *sunt.* 9, 46, 5 civile ius repositum in penetralibus -um evolgavit (*sc. Flavius aedilis curulis, ut*: VAL. MAX. 2, 5, 2 ius civile ... solis ... -bus notum). 25, 2, 1 aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: ... Lentulus -x maximus et ... Masso -x *eqs.* 33, 42, 1 iis triumviris *epulonibus* item ut pontifici⟨bus⟩ lege datum est togae praetextae habendae ius (*item respiciuntur privilegia -um*: PLIN. nat. 15, 127 laurus ... ianitrix Caesarum -umque. GELL. 1, 12, 7 sponsae ... -is ... vacatio a sacerdotio isto *Vestae* tribui solet. VLP. dig. 2, 4, 2 [*v. p. 2676, 63*]. *al., cf. l. 74; vix huc p. 2679, 68*). *et saepe.* PERS. 2, 69 dicite, -es, in sancto quid facit aurum? PLIN. nat. 28, 27 si -i accidit dicis causa epulanti *cibum e manu prolabi.* IVV. 6, 604 saepe inde petitos -es (*sc. ab infantibus suppositiciis*). PLIN. paneg. 83, 5 nonne, si -i maximo eligenda sit coniunx, aut hanc aut similem ... elegerit? FLOR. epit. 1, 13, 11 -es et flamines, quidquid religiosissimi in templis erat, partim ... recondunt, partim *eqs.* SERV. auct. Aen. 1, 373 quod ... a poeta tum -x inducatur (*Aeneas ut*: 8, 552 MACR. Sat. 3, 2, 17. *cf.* SERV. Aen. 9, 298 antequam -x esset A.). *al.*

II *significantur -es religionis Romanae ad alia collegia pertinentes, sc. maxime in municipiis, coloniis, civitatibus, provinciis sim. imperii Romani* (*-es cultus imperatorii v. p. 2679, 21. 31 sqq.; -es dei Solis in urbe Roma v. p. 2679, 69; maxime in titulis*): **A** *iussa legum* (*respiciuntur e. g. creatio, officia, honores -um*): CIC. leg. agr. 2, 96 huc, *i. Capuam,* isti XviRi cum ... *tot colonos* ex lege Rulli deduxerint, C decuriones, X augures, VI -es constituerint *eqs.* LEX Vrson. (CIL II^2 5, 1022) 66, 31 quos -es quosque augures G. Caesar ... fecerit ..., (33) ei -es eique augures c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) sunto (67, 11. *cf.* 91, 1 -x huiusque col(oniae)). 66, 34 -es auguresque in -um augurum conlegio in ea colon(ia) sunto, ita uti qui ... optumo iure in quaqua colon(ia) (37) pontif(ices) augures sunt erunt (67, 12. 17). 66, 37 -bus auguribusque ... militiae munerisque publici vacatio sacro sanctius esto, (66, 1) uti -i Romano (*ad I*) est erit. 68, 23 comitia pontific(um) augurumq(ue). *et saepius in eadem lege.*

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *accedunt determinationes singula maria indicantes* (*fere adi., sed enunt. relat. l. 40, gen. l. 29. 42 sq.*): **α** -us *etiam pars nominis sollemnis est, ita ut ad Onom. pertinere possit; indicatur: Hellespontus* (*iuncturam ordinis sollemnis q. e.* Hellespontus *v. Onom.*): Trag. inc. 105 -o ab Helles atque ab Ionio mari urgetur Isthmus (163 -us H. Ov. met. 11, 195 angustum citra -um Nepheleïdos Helles). Lvcan. 6, 56 Phrixeum ... -um. *Pontus, sc. Euxinus* (*vocem sine additamentis positam v. Onom.*): Cic. de orat. 1, 174 citius ... is, qui ... naviculam in portu everterit, in Euxino -o Argonautarum navem gubernarit (Ov. trist. 4, 4, 55 Pont. 2, 5, 9 Manil. 4, 617. *al.* Mela 1, 7 Plin. nat. 4, 76. 6, 1 -us E., antea ab inhospitali feritate Axinus appellatus. 6, 36 Amm. 22, 8, 33 Tab. Peut. 9, 2. *al.; cf.* Phaedr. 4, 7, 10 *Argo* inhospitalis prima ... -i sinus patefecit). Ov. trist. 3, 4, 46 Scythicus ... -us (4, 1, 45 Sen. Med. 212 Lvcan. 2, 580 Val. Fl. 2, 379. *al., v. p. 2687, 69 et cf.* Sen. Herc. f. 1210 -um Scythen [Herc. O. 1251]. Stat. Theb. 11, 438 Scytha ... -us). Val. Fl. 4, 211 qui ... per Arcton dexter et in laevum -us iacet. 8, 207 Sarmatici. *al.* **β** *cetera exempla: varia*: Verg. Aen. 1, 556 *Aenean* -us habet Libyae ([*explicat* Gloss.^{L} I Ansil. PO 230 mare Libicum]. Prisc. periheg. 506 [*gr. πόρος*]). Ov. met. 15, 507 Corinthiaci ... litora -i. Manil. 4, 609 *mare* circuit omnem Italiam, Hadriaco mutatum nomina -o (Lvcan. 4, 407 Sil. 1, 54). 4, 628 haec medium terris circumdat linea -um (*sc. mediterraneum ut*: Avien. orb. terr. 404. *cf.* noster *l. 47*). 4, 806 rubri ... -i (Lvcan. 10, 314 iungunt nostrum r. commercia -o. Sil. 14, 664. Prisc. periheg. 168 *et* 997 [*gr. 178 et 1089 θαλάσσης*]. *cf.* Avien. orb. terr. 1135 Rutili [*gr. 958 Ἐρυθραίης ... θαλάσσης*]). Sen. Oed. 487 Aegaeo (Sil. 1, 468). Thy. 578 Bruttium (*sc. mare Siculum*). Lvcan. 2, 404 *Appenninus* flumina ... in gemini spargit divortia -i (*sc. in mare superum et inferum*). 5, 614 Ionio (*cf.* Val. Fl. 4, 347 illos ... Io transierat fluctus, unde haec data nomina -o). Sil. 1, 62 Siculo. *al.* *indicatur Oceanus*: Stat. Theb. 3, 35 Eoo (Prisc. periheg. 46 unde ... primo conscendit lumine Titan E. que vocant atque Indum nomine -um [*gr. 37 οἶδμα θαλάσσης*]). 3, 407 Hesperii (*cf. 409* Oceani). Avien. Arat. 1140 occidui (1169 [*gr. 635 ἐϋῤῥόου ὠκεανοῖο*]. *cf.* Opt. Porf. carm. 18, 14 serus).

d *exempla varia* (*selecta post* Verg.): Verg. Aen. 3, 417 venit medio vi -us et undis Hesperium Siculo latus abscidit arvaque et urbes ... angusto interluit aestu (*cf.* Ov. met. 15, 291 Zancle ... iuncta fuisse dicitur Italiae, donec confinia -us abstulit et media tellurem reppulit unda. Lvcan. 2, 435). 10, 377 (*Pallas ad Arcadas*) maris magna claudit nos obice -us ([*fort.* maris *potius c.* obice *quam c.* -us *iungendum*]. *cf.* obice -i: Lvcan. 10, 246 Val. Fl. 1, 702 Clavd. 15, 11). Paneg. in Mess. 20 alter *poeta* dicat ..., qualis ... in curvum -us confluxerit orbem (*circum terras ut*: 147 Oceanus -o ... continet orbem. Manil. 1, 166 *orbis* vasto clausus ... undique -o. *item respicitur Oceanus*: Manil. 1, 246 -us utrosque [*sc. orbes?*] suis distinguit et alligat undis. *al.* Avien. ora 391 Oceanus ... iste -us maximus. *al.*). Ov. met. 2, 272 tellus, ut erat circumdata -o (Manil. 4, 783 Cnosia ... tellus c. -o. Ps. Prosp. carm. de prov. 102. *cf.* circumflua -o *vol. III 1145, 61 sq.*). Manil. 4, 597 natat tellus pelagi lustrata corona, ... inque sinus -um recipit. Avien. orb. terr. 829 secat unus ... -us Europam et Libyam. *al.*

B *respiciuntur, quae (qui) in -o sunt vel fiunt, trans -um moventur*: **1** *animantes ibi degentes*: **a** *terrestres, qui varia agunt, sed*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fere transmittunt: **α** *navibus*: Ⓘ *exempla varia* (*selecta inde a* VERG.): LAEV. carm. frg. 11 (*Helena ad Paridem*) tu, qui permensus *es* -i maria alta velivola (*cf.* OPT. PORF. carm. 18, 14 velifer ... -us. AVIEN. Arat. 69 velivolo). CIC. Arat. 62 hoc cave te in -um studeas committere mense (*gr. 287 θαλάσσῃ*). LVCR. 2, 559 subdola cum ridet ... pellacia -i (5, 1004. *cf.* PROP. 3, 7, 37 natura insidians -um substravit avaris). VERG. Aen. 1, 40 Pallas ... exurere classem Argivum atque ipsos potuit submergere -o. 2, 295 (*Hector ad Aenean*) his *penatibus* moenia quaere, magna pererrato statues quae denique -o. catal. 9, 47 adverso perlabi sidere -um. PANEG. in Mess. 173 ferro tellus, -us confunditur aere. PROP. 1, 6, 33 seu pedibus terras seu -um carpere remis. OV. epist. 7, 56 multa ... tristia -us habet, *sc. navigantibus.* met. 14, 222 casus ... turbae, quae tecum est credita -o. 14, 439 *Circe* dixerat ... restare pericula -i (trist. 5, 2, 29 SIL. 2, 572 STAT. Theb. 7, 722. *al.*). Ib. 112 nec tibi det tellus nec tibi -us iter. MANIL. 1, 76 *in principio* immotus, *sc. navibus,* ... novos -us subduxerat orbes. 1, 217 donec ad Heliacas per -um veneris oras (1, 295. SIL. 15, 162 [*loq. Scipio*] per -um pia bella veho). 1, 365 Haedi claudentes sidere -um. 4, 569 Capricornus ... militiam in -o dictat. 5, 189 sunt, quibus in -o studium est cepisse ferarum diversas facies ... *et* in bella lacessere -um (*agitur de piscatione ut*: 5, 660 extentis laqueare profundum retibus et -um vinclis artare furentis). SEN. Med. 650 perarate -um (*cf.* SIL. 7, 363 sulcator navita -i. CARM. Isid. orig. 1, 37, 3 -um pinus arat, sulcum premit alta carina). Phaedr. 476 varia leti genera mortalem trahunt ... turbam, -us et ferrum et doli. *al.* Ⓘⓘ *abl. loci* -o: VERG. georg. 1, 372 *tempestate* omnis navita -o umida vela legit. TIB. 2, 3, 39 praeda vago iussit geminare pericula -o. OV. met. 6, 422 subvecta ... -o barbara ... agmina. SEN. Herc. O. 113 illum si medio decipiat ratis -o *eqs.* Med. 319 ausus Tiphys pandere vasto carbasa -o. SIL. 3, 535 medio ... navita -o ... immensas prospectat aquas. STAT. Theb. 6, 484 medio stant vela tumentia -o. *al.*

β *nando* (*v. etiam sub b et c*): OV. am. 1, 3, 23 super -um simulato vecta iuvenco (*respicitur Europa ut e. g.* met. 2, 872 per aequora -i fert *Iuppiter* praedam). epist. 18, 23 aptior illa *manus* ... dare verbera -o. MANIL. 2, 34 lanigerum, *sc. Arietem,* victo ducentem sidera -o (*agitur de traiectione Hellesponti ut* 4, 746. *cf.* 4, 515 *Aries* findens ... -um. 5, 32 *Aries* -i victor). 4, 80 furit alter amore, et -um tranare potest, *sc. ut Leander.* 5, 431 illis *sub Delphino natis* in -o iucundum est quaerere -um corporaque immergunt undis (*opp. 429* summis ... in undis).

γ *quovis modo*: LVCR. 1, 200 cur homines tantos natura parare non potuit, pedibus qui -um per vada possent transire? 3, 1032 *Xerxes* contempsit equis insultans murmura -i (*cf.* CVLEX 31 magno vincula -o *a Xerxe* iacta). VERG. Aen. 6, 312 frigidus annus *aves* trans -um fugat (SEN. Thy. 43 bella t. -um vehant. STAT. Theb. 5, 11). HOR. carm. 4, 2, 4 *Pindari aemulus* ceratis ... nititur pennis ... daturus nomina -o. OV. met. 4, 529 Ino *fugiens* se ... super -um ... mittit (*cf.* 11, 784 *Alcyone* se dedit in -um). 5, 253 qua ... super -um via visa brevissima, Thebas ... petit *Minerva.* SIL. 12, 117 *quidam* medio ... in gurgite -i Herculeum commendat iter, qua discidit aequor Amphitryoniades.

b *animalia marina* (*exempla selecta inde ab* OV.): CIC. progn. frg. 3 fulix ... fugiens e ⌊gurgite -i⌋ nuntiat ... instare procellas (⌊ ⌋ *gr. 914 ἁλός*). VERG. georg. 4, 430 gens umida -i. Aen. 2, 207 iubae *anguium Laocoonta petentium* ... superant undas, pars cetera -um pone legit. 6, 729. CIRIS 451 aequoreae pristes, immania corpora -i. DIRAE 57 subito emersere furenti ... corpora -o. HOR. carm. 3, 27, 27 scatentem beluis -um. PROP. 2, 3, 6. OV. met. 5, 18 belua -i (GERM. 362 SEN. Phaedr. 351 LVCAN. 8, 764 SIL. 15, 784 PS. PROSP. carm. de prov. 422. *cf. e. g. l. 53. 61 et* SEN. Phaedr. 1081 corniger -i. 1204 -i monstra. AVIEN. ora 127 -i feras). 8, 830 quod -us, quod terra, quod educat aer, poscit *Erysicthon fame laborans* (*cf.* SEN. Herc. f. 31 quidquid -us aut aer tulit. Herc. O. 15 omne ... malum, quod terra genuit, -us aer inferi. *al.; cf. p. 2687, 7*). SIL. 7, 476 dum cete -o innabunt. APVL. met. 11, 25, 4 tuam, *Isis,* maiestatem perhorrescunt ... beluae -o natantes. *al.*

c *dei* (*-us deorum iussu fit placidus aut turbatus sub A 1a*): CATVLL. 36, 11 o ... creata -o, *Venus* (*cf.* SEN. Phaedr. 274 diva ... generata -o. PERVIG. Ven. 9). VERG. Aen. 9, 103 Doto et Galatea secant ... pectore -um. 9, 122 virgineae ... facies *navium nympharum factarum* -o ... feruntur. 12, 182 (*loq. Aeneas*) voco, ... quae ... sunt numina -o. OV. met. 5, 369 (*Venus ad Cupidinem*) tu superos ipsumque Iovem, tu numina -i victa domas ipsumque, regit qui numina -i (trist. 1, 4, 25). *al.* SEN. Oed. 445 -i regna tenet *Ino.* 447 ius habet in fluctus magni puer advena -i *Palaemon.* SIL. 3, 414 *Nereides* candida perspicuo conectunt brachia -o (*cf.* STAT. silv. 3, 2, 13 -i, Nereides, agmen. 3, 2, 15 sidera -i. Ach. 1, 23). *al.* *precantur homines*: VERG. Aen. 5, 233 palmas -o tendens utrasque Cloanthus ... divos ... in vota *vocavit.* OV. met. 11, 397 manus tendens in aperti litora -i ... Peleus Psamathen, ut finiat iram, orat.

2 *res* (*naves sim. v. sub 1a*): **a** *variae*: VERG. Aen. 1, 89 -o nox incubat atra. 9, 712 quam *pilam saxeam* ... -o iaciunt (*cf.* SIL. 4, 297 pila immane sonans impingitur ardua -o). OV. am. 2, 11, 14 *non* medius tenuis conchas pictosque lapillos -us habet. MANIL. 4, 673 gemmis ... relucet -us. LVCAN. 3, 546 emissa ... tela aëra texerunt vacuumque cadentia -um. *al.* **b** *sidera, quae inde oriuntur, illuc occidunt* (*adde p. 2688, 54sqq.*): OV. met. 4, 633 ultima tellus rege sub hoc, *sc. Atlante,* et -us erat, qui solis anhelis aequora subdit equis. fast. 4, 575 liquidi ... inmunia -i ... signa (*agitur de Vrsa ut*: SEN. Herc. O. 281 *num* Vrsa -um sicca ... bibet? 1585. Thy. 477 amat Thyesten frater? aetherias prius perfundet Arctos -us. *cf.* AVIEN. Arat. 819 *ut signa quaedam* -o ... carerent). MANIL. 1, 346 de -o surgit Delphinus ad astra, oceani caelique decus. *al.* GERM. 705 SEN. Thy. 820 LVCAN. 4, 525. STAT. Ach. 1, 139 tepet inlabentibus astris -us. *al.*

II *tropice*: **A** *per meton. significatur aqua marina* (*quaedam sub I allata huc trahere possis, e. g. p. 2687, 14*): MANIL. 5, 528 *qui quaerit aurum,* perfundet ... novo stillantia litora -o. 5, 604 *belua* efflat ... in caelum pelagus ... -umque exstillat in astra. 5, 683 *quidam homines* magnas poterunt celebrare salinas et -um coquere et -i secernere virus. LVCAN. 3, 577 semianimes ... hauserunt ... suo permixtum sanguine -um. 9, 313 Titan -o sua lumina pascens. SIL. 12, 440 *aequor* diffundit campis secretum gurgite -um. STAT. Ach. 2, 4 *dies* levabat ... nondum excusso rorantem lampada -o. **B** *per hyperbolen significatur lacus*: SIL. 6, 13 spumans sanie lacus *Thrasymennus* et fluitantia summo ... cadavera -o. MART. epigr. 24, 6 (*post ludos navales in theatro*) hic modo -us erat. ARNOB. nat. 1, 46 *Iesus* calcabat -i terga ([*cf. Matth. 14, 22sqq.; eodem spectat* IVVENC. 3, 115]. *item respicitur lacus Tiberiadis*: IVVENC. 1, 421 videt -i per litora fratres [*subest Matth. 4, 18*]. 2, 28 -us ... tumescere ... instat [*subest Matth. 8, 23sqq. ut*: 2, 35]). **C** *per prosopop. indicatur divina persona*: STAT. Ach. 1, 139 (*loq. Thetis*) genitor ... -us. 1, 655 (*loq. Achilles*) quid defles, *Deidamia,* magno nurus addita -o? AVSON. Mos. 358 *flumen se infundit* patri ... -o.

III *stilistica quaedam*: **A** *pendet gen.* -i *e subst. aquam significantibus* (*saepe incertum, utrum sit gen. poss., ita ut ad IA2b pertinere possit, an gen. ident. q. d.*): LAEV. carm. frg. 11 maria. CIC. Arat. frg. 23 vada (AVIEN. Arat. 307. *al. apud eundem*). progn. frg. 3 gurgite ([*v. p. 2689, 49*]. LVCR. 5, 387 LVCAN. 7, 813 SIL. 12, 117. *al.*). CATVLL. 64, 179 aequor (LVCR. 1, 8. 2, 781. *al.* VERG. georg. 1, 469 LYGD. 4, 85. *al.*). LVCR. 1, 1086 umorem. VERG. georg. 1, 356 freta ([*explicat* SERV. litora pelagi, quae feriuntur fluctibus]. AVIEN. orb. terr. 67. 773. 904). PHAEDR. 4, 7, 10 sinus. SEN. Herc. f. 1056 unda (PETRON. 123 vers. 200). AVIEN. orb. terr. 171 marmora ([*gr. 122 ἅλμην*]. 497. *al. apud eundem.* CYPR. GALL. exod. 761). ORAC. Sibyll. 8, 236 (Aug. civ. 18, 23 p. 286, 10) caerula ([*gr. θάλασσα*]. AVIAN. fab. 20, 11 RVST. HELP. benef. 3. *al.*). *al.*

B *pro syn. est vel iuxtaponitur* (*afferimus potissima*): mare: *v. vol. VIII 390, 68sqq., ubi addas e. g.* OV. met 2, 263; *in iunctura* -us maris *fort. supra p. 2688, 62.* aequor: VERG. Aen. 10, 694 *rupes* prodit in aequor, ... exposta ... -o. OV. epist. 7, 56. met. 11, 427 aequora me terrent et -i tristis imago. *al.* pelagus: *v. p. 993, 62sqq., ubi addas e. g.* OV. fast. 6, 543. MANIL. 5, 604 (*v. l. 17*).

C *distinguuntur aliae partes mundi*: **1** *singulae*: **a** *terra*: LVCR. 5, 481 terra ..., qua nunc se -i plaga ... tendit, succidit (*item sing.*: OV. fast. 1, 68 otia t. ferax, otia -us habet. MANIL. 4, 880. *al.; plur.*: PROP. 1, 6, 33 seu ... terras seu -um. OV. met. 1, 355 *p. 2687, 63.* MANIL. 4, 796. *al.*). VERG. georg. 1, 469 tellus ... -i ([*v. p. 2687, 56*]. PANEG. in Mess. 173 *p. 2689, 10.* OV. met. 4, 633 *l. 6.* 8, 98. 15, 831. Ib. 112 *p. 2689, 14. al.*). **b** *caelum*: OV. met. 11, 498 caelum ... aequare videtur -us (MANIL. 4, 280 gubernandi studium ... -um caelo, *sc. siderum peritia,* vincit. 5, 657 GERM. 705. *al.*). SEN. Tro. 112 audiat *gemitus* omnis -us et aether (*cf. e. g. l. 64*). VAL. FL. 1, 331 -umque ⌊polumque⌋ ([Cretamque *var. l.*]. STAT. silv. 3, 2, 10. *cf. l. 64*).

2 *plures* (*exempla selecta inde a* VERG.): LVCR. 5, 417 *p. 2687, 51.* VERG. Aen. 3, 193 *p. 2688, 3.* OV. met. 1, 15 *p. 2687, 53.* 8, 830 *p. 2689, 57.* SEN. Herc. O. 15 *p. 2689, 59.* LVCAN. 1, 525 superi ... prodigiis terras implerunt, aethera, -um. STAT. Theb. 11, 67 tellus -usque polusque (*cf.* ORAC. Sibyll. 8, 225 [Aug. civ. 18, 23 p. 285, 29] terras ... -umque polumque [*gr. θάλασσαν*]. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 111). *al.*

compos.: pontivagus.

cf. Onom. (*v. etiam quae p. 2688, 26sq. monuimus*). *Schrickx.*

pop *interiectio.* CHAR. gramm. p. 311, 12 (*e Palaemone*) *interiectiones* significant ... adfectum animi, velut heu, eheu ..., ohe, ⌊-p⌋, papae *eqs.* (⌊ ⌋ pro *coni. Richter; cf. adnot. cod. Leid. Voss. 33, 4 e Cominiano in app. ad p. 311, 4* 'pop' stupentis). *Bl.*

popa, -ae *m.* (*f. v. p. 2691, 27*). [*propter vocem similem q. e.* popina (*q. v.*) = coquina *conicere possis -am nomen accepisse a coquendo, fort. et ipsum coquum fuisse*; pop- = coqu- *ad osc. et umbr. pertinet, unde subst.* -a *[Davies]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adscitum esse videtur; an pro forma vetustiore *popos = coquus *sec.* lixa, nacca, verna *sim.? cf. Peruzzi, Parola del pass. 22, 1967, 39 sqq. Fo.*]
genus masc. testatur PHOC. gramm. V 412, 20. [*falso scribitur pro* pupa GLOSS. V 510, 47. 622, 35; *olim falso edebatur pro* epopam HIER. in Zach. 5, 9 l. 189.]

1 *significatur quidam minister inferior sacrorum, sc. qui hostiam percutit* (*eundem esse ac victimarium putat e. g. Latte, Röm. Religionsgesch. 383 sq.; disting.* cultrarius *l. 20; c. contemptu dicitur l. 12 sq. 15 et sub b*): **a** *proprie*: **α** *strictius* (*cf.* GLOSS. -a: *θύτης* [popax *trad.* GLOSS.^{L} II Philox. PO 49]. GLOSS. I p. 42 -a: mactator. *fort. cognomen est* CIL I^2 2052. IV 5424 *et loco obscuro* IV 2612; *cf. l. 25*): CIC. Mil. 65 fu[er]it audiendus -a Licinius nescio qui de circo maximo ...; mirabar ... credi -ae (*de eodem Ascon. Mil. p. 43, 23* sacrificulum [*Manutius,* sacrificorum *codd.*]. *aliter* SCHOL. *l. 25*). PROP. 4, 3, 62 illa dies ... caedem denuntiat agnis succinctique calent ad nova lucra -ae. SEN. Ag. 898 (*si recte restit.*) qualis ... ad aras colla taurorum ⌞-a⌟ designat oculis, antequam ferro petat (⌞ ⌟ *Bentley, cf. Tarrant, comm. 1976, ad l.*; prius *trad., quod def. Zwierlein, Würzb. Jahrb. 4, 1978, 156 sq., lacunam post* oculis *statuens*). SVET. Cal. 32, 3 admota altaribus victima succinctus -arum habitu elato alte malleo cultrarium mactavit. HIST. AVG. Geta 3, 8 hostiam -a ... percussit. SERV. Aen. 12, 120 *limo* teguntur pudenda -arum *eqs.* (*v. vol. VII 2, 1428, 13*). AVIAN. fab. 36, 12 vitulum ... cultro comminus ire -ae.
*?***β** *laxius, incertum an recte, intellegitur de caupone, tabernario* (*an quia ministro licuit carnes victimarum vendere?*): SCHOL. Cic. Gron. D p. 323, 24 (*ad l. 12*) '-a' quidam proprium nomen volunt, quidam coponem. GLOSS. V 381, 1 -a: tabernarius. *fort. sic explices titulum mulieris* (*vix ad α*): CIL VI 9824 Critonia Q(uinti) l(iberta) Philema -a de insula (*alii putant eam animalia mactanda vendidisse*).

b *translate, sc. usu adi., adhibetur de ventre pingui* (*an quasi ministri carne victimarum saginati?*): PERS. 6, 74 mihi trama figurae sit reliqua, ast illi tremat omento -a venter? (*cf.* SCHOL. Pers. 6, 73, 4 sq. '-a v.' pinguis, quia popeana genera sunt panis, quibus sacerdotes et eorum ministri vescebantur, quibus assidue pasti pingues fiebant; merito '-a v.' pinguis significat).

2 *significationes dubiae in glossis (fort. e confusione c. aliis vocibus ortae; addasne* SCHOL. *et* GLOSS. *sub 1aβ?): i. q. popina sim.*: GLOSS. II 338, 35 *καπηλεῖον*: -a, popina, taberna, cauponium. *i. q. popanum sim.* (*nisi hanc vocem restituas; cf. l. 32*): GLOSS.^{L} II Philox. PO 47 ⌞-a⌟: *πλακοῦς καὶ πόπανον* (⌞ ⌟ popa⟨num⟩ *ed.*).

deriv.: cf. popina, 2. popinarius. *cf. Onom.* *Davies.*

popanum (-pean- *l. 48*), -ī *n., πόπανον.* *est genus placentae in sacrificiis adhibitum*: VARRO frg. *l. 52.* ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 115 s⟨a⟩crificium fecit deis ⟨I⟩lithyis libeis VIIII, popan⟨is⟩ VIIII, pthoibus VIIII (*item in descriptione sacrificii*: 140. Sept. Sev. 5^a, 55 Pighi po⟨panis⟩). 118 tibi, *Ilithyia,* VIIII -is et VI⟨III⟩ libeis et VIIII pthoibus sacrum fiat (*item in prece*: 142. 143 -is dat⟨i⟩s. Sept. Sev. 5^a, 56 Pighi). IVV. 6, 541 tenui -o corruptus Osiris ([pepa-, pepo- *var. ll.*]. SCHOL. [*ex adnot. Vallae*] sacrificio de pane facto). SCHOL. Pers. 6, 73, 4 popeana (*v. l. 32*). HIER. in Os. 3, 1 l. 38 placentas ... vel crustula, quae idolis offeruntur et graece appellantur -*α*. MARTYR. (= CASSIOD.) gramm. VII 192, 13 libo, -*ῳ*. LYD. mens. 4, 2 p. 65, 3 (*sec. Varronem*) *αὐτόν* (*sc. τὸν Ἰανὸν*) *παρὰ Θούσκοις ... λέγεσθαι ... Ποπάνωνα διὰ τὸ ἐν ταῖς Καλένδαις ἀναφέρεσθαι* -*α*.

pope *subst. fem.* (*sc. abl. sing.*). *vocem finxisse vid.* VIRG. *ut veriloquium vocis q. e.* 1. populus. *i. q. fortitudo*: VIRG. gramm. epist. 3, 4, 2 usque ad regis sententiam auctoritatemque nulla populus p[r]ope (*corr. Stangl*) uti potest. epit. 4, 10, 7 'populus' ... ex -e, hoc est ex fortitudine vel manuum vel sensuum sic appellatur. *gen. sing.* popis *agnovit Stangl, Virgiliana, 1891, 50, apud* VIRG. gramm. epit. 10, 1, 8 primi patres ... pleni -is erant (pupis *cod. N,* pōpis *cod. A,* pompis *Polara, Löfstedt*).

popeanum *v.* popanum.

popellus, -ī *m.* *a* 1. populus *deminutive* (*sic* PRISC. gramm. II 109, 17 SCHOL. Pers. 4, 14, 5 GLOSS.). GLOSS. III 460, 35 -us: *δῆμος.* *fere i. q. populus vilis*: HOR. epist. 1, 7, 65 Vulteium ... vilia vendentem tunicato scruta -o (SCHOL. populo vilibus vestimentis induto). PERS. 4, 15 quin tu ... blando caudam iactare -o desinis? (*cf. 4, 6* plebecula). 6, 50 oleum artocreasque -o largior; an prohibes? QVEROL. p. 34, 3 si ... nuces et sorba dederis, omnem ⌞-um⌟ ceperis *simiarum* (⌞ ⌟ *Cannegieter, edd.*; pupillum *codd.*). SCHOL. Pers. 4, 47, 6 opinioni ... -i (*cf. l. 66 et Pers. 4, 50* populo).

popia, *acc.* -am *f.* [*originem vocis gallicam fuisse credit Gamillscheg, Etym. Wb. d. franz. Spr., 1928, 704 s. v.* poche, *neque iniuria*: -a *enim ad verbum gall.* *pop- < *k^{w}ok^{w}- *referri potest, quod et origine et significatione simile est verbo lat.* coqu-(ere); *cf. cymr.* pobi *'coquere'. fort. primitus adi. erat* -a (*sc.* trulla), *'quae ad coquum pertinet'. Fo.*] [*i. q. trulla sim.: francog.* poche (*etiam de ave q. d. 'Platalea leucorodia'*), *francog. Iud.* poje, *francoprov. vet.* (*Fribourg*) pochi, poche; *deriv. e. g. francog. rec.* pochée; *i. q. gyrinus: sabaud.* poθə *et deriv.; cf. M.-L. 6653. Wartburg IX 176. C. S.*]

i. q. ξωμήρυσις, trulla, sc. instrumentum coqui, quo liquida hauriuntur (*v. Adams, Regional diversific. of Latin, 2007, 598 sq.*): **1** *proprie*: TEST. porcelli p. 269, 10 coco legato dimitto -am et pistillum *eqs.* (*v. p. 2216, 41; an et hac voce alluditur ad pudenda virilia? cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 23 ad Pompon. Atell. 96* truam). TAB. devot. Inscr. Année Épigr. 1994 n. 1112 (*e Britannia; saec. IV*) si m(u)lie⟨r⟩ si baro -a(m) fer(re)a(m) ... furtum fecerit. GLOSS. III 366, 30 (*in cap.* de supellectile) -a: *ξωμήρυσις.* **2** *propter formam similem transfertur ad gyrinum* (*cf. l. 3*): POL. SILV. chron. I p. 544, 1 (*inter* nomina insectorum sive reptancium) centipeda. cabarus. -a *eqs.*

pōpillus *v.* pupillus. *Bl.*

⁂popīna, -ae *f.* [pop- < *k^{w}ok^{w}- *continuat in linguis osc. et umbr. vocem indogerm.* *pek^{w}- *'coquere'; v.* coquo *et cf. Leumann, Gramm. 1977, 151.* -a *aut vox ex his dial. mutuata est aut in lingua lat. formata ex voce osc. vel umbr. q. e.* popa (*q. v.*), *ita ut* coquīna *ex* coquus. *Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 15, 2, 42 propina graecus sermo est, quae apud nos corrupte -a dicitur. GLOSS. V 585, 12 -ae dicuntur a pellendo famem (*cf. vol. X 2, 2009, 61 sq.*). *de scriptura* prop- *v. vol. X 2, 2009, 56 sqq.* (*nota etiam infra l. 25. p. 2693, 10*). NOT. Tir. 95, 95 sq. -a. in -a. *de notione*: ISID. orig. 15, 2, 42 (*antea l. 19*) est autem locus iuxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur (*sim.* GLOSS. V 585, 12). GLOSS. -a: *ὀψοπωλεῖον. παντοπωλεῖον. προπῖνα. πολυτελὲς καπηλεῖον. ποτιστήριον. ἑτοιμόπωλις. ἐψόπωλις.* meraria, crustaria. *al., cf. e. g. l. 71. legitur in versibus apud* PLAVT., LVCIL., HOR. sat. *et* epist., MART., IVV., HADR., AVSON., PRVD., *in orat. soluta inde a* GRACCHO *p. 2693, 13,* FAV. *p. 2693, 22,* CIC.

fere i. q. locus, ubi escae (coctae) et vina venduntur. fere contemptim dicitur (*aliter l. 43 et* VLP. dig. 30, 41, 8 COD. Theod. 15, 1, 53); *-am frequentant servi vel humiles e. g. l. 43. 49. 60, sed nobiliores e. g. l. 45. 69 sq. 75; iuxta nominatur alia luxuria inculta, sordida e. g.* fornix *sim. l. 46. 48. 52. 60. al., ceterum* ganea *l. 64. p. 2693, 2. 19,* taberna *l. 51 et* VLP. dig. 30, 41, 8; *-ae circa balnea inveniuntur l. 23. 57. 66 (iuxta nominantur l. 74). iuncturam* circa *vel* per -as *v. l. 51. 60. p. 2693, 1. epitheta selecta* (*ad l pertinentia*): LVCIL. 11 turpem. CIC. Pis. 18 tenebricosa (*cf.* MART. 5, 84, 4 arcana). HOR. sat. 2, 4, 62 inmundis (*cf.* epist. 1, 14, 21 uncta). MART. 1, 41, 10 tepidis (*cf.* IVV. 11, 81 calidae). 5, 70, 3 sellariolis. 7, 61, 8 nigra (*cf.* AVSON. 2, 8 [157 S.], 21 fumosis [Mos. 124]). IVV. 8, 158 pervigiles.

1 *proprie* (*vergit in metonymiam -ae visitandae e. g. l. 69. 73; in compar. l. 44*): PLAVT. Poen. 41 dum ludi fiunt, in -am, pedisequi, inruptionem facite. 835 *apud lenonem* bibitur estur quasi in -a. LVCIL. 11. CIC. Catil. 2, 4 aes alienum contractum in -a. Pis. 18 tu ex tenebricosa -a consul extractus. Phil. 13, 24 in lustris, -is, alea, vino tempus aetatis omne *consumere.* HOR. sat. 2, 4, 62 omnia malit *stomachus,* quaecumque inmundis fervent allata -is. epist. 1, 14, 21 (*ad vilicum*) fornix tibi *ruri moranti* et uncta -a incutiunt urbis desiderium. SEN. dial. 1, 5, 4 cum ... vilissimus quisque ... in -a lateat (*cf. l. 37 et* HADR. carm. frg. 1, 3 nolo ... ambulare per tabernas, latitare per -as). 7, 7, 3 voluptas humile, servile *quiddam est,* ... cuius statio ac domicilium fornices et -ae sunt (*cf.* APVL. Plat. 1, 13 p. 207 ait ... cupidinem atque adpetitus ... infernas abdominis sedes tenere ut -as quasdam et latrinarum latebras, deversoria nequitiae atque luxuriae). epist. 29, 6 ostendet *philosophorum contemptor* mihi alium in adulterio, alium in -a, alium in aula. 51, 4. 56, 2 (*inter sonitus circa balnea auditos*) -arum institores mercem sua quadam ... modulatione vendentis (*cf. l. 62 et* MART. 1, 41, 10 fumantia ... thumatla raucus circumfert tepidis cocus -is). COLVM. 1, 8, 2 genus id mancupiorum otiis, campo, circo, theatris, aleae, -ae, lupanaribus consuetum. PETRON. 98, 6 circa -as *errare.* PLIN. nat. 33, 32 *cum senator* famam ... -arum poenis aucupatus questus esset in senatu volgo institores eius culpae defendi anulis (*item respicitur coercitio -arum*: SVET. Tib. 34, 1 dato aedilibus negotio -as ganeasque ... inhibendi. Claud. 38, 2 coercitionem -arum aedilibus ademit. Nero 16, 2 interdictum, ne quid in -is cocti praeter legumina et holera veniret. *cf. l. 67*). MART. 5, 70, 3 Syriscus in sellariolis vagus -is circa balnea quattuor *divitias* peregit. 5, 84, 4 arcana modo raptus e -a, aedilem rogat udus aleator. 7, 61, 8 *non iam* occupat ... totas nigra -a vias. IVV. 8, 158 pervigiles placet *consulari cuidam* instaurare -as. 8, 172 in magna legatum quaere -a. 11, 81 *holuscula* fastidit ... *servus,* qui meminit, calidae sapiat quid volva *suina* -ae (*inde inepte* GLOSS. V 510, 48 -a: meretrix vel coquina. 576, 35 -a: nomen meretricis). TAC. hist. 2, 76, 5 si quid ardoris ac ferociae miles habuit, -is et comissationibus ... deteritur. 3, 83, 2 alibi proelia et volnera, alibi balineae -aeque. SVET. Nero 26, 1 post crepusculum ... -as inibat (*item de moribus imperatorum*: Vit. 13, 3 *mandebat*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

circa ... viarum -as fumantia obsonia. AVR. VICT. Caes. 33, 6 *Gallienus* -as ganeasque obiens. HIST. AVG. Gall. 21, 6. *al.*). TERT. uxor. 2, 6, 1 discumbet *uxor christiana* cum marito *pagano* in sodalitiis, saepe in -is. VLP. dig. 4, 8, 21, 11 si *arbiter* in aliquem locum inhonestum adesse iusserit, puta in -a⟨m⟩ vel in lupanarium (*cf.* PS. AVG. quaest. test. 102, 5 dignitoso ... homini ... -am ingredi notabile est). PAVL. dig. 47, 10, 26 si quis servum meum vel filium ludibrio habeat, ... iniuriam videor accipere: veluti in -am duxerit illum, si alea luserit. NOVELL. Iust. 117, 15 pr. si ... inveniret eum *adulterum* convenientem suae uxori ... in -is ..., esse licentiam marito ... talem perimere (*gr.* ἐν προπίναις). *al.*

2 *transfertur* (*per similitudinem sub a, per meton. sub b et c*):
a *ad loca privata, ubi licenter vivitur*: GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 1 nulla apud me fuit -a neque pueri eximia facie stabant (*nisi ad b*). CIC. Phil. 2, 69 huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro ⌞conclavibus -ae⌟ sunt (⌞...⌟ tricliniis -ae *vel* c. -ae triclinis *codd.; inde* SEN. suas. 6, 7 explicantur triumviralis regni delicata convivia, et -a tributo gentium instruitur. HIST. AVG. Pesc. 3, 10 tribuni ... pro tricliniis -as habent, pro cubiculis meritoria). MART. 5, 44, 10 -a dives. HIST. AVG. Ver. 4, 5 ut ... -am domi instituerit. Comm. 2, 7 -as et ganeas in Palatinis semper aedibus fecit. PASS. Donat. 4 basilica in -am, ne turpius dicam, conversa est. **b** *ad cibum vel convivium nimis opulentum*: FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 praefecti -ae atque luxuriae negant cenam lautam esse, nisi *eqs.* CIC. Phil. 3, 20 vino atque epulis retentus, si illae epulae potius quam -ae nominandae sunt. SEN. dial. 6, 22, 2 in -am ventremque *procumbere.* 7, 11, 4 *Nomentanum et Apicium* e suggestu rosae despectantīs -am suam (*cf.* 12, 10, 8 *Apicius* scientiam -ae professus disciplina sua saeculum infecit). 12, 10, 3 ultra Phasin capi volunt, quod ambitiosam -am instruat. nat. 3, 18, 7 *luxuriosi, qui mullum morientem spectant,* non sunt ad -am ... ventre et ore contenti – oculis quoque gulosi sunt. *al.* TERT. ieiun. 12, 3 vestrum est in carceribus -as exhibere martyribus incertis. **c** *ad ebrietatem vel ebrium halitum*: CIC. Pis. 13 (*antea*: nescioquo e gurgustio te prodire) cum ... taeterrimam nobis -am inhalasses (*cf.* APVL. apol. 59, 6 cum anim- advertisses ... manuum tremorem, ructus ⟨po⟩pinam). NOVATIAN. cib. Iud. 6, 7 videas ... ebrios non ad -am currentes, sed -am secum circunferentes; quorum quisquis salutat, non osculum dat, sed propinat.

deriv.: popinalis, 1. popinarius, popinator, popino (-onis), popinor (-ari). *Baraz.*

popīnālis, -e. *a* popina. *i. q. ad popinam pertinens (contemptim): de cibo opulento, qualem in popina exspectes*: COLVM. 8, 16, 5 celebres erant deliciae -es. *de luxuria*: APVL. met. 8, 1, 5 *iuvenis* luxuriae -is scortisque et diurnis potationibus exercitatus.

1. popīnārius, -a, (-um). *a* popina. *de scriptura* prop- *v. vol. X 2, 2009, 71 sq.* *gen. sing. fem.* -res *l. 56.*

i. q. ad popinam pertinens, non nisi usu pro subst.: **1** *masc.* -us: *i. qui popinam exercet* (*contemptim l. 47 sqq.; iuxta ponuntur tabernarii l. 47 sq.*): FIRM. math. 4, 13, 2 *luna* -os facit. 4, 21, 6 *Venus* faciet hospites, -os, tabernarios. HIST. AVG. Heliog. 30, 1 pinxit se ... ut -um, ut tabernarium, ut lenonem idque totum domi semper et exercuit. Alex. 49, 6 cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra -i dicerent sibi eum deberi, rescripsit melius esse, ut quemadmodumcumque illic deus colatur, quam -is dedatur. INSCR. christ. urb. Rom. 20608 ⟨hic requ⟩iescit Malcus popina⟨rius⟩. 23659 ⟨po⟩pinarii. *i. qui popinam frequentat, popino*: GLOSS. *v. vol. X 2, 2009, 71.* **2** *fem.* -a, *i. quae popinam exercet*: CE 603, 2 ⟨l⟩atet hoc Amemone sepulchro ⟨fama ultra fines p⟩atriae -a nota. INSCR. christ. urb. Rom. 20185 ⟨lo⟩c(us) Balerianes (*i. Valerianae*) popinares.

?compos.: compopinarius (*v. vol. III 2135, 3*).

[2. popīnārius: θύτης GLOSS. (*cf.* profanarius *vol. X 2, 1658, 14 sq.*). *potius glossema vocis q. e.* popa *falso lemmati adpositum putes quam vocem ignotam e* popa *ortam* (*cf. p. 2691, 9*).**]** *Schrickx.*

popīnātor, -ōris *m.* *a* popina. **1** *i. qui popinam exercet*: MACR. Sat. 7, 14, 1 quod genus (*i. simulacra in aqua maiora veris*) apud -es pleraque scitamentorum cernimus proposita ampliore specie quam corpore. **2** *i. qui popinam frequentat*: GLOSS. ganeo: gulosus, tabernio, -r. gulosus: helluo, assumptor, tabernio, -r (*alia sim. in Thes. gloss. s. vv.* ganeo, gulosus *allata; scribitur in codd. etiam* prop-, -tur).

popīno, -ōnis *m.* *a* popina. *de origine et notione*: NON. p. 119, 6 ganeones a ganeis dicti, ut popi⟨n⟩ones. p. 161, 11 -es vel hi, quos nunc dicimus tabernarios, a popinis, vel luxoriosi, qui se popinis dedunt (*affert p. 2694, 1 et Lucil. 11* popinam). SCHOL. Hor. sat. 2, 7, 113 'hic erro' sicut -o vel ganeo. GLOSS. V 604, 40 †malce: -o, qui amat in popinas ire. 622, 22 popin[i]o est ambro. GLOSS.^{L} I Ansil. PO 247 sqq. (cod. Paris.) -o: ambro. luxuriosus. prodigus. nepos. eversus. sumtuosus. profugus (*immo* -fus-). consumtor. glutto. elluo. decoctor. ganeo. devorator.

1 *i. qui popinam frequentat, gulo*: VARRO Men. 308 quis poculis argenteum ⌞chorum⌟ intro ibit -o? (⌞...⌟ *Naiadum sec. Cèbe, comm. VIII, 1987, 1365 sqq.*). LENAEVS frg. Suet. gramm. 15, 2 -em (-nion- *al. var. ll.; v. vol. VII 2, 1861, 23 sqq.*). HOR. sat. 2, 7, 39 fateor me ... duci ventre levem, nasum nidore supinor, inbecillus, iners, si quid vis, adde -o (SCHOL. amator popinarum). INSCR. Année Épigr. 1995 n. 1818a -o (*in tessera lusoria; cf. 1816a* nugator, *1817a* infelix, *1819a* felix). **2** *i. q. tabernarius: v. p. 2693, 69.*

?compos.: compopino (*v. vol. III 2135, 4*).

popīnor, -ārī. *a* popina. *i. q. popinam frequentare*: HIST. AVG. trig. tyr. 29, 1 dum Gallienus -atur et balneis ac lenonibus deputat vitam.

[popiscere: i(d est) crescere GLOSS. III 604, 35 (pubesc- *dub. Goetz*).**]**

poplāris *v.* popularis. *Kruse.*

poples, -itis *m.* **[***origo incerta est. eo quod genu ad flectendum formatum est, quidam suspicantur* -pl- *'plicare' (quod in* du-pl-us *et al. legitur) inesse, sc. auctum suffixo, quale est in* circ-es, -it-is *sim. (v. Leumann, Gramm. 1977, 372). quod ad vocis initium pertinet, cogitari potest aut de praeverbio* (po-*?* pro-*?*) *aut de reduplicatione. non liquet; cf. André, Les mots à redoubl., 1978, 36, Pârvulescu, Indogerm. Forsch. 102, 1997, 80 sqq. Fo.***]** *de scriptura*: -s, non poplex *testatur* PROB. app. gramm. IV 199, 4; puplita *trad. in* GLOSS. *l. 34.* NOT. Tir. 79, 27 -es. *de prosodia*: SERV. Aen. 9, 759 '-s' ... 'po' correpta est, sicut in ⌞Sereno⌟ legitur, sed producitur positione (⌞...⌟ *non l. 72, nisi per errorem Servii*; pŏ-pl- *exhibet* LVCR. 4, 952). *de notione v. l. 33 sqq. p. 2695, 25 sqq. 49.* *legitur in versu singulis locis apud* ACC., CATVLL., LVCR., *saepius inde a* VERG., *maxime apud poetas epicos; in orat. soluta inde a* CIC., LIV., VAL. MAX., *singulis binisve fere locis* (*sed e. g. octies apud* CELS., PLIN. nat., *quinquies apud* APVL.).

i. q. pars posterior genuum vel nervi ibi positi (*nervi respiciuntur maxime sub 1aα et β, ceterum e. g. l. 35. p. 2695, 3 sqq. [disting. e. g. l. 49. 57]; fere in hominibus, in animalibus l. 57. 63 sq. p. 2695, 36. al.; sing. pro plur. saepe apud poetas, e. g. l. 38. 42. p. 2695, 6, in orat. soluta p. 2695, 21*):
1 *usu strictiore* (*cf.* CHAR. gramm. p. 47, 13 -s: ἰγνύα, ἀγκύλη. GLOSS. -s: ἀγκύλη, ἰγνύα. ham [*anglosax.*]. puplita: locus, qui sub genuculum est, id est retro. GLOSS. V 474, 29 -es [-is *trad.*]: nervi post genicula. *al.; disting.* genu *e. g. l. 38. p. 2695, 11. 14. 16*): **a** *specialia quaedam; -es*: **α** *infirmi sim. sunt*: ACC. trag. 456 cave lassitudo -um ⟨tuum⟩ cursum levet. OV. met. 10, 458 illi -e succiduo genua intremuere (STAT. Theb. 4, 324). 13, 477 illa *Polyxena* super terram defecto -e labens (LVCAN. 3, 254 nisi -e lapso ultima curvati procederet ungula Tauri. *cf.* PRVD. cath. 2, 78 *Iacob* lapsante claudus -e femurque victus debile [*de re v. gen. 32, 32*]). 15, 223 *infans* paulatim ... nondum -e firmo constitit adiutis aliquo conamine nervis (SVET. Claud. 30 ingredientem destituebant -es minus f.). LVCAN. 6, 87 *equus* moribundus ... tremulo medios abrumpit -e gyros. LAVS Pis. 76 (*in imag. de fesso aetate sim.*) tremefacta cadunt succiso -e membra. HIER. epist. 38, 4, 3 -es vacillantes *somno.* **β** *caeduntur* (*saepe in pugna; cf. vulnus, incisionem in parte -is factam p. 2695, 18 sq.*): VERG. Aen. 9, 762 *Turnus* succiso -e Gygen excipit (10, 699. OV. met. 8, 364 terga parantem vertere s. liquerunt -e nervi. LIV. 22, 51, 7 s. feminibus -busque. SEN. epist. 66, 50 qui s. -bus in genua se excepit nec arma dimisit. PETRON. 1, 1 s. -es membra non sustinent. STAT. Theb. 9, 874 cuspis cornipedis ... fugam s. -e sistit. AMM. 17, 13, 10. 31, 13, 4. VEG. mil. 1, 11, 7 -es et crura succidere. *cf. l. 45*). HOR. carm. 3, 2, 16 *mors non* parcit imbellis iuventae -bus timidove tergo. LIV. 22, 48, 4 *Numidae* terga ... ferientes ac -es caedentes (VAL. MAX. 7, 4 ext. 2 *equites Hannibalis* -es pugnantium Romanorum ceciderunt. PLIN. nat. 8, 26 *venator* alterum -em *elephanti* dextra caedit ac ... hoc crure tardato profugiens alterius -is nervos ferit. VAL. FL. 6, 551 SIL. 4, 341. *al.* EPIST. Alex. p. 206, 18 caedendo -es *elephantorum*). CELS. 5, 26, 3^{A} in quibus usque ad grandes intusque conditas venas in alis vel -bus mucro desedit. SEN. epist. 74, 23 velocitas perit -bus incisis (HIST. AVG. Avid. 4, 5 desertoribus ... crura incidit ac -es). STAT. Theb. 7, 713 falcato ... curru comminus hunc stantem metit, hunc *fugientem* a -e sectum. APVL. met. 4, 5, 4 gladio -es eius *asini* totos amputant (8, 5, 7 *Thrasyllus* equi ... postremos -es lancea feriens amputat). 8, 30, 3 (*loq. asinus*) fuit unus, qui -es meos enervare secure sua comminaretur. **γ** *tractantur in re medica*: CELS. 4, 27, 1^{B} perfricare coxas et -es oportet. 4, 27, 1^{C} frictione cottidie utendum ... praecipue ... ventris et -um. *al.* COLVM. 6, 12, 3 si *bos* dolore nervorum claudicat, oleo et sale genua -esque et crura confricanda sunt. PLIN. nat. 28, 37 cervicis dolores *arceri* saliva ieiuni dextra manu ad dextrum -em relata, laeva ad sinistrum (*cf. e. g.* 28, 60 in cervicium dolore -es fricari aut cervicem in -um. SER. med. 281 si cervices durataque colla rigebunt, ... geminus mulcebitur unguine -s). PELAGON. 255 -bus ... medendum, quibus est umor; ... -es perungito. MARCELL. med. 35, 17 myrti folia ... nervorum -umque doloribus prosunt. *al.*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *exempla varia*: CIC. nat. deor. 1, 99 deus *Epicuri* ... non digito uno redundat, sed capite, ... -bus, manibus *eqs.* HOR. sat. 2, 7, 97 contento -e miror *gladiatorum* proelia ... picta **(**[SCHOL. quoniam gladiator, dum dimicat, extendit suum -em, aut quia, qui adtentus aliquid spectat, erigit se et extendit -em suum]. *cf.* VAL. FL. 1, 185 *Minyae* puppem umeris subeunt et tento -e proni decurrunt intrantque fretum. STAT. Theb. 9, 473 *Hippomedon* -e tenso lubrica saxa tenet**)**. OV. met. 5, 593 accessi *aquas* primumque pedis vestigia tinxi, -e deinde tenus (CLAVD. rapt. Pros. 2, 34 vestis ... -e fusa t.). 6, 256 *Damasicthon* ictus erat, qua crus esse incipit et qua mollia nervosus facit internodia -s. 9, 298 *Lucina* dextro ... a -e laevum pressa genu ... sustinuit partus (*cf.* PLIN. nat. 28, 59 *gravidis venefi-cium est* -es alternis genibus inponi). 10, 593 quae ... -bus suberant ... genualia **(***in descriptione vestitus ut l. 9 et* QVINT. inst. 11, 3, 138 ut tunicae prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios -es usque perveniant. HIER. epist. 64, 10, 1 lineis feminalibus, quae usque ad genu et -es veniunt**)**. GERM. 255 -e sub laevo *Perseos* ... Pleiades suberunt (*gr. 254 ἐπιγουνίδος*). LVCAN. 9, 771 (*769* nudum sine corpore volnus) sine ullo tegmine -s erat. STAT. Theb. 6, 890 *luctator* -bus genua *adversarii* ... premens. TAC. hist. 1, 42 *T. Vinius* iacuit ... ictu in -em. ann. 15, 63, 3 *Seneca sibi* crurum ... et -um venas abrumpit. FRONTO p. 128, 15 pauci militum equum sublimitus insilire, ceteri aegre calce, genu, -e repere. HYG. astr. 3, 5, 2 *Engonasin* habet ... in genu unam *stellam,* in -e unam. AMM. 27, 10, 15 *milites fugientes* pandebant sequentibus -es et suras et dorsa. *al.*

2 *usu per metonymiam derivato*: **a** *de genu* (*cf.* DIFF. ed. Uhlfelder 162 -es hominum, suffragines animalium. GLOSS. -s: geniculum, generis masculini. -e: genu. suffragine. -es: genuum flexura. *al.*): CATVLL. 64, 370 *Polyxena* proiciet truncum submisso -e corpus (LVCR. 4, 952 -es ... cubanti saepe ... summittuntur viresque resolvunt. OV. met. 7, 191 in dura s. -e terra. VAL. FL. 6, 245 Oebasus infestum s. -e Phalcen evasisse ratus). VERG. Aen. 12, 492 *Aeneas* se collegit in arma -e subsidens. 12, 927 incidit ictus ingens ad terram duplicato -e Turnus **(**[CLAVD. DON. *ad loc.* p. 638, 22 contracto -e ad terram ... perductus est]. ALC. AVIT. carm. 1, 95**)**. CVRT. 6, 1, 14 postquam *membra* deficere sensit, -bus semet excepit (9, 5, 9). LVCAN. 1, 613 *victima* deposito victum praebebat -e collum. PLIN. nat. 11, 248 *elephantus* -es intus flectit hominis modo **(**[*inde* 1, 11, 102 de genibus et -bus]. STAT. Theb. 6, 590. AMM. 28, 2, 7 qui f. -bus supplicabant. VVLG. iud. 7, 6 reliqua multitudo f. -e biberat. AVG. civ. 16, 8 p. 135, 19 ferunt esse gentem, ubi singula crura in pedibus habent nec -em flectunt. CARM. inscr. christ. urb. Rom. 4137, 2 te precibus sanctis petimus, te -e f.**)**. STAT. Theb. 7, 193 *Iuppiter supplicem* -e flexum ... tollit. silv. 5, 4, 19 leviter suspenso -e transi, *Somne.* IVV. 6, 263 quanta -bus sedeat quam denso fascia libro. APVL. met. 5, 22, 3 *Psyche* tremens ... desedit in imos -es. 7, 24, 5 (*loq. asinus*) totum corporis pondus in postremos -es recello. AVG. conf. 1, 18, 28 moto -e iter *agere.* DRAC. Romul. 8, 521 *Helena* procera regens in -e membra venusto. VEREC. satisfact. 29 *tibi, dum precaris,* deflexo ... genas contractus vertice -s conterat. *al.* ?**b** *de femore* (*addere possis p. 2694, 41*): GLOSS. III 394, 77 *μηροί*: -es (*'contam.' Goetz*).

poplex *v. p. 2694, 20.* **poplic-** *v.* public-. *Baraz.*

poplifugia (-pul- *l. 61*), (-ōrum) *n. plur.* *a* 1. populus *et* fugere (*vel* fugare; *cf.* rēgifugium). *de origine v. l. 56. 61.*

nomen est diei festi populi Romani (*vocem graece vertit Dionys. ant. 2, 56, 5 τῆς τροπῆς τοῦ πλήθους. Plut. Rom. 29, 2 ὄχλου φυγή. ad rem v. Kraus, RE XXII 1, 74sqq.*): VARRO ling. 6, 18 dies -a videtur nominatus, quod eo die tumultu repente fugerit populus; non multo enim post hic dies quam decessus Gallorum ex urbe. FAST. ann. Iul. Maff. Iul. 5 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 78) poplif(ugia) NP. ann. Iul. Amitern. Iul. 5 (*ibid.* p. 189) poplif(ugia) NP feriae Iovi. min. dom. Aug. Antiat. a. 23/37 Iul. 5 (*ibid.* p. 208) p⟨op(lifugia)⟩. MACR. Sat. 3, 2, 14 (*e Calp. hist.*) cum pridie populus a Tuscis in fugam versus sit, unde -a vocantur (*scrib.* populi-).

poploe *v. p. 2716, 37.*

1. poplus (*et* popolus) *v.* 1. populus. **2. pōplus** *v.* 2. populus.

popōn *v. p. 1127, 73.* **poposco** *v. vol. X 2, 70, 27sq.*

poppaeānus, -a, -um. *a nom. propr.* Poppaeus, Poppaea. *i. q. ad Poppaeum vel Poppaeam pertinens; neutr. pro subst. significat medicamen faciei ex asinino lacte confectum, quod instituit Poppaea uxor Neronis* (*ad rem v. e. g. Plin. nat. 11, 238. 28, 183*): IVV. 6, 462 multo pane tumet facies *mulieris* aut pinguia -a spirat et hinc miseri viscantur labra mariti **(***cf.* SCHOL. medicaminis ... nomen Iuvenalis '-a' dixit, quasi ab illa *Poppaea* inventum sit; [cod. L, *sim. al.*] id est unguenti genus, vel medicamina ad faciem venustandam**)**.

cf. Onom. *Bl.*

poppysma, -tos *n. et* **poppysmus,** -ī *m.*, *πόππυσμα* (*inde a saec. IV p. Chr.*), *ποππυσμός* (*inde a saec. V/IV a. Chr.*). *acc. neutr.* -a, -ta (*nom.* -a *l. 11?*), *abl. plur. masc.* -is PLIN. [-ta *in var. l. falsa p. 2600, 58.*]

significari vid., si per onomatopoeiam explicatur, sonus oris effectus labiis compressis celerrime diductis (*vel aëre extruso? -a efficitur membro genitali feminae apud* MART.; *aliter l. 11*): PLIN. nat. 28, 25 in adorando dextram ad osculum referimus ...; fulgetras -is adorare consensus gentium est (pompismis *var. l.; nisi est forma heterocl. decl. I*^{ae}). MART. 7, 18, 11 (*6 in coitu tuus* cunnus non tacet) quis ridere potest fatui -ta cunni? (*12* sonat, *13* clamoso ... cunno). IVV. 6, 584 vati crebrum -a roganti (SCHOL. oris pressi sonus vel labiorum in se collisorum strepitus, quo laetitia praedicere mala adsolet ⟨et⟩ vitare vota. *huc pertinere vid.* FRG. Bob. gramm. VII 544, 18 -a: sibilum).

poppyzōn, *acc. sg.* -onta *m., part. praes. act. ποππύζων vocis gr. ποππύζειν.* [*γέρων ποππύζων restit. Hilberg* HIER. epist. 22, 28, 5, *de quo loco v. vol. VI 2, 1912, 32sqq.*]

i. qui poppysma edit, sc. quo nomine gr. argumentum picturae indicatur (*cf. e. g. Petron. 83, 2* monocnemon, *Plin. nat. 35, 106* anapauomenon, *35, 125* stephanoplocos): PLIN. nat. 35, 104 cum *Nealces* pingeret -onta retinentem eum *equum* (popy- *var. l.*). *M. H.*

[pax †**poptantī**, dor(mitio) invidenti INSCR. Année Épigr. 1979 n. 479 (*e Pannonia, in anulo aureo; corrigasne* pax b(ene) optanti?)**.]**

pōpula *v.* pupulus.

populābilis, -e. *a* 1. populari. *i. qui vastari potest* (*accedit dat. rei populantis*): Ov. met. 9, 262 (*Hercules crematur in pyra*) interea quodcumque fuit -e flammae, Mulciber abstulerat, nec cognoscenda remansit Herculis effigies.

compos.: inpopulabile. *Bl.*

populābundus, -a, -um. *a* 1. populari (*cf.* praedabundus). *de notione v. l. 32.* *legitur apud solos* SISENNAM *et* LIV.

fere i. q. populans **(***sc. de militibus sim. [de ductore pro exercitu e. g. l. 40sqq. 48]; non nisi usu praedicat., c. verbo movendi praeter l. 42***)**: **1** *accedit obi. indicans, unde praeda capiatur, sc.* agros: SISENNA hist. 55 -us a. ad oppidum pervenit (*explicat Gell. 11, 15, 7sq.* quod scilicet significat 'cum agros popularetur' non ... 'cum populantem ageret' vel 'cum imitaretur'; ... *suffixum -bundus* vim et ... quasi abundantiam rei, cuius id verbum esset, demonstrare). 56 protinus a. -us ad Nuceriam convertit. **2** *sine obi.*: LIV. 1, 15, 1 *Veientes* in fines Romanos excucurrerunt -i magis quam iusti more belli. 2, 60, 2 Aequi vagari -um hostem per agros passi (3, 5, 13 qui *praedatores Aequorum* -i in finibus Romanis vagabantur. 4, 56, 5 -os in agris vagari Romanos ... passi *erant*). 3, 3, 10 consul, cum aliquotiens per omnem hostium agrum infesto agmine -us isset, cum ingenti laude praedaque Romam rediit ([*antea*: populari]. 25, 14, 11 -us passim cum i.). 3, 4, 7 *consul* Hernicorum in agro -um hostem invenit. 3, 66, 5 *Aequi et Volsci* ad moenia ipsa Romae -i ... ⌊accessere⌋ (⌊ ⌋ *cf.* 10, 14, 5 ubi in hostium fines ventum est, uterque *consul* -us effuso agmine incedit [*postea*: populantur]. perioch. 13, 2 processit**)**. 4, 21, 7. 7, 12, 6 -i Tarquinienses fines Romanos ... peragravere. 7, 19, 6 *Volscos* -os in agrum Romanum venturos esse (perioch. 63, 5). 22, 18, 6 Hannibal usque in Paelignos -us rediit. 40, 33, 9 Flaccus ... per Celtiberiam -us ducit legiones. *Schrickx.*

?**pōpulāceus** *v. p. 2707, 70.*

?**populācia** (-tia *codd. plerique,* popularia *coni. Gesner*), ut nugalia vel puerilia NON. p. 150, 30 **(***affert* LABER. mim. 57 †e [*v. app. crit.*] dum -ia agimus per ludum [-ia *edd. Non. plerique nec non Carilli, Stud. Non. 7, 1982, 71sq.*; popularia *coni. Gesner, quem seq. edd. rec. Laber.*; puerilia *trad.*]**)**. *si recte legitur, neutr. plur. pro subst. adiectivi q. e.* populācius (*vix* populāx) *a* 1. populus *derivati, quo significatur fort. i. q. populo proprius, vulgaris; sed vide ne falsum sit apud utrumque aut apud* LABER. *a* NON. *falso lectum.* *cf. p. 2704, 14.* *Bl.*

※**populāris,** -e. *a* 1. populus. *per syncopen* popl- *non nisi e coni. dub.* PLAVT. Rud. 740 (*cf. cognomen* Poplaris CIL VI 6366 [*saec. I*^{1}*?*], *Ποπλάριος* INSCR. graec. Rom. Cagnat I 776). *abbrev.* popul CIL VIII 8828 (*a. 233/5*). *de formis: gen. plur.* -rum INSCR. Année Épigr. 1976 n. 634 (*Vlmeti; saec. III ex./IV in.*). *compar.* -ius LIV. 7, 33, 3, *cf.* magis CIC. leg. agr. 1, 24 LIV. 2, 24, 3. 23, 4, 3 QVINT. inst. 12, 10, 73 VIR. ill. 73, 2, plus GREG. TVR. glor. mart. 13; *superl. deest, cf.* maxime CIC. Cluent. 77 dom. 24 Phil. 7, 4 or. frg. A 9, 9 FRONTO p. 24, 20, summe ASCON. Pis. p. 15, 29 tog. cand. p. 65, 16. *de notione* (*v. etiam p. 2697, 11sqq. 33sq. 2699, 12. 2701, 20sqq. 2704, 1*): SYNON. Cic. p. 447, 14 vulgare. -e. plausibile. plebeium. GLOSS. -is: *δημοτικός. al.* *legitur in versibus inde a* NAEV., *in prosa oratione inde a* CATONE; *frequentant* CIC. (*plus 220*^{ies}), LIV. (*ca. centies*); *deest* CAES.

i. q. ad populum pertinens **(***fere Romanum, externum saepe sub IA, ceterum e. g. p. 2698, 29. 41. 69; populus passim distinguitur a potentioribus vel doctis, sed ab externis sub IA, IIIB et p. 2702, 51; adhibetur pro subst. masc. et fem., v. p. 2697, 2. 2698, 54. 2701, 72, neutr. p. 2699, 58. 2700, 23.*

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2702, 26. 61; de additamentis v. infra p. 2698, 45. 2700, 6. 17): **I** *de parte populi et usu inde derivando (fere subst. masc., fem. l. 9. 24. 35. 41, attrib. sub A1bα, B1bβ et l. 66. p. 2698, 8. 30. 40); respicitur*: **A** *incola regionis, civitatis sim.*: **1** *qui eiusdem populi dicitur atque alius*: **a** *proprie; cui populus communis sit*: **α** *indicatur*: Ⓘ *per pron. poss. vel gen.* (*exhibemus exempla selecta inde a* CVRT.): NAEV. carm. frg. 42 *milites nolunt* cum stupro redire ad suos -is. PLAVT. Amph. 193 *dux* praeda ... adfecit -es suos. Poen. 906 manu eas adserat, suas -is, liberali causa. 1039 o mi -is, salve. *al.* ENN. ann. 136 tuas omnes legiones ac -is. TER. Phorm. 35 (*servus de servo eiusdem, ut vid., nationis*) amicus summus meus et -is Geta (DON. *ad l.* 6 sqq. amicus a voluntate, -is a fortuna; -is eiusdem condicionis gregisque ...; -is populo amatus est; -is civis est; -is humilis est; -is: vilis ⟨e⟩ populoque factus, ut si quis dicat sordidum -em⟨que⟩ civem. NON. p. 39, 32 [*antea p. 2709, 67*] unde -es dicti de uno populo amici. *al.*). CATO orat. 42 inspectantibus -bus suis. CIC. ac. 2, 118 *Thales* Anaximandro, -i ac sodali suo, non persuasit. Att. 10, 1, 2 Solonis, -is tui. SALL. Iug. 70, 2 Nabdalsam, hominem nobilem, ... clarum acceptumque -bus suis (*cf. l. 40*). LIV. 25, 41, 2 Numidae nuntiantes *Marcello* -es suos ... quieturos in pugna. *al.* COLVM. 1, 1, 9 Biantis *Prienensis* ... -es Menander et Diodorus. CVRT. 5, 11, 11 Dareus ... respondit, quamquam sibi Graecorum militum fides nota sit, numquam tamen a -bus suis recessurum. CIL VIII 8828 (*a. 233/5*) *imperator* muros ... Serteitanis per popul(ares) suos, *i. Serteitanorum,* fecit. LACT. ira 22, 6 *Apollodorus Erythraeus de sibylla Erythraea* ut de civi ac -i sua gloriatur. AMM. 19, 1, 8 *cuiusdam* occasu in fugam dilapsi -es eius omnes. PRVD. psych. 547 quid moror aut Iudae *Iscariotis* -es aut -es sacricolae summi ... fallere fraude aliqua? *al.* Ⓘⓘ *per dat.*: OV. met. 12, 191 *Caenis* tibi ... -is, Achille.

β *intellegitur e contextu* (*exempla selecta inde a* SALL.): PLAVT. Aul. 406 cives, -es, incolae, ... date viam. Rud. 615 pro Cyrenenses -es, vostram ego imploro fidem (*item in quiritatione*: CAECIL. com. 211 pro deum, -ium omnium, ⟨omnium⟩ adulescentium, clamo, postulo ... fidem. TER. Ad. 155 obsecro, -es, ferte misero atque innocenti auxilium [DON. *ad l.* 1 -es cives dicit. SCHOL. Ter. Bemb. -es eiusdem populi cives]. *item in allocutione civium l. 30. 37. 53*). 1268 -is *Palaestra* est? ENN. ann. 306 *Cornelius Cethegus* dictust ollis -bus olim, qui tum vivebant ..., flos delibatus populi suadaeque medulla. TER. Eun. 1031 o -es, ecquis me hodie vivit fortunatior? ACC. carm. frg. 23 describere in theatro perperos -is. SALL. Iug. 7, 1 neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum -bus (TAC. ann. 12, 29, 1 clarus a. que. DICT. 4, 9 amabilis atque a. *cf. l. 18*). OV. met. 6, 150 *Niobe non* admonita est poena -is Arachnes. 9, 20 *non* gener externis hospes tibi missus ab oris, sed -is ero. LIV. 8, 26, 5 *Samnites* ludibrium non externis modo, sed etiam -bus ... domos rediere. 8, 27, 6 clari ... inter -es (23, 15, 11. *al.* CVRT. 8, 9, 21. TAC. ann. 11, 10, 3 [*opp.* hostes]). 25, 40, 5 Libyphoenicum generis Hippacritanus – Muttinen -es vocabant – *eqs.* (*item agitur de appellationibus*: 27, 19, 9 Numidam esse se ait, Massivam -es vocare. 30, 42, 12 CVRT. 8, 12, 14). 27, 17, 3 eadem causa *ducibus Hispanis* ... fuit ... cum omni -ium manu ... secedendi (28, 15, 15 is *regulus Turdetanorum* cum magna -ium m. transfugit. CVRT. 9, 8, 11). 28, 34, 5. 30, 17, 11 id sibi amplum apud -es futurum esse (36, 14, 8 TAC. hist. 4, 18, 4 ann. 2, 44, 2). 44, 40, 9 pauci *Thraces* ... aegre passi -em in suo conspectu caesum. SIL. 5, 652 *non* vos paeniteat, -es, fortibus umbris hoc mactare caput. FRONTIN. strat. 1, 10, 4 duos canes in conspectu -ium commisit (IVL. VAL. 2, 29 l. 936 latere melius a c. -ium [*postea*: civibus]). TAC. hist. 4, 67, 1 *dux Lingonorum* magnam ... et inconditam -ium turbam in Sequanos rapit (IVST. 43, 1, 6 Euander ... in Italiam cum mediocri t. -ium venit. *cf.* VEREC. in cant. 4, 21 l. 71 *Iesum* -em turbam infidelitate defunctam resuscitare quaerentem [*opp.* gentilis ... plebis, *si locum recte intelleximus*]). ann. 2, 10, 3 *Arminius* Romanis in castris ductor -ium *meruerat.* INSCR. Année Épigr. 1905 n. 35, 10 (*ex Africa; a. 265*) -bus epulo exhibito. VIR. ill. 76, 7 *Mithridates* a Pompeio ... victus in regnum confugit, ubi per seditionem -ium a Pharnace filio ... obsessus venenum sumpsit ([*nisi ad p. 2698, 67*]. VITA Caes. Arel. 1, 29 Gothi ... inruunt in sanctum virum -ium seditione). *al.* *attributive*: HOR. carm. 2, 13, 25 querentem Sappho puellis de -bus.

b *transfertur*: **α** *ad res, animalia regionis cuiusdam*: OV. met. 1, 577 conveniunt ... -ia flumina *ad Peneon* (11, 54 *lingua et lyra Orphei* mare invectae f. -e relinquunt). 7, 498 *Cephalus* ramum ... tenens -is olivae. Ib. 501 tibi occurrat patrio -is in arvo ... leaena. PLIN. nat. 8, 224 *saurices* non congregare se nisi -es eiusdem silvae. 15, 43 dici possunt -es eorum *Damascenorum prunorum* myxae. **β** *ad homines participes quodam modo rei eiusdem, sc.*: *coniurationis*: SALL. Catil. 22, 1 quom ad ius iurandum -īs sceleris sui adigeret. 24, 1 quod factum ... -īs coniurationis concusserat (52, 14). *philosophiae*: SEN. dial. 7, 13, 1 in ea ... sententia sum, invitis hoc nostris -bus, *sc. Stoicis,* dicam, sancta Epicurum et recta praecipere.

2 *exempla cetera*: **a** *locus genetivo indicatur*: CIC. leg. 1, 61 non ... circumdatum moenibus ⟨-em alicuius definiti⟩ loci, sed civem totius mundi (⟨ ⟩ *om. cod. unus,* -em *et* definiti *del. Powell, alii alia*). GELL. 5, 3, 3 *Protagoras* in oppidum, cuius -is fuit, caudices ligni ... portabat. AVIEN. ora 48 Euctemon ... -i⟨s⟩ urbis Atticae. COD. Iust. 1, 28, 2 (*a. 371/2*) homines -es huius almae urbis. **b** *exempla varia*: TAC. ann. 12, 16, 1 Sozam oppidum Dandaricae ... desertum a Mithridate ob ambiguos -ium animos. 14, 24, 4 legati Tigranocerta missi ... adferunt intentos -es ad iussa *Corbulonis.* FRONTO p. 60, 11 rogavi aliquem ex -bus, quid illud verbum esset. APVL. met. 4, 9, 4 sedulo fortunas inquirebamus -ium. 7, 1, 3 immixtus ego turbelis -ium. 9, 41, 1. DICT. 5, 1 cuncti -es sociique. 5, 7 *portento* turbati -es. 5, 10 *lectos duces Graecorum* ubi in foro animadvertere -es. IVLIAN. in Am. 6, 2 -bus incolisque regionis varia clade consumptis (*nisi ad a*). MACR. Sat. 1, 15, 12 oportebat ... -es, qui in agris essent, confluere in urbem. COD. Theod. 1, 10, 4 omnia corporatorum genera, quae in Constantinopolitana urbe versantur, universos quoque cives atque -es praefecturae urbanae regi moderamine.

B *homo plebeius* (*etiam dei l. 73, apes p. 2699, 1; iuxta pos.* plebeius *l. 72*): **1** *quolibet usu*: **a** *a populo disting.*: *milites* (*cf. l. 61. p. 2702, 64*): LIV. 24, 27, 2 erat confusa contio non -i modo, sed militari quoque turba (*item de multitudine* [*cf. bα*]: TERT. adv. Marc. 4, 39, 5 nemo in praedicatione bellorum legitimis armis debellandorum lapidationem enumerat -bus coetibus magis et inermi tumultui familiarem). IVST. 26, 3, 5 quae res ... -bus militibusque invisa fuit. HIST. AVG. Aur. 17, 2. Pesc. 3, 2 Severo, qui magis esset odio habendus a senatoribus, militibus, provincialibus, -bus. SIDON. epist. 2, 13, 5 tumultus militum, -ium, foederatorum. *reges*: CVRT. 9, 8, 24 regi an -bus *Ptolemaeus* carior esset. VET. LAT. sap. 18, 11 -is homo regi similia passus (*gr. δημότης*). SOL. 1, 80. *nobiles, senatus sim.*: TERT. nat. 1, 10, 17 *Serapidis* ⟨aras⟩ a senatu deiectas nonnisi per vim -ium restructas. adv. Marc. 2, 20, 4 totis ... ipsorum *divitum Aegyptiorum* facultatibus et -ium omnium conlationibus. CIL VIII 21723 (*a. 220*) *M. Aurelio* ordo piu⟨s⟩ et -es Alt(avenses) devoti numini eius. 9062 (*a. 230*) ex sportulis decurionum operisque -ium (*cf.* IX 2243 decurionibus et -bus). AMM. 22, 2, 4 *Iulianus* exceptus ... verecundis senatus officiis et -ium consonis plausibus. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 5 *Priscillianus* multos nobilium pluresque -es ... allicuit in societatem. SIDON. epist. 7, 1, 3 discessu primorum -iumque. COMMON. patr. 4, 4 -es homines (*opp.* personae nobiles). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 298 p. 381 Sadducaeos ... divites sequebantur, -es vero non eis obsequebantur (*gr. τὸ ... δημοτικόν*). *al.* *deus*: IVL. VAL. 1, 41. 217 (*Philippus Olympiadi*) *non* te scio -is alicuius amori servisse, enimvero dei deorum pulcherrimi.

b *cetera exempla* (*accedit abl. respectus l. 75*): **α** *de multitudine* (*cf. l. 23*): CIC. ac. 2, 6 operam nostram *non* ... a -i coetu removimus (*cf. l. 25*). CHALC. comm. 5 si eam *iustitiam* non in unius hominis ingenio, sed in urbis alicuius populosae frequentia -i scrutaretur (DECL. in Catil. 54 domum ... ab omni f. -i remotissimam). 238 in theatro aliove quolibet conventu -is multitudinis. AVSON. 27, 24 (417 S.), 83 trino me flumina coetu secernunt turbis -bus (MIRAC. Steph. 2, 4 l. 25 fugere conventu publico t. -is coepit. GREG. M. moral. 30, 50 remoti a t. -bus. *cf. l. 23*). VEN. FORT. vita Radeg. 21 quanta ... congressio -is extitit. CE 1510, 3 plaude istis, -e volgus, umbris. **β** *de singulis* (*sc. masc. pro subst. praeter l. 75*): APVL. met. 8, 24, 2 unum de triviali -ium faece. 11, 9, 1 inter has oblectationes ludicras -ium. *al.* TERT. nat. 1, 10, 18 Gabinius consul ..., cum vix hostias probaret prae -ium coetu (resurr. 22, 9 omni ... -ium c. reclamante 'Christianos ad leonem'). CALL. dig. 48, 19, 28, 3 solent quidam ... in quibusdam civitatibus turbulentis se adclamationibus -ium accomodare. VLP. dig. 1, 12, 1, 12 quies ... -ium ... ad praefecti urbi curam pertinere videtur; et sane debet ... milites stationarios habere ad tuendam -ium quietem. NON. p. 531, 4 *sifilare* est maledica vocis significatio vel contumeliosa -ium. AVSON. app. A6 Od. 18 (462 S.), 2 Irus accedit, -is Ithacensius (*cf. Hom. σ 1 πτωχὸς πανδήμιος*). DICT. 1, 8 *Alexander* veritus, ne quid adversum se a -bus oriretur. AMM. 14, 10, 2 Hermogenis ex magistro equitum ... apud Constantinopolim ... -ium quondam turbela discerpti. 31, 11, 1 *Valens* seditione ... -ium levi pulsatus (VEREC. in cant. 8, 6 s. -ium concitata. *cf. p. 2697, 62*). SVLP. SEV. chron. 2, 18, 6 ut plerique -ium ab Antiocho poscerent permitti sibi more gentilium vivere. COD. Theod. 14, 17, 5 -bus ..., quibus non est aliunde solacium. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 300 p. 413 Dorin, -em ex gente nostra (*gr. δημότιν*). MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 p. 239[in.] a plebeiis et -bus (*gr. tantum τῶν ἀγοραίων*). *al.* *de deis paganis propter numerum populo similibus* (*cf. IV*): PETR. CHRYS. serm. 57, 3 deos deasque ... numero confusos, turbā -es, viles genere. **γ** *de gradu*: COLVM. 9, 11, 4

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*de apibus*) foramina, quibus -is notae pulli detinentur (*opp.* regii generis proles).

2 *usu Christiano, Iudaeo: disting. clerus*: SVLP. SEV. dial. 1, 26, 3 *non* huic crimini miscebo -es: soli illum *Martinum* clerici, soli nesciunt sacerdotes. CASSIAN. c. Nest. 6, 5, 4 si -is potius temptare quam sacerdos ecclesiam posses. SIDON. epist. 4, 11, 4 clericos opere, sermone -es ... consolabatur. OP. imperf. in Matth. 40 p. 851[extr.] meliores sunt -es, qui a principio saecularem et carnalem profitentur vitam, quam sacerdotes, qui *eqs.* VITA Caes. Arel. 1, 38 a senatu et proceribus, a papa quoque et clericis simulque et -bus. GREG. M. dial. 3, 1, 6 percunctare, quisnam sit; nam ego hunc tanti meriti virum -em ... esse non suspicor (*postea*: episcopum se fuisse testatus est). ISID. orig. 7, 14, 9 laicus: -is. *al. disting. doctores*: OP. imperf. in Matth. 50 p. 923[in.] prima ... parabola posita est de -bus iustis et peccatoribus, secunda de doctoribus piis et impiis (*sim.* 52 p. 929[in.]). ORIG. in Matth. ser. 14 p. 26, 30 (*opp.* doctoribus).

II *de eo, quod (qui) populum afficit, populo datur sim.*: **A** *populo promptum* (*syn. vel iuxta pos.* forensis *l. 63,* plebeius *l. 50,* vulgaris *l. 38*): **1** *quaelibet exempla*: **a** *de rebus variis*: **α** *accedit notio consuetudinis vulgaris*: CATO agr. 88, 1 *ad salem candidum faciendum* fiscellam cum sale -i suspendito. PLIN. nat. 15, 40 supernatia *Persica* e Sabinis veniunt, -ia undique. 15, 71 comitatur eam *porphyritem ficum* e minimis, vilissimis -is dicta. 15, 94 *castaneis* -bus nigris, quae coctivae vocantur. SVET. Dom. 17, 3 cadaver eius -i sandapila per vispillones exportatum. **β** *exempla cetera*: CIC. dom. 49 (*ludit c. notione sub B1b illustrata*) cum tu, *Clodi,* ... per medium ⟨forum tamquam⟩ scortum -e volitares (*item de meretrice*: PS. ORIG. tract. 12, 10 *ut,* quae quondam fuerat -is, fieret unius sancti spiritus coniunx pudica). Cael. 52 facinori tanto tua mens liberalis conscia, *Clodia,* tua domus -is ministra ... esse non debuit. leg. 3, 14 veteres *Stoici* ... acute ..., sed non ad hunc usum -em atque civilem, de re publica disserebant (FEST. p. 50 *cumerae* fiunt palmeae vel sparteae ad u. -em. CE 437, 3 [*vix ante saec. III med.*] exhibui merces -bus u. aptas. *cf.* TERT. apol. 40, 1 omnis publicae cladis, omnis -is incommodi Christianos esse in causa. COD. Theod. 11, 2, 3 vinum, quod sollemnis expressio -bus commodis ex provincialium collectione desiderat). ad Q. fr. 1, 1, 25 (*de officio proconsulis*) nullius inopiam ... non modo illo -i accessu ac tribunali, sed ne domo quidem et cubiculo esse exclusam tuo. PLIN. epist. 1, 3, 1 quid triclinia *domi tuae* illa -ia, illa paucorum? AMBR. Cain et Ab. 1, 2, 7 non vulgaris -isque gratia, sed specialis praerogativa. AVG. c. acad. 2, 3, 7 illa *philocalia* visco libidinis detracta caelo suo et inclusa cavea -i. conf. 6, 5, 8 *sancta scriptura* ut exciperet omnes -i sinu. in Gal. 24, 11 haec iustitia fidei ... non erat -is, antequam dominus homo inter homines nasceretur.

b *de muneribus publicis sim.*: PLAVT. Trin. 470 si in aedem ad cenam veneris ... *et* adposita cena sit, -em quam vocant. CIC. dom. 47 conlegia ... tribunorum ..., quae coeant de hominum locupletissimorum bonis, praeda ... -i et spe largitionis oblata. off. 2, 56 magnificentia ... -ium munerum. 2, 58 *si* aliqua res maior atque utilior -i largitione adquiritur (LACT. inst. 3, 17, 3). VAL. MAX. 4, 3, 5 *Curius Dentatus* decretis ... a senatu septenis iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, -is adsignationis modum non excessit (*de eodem*: COLVM. 1, 3, 10 -i ac plebeia mensura contentus fuit). PAVL. dig. 48, 19, 37 (= sent. 1, 20[a]) -is annonae (COD. Theod. 14, 17, 7). COD. Theod. 14, 9, 2 *scribis bibliothecae* de caducis -bus – et ipsi enim videntur e populo – conpetentes inpertiantur annonae. 14, 17, 3 alimentis -bus. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 78 p. 397 regnum, quod antiquitus secundum generationem principibus sacerdotum dabatur, -e factum est (*gr. δημοτικῶν ἀνδρῶν*).

c *de sedibus sim.*: CIC. or. frg. A 7, 26 quod *P. Africanus* ... passus esset ... a -i consessu senatoria subsellia separari. *neutr. plur. pro subst.*: SVET. Claud. 25, 4 *legati Germanorum* in -ia deducti, cum animadvertissent Parthos ... sedentis in senatu, ad eadem loca sponte transierant. Dom. 4, 5. TERT. spect. 3, 6 vias ... vocant ... discrimina -ium.

d *de orationibus, sermonibus sim.* (*cf. B2*): CIC. Brut. 44 *Pericles* exercitationem mentis a reconditis ... rebus ad causas forensis -isque facile traduxerat (*cf.* orat. 151 *non solum in dialogis Platonis,* sed in -i oratione, qua mos est Athenis laudari in contione eos, qui sint in proeliis interfecti). AVG. civ. 17, 17 p. 242, 3 in nostris ... -bus sermonibus (conf. 6, 4, 6 saepe in -bus s. suis dicentem Ambrosium laetus audiebam). gest. Pelag. 22, 46 *non* libris ... adversus mala illa disserere nec -bus tractatibus cessabamus.

e *de actionibus legis sim., quae cuivis e populo dantur* (*de re v. Kaser, Privatrecht I[2] 610; cf.* ZONAR. epit. 7, 3 p. 91, 18 [= CASS. DIO frg. 4, 11] *παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς ποπουλαρία κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή*): VLP. dig. 2, 1, 7 pr. datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod -e est. 3, 3, 43, 2 in -bus actionibus, ubi quis quasi unus ex populo agit (PAVL. dig. 47, 23, 1 eam -em a. dicimus, quae suum ius populi tuetur. 47, 23, 2 si plures simul agant -i a., praetor eligat idoneiorem. *et saepius*). 43, 8, 2, 34 hoc interdictum perpetuum et -e est. 50, 16, 12 pr. *si cui debetur* ex -i causa. frg. Vat. 266 exceptione *legis* Cinciae uti potuit, nec solum ipse, verum ... etiam quivis, quasi -is sit haec exceptio.

2 *accedit notio notitiae late diffusae* (*iuxta pos.* illustris *l. 9; ubi, indicatur per locut. c. praepos. l. 15*): CIC. Cluent. 138 quasi ego ... potuerim illud, quod tam -e esset ..., praeterire. Rab. Post. 42 multas ... C. Caesaris virtutes magnas ... cognovi, sed sunt ceterae maioribus quasi theatris propositae et paene -es. ac. 2, 6 ad -es inlustrisque laudes, *sc. forensis dictionis,* has etiam minus notas minusque pervolgatas adiungimus. fam. 3, 10, 9 haec domestica; quid illa tandem -ia? QVINT. inst. 4, 3, 13 *in oratione Ciceronis* pro C. Cornelio *habita* -is illa virtutum Cn. Pompei commemoratio (*nisi ad B*). FRONTO p. 200, 5 *patronum Cirtae* virum -em habeamus et virum consularem. AMBR. virg. 1, 4, 14 certe non est hoc mihi commune cum gentibus, non -e cum barbaris, non cum ceteris animantibus usitatum.

B *populo gratum, accommodatum* (*accedit saepe adv. gradus, e. g. l. 41 sq. 43 [cf. supra p. 2696, 63 sqq.], adv. modi l. 58. p. 2701, 41. 43. al., cf. abl. l. 64 [iuxta enunt. secund.]. p. 2701, 32. 60 sq. al., ceterum e. g.* pro se *l. 72*): **1** *in re publica* (*ad rem cf. e. g. Hellegouarc'h, Vocab. latin des relations et des partis politiques, [2]1972, 518 sqq., et Meier, RE suppl. X 549 sqq.; opp. senatus sim. e. g. l. 45. 59. 62. 65. p. 2701, 49*): **a** *de rebus* (*neutr. pro subst. l. 37. 44. al.*): **α** *quae ipsae populo gratae sim. sunt* (*spectat interdum potius ad effectum, ita ut significetur fere i. q. populo gratus, e. g. l. 35. 58. 71 [syn. vel iuxta pos.* gratus *l. 40. 43. al.,* iucundus *l. 40. 48. al.,* plausibilis *l. 32], interdum potius ad conatum, ita ut significetur fere i. q. populi commodis serviens sim., e. g. l. 50. 74; quae quidem -ia sunt, haud raro levia dicuntur [syn. vel iuxta pos.* dissolutus CIC. Att. 1, 19, 8, ventosus *l. 55] vel turbulenta* [*syn. vel iuxta pos.* invidiosus *l. 36,* seditiosus *l. 39,* turbulentus *l. 39. 56. p. 2701, 7*]): ① *varia exempla selecta*: CIC. div. in Caec. 8 censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur, id iam -e et plausibile factum est (leg. agr. 2, 63 hoc -e legis agrariae n. LIV. 3, 44, 7 Vergini patris sponsique Icili -e n. celebrabatur [*cf. 3* viro ... pro causa plebis expertae virtutis]. LVCAN. 6, 795 -ia n., Drusos. 7, 694 Pompei n. -e per orbem). Verr. II 1, 151 (*antea p. 2704, 74*) quid erat ... in illo puero -e, quid invidiosum? 3, 48 aliquid te -e putabis habere, cum dices te pluris, quam ceteros, decumas vendidisse? quasi vero ... populus Romanus hoc voluerit. Cluent. 113 illa ... omnia Quinctiana ... turbulenta, -ia, seditiosa iudicaverunt. leg. agr. 1, 23 ut circumspiciamus omnia, quae populo grata atque iucunda sunt, nihil tam -e quam pacem ... reperiemus ([*sim.* 2, 102; *cf.* 2, 9 quid ... est tam -e quam pax?]. *item in compar.*: Lig. 37 n. est tam -e quam bonitas. *al.* Q. CIC. pet. 42 [*iuxta* gratum]. LIV. 6, 19, 7 n. minus -e quam regnum est. 7, 33, 3. *ceterum*: CIC. leg. 3, 37 [*loq. Atticus*] mihi ... n. umquam -e placuit [*opp.* optimorum]. Att. 1, 20, 2 *Pompeius* n. habet amplum ..., n. non submissum atque -e). 1, 24 ne vestra ista praeclara lex agraria magis -is esse videatur (2, 15 [*ironice*]. Lael. 96 lex -is suffragiis populi repudiata est. *al.; cf. p. 2704, 5*). 2, 10 *non,* Quirites, illud vobis iucundum aut -e debet videri, largitio aliqua promulgata *eqs.* dom. 77 potest ... damnati poenam sustinere indemnatus? est hoc tribunicium, est -e? Phil. 1, 21 (*20* promulgata lex est, ut et de vi ... damnati ad populum provocent) 'at res -is'; utinam quidem aliquid velletis esse -e! 5, 49 *Caesar* omnem vim ingeni ... in -i levitate consumpsit (Att. 2, 1, 6 ut ille *Pompeius* esset melior et aliquid de -i l. deponeret. *cf. p. 2703, 30*). 11, 17 extraordinarium imperium -e atque ventosum est, minime nostrae gravitatis. Brut. 273 contra civium perditorum -em turbulentamque dementiam. leg. 3, 26 (*respic. tribunatus a Pompeio restitutus*) sapientis ... civis fuit, causam nec perniciosam et ita -em, ut non posset obsisti, perniciose -i civi non relinquere (ASCON. Corn. p. 56, 9 c. -is erat premebaturque senatus auctoritate. *cf. p. 2701, 3*). fam. 15, 14, 4 si potes, *sc. post recentem victoriam Romam properare,* laudabile atque -e est. Q. CIC. pet. 52 cura, ut *petitio* pompae plena sit ..., ut -is sit. LIV. 3, 55, 1 consulatus -is sine ulla patrum iniuria ... fuit. 3, 64, 6 auctores -es (-is *trad.*) sententiae haud -is ([-es *vel* -i *codd.*]. 5, 22, 2 tam -is s. auctor). 8, 12, 14 dictatura -is et orationibus in patres criminosis fuit et quod tres leges secundissimas plebei ... tulit. 9, 33, 5 actionem ... non -em magis quam iustam, nec in volgus quam optimo cuique gratiorem. 10, 19, 7 -es orationes serere (34, 32, 20. 42, 14, 9 *Eumenes* -em ... o. habuit, ceterum invisam senatui). 22, 34, 2 hominem plebi insectatione principum -busque artibus conciliatum. VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 *cum Pericles* adversus voluntatem populi loqueretur, iucunda nihilo minus et -is eius vox erat. TAC. hist. 2, 65, 1 interpretabatur quaedam ex orationibus eius *Cluvi Rufi* contumeliosa in Vitellium et pro se ipso -ia. ann. 15, 39, 3 (*2 Nero* solacium populo *post incendium* ... profugo ... aedificia exstruxit *eqs.*) quae, quamquam -ia, in inritum cadebant. PLIN. paneg. 77, 4 ut *Traianus praetores* collegas vocaret, non quia -e gratumque

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

audientibus, sed quia ita sentiebat. *al.* Ⓘⓘ *-is est via, factio sim.*: Cic. Catil. 4, 9 hanc is *Caesar* in re publica viam, quae -is habetur, secutus est (Att. 9, 6, 7). Sest. 37 causa ([*v. p. 2704, 71*]. Brut. 160 c. -is aliquid attingere. Liv. 4, 54, 8. Ampel. 15, 7 *Pisistratus* adversus principes -i c. tyrannidem invasit. Ivst. 16, 4, 15 *Clearchum* c. -i socium remanere. *cf. p. 2700, 3. 57*). 114 *tribunus* ita se in -i ratione iactarat, ut *eqs.* (prov. 39 -i ac turbulenta r. Brut. 103. *al.*). prov. 38 si ex illa iactatione cursuque -i ... referunt aspectum in curiam. Val. Max. 4, 1, 13 Numidicus ... Metellus -i factione patria pulsus (Apvl. Plat. 2, 28 p. 262 -is f. roboratur, cum inops multitudo viribus obtinuerit adversus divitum facultates).

β *quae ad viros -es pertinent*: Cic. prov. 41 cum ... -is impetus -i, *sc. Caesaris,* praesidio propulsare possem. Tac. dial. 36, 3 *in libera re publica* tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat; hinc leges adsiduae et -e nomen (*plerique ad α trahunt, cf. supra p. 2700, 31*).

b *de viris* (*eorum ingenio sim. l. 42. 63; spectat interdum potius ad effectum, ita ut significetur fere i. q. populo gratus, e. g. l. 58. 61 [stat iuxta* amatus *l. 67], interdum potius ad conatum, ita ut significetur fere i. q. populum colens sim., e. g. l. 39. 46 [syn. vel iuxta pos.* levis *l. 56,* seditiosus *l. 29,* turbulentus *l. 26 et 69]; cf.* Synon. Cic. p. 447, 30 gloriosus. ventosus. -is. ambitiosus. Ps. Prisc. gramm. II 192, 17 optimates sunt, qui defendunt senatores; -es, qui defendunt populum. Gloss. -is: *δημαγωγός, ὀχλαγωγός*. populo semper inmixtus. *sim. al.*): **α** *proprie*: Ⓘ *pro adi.*: Cic. Cluent. 94 hic tribunus plebis ... non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius, ille autem acerbus, criminosus, -is homo ac turbulentus (Rab. perd. 13. or. frg. A 9, 9 *Catilina* inspectante populo collum secuit h. maxime -is [*de eodem*: Ascon. tog. cand. p. 65, 16 Gratidiani summe -is h.]. rep. 4, 11 *comoedia Attica* -es h. improbos in re publica seditiosos ... laesit. Brut. 97 h. non liberalitate, ut alii, sed ipsa ... severitate -is. *al.* Liv. 23, 2, 2 nobilis idem ac -is h. Plin. epist. 6, 31, 3 h. munificus et innoxie -is). leg. agr. 1, 23 errastis ..., qui sperastis vos contra consulem veritate, non ostentatione -em posse in evertenda re publica -es existimari (*item de se ipso* 2, 6. *al.*). 1, 25 insidias, quae ipsi populo Romano a -bus tribunis plebis fiant, ostendero (Rab. perd. 12 [*ironice*] -is vero t. pl., custos defensorque iuris et libertatis! *al.* Liv. 3, 69, 1 raro alias t. -is oratio acceptior plebi quam tunc severissimi consulis fuit. Plin. nat. 25, 52 *Drusum* t. -ium clarissimum, cui ante omnis plebs adstans plausit, optimates vero bellum Marsicum inputavere). 2, 7 *nonnulli* cum populi ... commoda ... impediunt, oratione adsequi volunt, ut -es esse videantur. 2, 18 maiores nostros tam fuisse -es, ut *eqs.* (dom. 77 maioribus n., qui non ficte et fallaciter -es, sed vere et sapienter fuerunt. 80). Catil. 4, 9 quid interesset inter levitatem contionatorum et animum vere -em saluti populi consulentem (Epist. imp. Valent. [Inscr. Ephes. Wankel 43] 6 in minoribus municipiis generatis, quos -is a. gloria maior attollit [*gr. 21 δημοτικωτέρας γενάμενοι ψυχῆς*]). dom. 24 C. Gracchus, qui unus maxime -is fuit. 77 (*ad Clodium*) ubi tu te -em, nisi cum ⟨pro⟩ populo fecisti, *i. Bonae Deae sacris adfuisti,* potes dicere? (*de eodem*: Sest. 66 consulatus petitio ipsi illi ⌞-i sacerdoti⌟ conparabatur [⌞ ⌟ *eadem iunctura*: Pis. 89]. *al.*). Sest. 96 alteri se -es, alteri optumates et haberi et esse voluerunt; qui ea, quae faciebant quaeque dicebant, multitudini iucunda volebant esse, -es *eqs.* (*nisi ad l. 72 sqq.*). 114 populum ipsum, ut ita dicam, iam non esse -em, qui ... eos, qui -es habentur, respuat. Vatin. 39 cum -em te velis esse neque ulla re populo gratius facere possis *quam morte*. Phil. 8, 19 *Calene,* ante deterrere te, ne -is esses, non poteramus; exorare nunc, ut sis -is, non possumus. Lael. 95 contio ... iudicare solet, quid intersit inter -em, id est adsentatorem et levem civem, et inter constantem, severum, gravem. fam. 12, 4, 1 ad nos concurritur, factique iam in re salutari -es sumus. ad Brut. 9, 2 -em ⌞esse⌟ (me e. *var. l.*) in populi salute praeclarum est. *al.* Q. Cic. pet. 5 nos semper cum optimatibus de re publica sensisse, minime -is fuisse. 53 oratione in contionibus ac iudicio -is fuisti. Liv. 2, 9, 8 *ut non* quisquam unus malis artibus postea tam -is esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit (5, 20, 10 quae *sententia* -em s. faceret). 2, 24, 3 ingenium magis -e erat. 6, 11, 7 *M. Manlius Capitolinus* primus omnium ex patribus -is factus. 6, 20, 3 opprimi -em virum, quod primus a patribus ad plebem defecisset (Sen. dial. 5, 18, 2 *M. Marius* vir mali exempli, -is tamen et non tam inmerito quam nimis amatus. *al.*). 22, 25, 12 dictator contionibus se abstinuit in actione minime -is. *al.* Firm. math. 5, 6, 6 *Luna* faciet -es, sed quibus publica conmittantur officia. 8, 6, 6 inquietus erit, turbulentus, -is, et qui populum ... seditionibus exagitet. Vir. ill. 73, 2 *Saturninus* praetori ... sellam concidit, ut magis -is videretur. Sidon. epist. 1, 11, 4 levis turbae facilitatem, qua voluit, traxit persona -is. *al.* Ⓘⓘ *masc. pro subst.* (*exempla potiora [addere possis e. g. l. 49]; fere plur.*): Cic. Rab. perd. 12 hic -is ... civem Romanum capitis condemnari coegit. Sest. 116 ecquis istorum -ium *eqs.* or. frg. A 8, 4 hic mos iam apud illos antiquos et barbatos fuit, ut

persequerentur -es. Att. 2, 19, 2. 2, 20, 4 -e nunc nihil tam est quam odium -ium. Nep. Phoc. 3, 1 -es Polyperchonti favebant, optimates cum Cassandro sentiebant. Liv. 3, 39, 9 (*opp.* optimates). 6, 17, 2 saginare plebem -es suos, ut iugulentur. Sen. benef. 5, 16, 5 ille plebicola, ille -is, *i. Caesar,* castra in circo Flaminio posuit. Ps. Ascon. Verr. p. 211, 26 finxit dicere *optimates* 'non tenebimus iudicia', mollius scilicet, quam -es fingeret dicentes: 'auferemus a senatu iudicia'.

β *transfertur ad hominem more -ium quosvis homines colentem*: Schol. Ter. Bemb. Ad. 885 ut -is subito fieret, qui severus fuerat ante reprehensor.

2 *in re oratoria* (*syn. vel iuxta pos.* forensis *l. 15. 24,* plausibilis *l. 19; opp.* elegans *l. 23. 25,* eruditus *l. 22,* gravis *l. 29; exempla quae speciatim ad rem publicam pertinent, sub 1 attulimus, e. g. p. 2700, 67 sq.*): Cic. de orat. 1, 81 ne abstrahamur *doctrinam sequendo* ab hac exercitatione et consuetudine dicendi -i et forensi. Brut. 136 Sp. Thorius satis valuit in -i genere dicendi (247 duo ... Metelli, ... ⟨non⟩ nihil in causis versati ... nec indocti hoc erant -e dicendi g. adsecuti. Qvint. inst. 12, 10, 73 falluntur ... qui vitiosum et corruptum dicendi genus ... magis existimant -e atque plausibile). 165 fuit in hoc *Crasso* ... -is dictio excellens; Antoni genus dicendi multo aptius iudiciis quam contionibus. 191 poema ... reconditum paucorum adprobationem, oratio -is adsensum volgi debet movere (parad. 4 an alia quaedam esset erudita alia -is o.). orat. 13 et doctis eloquentia -is et disertis elegans doctrina defuit. fin. 3, 4 ipsae rhetorum artes, quae sunt totae forenses atque -es. 4, 24 quae, *sc. argumenta,* ... adhuc protulisti, -ia sunt, ego autem a te elegantiora desidero (*neutr. pro subst. ut ibid. iterum*). Tusc. 2, 3 orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus, -is est enim illa facultas. Qvint. inst. 5, 13, 42 uberes loci -esque sententiae (Schol. Cic. Bob. p. 111, 11 -is magis quam pressa et gravis haec s. videtur, sed facit ad aures volgi).

3 *in quolibet contextu* (*fere de scriptis, dictis vel opinionibus sim.*): Cic. orat. 64 mollis est ... oratio philosophorum ... nec sententiis nec verbis instructa -bus. fin. 2, 50 non is vir est *Epicurus,* ut ... illud honestum, quod -e sit, sentiat. Sen. nat. 7, 16, 2 *natio historicorum* approbari opus suum et fieri -e non putat posse, nisi illud mendacio aspersit. epist. 16, 3 non est philosophia -e artificium nec ostentationi paratum. 40, 4 haec -is *oratio* nihil habet veri (Lact. ira 5, 2 favorabilis admodum ac -is o., non cadere in deum hanc animi pusillitatem, ut ab ullo se laesum putet). Lact. inst. 3, 17, 2 multos -e nomen voluptatis invitat *ad disciplinam Epicuri.* Avson. 21 (419 S.), 57 o felicem verecundiam tuam, cui ista -is ratio tam prudenter occurrit! Prvd. perist. 10, 81 (*loq. persecutor*) -e quiddam sub colore gloriae inlitterata credidit frequentia, ut se per aevum consecrandos autument, si bella divis ... inferant.

C *cetera exempla*: **1** *de variis actionibus erga populum, in populum factis*: Cic. Cluent. 95 optimis ... temporibus, tum cum homines se non iactatione -i, sed dignitate atque innocentia tuebantur (prov. 38 *p. 2701, 7.* har. resp. 43). Sest. 134 *Vatinius* pro recenti populi Romani in se beneficio -i studio elatus. Planc. 29 occursatio et blanditia -is. de orat. 2, 339 cum sint -es multi variique lapsus, vitanda est acclamatio adversa populi. Tusc. 5, 103 num ... ignobilitas aut ... -is offensio sapientem beatum esse prohibebit? (Att. 10, 7, 3). Ov. met. 12, 111 (*loq. Achilles*) cum ... implevi sanguine Thebas vel cum purpureus -i caede Caicus fluxit. Qvint. inst. 2, 10, 11 quae *actiones* ... sunt ad -em aptatae delectationem. 2, 15, 19 scientia ... agendi in quaestionibus civilibus per orationem -is persuasionis (2, 15, 20 [*opp.* doctis]. *aliter p. 2703, 50*). Ivst. 1, 1, 1 *reges olim* ad fastigium huius maiestatis non ambitio -is, sed spectata inter bonos moderatio provehebat (Hist. Avg. Aurelian. 15, 6). Avg. c. acad. 3, 19, 42 deus -i quadam clementia divini intellectus auctoritatem usque ad ipsum corpus humanum *declinat.* **2** *de parte ingenii ad populum flexa*: Cic. fin. 5, 66 ut *hominis natura* habeat quiddam ingenitum quasi civile atque -e, quod Graeci *πολιτικόν* vocant.

III *de eo, quod populus agit, facit sim. vel possidet (neutr. pro subst. p. 2704, 14 [?]. 27 [usu adverbiali]); respicitur potius*: **A** *pars hominum humilior, minus potens sim.* (*populus distinguitur a senatu sim. e. g. p. 2703, 8. 29. 41. 52, regibus p. 2703, 64. 2704, 31, militibus p. 2703, 11. 2704, 6 et* Liv. 30, 45, 6, *doctis e. g. p. 2703, 2. 33, clericis p. 2703, 68. 2704, 33*): **1** *usu sollemni; describuntur*: **a** *variae qualitates, actiones, verba sim.* (*pars corporis p. 2703, 63*): **α** *fama, favor sim.*: Cic. Cluent. 130 in istis subscriptionibus ventum quendam -em esse quaesitum (*cf.* -is aura *vol. II 1479, 49 sqq., ubi addas e. g.* Cypr. ad Donat. 11 inanibus votis -is a. quaesita est. Hier. hom. Orig. in Luc. 30 p. 172, 18 illi -i rapiantur a. [*gr. κενοδοξίας*]). 131 plausum -em esse quaesitum (Cod. Theod. 15, 5, 1 dum -em p. ... aucupantur. 15, 5, 3 dum -bus p. intemperate serviunt. Cassiod. var. 6, 18, 3 *Pompeius* gratificationem meruit p. que -em. 11, 5, 3). leg. agr. 2, 1 (*ad populum*) laude -i atque honoris vestri luce *maiores mei* caruerunt (de orat. 3, 117 optimine

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuiusque sapientes an -i l. ducantur? QVINT. inst. 8, 3, 2 [*opp.* iudicium doctorum]. 10, 2, 27 AVG. serm. 339, **1**). dom. 46 vita remota ab honore -i et ab hac inlustri gratia (AVG. soliloq. 2, 15, 27 nobis non divitias, ... non -es suggestus atque h., sed animam nostram seque ipsum *deum* quaerentibus. BOETH. cons. 3, 4, 8). ac. 2, 4 -i gloria decorari (Tusc. 3, 3 honoribus, imperiis, -i g. 5, 104 SIL. 6, 614. *al.*). Tusc. 1, 110 quorum *Romanorum illustrium* similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama -i, sed vera bonorum laude metiens (3, 4 illa ... peccatorum vitiorumque laudatrix, f. -is. *al.* Q. CIC. pet. 49 DECL. in Catil. 28). off. 3, 81 Mario praeripere collegis et tribunis plebi -em gratiam non ita turpe ... videbatur. LIV. 39, 7, 3 triumphum esse militari magis favore quam -i celebrem (SEN. dial. 3, 18, 2 vultus illam *iram iudicis* securior, ... advocatio ambitiosior, f. -is exasperant. epist. 29, 11 malis artibus -is f. quaeritur. ASCON. Scaur. p. 23, 29 BOETH. cons. 3, 2, 9). PS. CYPR. laud. mart. 22 quem non pompatico gressu vana subiecit ambitio aut -is extulit magnitudo.

β *tumultus sim.*: CIC. Catil. 4, 9 -es impetus pertimescendi (prov. 41). Mur. 36 in hac comitiorum tempestate -i (Sest. 140 ceteri ... perculsi ... t. -i per populum tamen ipsum recreati sunt. *cf.* LIV. 3, 11, 7 impetus tribunicios -esque procellas). Sest. 74 ut omni -i concitatione defungerer. Mil. 22 insanias. LIV. 22, 40, 3 *consulem* -e incendium priore consulatu semustum effugisse. QVINT. inst. 2, 16, 2 eloquentiam esse ..., cuius fraude ... *non* seditiones modo turbaeque -es, sed bella ... excitentur (MARCELL. chron. II p. 81, 445, 2 apud Byzantium -i orta in circo s. *al.*). SVET. Tib. 37, 2 tumultus (CONST. Sirmond. 2). **γ** *cetera exempla* (*selecta*): CIC. Cluent. 142 si velim confiteri me causam A. Cluenti nunc cognosse, antea fuisse in illa opinione -i (parad. 2 off. 2, 35 DECL. in Catil. 2). dom. 69 ne quae -is in nos ... invidia redundaret, si sine populi iudicio restituti videremur (SEN. epist. 74, 4). Sest. 104 ut -is cupiditas a consilio principum dissideret. 141 propositis tot exemplis iracundiae levitatisque -is (*cf. p. 2700, 53*). de orat. 1, 108 sunt ... ad volgarem -emque sensum accommodata omnia genera huius forensis nostrae dictionis. Brut. 188 specimen est -is iudici, in quo numquam fuit populo cum doctis ... dissensio (AVG. c. Petil. 3, 16, 19 dialecticam ... in -e i. ream devocet). 321 praetor ... incredibili -i voluntate sum factus (Q. CIC. pet. 16 in amicorum studiis, ... in -i v.). orat. 117 ad commune iudicium -emque intellegentiam accommodatius (AVG. gen. ad litt. imperf. p. 465, 26 *aliquid per imaginem* insinuari -i i. serm. 13, 4 [*iuxta* visibilem]). off. 2, 35 -bus ... verbis est agendum et usitatis ([*nisi ad IIA, ut fort.* ARNOB. nat. 1, 45 p. 39, 7 cuius *Christi* vocem -bus et cotidianis v. missam ... morbi ... fugiebant]. ARNOB. nat. 1, 1. CASSIOD. var. 1, 20, 2 inania v. -ium). Att. 1, 12, 1 ut ego nec per bonorum nec per -em existimationem honeste possim hominem defendere. HOR. ars 81 *iambum* -es vincentem strepitus (LIV. 3, 41, 6). SEN. Herc. f. 352 invidia *meum* factum ac sermo -is premet? Oed. 402 -e Bacchi laudibus carmen sonet. dial. 1, 4, 5 quantum adversus ignominiam ... odiumque -e constantiae habeas (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 9, 30 si ... -i o. decernendum tradideris [*Migne gr. 78, 361*^{D} *ὀχλώδει*]). PLIN. nat. 13, 48 in alia parte Phoenices Ciliciaeque -i etiam nomine a nobis appellantur 'balani'. SIL. 2, 275 -is amor coeptantis magna iuventae. QVINT. inst. 5, 11, 37 haec ... vulgo dicta et recepta persuasione -i (ARNOB. nat. 7, 5 [*iuxta* vulgo]. AVG. civ. 4, 31 tit. *aliter p. 2702, 54*). TAC. ann. 4, 12, 3 *Agrippinam* subnixam -bus studiis (AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 3. CLAVD. 24, 46 *ductor* aequior ille patribus, invisus plebi; -bus illi munito s. languebat gratia patrum). APVL. Plat. 2, 15 p. 240 (*antea*: culpabilium ... virorum quattuor formae sunt) tertia -is, tyrannicae dominationis est ultima (*cf. Plato rep. 545*^{A} *δημοκρατικόν et ibid.* p. 241 qualitas -is existit, cum ... cupidines *eqs.*). PAVL. sent. 5, 21, 1 vaticinatores ... idcirco civitate expelli placuit, ne ... -es animi turbarentur (SCHOL. Cic. Bob. p. 140, 8 ne candidatus ... munus populo ederet, ... ne hoc ipso -is a. eblanditus designationi eius succumberet). CYPR. ad Donat. 2 accipe ... *non* ad audientiae -is inlecebram culto sermone fucata, sed ad divinam indulgentiam praedicandam rudi veritate simplicia (*cf.* AVG. civ. 6, 5 p. 253, 24 [*antea*: removit ... hoc genus *theologiae* a foro, id est a populis; scholis ... clausit] o religiosas aures -es et in his etiam Romanas). IVL. VAL. 1, 9 l. 478 si *reges* fortunam hanc censeant frugalitate -i. CYPR. GALL. exod. 1274 *Aaron* pacem poscens crimen -e fatetur (*cf. Vet. Lat. exod. 32, 22* [*cod. 100. al.*] scis impetum populi huius). BOETH. cons. 3, 6, 3 *sapiens* bonum suum non -i rumore, sed conscientiae veritate metitur. CASSIOD. var. 11, 2, 1 ecclesiasticis ... ieiuniis fames est exclusa -is. *al.*

b *civitates sim. a populo rectae earumve instituta sim.*: **α** *ipsae civitates*: CIC. rep. 1, 42 illa ... est civitas -is, ... in qua in populo sunt omnia (1, 45. PLIN. nat. 7, 200 regiam c. Aegyptii, -em Attici post Theseum *invenerunt.* BOETH. arithm. 2, 45 l. 6). 2, 41 optume constitutam rem publicam, quae ex tribus generibus illis, regali et optumati et -i confusa *eqs.* (*inde* AMPEL. 50, 1). 3, 48 -i rei publicae (SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 439). APVL. Plat. 2, 27 p. 261 vel optimatium vel etiam -is imperii (GLOSS. III 274, 67 *δημοκρατία*: -e i. bonorum. 275, 2 *ὀ⟨χ⟩λαρχία*: -e i. malorum et viliorum). **β** *instituta, munera sim.*: CIC. rep. 3, 48 *Rhodi* omnes erant idem tum de plebe tum senatores, vicissitudinesque habebant, quibus mensibus -i munere fungerentur, quibus senatorio. leg. 2, 9 antequam ad -es leges venis, vim istius caelestis legis explana (*cf. p. 2700, 46*). 2, 21 quique agent rem duelli quique -em, auspicium *augures* praemonento (LIV. 3, 51, 9). LIV. 2, 42, 6 tribuni plebi -em potestatem ⌊lege -i⌋ celebrabant (⌊ ⌋ *ad p. 2700, 23 pertinere vid.*).

c *sacra, pompae sim.* (*lictor sacris assistens l. 16*): LIV. 3, 63, 5 populus iniussu ... iit supplicatum; et haec vaga -isque supplicatio studiis prope celebratior fuit. FEST. p. 253 -ia sacra sunt, ut ait LABEO, quae omnes cives faciunt, nec certis familiis adtributa sunt (MART. 10, 41, 7 constatura fuit Megalensis purpura *viri praetoris facti* centum milibus ... et -e s. bis milia dena tulisset. *huc pertineat etiam* LABER. mim. 57 [*neutr. plur. pro subst.*], *si coni. agnoscas, v. p. 2696, 52*). CIL VI 32299 (*saec. II*) lictoris -is (*al., v. vol. VII 2, 1376, 45 sq., ubi addas* CIL VI 32281, *si suppl. agnoscas; cf.* decuria lictoria -is *ibid. 1377, 38 sq.*). APVL. met. 6, 28, 6 gaudiis -ium pomparum (PRVD. ham. 438 inflatur ... cavo p. -is honore).

2 *usu deflexo de rebus*: **a** *quae ita sunt secundum iudicium, intellectum populi*: SEN. epist. 31, 1 ad optima quaeque calcatis -bus bonis ibas. AMBR. in Luc. 1, 18 ut aliquis adfectata bonitate -i iustus videatur mihi, iustus autem ante deum non sit. AVG. soliloq. 2, 16, 30 multa ... fiunt, quae quasi facie -i turpia videntur, aliquo tamen fine laudabili honesta monstrantur. BOETH. cons. 4, 5, 2 in ... fortuna -i non nihil boni malive inesse perpendo; neque enim sapientum quisquam exsul, inops ... esse malit *eqs.* **b** *quas quilibet modo populi habet vel facit*: MART. 7, 69, 6 *puella docta* tam non femineum nec -e sapit. APVL. apol. 12, 2 (*antea*: geminam esse Venerem deam) alteram vulgariam, quae sit percita -i amore, ... alteram vero caelitem Venerem, praedita quae sit optimati amore. IVL. VAL. 1, 9 l. 489 (*Alexander ad parentes*) qui facere audent, ne nostri curam regiam gerere pro illa -i malitis. AVG. in psalm. 10, 3 l. 57 satis est lunam -bus oculis intueri. CONC.^{S} II 3, 1 p. 45, 23 acclamationes istae -es neque episcopis decent neque partes iuvant (*gr. II 1, 1 p. 70, 29 δημοτικαί*). VITAE patr. 5, 2, 14 multi in monte positi ea, quae -ia sunt, agentes, perierunt; melius est enim, ut cum multis sis et solitariam vitam agas *eqs.* (*gr. 2, 27 τὰ τῶν δημοτῶν*).

B *omnis civitas (sc. opp. aliis populis); non nisi de deis*: CIC. nat. deor. 1, 32 Antisthenes *dixit* ... -es deos multos, naturalem unum esse ([*cf. Philodem. piet. p. 72 Gomperz κατὰ νόμον*]. *fere eadem*: MIN. FEL. 19, 7 LACT. inst. 1, 5, 18. ira 11, 14 Antisthenes ... in Physico unum esse naturalem deum dixit, quamvis gentes et urbes suos habeant -es deos).

IV *de eo, quod populi instar, populo simile est* (*cf. p. 2698, 74*): AMBR. Cain et Ab. 1, 2, 6 ubi labor, doctrina, meditatio, illic cum pluribus commune collegium et quoddam -e consortium est. EPIST. pontif. 339 Migne 20, 670^{A} nonnullos ex monachorum -i coetu ... ad sacerdotium festinare (*671*^{B} numerosa popularitas etiam his locis, ubi solitudo est, talium reperitur).

V *de eo, quod populo plenus, abundans est, i. q. populosus*: GREG. TVR. glor. mart. 13 non est aequum, ut hoc pignus in loco viliori teneatur, sed ... defer ad Taurinensem ecclesiam, quae plus -is habetur.

adv. **populāriter.** *de notione* (*v. etiam p. 2705, 15*): GLOSS. -r: *δημοτικῶς*. GLOSS.^{L} IV Plac. E 45 '⌊et -r⌋ iactas': et te apud populum vel more populi ... iactas (⌊ ⌋ expopularint *codd.*, et te -r *Goetz*).

i. q. modo populari; respicitur actio: **1** *coram populo facta, populo prompta*: CIC. Cluent. 139 istam rem, quae tam -r esset agitata, praeterire non potui (*cf. p. 2700, 7*). AVG. serm. 9, 5 si citharoedi essemus aut huiusmodi aliquid -r exhibentes. vera relig. 141 *a doctoribus christianis priscis* video cautissime provideri, ne quid -r agant, quod nondum esse temporis, ut cum populo agatur, intellegunt. util. cred. 2, 4 quae sunt ibi, *sc. in libris vet. test.*, quaedam, quae suboffendant animos ignaros ..., -r accusari possunt; defendi autem -r propter mysteria, quae his continentur, non a multis admodum possunt.

2 *ab ipso populo facta*: CIC. rep. 6, 24 homines ... -r annum ... solis ... reditu metiuntur. ARNOB. nat. 7, 36 p. 390, 14 res eas, quas homo sapiens rideat et quae non aliis videantur continere aliquid gratiae quam infantibus parvulis et trivialiter et -r institutis. *respicitur qualitas sec. intellectum populi nominata*: AVG. epist. 102, 19 verba quo magis aperta et -r vera sunt.

3 *populo grata, accommodata*: **a** *usu sollemni*: **α** *in re publica:* *quaelibet exempla*: CIC. Sest. 37 tribuno plebis, ... in causa populari si non moderate, at certe -r apstinenterque versato. Brut. 164 contra quorum *iudicum et accusatorum* potentiam -r tum dicendum fuit. *accedit notio populi colendi* (*iuxta ponitur* seditiose *p. 2705, 1*): CIC. Verr. II 1, 151 Hortensius ... me -r agere atque invidiam commovere, quod puerum *testem* producerem, clamitavit ([*seq. p. 2700, 36*]. off. 2, 73).

[Baraz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cluent. 93 contiones cotidianas seditiose ac -r concitatas. 134 invidiae -r excitatae. Q. Cic. pet. 5 (*antea p. 2701, 59*) si quid locuti -r videamur, id nos eo consilio fecisse, ut *eqs.* Liv. 27, 31, 4 *Philippus* -r dempto capitis insigni purpuraque atque alio regio habitu aequaverat ceteris se in speciem, quo nihil gratius est civitatibus liberis. Val. Max. 5, 8, 2 *quidam* tribunus plebis agrariam legem primus tulerat multisque aliis rebus -r animos hominum amore sui devinctos tenebat (-r ⟨actis⟩ *coni.*). Serv. auct. Aen. 11, 113. **β** *cetera exempla* (*iuxta* speciose *l. 15*): Cic. leg. 1, 19 quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, -r interdum loqui necesse erit ... et appellare eam legem ..., ut vulgus appellat (fin. 2, 17 Petr. Chrys. serm. 43, 1 populis -r est loquendum). fin. 5, 12 duo genera librorum sunt, unum -r scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius. Qvint. inst. 12, 9, 2 *oratio* aequo congressa campo totas vires -r explicabit. Ivv. 3, 37 verso pollice vulgus cum iubet, occidunt -r (Schol. amabiliter. favente populo). Lact. ira 5, 8 speciose ista -rque dicuntur et multos inliciunt ad credendum. Avg. epist. 112, 2.

b *usu inde derivando respicitur actio auctoritate populi facta*: Avg. serm. 51, 4 noli nos auctoritate orbis terrarum premere ...; noli -r agere: multitudo seducta tibi favet.

deriv.: popularitas. *compos.*: inpopularis.

cf. Onom. *Baraz.*

populāritās, -ātis *f.* *a* popularis. *de notione v. l. 27. 31 sq. 55. 62.* *legitur in versibus apud* Plavt., Stat., Sidon., *in prosa orat. inde a* Plin. nat., Qvint., Tac., *sc. numero sing. praeter l. 62. 64.*

1 *i. q. condicio eius, qui eiusdem populi est*: Plavt. Poen. 1041 o mi popularis, salve. :: ... si quid opus est ..., dic atque impera -is causa. Don. Ter. Ad. 155, 1 ('obsecro populares') -s in omnis rei consortium sumitur, nunc autem 'populares' cives dicit.

2 *i. q. actio favorem popularem quaerendi vel status eius, qui eo favore fruitur* (*potius de statu e. g. l. 42 sq. 47; cf.* Synon. Cic. p. 415, 33 ambitus honoris. ... -s. Gloss.^{L} I Ansil. po 295 sqq. [cod. Paris.] -s: ambitio. blanditiae. gratiae. gloria forensis. adolatio. affabilitas): Plin. nat. 33, 34 iudicum ... appellatione separare eum ordinem *equestrem* ... instituere Gracchi discordi -e in contumeliam senatus. *ibid.* vires *ordinis equestris* peculiari -e quaerens *Cicero.* Stat. silv. 2, 7, 69 gratum -e Magnum. Qvint. inst. 5, 9, 13 Spuri Maeli ... -s signum adfectati regni est existimatum. Tac. ann. 3, 69, 5 quanto rarior apud Tiberium -s, tanto laetioribus animis accepta. Svet. Cal. 15, 1 incendebat ... studia hominum omni genere -is. Nero 53 maxime ... -e efferebatur, omnium aemulus, qui ... animum vulgi moverent. *al.* Paneg. 2, 2, 3 trucem dominum auras omnes plausuum publicorum ventosa -e captantem. 6, 16, 5 duces ... largitione certarunt, sed brevis eorum fuit et caduca -s. Amm. 25, 4, 18 volgi plausibus laetus, laudum ... intemperans appetitor, -is cupiditate *eqs.* Hier. adv. Rufin. 3, 25 -em tuam, qua mihi invidiam ... niteris concitare. Cod. Theod. 1, 16, 9 iudex -i et spectaculorum editionibus mancipatus. Sidon. carm. 23, 141 *Demosthenes* vir semper -e crescens. 23, 400 alter *auriga* dum -e gaudet. epist. 1, 7, 3 praefecturam primam gubernavit cum magna -e consequentemque cum maxima populatione. 2, 3, 2 (*antea*: favor publicus; *postea*: universitatis amore). 7, 9, 22 vir est ... totius -is alienus; gratiam non captat omnium, sed bonorum. *al.* *cum respectu factionis civium*: Schol. Cic. Bob. p. 135, 18 (*ad Sest. 113* duo *tribuni* vehementer populares existimabantur) obnixae -is duos intellegere debemus.

3 *i. q. populus, multitudo hominum*: **a** *varia exempla* (*cf.* Gloss. -s: multitudo populi. multitudo): Tert. anim. 30, 2 amigrationes ... consilio exonerandae -is in alios fines examina gentis eructant. adv. Marc. 1, 10, 2 maior -s generis humani (*item accedit gen.*: Potam. subst. l. 98 C. minuta blasphemantium -s. Epist. pontif. 339 *p. 2704, 46.* Vita Caes. Arel. 1, 19 laicorum). Non. p. 523, 22 *hoc* male diu ⌊-s⌋ intellexit (⌊ ⌋ *aliis est 'opinio vulgi'*). Philo quaest. in gen. 4, 165 ruralis exors civitatis ut refuga legum atque -is alienus. **b** *respicitur conventus festivus* (*cf.* Gloss. -s *et* -es: populi festivae congregationes. *sim. al.*): Tert. coron. 13, 7 haec ... erant pompae diaboli ...: officia saeculi, honores, sollemnitates, -es *eqs.*

in paronomasia iuxta 1. populatio *v. l. 48.* *Malloch.*

populāriter *v.* popularis.

populātim *adv.* *a* 1. populus. *de notione*: Non. p. 150, 26 -m, per populos (*affert* Pompon.). p. 154, 10 -m (*deest explicatio; affert* Caecil.). *his locis respondent in glossis Nonii* Gloss. V 645, 26 populariter. 645, 52 populi multitudo (*cf. l. 55*). [*e coni. dub.* Arnob. nat. 3, 5 quibus *nominibus* eos *deos* ⌊-m⌋ censeri popularis vulgaritas ducit (⌊ ⌋ *Rigaltius*; popularem *trad.*, populares *Sabaeus, alii alia; secl. Vrsinus*).]

i. ita, ut afficiatur totus populus (*vim auget vocis q. e.* omnes): Caecil. com. 125 ego perdidi te, qui omnes servos perdo -m. Pompon. Atell. 182 poema placuit -m omnibus. *Bl.*

1. **populātio,** -ōnis *f.* *a* 1. populari. *de notione*: Synon. Cic. p. 440, 18 pestis. pernicies. -o. praedatio. interitus. finis. exitus. Gloss. -o: devastatio. direptatio, vastatio. -is: direptionis (*ad vocem q. e.* publicatio *spectant δήμευσις. δημοσίευσις, cf. vol. X 2, 2442, 55 sq.*). Gloss.^{L} I Ansil. po 305 sqq. -o: solitudo grandis. expoliatio. expugnatio. 310 (cod. Paris.) vastitas. 313 sqq. (*ibid.*) exitium. ruina. incendium. *al.* *legitur in orat. soluta tantum, sc. apud* Caes. *et* Sall. (*singulis locis, si recte l. 13. 35*) *et inde a* Liv. (*plus 90^{ies}*), *praesertim apud scriptores rerum gestarum.*

i. q. populandi actio vel fructus (*v. l. 32*): **1** *vi hostili*: **a** *usu communi spectat ad vastationem agrorum, villarum sim.* (*sepulcrorum l. 25*): **α** *quaelibet exempla*: Caes. Gall. 1, 15, 4 hostem rapinis ⌊pabulationibus -bus⌋que prohibere (⌊ ⌋ *an una alterave vox delenda?*). Liv. 2, 64, 4 *consul* -em adeo effuse fecit, ut nihil bello intactum relinqueret multiplicique capta praeda rediret (*cf.* effusa -o *l. 46 et* 10, 2, 9. 23, 40, 8. 32, 31, 1). 3, 2, 13 Aequos -bus incursionibusque meliores esse et multas passim manus quam *unum exercitum* ... rectius bella gerere (*cf. l. 47*). 3, 3, 3 non -em nec praedonum parvas manus, sed ... legiones adesse. 3, 25, 6 hostili -e (Ivst. 24, 5, 12 Ivlian. in Ioel 1, 6 l. 135). 4, 55, 8 -es ... et praedas ... ingentes factas (22, 1, 2 praedae -umque ... spes [*nisi ad l. 32 ut*: 22, 9, 5 praeda ac -bus ... gaudentibus]). 6, 31, 6 -o ... non illi vagae similis, quam Volscus latrocinii more ... raptim fecerat, sed ab iusto exercitu ... facta (Tac. ann. 3, 20, 1). 10, 17, 3 spe maioris quam ex agrestibus -bus praedae. 29, 35, 6 omissis expeditionibus parvis -busque. 31, 26, 9 cum priorem -em sepulcris ... diruendis exercuisset. *et saepe.* Cvrt. 3, 4, 5 *v. p. 2707, 22.* Frontin. strat. 4, 3, 14. Tac. hist. 1, 68, 1 undique -o et caedes (Amm. 14, 2, 8 timore -um et caedum). ann. 1, 51, 1 Caesar ... legiones, quo latior -o foret, quattuor in cuneos dispertit. *al.* Plin. paneg. 20, 4 si ... transitus ille *Domitiani fugientis*, non -o fuit. Flor. epit. 3, 4, 5 *Thraces* vagos et libera -e diffusos (Amm. 27, 9, 6 praedones oppida villasque ... l. -e vexantes). *al.* *significatur fructus populandi, i. praeda* (*cf. l. 21*): Liv. 2, 43, 2 Veientes pleni iam -um Romam ... se oppugnaturos minabantur.

A *sine respectu nexus artioris*: **1** *varia exempla: p. 2727, 74* (*respic. -i praesentia p. 2727, 75; -i congregatio in spectaculis p. 2728, 42, in pompis sim. p. 2729, 1, ad varia spectanda, audienda p. 2729, 23, sec. novum test. ad Christum aliosve audiendos p. 2729, 41; -i mores, consuetudines p. 2729, 72; -i sententiae, affectus sim. p. 2730, 30; viae, loca sim. publica p. 2731, 21*). **2** *significatur genus humanum in universum vel homines unius aetatis: p. 2731, 63.*

B *cum respectu nexus artioris*: **1** *varii generis: p. 2732, 26* (*respic. cognatio p. 2732, 27, fautores alicuius p. 2732, 33, exercitus p. 2732, 44, clientes sim. p. 2732, 53, collegia p. 2732, 63*). **2** *religionis: p. 2733, 9* (*de Iudaeis p. 2733, 9, Christianis p. 2733, 65, gentilibus et infidelibus p. 2735, 37*).

CAPVT ALTERVM: *transfertur ad*: **I** *animantes: p. 2735, 61* (*animalia p. 2735, 61, deos, angelos p. 2736, 3, varios p. 2736, 16*). **II** *res: p. 2736, 24* (*incorp. p. 2736, 34*).

CAPVT PRIVS: *de hominibus* (*metonymice p. 2731, 32*). *praemonenda de usu numerorum (de capite altero v. p. 2735, 55 sqq.; ad rem v. e. g. Cramer, Arch. Lat. Lex. 6, 1889, 369 sqq.): sing. indicat: 1) cives vel homines unius civitatis, rei publicae vel nexu cuiusdam communitatis, religionis sim. coniunctos passim sub I et IIB. 2) quamlibet multitudinem hominum passim inde a* PLAVTO, *v. maxime sub IIA. per plur. (qui saepe vario modo explicari potest) indicari vid.: 1) cives vel homines duarum pluriumve civitatum sim. passim sub I et IIB; hic satis habuimus paucos locos afferre sine dubio huc pertinentes*: CATO orig. 58 hi -i. 95^{b} multos -os. VARRO frg. *p. 2722, 28* (*accedit numerus ut*: VERG. Aen. 10, 202 OV. met. 7, 481. *et saepe*). ling. 5, 86 inter -os. CIC. Verr. II 3, 207 omnes liberi -i. LIV. 25, 16, 10 omnium -orum. *2) cives vel homines unius civitatis sim., sc. plur. pro sing. ponitur (maxime usu q. d. poetico, cf. p. 2722, 66; sed vide ne unus alterve locus ad plures gentes vel ad gentes in unum fusas referendus sit); huc pertinere possint sine necessitate metri e. g.* LVCIL. 123 OV. fast. 2, 510. 4, 640 LVCAN. 4, 801. 8, 253 VAL. FL. 1, 23 SIL. 1, 154, *fort. suadente metro e. g.* VERG. Aen. 6, 891. 7, 738 OV. epist. 7, 149 met. 6, 92. 179 fast. 1, 38. 3, 726 LVCAN. 7, 436 STAT. Theb. 1, 391 MART. 10, 7, 8. *3) multitudo e singulis hominibus constans (cf. Hofmann-Szantyr 21): maxime sub IIA (sed fort. iam in* CARM. Sal. *l. 37), v. e. g.* OV. epist. 15, 166 met. 6, 546 SEN. Med. 58 clem. 1, 13, 4 nat. 6, 1, 9 LVCAN. 5, 90. PLIN. nat. 5, 53 *p. 2731, 56* (*nisi significat vicos, civitates sim.*). STAT. Theb. 7, 244 APVL. met. 4, 29, 4. *apud posteriores saepissime* (*gen. plur.* -orum *pendet e subst. e. g.* agmina *p. 2734, 17,* coetūs *p. 2732, 13,* multitudo *p. 2729, 4,* numerositas *p. 2728, 38,* turba *p. 2729, 49; vertuntur plur. gr. e. g.* ἄνθρωποι *p. 2732, 13* [*nisi 'gentes' intellegas*], δῆμοι *p. 2734, 19,* λαοί *p. 2732, 15. 2734, 51,* ὄχλοι *p. 2722, 73. 2729, 44. 49*). *indicatur multitudo indefinita*: SEN. Herc. O. 608 sq. tot -is (STAT. silv. 1, 6, 37. *al.*). epist. 79, 17 multa *milia* -orum (*cf.* HIER. epist. 22, 8 de tot milibus -is). GELL. 3, 13, 2 complures. APVL. met. 5, 10, 8 omnibus (11, 16, 3 PASS. Thom. 26. *al.*). VET. LAT. Matth. 4, 25 multi ([*v. p. 2729, 44*]. GREG. TVR. glor. mart. 96. *al.*). PS. AMBR. laps. virg. 41 innumerabiles (*al., e. g. p. 2729, 67*). *indicatur numerus certus et definitus* (*huc spectat* CLAVD. DON. Aen. 7, 725 p. 102, 31 'mille -i', hoc est mille gentes accipiendae sunt, non mille homines): ITIN. Anton. Plac. rec. A 9 dominus ... quinque milia ⌊-os⌋ satiavit (homines *var. l.*). AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 10, 2 viginti quattuor milia -orum. RVST. HELP. hist. testam. 40 -orum milia pascit quattuor. *al.*

I *strictius i. q. communitas civium vel incolarum unius civitatis, rei publicae, gentis sim.* (*gr. resp. maxime* δῆμος). *saepe accedunt adi. universitatem significantia, sc. maxime* universus (*e. g.* CIC. leg. agr. 2, 4 Sest. 122 LIV. 21, 62, 9. 45, 38, 3 R. GEST. div. Aug. 35 VAL. MAX. 4, 5, 5 CIL VIII 22733. *et saepe*), *ceterum* cunctus CIC. p. red. ad Quir. 5 or. frg. A 9, 24 fam. 3, 11, 2 ARNOB. nat. 4, 35 p. 243, 2, omnis PLAVT. Pseud. 126 MACR. Sat. 1, 15, 11 (*cf. p. 2736, 14. 43*), totus LVCIL. 1147. 1229 QVINT. inst. 11, 3, 8 APVL. met. 11, 17, 3 (*cf. p. 2736, 6*).

A *spectat ad -um Romanum* (*sive in ipsa urbe Roma sive alibi, sc. in regionibus Italiae, in provinciis sim. [addidimus locos quosdam civitatem idoneam illustrantes, e. g. p. 2720, 17]; ad rem v. e. g. Hellegouarc'h, Vocab. latin des relations et des partis politiques,* ^{2}*1972, 515 sqq.; saepe* R. *pro* Romanus *scripsimus; exempla selecta inde a* CIC.): **1** *potius de ipsis civibus una agentibus, aliqua re affectis sim.*: **a** *in exercitu, ut vid., de peditibus* (*cf. p. 2713, 55; aliter sub dη et IIB1c*): CARM. Sal. Fest. p. 205 pilumnoe poploe (*explicat Fest. ibid.* Romani velut pilis uti assueti *eqs.; nom. plur. intellegunt docti plerique, e. g. Maurenbrecher, Jahrb. Class. Phil. suppl. 21, 1894, 346 sq.; sunt tamen, qui dat. sing. esse putent coll. p. 2714, 47*). VARRO frg. Non. p. 24, 3 quod praeirent -o, praetores *dicebantur.* ling. 5, 82 *dictator est* magister -i appellatus (*disting.* m. equitum, *ut sim.* CIC. leg. 3, 9 equitatum ... qui regat [*cf. Dyck, comm. 2004, ad l.*]. 3, 10 magistro -i equitumque. *al., v. vol. VIII 77, 78 sqq.*). 6, 18 (*si huc*) quod eo die, *sc. Poplifugiis,* tumultu repente fugerit -us.

b *in conventibus, comitiis, contionibus sim.* (*fort. huc pertinent loci obscuri* ATTA com. 21 pro -o fluctus caecos faciunt per discordiam. SISENNA hist. 43 servulum ... magno cum tumultu conventum in -um produxit armatum [*v. Chassignet, ed. 2004, 198 sq. ad l.*]): **α** *-us rogatur, consulitur, res ad -um feruntur, coram eo tractantur sim.*:

Ⓘ -us *ponitur pro obi. verbi*: rogare (*cf.* rogatio -i GELL. 5, 19, 8): LEX Papir. (Fest. p. 347) *praetor,* qui inter cives ius dicet, tresviros capitales -um rogato. CIC. Phil. 1, 26 consules -um iure rogaverunt ... -usque iure scivit (*in eadem formula legitima*: LEX Quinctia [Frontin. aq. 129, 1]. PROB. litt. sing. 3, 1). Att. 3, 15, 5 in -o rogando. LEX Atest. (CIL I^{2} 600) 13 -um plebe⌊mve rogavit⌋ (*suppl. in eadem formula* 20). SALL. Iug. 73, 7 -us a tribuno plebis ... rogatus. LIV. 30, 27, 3. *al.* consulere: CIC. dom. 53 quod si iam -us R. de ista re consultus esset. *al., v. vol. IV 581, 69 sqq., ubi addas* VARRO ling. 5, 80 -um et senatum. Ⓘⓘ *locutiones cum praepos.*: ad -um: RHET. Her. 1, 12, 21 si eam legem ad -um ferat *eqs.* (CIC. inv. 2, 52 dom. 47. *al.* VARRO ling. 6, 66 CAES. civ. 1, 6, 6. 3, 1, 4. LIV. 1, 46, 1 [*v. p. 2717, 9*]. 2, 56, 2. *al.; sim.* referre [*cf. p. 2722, 23*]: CIC. Cluent. 137 VAL. MAX. 9, 10, 1 FLOR. epit. 3, 21, 9. deferre: CIC. off. 3, 112. perferre: FRONTIN. strat. 4, 1, 22). CIC. rep. 2, 62 provocatione ad -um ... relicta (*al., v. vol. X 2, 2351, 11 sq.; cf.* provocare ad -um: CIC. Phil. 1, 21. *al., v. ibid. 2358, 7 sqq. 18 et cf. infra p. 2728, 67*). SALL. Iug. 40, 1 tribunus plebis rogationem ad -um promulgat. *al.* apud -um (*saepius iuxta ponitur* in senatu): CIC. inv. 2, 134 (*de legibus corrigendis*) a. -um haec et per -um agi convenire (*al., v. vol. I 1393, 27 sqq.; agit histrio in theatro*: Sest. 120 egit a. -um R. ... meam causam). dom. 27 quis a. -um R. de *hac re* ... inlustrius, quis in senatu saepius dixit? (off. 2, 49 et a. iudices et a. -um et a. senatum dicendo. *al. apud eundem*). de orat. 1, 48 a. -um aut in senatu ... loqui (1, 227 LIV. 7, 30, 17 SVET. Aug. 84, 1). off. 2, 106 causam defendebat a. -um. 3, 134 LIV. 3, 10, 3. 7, 11, 9. FEST. p. 182 Coelius pro se a. -um: '...'. *al.* cum -o: CIC. dom. 39 negant fas esse agi c. -o, cum *eqs.* (*al., v. vol. I 1393, 5 sqq.; cf.* CIC. leg. 3, 42 cum -o

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

actiones). per -um: CIC. inv. 2, 134 p. -um agi ([*v. p. 2716, 68*]. Att. 15, 4, 1 LIV. 3, 63, 9).

β *-us aliquid vult, iubet, decernit sim.* (*de magistratibus sim. creandis v. p. 2718, 8sqq.*): Ⓘ -us *ponitur pro subi. verbi*: -us vult: DECRET. Paulli (CIL I² 614) 7 dum -us senatusque R. vellet (*sim.* DEDITIO Abh. Münch. Ak. 101, 1989, 23 l. 10 [= Hisp. Epigr. 3, 1993 n. 113; *a. 104 a. Chr.; suppl.* s. que]). CIC. Verr. II 3, 48 quasi ... aut -us R. hoc voluerit aut senatus ... tibi mandaverit. SALL. Iug. 21, 4 qui *legati* ... senatus -ique R. verbis nuntient velle et censere *eqs.* LIV. 1, 46, 1 ferre ad -um, ⌊vellent iuberentne⌋ *eqs.* (⌊ ⌋ *item* 21, 17, 4. 30, 43, 2. 36, 1, 5. *ad verborum num. plur. cf. formulam* velitis iubeatis *sim., e. g. Cic. dom. 47 Liv. 22, 10, 2*). *al.* -us iubet (*adde l. 10; cf. p. 2718, 13*): LEX repetund. (CIL I² 583) 12 (*iuxta* plebes; *sim. al., v. p. 2381, 28sqq.*). CIC. Verr. II 3, 19 -us ... R. idem iusserat. 3, 82 legem -us R. iusserat. Caecin. 95 quod -us iubere aut vetare ... possit. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 160 h(anc) l(egem). LIV. 38, 48, 9 senatus decreverat et -us iusserat. *al.* *cum quolibet verbo*: CATO orat. 209 (*loco lacunoso apud* Fest. p. 344) si -us condemp-nave⟨rit⟩. CIC. Balb. 33 sanxit ([*iuxta* plebes]. Phil. 13, 12). Phil. 1, 26 -us ... iure scivit ([*e formula, v. p. 2716, 52*]. FEST. p. 266 quod in omnis homines resve -us ⟨s⟩civit, lex appellatur. p. 282 consulit -um vel petit ab eo, ut id sciscat, quod ferat. *cf. l. 34. p. 2723, 24*). Att. 1, 18, 4 ut universus -us ... suffragium de re Clodi ferat (LIV. 37, 58, 1 ASCON. Corn. p. 61, 7 SERV. ecl. 1, 33. *cf.* LIV. 1, 17, 9 priusquam -us s. ineat). *al.*

Ⓘ *gen.* -i *pendet e subst.*: (in)iussu -i *sim.*: P. SCAEV. Cic. dom. 136 iniussu -i (*al., v. vol. VII 1, 1685, 56sqq.*). CIL I² 834 senatus consulto -ique iussu (INSCR. numm. lib. rei publ. n. 518, 2 [*a. 41 a. Chr.; in rev.*] popul(i) iussu. *al., v. p. 2381, 38. vol. VII 2, 710, 17sqq. 20sqq. 46sqq.*). SISENNA hist. 119 -i iusso (*v. vol. VII 2, 584, 84sq.*). *iuncturae ceterae*: CIC. Cluent. 39 suffragiis -i (Mur. 1 *l. 31.* Mil. 25. *al.* SALL. hist. frg. 1, 86. HOR. epist. 2, 2, 103 [*in imag.*] cum scribo et supplex -i suffragia capto. *al.; cf. e. g. p. 2723, 27*). Mur. 1 -i R. voluntatibus suffragiisque (Phil. 5, 41 summa senatus -ique R. voluntate. *al. apud eundem*). CATVLL. 108, 1 si ... -i arbitrio *intereas.* LEX Gabin. Calp. (CIL I² 2500) 33 -ei pleb⟨isve scito⟩ (FEST. p. 330 [*contextu manco*]. TAC. ann. 3, 58, 1. PRVD. c. Symm. 2, 310 patrum -ique. *cf. p. 2723, 13*). Ⓘⓘ *cetera exempla* (*pauca selecta*): CIC. Balb. 35 quod per -um plebemve sanctum est. Att. 3, 23, 2 Clodium sanxisse, ut ... non posset nec per senatum nec per -um infirmari sua lex. LIV. 4, 3, 7 si -o R. liberum suffragium datur (*sim.* IVV. 8, 211). *al.*

γ *-us convocatur, coit sim.*: Ⓘ *exempla varia* (-us *saepe ponitur pro obi. verbi vocandi; fere indicatur, quo vel ad quem -us vocetur*): VARRO Men. 259 Manius ... -um in forum conducit (*si huc, ut Cèbe, comm. VII, 1985, 1170sqq.; locum ad II refert Krenkel, comm. II, 2002, 459*). ling. 6, 29 *diebus comitialibus* ut coiret (esset *codd.*) -us constitutum est ad suffragium ferundum (*cf. l. 22*). 6, 90 quo modo inliceret -um in eum ⟨locum⟩, unde vocare posset ad contionem (LIV. 3, 34, 1 advocaverunt *decemviri.* 3, 39, 6 vocare. 3, 66, 6. *al.* VAL. MAX. 4, 1, 3 -um vocatum. HIST. AVG. Maximin. 25, 5 ad senatum principes, -us ad c. cucurrerunt. *cf. e. g.* CIC. Phil. 7, 21 me una cum -o R. in c. vocaverúnt). 6, 93 ad comitiatum vocatur -us. rust. 1, 2, 9 *tribunus plebis* -um ad leges accipiendas in septem iugera forensia e comitio eduxit. *al.* OV. met. 15, 590 *praetor* -umque gravemque senatum convocat. fast. 2, 510 convocat hic *vir* -os iussaque verba refert *Romuli dei facti.* LIV. 1, 59, 7. 2, 7, 7 vocato ad concilium -o (PAVL. FEST. p. 50 'cum -o agere' hoc est -um ad c. aut comitia vocare). PAVL. FEST. p. 41 *'conventus' dicitur,* cum a magistratibus iudicii causa -us congregatur. *al.* Ⓘⓘ *gen.* -i *pendet e subst.*: VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 qui *magistratus* potestatem neque vocationis -i viritim habent neque prensionis. CIC. p. red. in sen. 38 -i R. convocatio. Sest. 107 habuit ... consul contionem: concursus est -i R. factus, omnes ordines *eqs.* (Deiot. 6 or. frg. A 12, 4. VAL. MAX. 8, 3, 1 rea causam suam ... maximo -i c. egit. *fort. huc* HIST. AVG. Valer. 5, 1 *ut* imperator fieret, non, ut solet, tumultuario -i c. ..., sed *eqs.; cf. p. 2729, 28*). Mil. 7 -i R. comitiis (rep. 2, 56 div. 2, 42. LIV. 5, 1, 1 utriusque -i, *sc. Romani Veientisque.* SCHOL. Hor. carm. 3, 1, 11). SALL. Iug. 84, 5 contionem -i advocavit (or. Cottae 1. LIV. 45, 37, 8 universi -i R. ASCON. Corn. p. 58, 15. *al.*). LIV. 1, 26, 5 concilio -i advocato ([*de comitiis tributis, cf. vol. IV 47, 28sq., centuriatis ibid. 47, 30*]. *al. apud eundem; cf. e. g. p. 2723, 4*).

δ *-us honores, munera sim. tribuit*: Ⓘ *quaelibet exempla:* *vario modo accedit* honor (*cf. p. 2723, 23*): CIC. Verr. II 4, 81 nobilitas desinat queri -um R. hominibus novis ... honores mandare (HOR. sat. 1, 6, 19 LIV. 4, 3, 5. 4, 57, 2 TAC. ann. 11, 22, 4). Cluent. 118 honoribus, quos a -o R. adeptus est (*fere idem* Planc. 51 FEST. p. 185. *cf.* BELL. Afr. 57, 3 qui ab -o R. honores accepisset). 177 honoribus -i ornatus (*item pendet gen.* -i: Planc. 60. *al., v. vol. VI 3, 2926, 56sqq.*). Pis. 2 omnes ... h. -us R. mihi ... detulit (FRONTIN. strat. 4, 5, 6 EVTR. 6, 25). HOR. sat. 1, 6, 15 iudice ... -o, qui stultus honores saepe dat indignis (QVINT. decl. 252, 23). HIST. AVG. Claud. 3, 2 ut senatus -usque R. novis eum h. post mortem adfecerit. *cetera*: CIC. Cluent. 150 altiorem gradum dignitatis beneficio -i R. ... consecutus (*al., v. e. g. vol. II 1885, 27. 32 aliaque ibid. allata*). leg. agr. 2, 18 tulit, quod -us per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars -i vocaretur (Planc. 15 libertas -i in mandandis magistratibus. *al.* LIV. 39, 5, 4 tribunatum sibi a -o R. mandatum. *al.; cf. p. 2717, 70*). *al.* Ⓘⓘ *magistratus sim. a -o creantur, designantur*: CIC. leg. agr. 2, 4 me ... una vox universi -i R. consulem declaravit. 2, 29 si *decemviri* ... a -o essent creati (rep. 2, 31 Tullum Hostilium -us regem ... creavit. *al.* LIV. 4, 6, 11 tribunos ... creavit -us. 22, 31, 8. *al.*). rep. 2, 25 -us curiatis eum *Numam* comitiis regem esse iusserat (LIV. 1, 17, 9 [*sine inf. ut* 1, 22, 1]. *cf.* 27, 5, 16 *ut consul* eum ..., quem -us iussisset, diceret dictatorem [*sim.* 27, 5, 18]). R. GEST. div. Aug. 14 Caesares ... senatus -usque R. ... consules designavit (*gr. δῆμος τῶν Ῥωμαίων*). PAVL. FEST. p. 260 Rufuli appellabantur tribuni militum a consule facti, non a -o (*cf. p. 2721, 59 et titulum* tribunus militum a -o CIL X 822 [*Pompeiis*]. V 3334 [*Veronae*]. *al. in inscr.*). *al.*

ε *cetera exempla*: ASELL. hist. 7 *Ti. Gracchus filium* -o ... commendavit. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 3, 4 auctoritatem *senatus* ... in conspectu -i R. *concidisti.* CIC. leg. agr. 2, 101 hac contione, hoc -o ... non *vereor.* div. 1, 32 (*antea*: in comitium) inspectante et rege et -o. ad Q. fr. 2, 3, 4 contionario illo -o. POLLIO Cic. fam. 10, 32, 3 -i fidem implora. VARRO ling. 6, 5 praetor in comitio supremam pronuntiavit -o (*v. vol. X 2, 1061, 66*). SALL. Iug. 30, 3 contionibus -um ad vindicandum hortari. FENEST. hist. 21 C. Cato ... contionibus assiduis invidiam ... concitare (cogitare *trad.*) secundo quidem -i rumore coepit (*cf. p. 2730, 34*). *al.*

ζ *in sacris* (*cf. e. g. p. 2720, 36*): **α** *exempla varia*: ENN. ann. 87 *Romulo Remoque auspicia servantibus* exspectabat -us atque ore timebat. CATO mil. frg. 2 ut -us ... ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat (LIV. 3, 63, 5 -us ... frequens iit s.). CIC. div. 1, 32 ut *rex* ... augure Atto Navio uteretur et -us de suis rebus ad eum referret. VARRO ling. 6, 20 *Volcanalibus* -us pro se in ignem animalia mittit. 6, 24 *Septimontium* feriae non -i (*sc. totius*), sed montanorum modo. 6, 28 in sacris Nonalibus ... *ferias futuras* rex edicit -o. OV. fast. 1, 80 -us festo concolor ipse suo est. 3, 726 vitisator (vilis anus *var. l.*) -os ad sua liba *vocat, i. ad Liberalia.* LIV. 4, 21, 5 obsecratio ... a -o duumviris praeeuntibus est facta (*cf.* 26, 23, 6 obsecratio ... -o indicta *eqs.*). 21, 62, 9 Romae ... supplicatio ... universo -o ... indicta (45, 2, 12. *sim.* 32, 1, 14 s. -o ... edicta [45, 16, 6]). 38, 51, 13 Scipio ... omnia templa deum cum -o R. circumiit. FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 6 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 121) -us coronatus feriatus ⟨agit⟩. PAVL. FEST. p. 88 praecones ... -um sacrificiis favere iubebant. MART. 8, 15, 3 dat -us, dat gratus eques, dat tura senatus. MACR. Sat. 3, 12, 2 (*sec.* VARRONEM, *sc.* Men. 413) quin *maiores* pollucerent ac -um *ἀσύμβολον* cum corona laurea dimitterent cubitum. *al.* **β** *-us lustratur sim.*: VARRO ling. 6, 34 februatur -us (*al., v. vol. VI 1, 413, 47sqq.*). rust. 2, 1, 10 -us R. ... lustra[re]tur suovitaurilibus (*al., v. vol. VII 2, 1872, 80sqq.*). INSCR. numm. imp. Aug. I² p. 67 n. 350 (*a. 16 a. Chr.*) Aug(ustus) suf(fimenta) -o (*sc. dedit sim.; item -o distribuuntur suffimenta in ludis saec.*: imp. Dom. II p. 201 n. 376 *Domitianus* suf(fimenta) -o d(edit). ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2 [CIL VI 32327] 4. 25). Ov. fast. 4, 640 -os purget ut ille cinis *vitulorum crematorum.* PAVL. FEST. p. 120 -i lustrationem.

δ *contextu vario*: **α** *quaelibet exempla*: CARM. Cic. fin. 2, 116 (*elogium Calatini cens. a. 247 a. Chr.*) hunc ... consentiunt gentes -i primarium fuisse virum. LEX Sil. (Fest. p. 246) ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate -us ⌊oetier⌋ [qui] solet (⌊ ⌋ *i. uti; cf.* FEST. p. 237 aere signato uti coepit -us R.). NAEV. carm. frg. 43 sin illos deserant fortissimos viros, magnum stuprum -o fieri per gentes. ENN. ann. 308 (*de Cethego*) flos delibatus -i. frg. var. 1 quantam statuam *Scipionis* faciet -us R.? TER. Ad. 19 qui *nobiles* vobis universis et -o placent (DON. 'universos' qui in cavea sunt dicit, '-um' ... universam urbem). EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I² 586) 13 quonque de eieis rebus senatuei purgatei estis, credimus ... item vos -o R. purgatos fore. LVCIL. 1088 accipiunt (*sc. tribus?*) leges, -us quibus legibus exlex *fit* (*ad peregrinos lege quadam expulsos locum refert e. g. Cichorius, Unters. zu Lucil., 1908, 211sq., ita ut* -us *hyperbolice dicatur pro parte -i*). 1147 -us ... totus. 1229 totus ... -usque patresque iactare indu foro se omnes. ACC. praetext. 6 portenta ut -o patriae verruncent bene (*sim.* 36. *cf. p. 2383, 6sqq.; nisi ad 2 et haec trahas et* 35 id ... -o commutationem rerum portendit fore [*cf. 38* rem Romanam publicam]). GRACCH. or. frg. Prisc. gramm. II 513, 17 si nanciam -i desiderium, conprobabo rei publicae commoda. COEL. hist. 62 *v. p. 2727, 3.* RVT. RVF. hist. 7 Pompeius elaboravit, uti -um R. nosset eumque ... salutaret. CIC. inv. 2, 162 lege ius est, quod in eo scripto, quod -o expositum est, ut observet, continetur. Verr. II 1, 1 (*antea*: sermonem volgi) hanc opinionem -i R. fuisse

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eqs. dom. 89 an tu, *Clodi,* -um R. esse illum putas, qui constat ex *mercede conductis* ...? quem ... -um nisi tabernis clausis frequentare non poteras, cui -o duces Lentidios ... praefeceras *eqs.* 108 civis est nemo tanto in -o, ... qui rem ullam de meis bonis attigerit (CATVLL. 81, 1 nemone in t. potuit -o esse, ... quem *eqs.*?). Att. 2, 19, 3 -i sensus maxime theatro ... perspectus est. Q. CIC. pet. 10 hominem carissimum -o R. (*cf.* CIL VI 10151a [*de histrione*] daeliciae -i Ro(mani)). VARRO frg. Non. p. 117, 23 per omnes articulos -i hanc mali gangrenam ... permeasse. ling. 5, 181 pecunia, quae -o imperata erat, tributim ... exigebatur. HOR. sat. 2, 1, 69 *Lucilius* primores -i arripuit -umque tributim. epist. 1, 16, 27 tene magis salvum -us velit, *Auguste,* an -um tu *eqs.* (*Schol. Hor. versus tribuit* VARIO, *sc.* carm. frg. 5, 1). 2, 1, 18 tuus hic -us (*i. Augusti; item accedit pron. poss. ad principem pertinens*: MART. 10, 7, 8 [*ad Rhenum*] Traianum -is suis et urbi ... remittas. PANEG. 2, 22, 1 in urbibus tuis et a ⌊tuis -is⌋ te videri [*an -o R. aliisque -is imperatoris? opp.* natio externa]). OV. fast. 1, 38 cum rudibus -is annua iura daret *Romulus.* VAL. MAX. 9, 3, 6 in pectore universi -i R. LVCAN. 7, 436 libertas ... *non* respicit ultra Ausoniam, vellem -is incognita nostris (*cf. Schol.* utinam libertatem Roma nescisset). *al.*

β *-us publice sustinetur sim.* (*cf. p. 2723, 41 sqq.*): Ⓘ *annona, pecunia sim.* (*utrum sublevandi essent cives omnes an pars eorum, leges aliae aliter statuerunt [v. e. g. von Ungern-Sternberg, Der neue Pauly IV 683 sqq.], ita ut saepius intellegantur plebei* [*cf. p. 2727, 38 sqq.*]): GRACCH. or. frg. Prisc. gramm. II 386, 3 aerarium ⌊delargitur⌋ (*pass.*) R. -o. RHET. Her. 2, 28, 45 utrum satius sit -um frumentum accipere an non accipere (LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 15 f. -o dabitur. 16 sq. ASCON. Pis. p. 15, 29 PLIN. nat. 18, 15. *al.; adde l. 31. 32*). CIC. Verr. II 3, 215 *ut* tam exiguam rationem -o R. in capita descripsisses. FAST. cos. Cupr. a. 12 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 245) *Caesar* congiarium -o ⟨dedit⟩ (VELL. 2, 129, 3 *Tiberius* -um congiariis honoravit. INSCR. numm. imp. Ner. I^2 p. 159 n. 100 [*a. 62/68, ut* 101 sq.]. PLIN. paneg. 25, 2. SVET. Aug. 41, 2 [*postea*: frumentum quoque]. *al.; cf. l. 39. p. 2731, 60*). SVET. Iul. 38, 1 -o praeter frumenti denos modios ... trecenos quoque nummos ... viritim divisit (Nero 10, 1 divisis -o viritim quadringenis n.). FRONTO p. 213, 11 -um R. ... annona et spectaculeis teneri. HIST. AVG. Aurelian. 48, 1 vinum gratuitum -o R. dare. *al.* Ⓘⓘ *agro dando*: CIC. leg. agr. 2, 19 qui -o agros essent adsignaturi. PAVL. FEST. p. 373 qui *ager* viritim -o distribuitur (VAL. MAX. 7, 2, 6 VIR. ill. 33, 5. *cf. l. 32 sq. p. 2723, 26*). VAL. MAX. 4, 3, 5 decretis ... a senatu septenis iugeribus agri *ex hostibus capti* -o. HIST. AVG. Gord. 10, 4 militibus stipendium et -o agros atque congiaria promittenti. *al.* Ⓘⓘⓘ *epulis sim.* (*cf. e. g. p. 2723, 43. 70. 2731, 62*): CIC. Mur. 75 cum epulum Q. Maximus ... -o R. daret (*de eodem*: VAL. MAX. 7, 5, 1). Vatin. 31 epulum -i R. HOR. sat. 2, 3, 86 gladiatorum dare ... -o paria atque epulum. LIV. 8, 22, 2 -o visceratio data *est. al.*

γ *respicitur potestas sim. tam ipsius -i quam magistratuum in -um*: QVADRIG. hist. 57 Fabius ... filium conlaudavit, cum imperium, quod -i esset, retineret. RHET. Her. 2, 12, 17 *v. p. 2726, 29.* 4, 35, 47 (*antea*: senatūs est officium ..., magistratūs *eqs.*) -i est officium res optumas et homines idoneos ... suis sententiis deligere et probare. CIC. leg. agr. 2, 17 omnis potestates, imperia, curationes ab universo -o R. proficisci convenit. Phil. 3, 37 senatus auctoritatem -ique R. ... imperium. rep. 1, 62 Tarquinio exacto ... ita acta pleraque, ut ⌊in -o essent omnia⌋ (*cf. p. 2724, 56*). leg. 3, 2 *ut* magistratibus leges, ita -o praesunt magistratus. 3, 28 potestas in -o, auctoritas in senatu. VARRO ling. 9, 6 -us ... in sua potestate, singuli in illius. LIV. 2, 7, 7 -i quam consulis maiestatem vimque maiorem esse. *al.*

δ *agitur de contentione popularium et optimatium* (*ita fere, ut opponantur* -us *et boni sim.; aliter l. 69*): RHET. Her. 4, 54, 67 noli, Saturnine, nimium -i frequentia fretus esse: inulti iacent Gracci. CIC. dom. 4 (*verba Clodii*) te ad -um contulisti, *Cicero* (*cf.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 5 *Curio* transfugit ad -um). Sest. 103 -us libertatem agi putabat suam; dissentiebant principes et in salute optimatium temeritatem multitudinis ... pertimescebant (*al., v. vol. X 2, 1280, 1; aliter infra p. 2726, 55*). *ibid.* agrariam Ti. Gracchus legem ferebat; grata erat -o ...; nitebantur contra optimates ([*postea*: iucunda res plebei ..., repugnabant boni]. leg. 2, 30. *cf. p. 2723, 6*). Brut. 128 cum is *interfector C. Gracchi* contra -i studium stetisset. rep. 4, 8 *non* suscepi -i causam, sed bonorum (ASCON. Mil. p. 30, 20). SALL. Catil. 38, 3 alii sicuti -i iura defenderent, pars quo senatus auctoritas maxuma foret. LIV. 9, 46, 13 in duas partes discessit civitas: aliud integer -us, fautor ... bonorum, aliud forensis factio tenebat. *al.*

ε *respicitur -i favor sim.* (*cf. e. g. p. 2717, 30*): Ⓘ *exempla varia* (*selecta*): VARRO Men. 450 (*si huc; e satura* περὶ ἀρχαιρεσιῶν) petere imperium -i. RHET. Her. 4, 55, 68 *ubi* Gracchus prospexit fluctuare -um ..., iubet advocari contionem. CIC. Verr. I 29 hominem ... nimium servientem -i existimationi. Planc. 54 nondum cognita -i voluntate. Q. CIC. pet. 50 ut in his studiis -us ipse versetur. ASCON. Mil. p. 33, 18 -o ... tributim singula milia aeris ad defendendos de se rumores dedisse. OCTAVIA 877 o funestus multis -i dirusque favor (*cf. 883* plebis amor). *al.* ⓘⓘ *-us ambitur*: CIC. Mur. 74 orbis terrarum imperium a -o R. petebas (*al., v. p. 1968, 36*). Planc. 9 -us ... facit eos, a quibus est maxime ambitus (VARRO ling. 5, 28 qui -um candidatus ... ambit). 24 appellavi -um tributim ([*cf. l. 1. p. 2719, 9 sq.*]. *-um ambit aliquis pro altero ut*: 69 consulem praetoriis comitiis petente Q. Calidio -o R. supplicasse [*sim. de eadem re*: VAL. MAX. 5, 2, 7]). *al.*

ζ *-us censetur, in classes sim. dividitur*: VARRO frg. Non. p. 519, 30 quod hos arbitros instituerunt -i, censores appellarunt. ling. 5, 81 censor ad cuius censionem ... censeretur -us. rust. 3, 2, 4 ubi censores censu admittant -um. CIC. rep. 2, 14 -um ... in tribus tres curiasque triginta discripserat (*Romulus ut*: OV. fast. 6, 83 -um digessit ab annis *eqs.* LIV. 1, 13, 6 -um in curias triginta *divisit.* FEST. p. 174. *al.*). 2, 39 relicuum -um distribuit in quinque classis (*Servius Tullius ut*: FLOR. epit. 1, 6, 3 ab hoc -us R. relatus in censum *eqs.* LIV. perioch. 1, 21. *al.*). leg. 3, 7 *censores* -i ... partes in tribus discribunto *eqs.* 3, 44 (*respic. comitia centuriata*) discriptus ... -us censu ordinibus ... plus adhibet ad suffragium ⟨con⟩silii quam fuse in tribus convocatus. PAVL. FEST. p. 54 -us R. per centenas turmas divisus erat. SEN. epist. 89, 3 discribitur in tribus -us, in centurias exercitus. *al. gen. obi.* -i: CIC. Planc. 45 decuriatio tribul⟨i⟩um, discriptio -i. LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 144 quis mag(istratus) Romae -i censum aget (LIV. 4, 22, 7. 43, 15, 7 R. GEST. div. Aug. 8 SVET. Aug. 27, 5). 152 finem -i ce⟨n⟩sendi faciant. SVET. Iul. 41, 3 recensum -i ... vicatim ... egit (Aug. 40, 2).

η *-us ad arma vocatur sim.*: CIC. inv. 2, 93 qui, cum praetor esset, in expeditionem ad arma -um vocarit (CAES. civ. 1, 7, 5 LIV. perioch. 61, 4). Phil. 14, 3 -um R. ad saga isse (*cf.* LIV. perioch. 72, 3 saga -us sumpsit [*sim.* 118, 4]). OV. fast. 1, 279 -o ... ad bella profecto. *al.*

2 *potius de re publica cives comprehendente* (*fere ubique in iunctura* -us Romanus [R. -us *e. g. l. 52. 54*; -us R. Quirites *e. g. l. 36. 47. p. 2721, 73. 2722, 6,* -us R. Q. que *l. 38 et* LIV. 8, 6, 13]): **a** *quaelibet structurae*: **α** *varia exempla*: CIL I^2 20 (*saec. III a. Chr.; si ad Romanos pertinet*) ⟨prai⟩toris pro po⟨plod ...⟩ ... Diove dede⟨re⟩ (*respici vid. sacrificium publicum ut*: FAB. PICT. Gell. 1, 12, 14 sacerdotem Vestalem *sacra* facere pro -o R. Quiritibus. CIC. dom. 77 *v. p. 2701, 47.* har. resp. 37 Att. 1, 12, 3. *al.* LIV. 4, 54, 7 FEST. p. 245. PAVL. FEST. p. 67 dici mos erat ... '-o R. Quiritibusque'. *al., cf. p. 2718, 33. 2733, 19; ad rem v. Wissowa, Rel. u. Kult.^{2} 217. 398 sq.*). INSCR. column. rostr. (Inscr. Ital. XIII 3, 69 = CIL VI 8, 3 add. 1300; *ante a. 77, fort. sec. exemplar saec. III a. Chr.*) 16 *Duilius* praedad poplom ⟨donavet⟩. LEX Bant. (CIL I^2 582) 10 eum ... condumnari popul(o) (*v. p. 373, 43*). CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 225 *L. Brutus* hunc ⌊-um⌋ dominatu regio liberavit (⌊ ⌋ *cf. locos similes Cic. Planc. 60* civitatem, *Tusc. 4, 1* re publica). RHET. Her. 4, 9, 13 quid omnibus rebus -us R. posset, scire ... poterant *socii.* CAES. Gall. 1, 14, 7 *Helvetios obsides non dare*; eius rei -um R. esse testem. ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 99 *Moerae,* estote ... propitiae -o R. Quiritibus, (quindecim)virum collegio, mihi *eqs. al.* **β** *respiciuntur bella, foedera, ratio inter Romanos et alias gentes sim. intercedens*: CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8 (*ad deos*) *ut* -o civitati *Carthaginiensi* metum ... iniciatis, ... mihique -oque R. militibusque meis praepositi sitis. ENN. ann. 209 (*verba Decii se devoventis?*) pro R. -o ... armis certando prudens anima⟨m⟩ ... mitto. SVRA hist. 1 summa imperii ad -um R. pervenit. LVCIL. 613 R. -us ... superatus proeliis ... multis, bello vero numquam. RHET. Her. 4, 9, 13 gentes, reges, nationes ..., cum aut armis aut liberalitate a -o R. superati essent *eqs.* (*sim.* 4, 13, 19). 4, 27, 37 -us R. Numantiam delevit. *al.* CIC. inv. 2, 79 (*loq. Horatius occisis Curiatiis*) me et -um R. vicisse moleste ferebat *soror.* Verr. II 1, 79 bellum ... -o R. ... facere (*in eadem locut.*: Catil. 2, 11. *al.* TIRO Gell. 6, 3, 35 CAES. Gall. 4, 22, 1. *et saepius; cf. e. g.* inferre b. -o R.: CIC. Deiot. 22. *et saepius; sim. al.*). dom. 90 ille -us est dominus regum, victor atque ⌊imperator⌋ omnium gentium (⌊ ⌋ *v. vol. VII 1, 554, 29 sqq.; cf. e. g.* CIC. Planc. 11 huius principis -i et omnium gentium domini atque victoris. PS. SALL. rep. 2, 5, 5 -us, qui dominus erat *eqs.*). VARRO ling. 5, 86 fetiales ... fidei publicae inter -os praeerant (*i. -um R. aliosque -os, ni fallimur*). CAES. Gall. 7, 33, 1 coniuncta -o R. civitas. BELL. Hisp. 42, 3 *Hispanos* ingratos in se, *sc. Caesarem,* et in -um R. SALL. Catil. 53, 2 -us R. domi militiaeque ... praeclara facinora fecit. ALF. Gell. 7, 5, 1 *foedus* inter -um R. et Carthaginienses. HOR. carm. 3, 8, 25 neglegens, ne qua -us laboret, parce privatus nimium cavere, *Maecenas.* LIV. 1, 9, 2 Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem ... novo -o peterent. 21, 2, 7 foedus renovaverat -us R. FEST. p. 142 ut *municipes* ... rem publicam separatim a -o R. haberent. *al.* **γ** *respiciuntur vectigalia, pecunia, bona sim. -o propria vel debita* (*saepius in iuncturis* -o dare, debere, obligatum esse): LEX agr. (CIL I^2 585) 20 quid ... -o aut publicano detur exsigaturve (*opp. iterum ibid. et* 26). 87 ⟨quo quis am-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pli)us -o dare debeat solvatque. *al.* VARRO Men. 512 quod debemus -o (*sc. publicani?*), in foro medio ... decoquere. rust. 3, 2, 4 cum haec *Villa Publica* sit communis universi -i, illa solius tua. CIC. Verr. II 3, 87 quantum -o R. decumarum nomine daturi sunt *apparitores* (*item c. respectu decimarum*: 3, 103 agros decumanos ... -o R. ex parte decuma ... vectigalis fuisse. 3, 202). LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 4; *sim.* 129, 6) -o R. ⟨HS⟩ *tot* ... dare damnas esto. PAVL. FEST. p. 379 qui ... res -o dedit (*v. p. 1045, 70; in re simili Val. Max. 2, 9, 1* aera ... in aerarium deferre). LEX Irnit. 7 B 27 ut ii eave *praedia* -o R(omano) obligati obligata⟨v⟩e essent. *al.*

b *gen.* -i, *sc. maxime* -i R., *pendet e subst.* (*addidimus insuper structuram* -i esse, fieri): **α** *exempla varia; -o tribuuntur*: Ⓘ *res*: Ⓐ *quaelibet*: CATO orig. 1 -i R. gesta describere (*sensu simili*: SALL. Catil. 4, 2 res gestas [hist. frg. 1, 1. *al.*]. LIV. 1 praef. 1 res [*plur.*]). LVCIL. 688 rem (*Lachmann*; item *trad.*) -i salute ... Lucilius ... impertit (PERS. 4, 1. HIST. AVG. Hadr. 8, 3 ita se rem publicam gesturum, ut sciret -i r. esse, non propriam. *al.; aliter l. 13; cf. e. g. l. 73. p. 2723, 25. 2724, 51*). LEX repetund. (CIL I² 583) 1 (*si recte restit.*) in arbitratu dicione potestate amicitiav⟨e -i R.⟩ (*al., v. e. g. vol. X 2, 303, 52 sqq. 308, 75. 309, 8*). agr. (*ibid.* 585) 75 ameicitiam (*al., v. vol. I 1893, 75 sqq.*). SCAVR. or. frg. Val. Max. 3, 7, 8 imperium (RHET. Her. 4, 9, 13 CIC. Verr. II 3, 66 VARRO ling. 5, 87. *al., e. g. l. 23*). CIC. inv. 2, 79 victoria (dom. 18 Tusc. 1, 28. *al.* LIV. 5, 28, 13. *al.*). S. Rosc. 50 rem publicam atque hoc imperium et -i R. nomen auxerunt (Verr. II 3, 74. dom. 19 n. -i R. imperiumque. *al.* CAES. Gall. 1, 31, 16. *al.* LIV. 26, 41, 13). leg. agr. 2, 65 dignitate (*al., v. vol. V 1, 1135, 29 sq.*). dom. 41 (*antea opp.* sacrorum iure) ius -i atque legum (AVSON. 15 [336 S.], 62 i. triplex ...: sacrum, privatum et -i commune quod usquam est [*respic. lex XII tab.*]). 133 personam (*v. p. 1725, 2*). Mil. 85 arae sacrorum -i R. sociae (LIV. 5, 40, 10. DECRET. decur. Pis. [CIL XI 1421] 43. *al.; cf. p. 2722, 2*). LEX Gabin. Calp. (CIL I² 2500) 18 -ei ... R. dign⟨it⟩atis maiestatis⟨que causa⟩ (*al., v. e. g. vol. VIII 154, 75 sq. 83 sq.*). VERG. georg. 2, 502 -i tabularia. *al.* *in titulis librorum* (*cf. l. 50*): SVRA hist. tit. de annis -i R. VARRO tit. libr. (Ascon. Pis. p. 19, 6. *al.*) de vita -i R. Ⓑ *pecunia, bona, praedia, aerarium sim.* (*fort. huc* INSCR. Alger. II 4689 [= CIL VIII 18909; *saec. III¹*] proc(uratori) ... ad fu⟨sa fru⟩menti et res -i): LEX repetund. (CIL I² 583) 66 ⟨pecunia⟩ post quinquenium -i fit (*cf. p. 2722, 1*). CIC. Verr. II 3, 82 de capite vectigalium -i R. (3, 120 leg. agr. 2, 74. *al.* LIV. 4, 8, 2. *al.; cf. l. 39. 71*). 3, 202 aerarium (*al., v. vol. I 1055, 46 sqq.*). leg. agr. 1, 2 patrimonio (*al., v. p. 754, 14 sqq.*). 2, 41 regnum testamento regis Alexae -i R. ... factum. 2, 64 agros vectigalis (LIV. 45, 44, 10. *al.* PAVL. FEST. p. 19. *cf. l. 69. p. 2722, 4*). OV. fast. 5, 283 -i depascere saltus (*285* publica; *opp. 286* privato). *al.*

Ⓘⓘ *homines eorumve coetus*: Ⓐ *quilibet*: ANTON. or. frg. Cic. de orat. 2, 164 hostibus (*al., v. vol. VI 3, 3059, 1 sqq. 46*). QVADRIG. hist. 20 arrabo ... -i R. (*i. obsides*). CIC. Verr. I 42 socii -i R. (II 1, 16. *al.* LIV. 4, 10, 2. *al.; accedit* amicus: LEX Anton. de Term. [CIL I² 589] 1, 7. *al., v. vol. I 1909, 37 sqq.*). Font. 16 exercitus (*al., v. vol. V 2, 1394, 80 sqq.; cf.* milites: CIC. prov. 5 BELL. Afr. 54, 4). Rab. Post. 6 inimico (*al., v. vol. VII 1, 1625, 44 sqq.*). CIL I² 1510, 6 *quidam* pop(uli) s(ervos) leiber coeravit (LIV. 21, 41, 7 [*c. contemptu de Hannibale*] vectigalis stipendiariusque et s. -i Romani. GAIVS inst. 1, 27. *cf. p. 2722, 7*). *al.* *in titulo libri* (*cf. l. 31*): VARRO tit. libr. (Char. gramm. p. 126, 9. *al.*) de gente -i R.

Ⓑ *magistratus, senatores, sacerdotes* (magister -i *v. p. 2716, 41*): CIC. Verr. II 1, 56 imperator -i R. (*al., v. vol. VII 1, 554, 71 sq. 557, 19 sq.*). 3, 74 praetor (leg. agr. 2, 26. *al.* SEN. contr. 9, 2, 24 [*e Latrone*]. LEX Irnit. 10 B 4 INSCR. Année Épigr. 1981 n. 802. *al.*). 3, 93 senator (Caecin. 28. *al.* LEX Vrson. [CIL I² 594] 127, 2 sq. *al.* EDICT. leg. pr. pr. [Année Épigr. 1976 n. 653] 17. *al.*). 4, 108 sacerdotes (dom. 1 GELL. 10, 24, 9. 13, 23, 1. *cf. p. 2722, 6*). leg. agr. 2, 41 consul (Phil. 2, 72 consules imperatoresque. *al.* LIV. 10, 18, 7. *al.*). LEX Vrson. (CIL I² 594) 103, 7 tr(ibuno) mil(itum) p(opuli) R(omani). 127, 2 mag(istratu) prove mag(istratu) p(opuli) R(omani) (127, 10. *al., v. e. g. vol. VIII 95, 27 sqq.*). *al.*

ⓘⓘⓘ *dei* (*cf. p. 2722, 8 sqq.*): INSCR. numm. lib. rei publ. n. 393, 1a (*a. 76/75 a. Chr.*) G(enius) p(opuli) R(omani) (*al., v. vol. VI 2, 1832, 59 sqq.* [*at ibid. 1837, 39 sqq.* publicus]; *cf. p. 2723, 52*). n. 440, 1 (*a. 49 a. Chr.*) Fort(una) (*al., v. vol. VI 1, 1188, 53 sqq. 1194, 33 sqq.; addas* FAST. ann. Num. Antiat. Mai. 24 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 11]). TAC. ann. 15, 41, 1 penatibus -i R. GELL. 5, 12 tit. de nominibus deorum -i R. *eqs.*

β *ad subst. accedit adi.* publicus, *ita ut fiat iunctura* p. -i R.: *de rebus*: LEX agr. (CIL I² 585) 1 ager poplicus -i Romanei (4. 13 a. locus p. -i R. 22 de eo a. loco, quei p. -i Roman⟨ei ... fuit⟩. *al.* CIC. Verr. II 3, 13 *Siculorum* a., cum esset p. -i R. factus. *al.*). 87 quae vectigalia in Africa p. -i R. sunt (Anton. de Term. [CIL I² 589] 2, 35. GAIVS inst. 4, 28). TAB. cens. Varro ling. 6, 86 bonum fortunatum ... -o R. Quiritibus reique p. -i R. Quiritium (*al., v. p. 2725, 73 sqq.*). CIC. leg. agr. 2, 39 quem *locum* non possint decemviri dicere p. -i R. esse factum (*v. l. 69*). LEX Rubr. (CIL I² 592) 2, 2 pecunia ... signata formā p(ublicā) p(opuli) R(omani) (*sim.* 2, 25). Iul. munic. (*ibid.* 593) 62 sacrorum publicorum p(opuli) R(omani) caussa (LIV. 10, 7, 5 ASCON. Scaur. p. 24, 8). LIV. 5, 21, 15 quam minimo suo privato incommodo p. que -i R. 26, 16, 8 ager omnis et tecta p. -i R. facta. *al., e. g.* fortuna *vol. VI 1, 1193, 37 sq.* *de hominibus*: CIL I² 974 sacerdos Cereris publica p(opuli) R(omani) Q(uiritium) (VI 2181). LIV. 8, 9, 4 pontifex p. -i R. FEST. p. 217 servos p. -i R. (VLP. reg. 20, 16). *de deis*: VARRO frg. Aug. civ. 7, 17 p. 295, 27 de diis ... -i R. p. (FERIAL. Cum. Mart. 6 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 279] dis pub(licis) p(enatibus) p(opuli) R(omani) Q(uiritium)).

B *spectat ad alios -os*: **1** *generatim*: **a** *de variis* (*sive in Italia et provinciis sive apud exteros existentibus*): **α** *apud scriptores*: Ⓘ *cuiuslibet generis*: Ⓐ *exempla varia* (*selecta inde a* CIC.): NAEV. carm. frg. 62 *v. p. 2725, 2.* ENN. ann. 3 latos ⟨per⟩ -os ... poemata nostra cluebunt ([cluebant *trad.*]. VERG. Aen. 1, 225). 24 prisci casci -i ... Latini. scaen. 141 *v. l. 39 sqq.* CATO orig. 58 lucum ... dedicavit dictator Latinus; hi -i communiter: Tusculanus, Aricinus *eqs.* 95ᵇ multos -os atque multas nationes idem noluisse arbitror (SISENNA hist. 132 m. -i, plurimae contionis [*nom. plur.*] dictaturam *Sullae* ... suffragaverunt. VERG. Aen. 7, 236 m. ... -i, multae ... gentes. LIV. 21, 19, 7. *al.*). PACVV. trag. 141 extemplo Aegisthi fidem nuncupantes conciebunt -um. LVCIL. 123 *pervenimus* Dic[i]architum -os Delumque minorem (*i. Puteolos*). ACC. trag. 120 ad -um intellego referundum. VOLCAC. carm. frg. 3, 2 (*frg. dub.*) *Scipio* iura qui -is [retentibus] dabat. POMPON. Atell. 105 -is voluntas haec est et vulgo data est: refragabunt pr⟨imo⟩, suffragabunt post, scio. SISENNA hist. 80 in muro virile ac muliebre secus -i multitudine omni collocata. VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 337, 9 gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur coaluisse ...; in tres partes divisa copia, in -os duodecim (*sim. -i sunt partes gentis*: VERG. Aen. 10, 202 gens illi [*sc. Mantuae*] triplex, -i sub gente quaterni, ipsa caput -is. *cf. p. 2735, 63*). ling. 6, 18 sub urbe -i, ut Ficuleates ac Fidenates. CIC. Verr. II 3, 76 -os ... universos (*antea*: civitates). 3, 207 lugent omnes provinciae, queruntur omnes liberi -i (leg. agr. 2, 15. *al.* CAES. civ. 3, 3, 2 1. Achaiae -is. SALL. Iug. 31, 9 reges et -os l. *al.; cf. p. 2723, 35*). Balb. 19 ex -o foederato (*al., v. vol. VI 1, 994, 83 sqq.*). Phil. 2, 92 *non* solum singulis venibant immunitates, sed etiam -is universis (*sc. a M. Antonio, ad quem spectare vid.* VARIVS carm. frg. 1, 1 vendidit hic Latium [*i. ius Latii*] ₍-is₎ agrosque Quiritum eripuit [₍ ₎ *fort. c. acumine de alienigenis*]). de orat. 1, 199 *senem dicere posse* idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum, ₍unde sibi₎ si non ₍-i et reges₎, at omnes sui cives ₍consilium expetant₎ (₍ ₎ *haec omnia Vahlen ut versum affert, sc.* ENN. scaen. 141). rep. 1, 44 Atheniensium -i potestatem omnium rerum (*de eodem -o p. 2723, 14 sq. et* LVCR. 6, 1279. NEP. Them. 2, 1 praetor a -o factus. Phoc. 2, 5 -us armatus *concurrit. al.* LIV. 31, 44, 6. *al.*). LVCR. 5, 1222 -i gentesque ... regesque. CAES. Gall. 6, 13, 6 si qui aut privatus aut -us eorum *druidum* decreto non stetit. BELL. Afr. 88, 6 convocato -o *Vticensi* contione habita. SALL. Catil. 10, 1 reges magni bello domiti, nationes ferae et -i ingentes vi subacti. NEP. Dion 8, 2 *Dionem* magno in periculo esse propter offensionem -i et odium militum. VERG. Aen. 6, 891 *Anchises* Laurentis ... docet -os urbemque Latini. 7, 738 dicione tenebat Sarrastis -os. OV. met. 7, 481 *Minos* rector -orum ... centum (*de centum urbibus Cretae ut*: SEN. Herc. f. 230. *al. in eiusdem trag.* LVCAN. 3, 185). LIV. 1, 23, 2 duo -i in unum confusi sunt, *sc. Albani et Romani prisci.* 5, 1, 3 -orum Etruriae animos (*postea*: genti). 8, 12, 7 Tiburs Praenestinus Veliternusque -us. 21, 34, 1 frequentem cultoribus ... -um. R. GEST. div. Aug. 26 Germanorum -i (*gr.* ἔθνη). LVCAN. 1, 511 urbem *Romam* -is victisque frequentem gentibus et generis ... capacem humani (*cf.* MART. 12, 6, 5 -i gentesque tuae, pia Roma). 7, 634 (*nisi ad C1*) *aliis cladibus* per fata virorum, per -os hic *in clade Pharsalica* Roma perit; ... mors hic gentis erat, sanguis ibi fluxit Achaeus *eqs.* 9, 517 Aethiopum -is Arabumque beatis gentibus atque Indis unus ... *est* Iuppiter Hammon (*fort. ad eosdem -os spectat* 9, 544 -i, quos miserat Eos [*agitur de legatis ut*: 9, 586]). MART. 12, 2, 1 ad -os mitti qui nuper ab urbe solebas, ibis io Romam, ... liber, auriferi de gente Tagi. APVL. met. 4, 34, 5 (*loq. Psyche*) cum gentes et -i celebrarent nos divinis honoribus. AVIEN. ora 468 -o incolarum *cuiusdam insulae.* AMM. 15, 11, 14 (*de Novempopulana*) novem -os Ausci commendant. *al.* *plur.* -i *de civibus unius civitatis sim.* (*exempla pauca probabiliora; fort. huc etiam l. 49 sq.*): OV. epist. 7, 149 (*Dido Aeneae*) hos ... -os in dotem ... accipe. met. 6, 92 *Oenoen Pygmaeam* Iuno ... iussit esse gruem -isque suis indicere bellum. 6, 179 (*loq. Niobe*) moenia cum -is a me ... reguntur. *al.* LVCAN. 8, 253 parva Phaseli, ... te metui vetat incola rarus exhaustaeque domus -is. VAL. FL. 1, 23 Pelias ..., longus -is metus, *sc. suis.* VET. LAT. act. 14, 12 (cod. 50, *sim.* VVLG.) *sacerdos Iovis* cum -is *Lystrae civitatis* volebat sacrificare (*gr.* ὄχλοις). HEGES. 4, 23, 2 Chebron vetustam urbem, celebrem -is. *al.* Ⓑ *disting. senatus, decuriones sim.* (*addidimus* optimates; *cf. p. 2723, 54*):

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CIC. Verr. II 2, 50 invito -o senatuque Syracusano (3, 108 s. et -us Centuripinus. 4, 87 -us atque universa multitudo ... senatum clamore coegit, ut *eqs. al.* CAES. Gall. 7, 32, 5 [*apud Haeduos*] divisum s., divisum -um. LIV. 21, 14, 1 [*Sagunti*] cum ... permixtum senatui esset -i concilium. 26, 30, 7 -us Syracusanus et s. *al.*). NEP. Alc. 5, 3 -i potentiae non amicus et optimatium fautor (Phoc. 3, 1. APVL. met. 10, 12, 1 [*accedit etiam* curia]. LEX Burg. lib. const. 2, 2 si obtimatem nobilem occiderit ..., si aliquem in -o mediocri *eqs.; cf. p. 2719, 63*). VERG. Aen. 4, 682 (*Anna Didoni mortuae*) exstinxti te meque ... ⌞-umque patresque⌟ Sidonios urbemque tuam (⌞⌟ *sim.* 9, 192 [*de Troianis*]. SIL. 11, 496 [*de Carthaginiensibus*]. *aliter*: VAL. FL. 1, 71 -um ... levem ... atque ... patres *eqs. al.*). PLIN. epist. 1, 8, 16 sermonem non apud -um, sed apud decuriones habui.

Ⓒ *in iunctura* -i scitum (s. -i; *cf. p. 2717, 34. 2724, 45*): CIC. opt. gen. 19 cum esset lex Athenis 'ne quis -i s. faceret, ut *eqs.*' (*item Athenis*: rep. 1, 43 -i s. ac decretis. NEP. Arist. 1, 5 Alc. 5, 4 Phoc. 2, 2). NEP. Epam. 7, 4 (*Thebis*). LIV. 45, 25, 7 ut ... s. -i *Rhodii* fieret. GELL. 18, 3, 6 (*Lacedaemone*) s. atque decretum -i.

Ⓓ *comoediae palliatae, sc. apud solum* PLAVT. (*respiciuntur civitates Graecae, sed saepe accedit color Romanus*): PLAVT. Amph. 101 cum Telobois bellum est Thebano -o. Asin. 655 di te servassint ..., decus -i, thensaurus copiarum *eqs.* (*contra in conviciis vel laudibus per ironiam datis*: Cas. 536 egreditur senati columen, praesidium -i. Mil. 923 -i odium. *al.*). Bacch. 438 *iuvenis* -i prius honorem capiebat suffragio quam *eqs.* (Trin. 482). Curc. 509 rogationis plurimas propter vos -us scivit. Men. 587 aut ad -um aut in iure aut apud aedilem res est. Poen. 524 in re -i placida. Pseud. 441 quod fecisti flagiti -o viritim potuit dispertirier. Stich. 353 (*iocose de servo*) sine suffragio -i ... aedilitatem hicquidem gerit. *al.*

β *in inscr.*: Ⓘ *quaelibet exempla* (*selecta*): CIL I² 40 (*a. 190 a. Chr.*) cosol pro -o Arimenesi (*item indicatur civitas sim.*: 629 [*fort. sec. tit. a. 146 a. Chr.*] Mummius co(n)s(ul) ⌞p(opulo) P(armensi)⌟ [*sic suppl. Mommsen, alii aliter*]. DEDITIO Abh. Münch. Ak. 101, 1989, 23 l. 2 [= Hisp. Epigr. 3, 1993 n. 113; *a. 104 a. Chr.*] -us Seano⟨corum⟩. CIL I² 3447, 2 [*saec. I a. Chr.*] *cuidam* -us ⟨Sidensis⟩ honor⟨...⟩ [*cf. 4 δῆμος*]. *al.*). LEX repetund. (CIL I² 583) 60 regis -eive ceivisve suei nomine litem aestumatam esse sibei. agr. (*ibid.* 585) 75 agri ⟨locei, quei popul⟩eis libereis in Africa sunt (76. 79. 85. *cf. p. 2722, 32. 2724, 58*). inc. Tarent. *p. 2725, 54.* INSCR. Betilieni (CIL I² 1529; *Aletrii, ante a. 90 a. Chr.*) 15 -us ... statuam donavit censorino. CIL I² 2677, 19 (*Falerione; post a. 70 a. Chr.*) ⟨p⟩equniam h(ac) l(ege) -o petet. 2967 (*Vibone*) C. Caesari pontif(ici) max(imo) ... -us patrono. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 148 qui tum censum -i acturus erit. CIL XIV 3015 (*lib. re publ. exeunte*) lavationem -o gratis *dedit* (*sim. in largitionibus*: INSCR. suppl. Ital. n. s. 18 p. 269 n. 19 [*Ameriae; aet. Aug.*] ⟨m⟩ulsum et crust(ulum) -o bis dedit. n. s. 4 p. 179 n. 43a, 5 [*Trebulae Suffen.; a. 14*]. CIL X 1459 [*Herculanei*]. XI 3303, 18. *al.; cf. l. 68 sq. p. 2719, 19 sqq.*). INSCR. Année Épigr. 1987 n. 455 (*Cremonae; ca. saec. I'?*) Poblici(us) -i l(ibertus) (*sim.* CIL II² 7, 2a. IX 396). CIL XIV 172, 6 (*a. 184*) praetori Etrur(iae) XV -orum (*sim. al., v. vol. X 2, 1056, 57 sq.*). III 1456 (*a. 238?*) *cuidam* curatori ad ⌞popul(os)⌟ vi⟨ar(um)⟩ *quarundam* (⌞⌟ *Domaszewski et e. g. Pflaum, Les carrières proc. équestres II, 1960, 852 sq., ut sint -i iuxta has vias habitantes*; popul(um) *Mommsen, curatorem intellegens viarum*). INSCR. Ital. X 5, 1103 (*saec. III?*) cur(atores) ⌞-i⌟ (*pagi vel vici intellegunt edd. coll.* 1134 gen(io) pop(uli) pag(i) Iul⟨ii⟩). CIL II 1286, 7 *cuidam* omnes honores a -o et incolis habiti sunt. *al.* Ⓘⓘ *iuxta ponuntur decuriones, senatus sim.* (*cf. p. 2722, 75 sqq.*): CIL I² 755, 3 (*a. 59/45 a. Chr.*) sinatu -oque Cur⟨ubitano⟩ (*in formula simili*: TAB. hosp. [CIL II 1343; *a. 5*] senatu -oque ⟨...⟩. hosp. [*ibid.* 3695; *a. 6*] s. -usque Bocchoritanus. CIL X 5338 s. -usque municipii Interamnatis. *et saepe; abbreviatur*: X 5805 [= INSCR. Année Épigr. 1998 n. 300c; *saec. IV in.*] s(enatus) p(opulus)q(ue) A(letrinas). IX 3151 C(orfiniensis). *al.*). INSCR. Année Épigr. 1976 n. 144 (*saec. I in.*) universus ordo -i Herculaniessis (*saepe in iunctura* o. et -us: CIL X 6090 [*aet. Hadr.*] rogatus ab o. pariter et -o. INSCR. Maroc. Gascou 307, 30 [*a. 144*] atsistente universo o. et -o. CIL II 6339 petente o. et -o. CE 326, 3 [*saec. IV*]. *al.; aliter e. g.* CIL VIII 22733 ⌞exp⟨o⟩stulante universo -o⌟ ordo posuit [*sim.* 24101. *al.*]). CIL X 1026 (*Pompeiis*) decurionum decreto et -i conse(n)su (1030 [*Pompeiis*] decuriones consensu -i. 4579 [*saec. II*] d. et Augustal(es) et -(us) Caiatinus. IX 4206, 5 [*saec. III'*] patrono decurionum et -i Amit(erni). VIII 25371 [*a. 238/244*] sportulas decurionibus et epulum curiis et universo -o dedit. 23880 decuriones sportulis muneravit civesque et -os universos non solum propriae urbis, verum etiam vicinarum epulis ... ministravit. *al.*). CE 327, 2 (*non ante saec. IV*) cuncti -ique patresque *Puteolorum.*

b *de Iudaeis, Israhelitis* (*pauca attulimus potius ad statum totius gentis quam ad religionem pertinentia; cetera v. sub IIB2a*): VET. LAT. gen. 25, 23 (Tert. adv. Iud. 1, 4. *al., sim.* VVLG.; *agitur de progenie Iacob et Esau*) duae gentes in utero tuo sunt et duo -i de utero tuo dividentur, *Rebecca,* et -us -um superabit et maior serviet minori (*gr. λαοὶ ... λαὸς λαοῦ. huc spectant e. g. p. 2735, 2. 2736, 39 sqq.*). CYPR. unit. eccl. 7 cum Solomone moriente regnum eius et -us scinderetur. PS. CYPR. adv. Iud. 2, 4 increvit semen *Abrahae* in multitudinem -i et divisum est in duodecim patriarchas (*i. filios Iacob*). LACT. inst. 4, 10, 15 *Iudaei* primo ... non dominio regum subiecti fuerunt, sed -o ac legi civiles iudices praesidebant. HIER. epist. 52, 2, 2 Moyses, dux Israhelitici -i. AVG. civ. 16, 43 p. 195, 3 defuncto Moyse -um rexit Iesus Nave. CASSIOD. Ios. antiq. praef. 21 hoc ... docere desiderans Moyses ⌞suos cives ac -os⌟ legis constitutionem ... inchoavit *eqs.* (⌞⌟ *gr. τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας*). *al.*

2 *speciatim de mortuis, sc. apud inferos versantibus* (*exempla selecta; cf. l. 35. p. 2731, 53 sqq. 75 sqq.*): VERG. Aen. 6, 706 hunc *Lethaeum amnem* circum innumerae gentes -ique volabant (*cf. e. g. Hom. λ 632 ἔθνεα ... μυρία νεκρῶν*); ac veluti in pratis, ubi apes *eqs.* (*cf. p. 2735, 61*). OV. met. 10, 14 leves -os (SEN. Herc. f. 708). SEN. Oed. 396 -us infernae Stygis. apocol. 12, 3 vers. 25 *Minos* qui dat -o iura silenti (STAT. Theb. 4, 529 [*plur.*]. CLAVD. 3, 125 rapt. Pros. 2, 237). VAL. FL. 1, 845 -is iam nulla cupido *est* (*vix agitur de viventibus; v. e. g. Kleywegt, comm. 2005, ad l.*). STAT. Theb. 7, 775 -is ... Elysiis. VVLG. Ezech. 26, 20 -um sempiternum. PRVD. cath. 5, 135 ⌞umbrarum⌟ -us (functorum *var. l.*). *al.*

C *spectat ad quemlibet -um, sc. locis generalibus* (*cf. definitiones p. 2714, 53 sqq.*): **1** *varia exempla* (*opp. singuli paucive e. g. l. 25. 38. 40. 42 [cf. p. 2722, 58]; ad IIA1 trahere possis e. g. l. 34 sqq. 46*): PLAVT. Mil. 584 uni satis -o impio merui mali. Poen. 227 duae *mulieres* ... maxumo uni -o cuilibet plus satis dare potis sunt. VARRO Men. 475 hic ... omnia erat: idem sacerdos, praetor ..., idem senatus, idem -us (*in translatione, ut vid.; patrem familias describi putat Cèbe, comm. XI, 1996, 1882 sqq.*). VERG. Aen. 1, 148 veluti magno in -o, cum ... saevit ... vulgus. HOR. sat. 1, 6, 79 vestem servosque *me puerum* sequentis, in magno ut -o, si qui vidisset, ... crederet *eqs.* (*sim.* ut in -o [ut -o *l. 33; aliter l. 28*]: OV. trist. 1, 1, 17 siquis, ut in -o, nostri non immemor *sit.* 2, 158 cuius *patriae,* ut in -o, pars ego nuper eram. Pont. 1, 7, 16 cultorum turba tuorum, *Messaline,* in quibus, ut -o, pars ego parva fui. 4, 5, 11 [*ad elegos suos*] siquis, ut in -o, qui sitis et unde, requiret). OV. ars 1, 136 capax -i ... circus (SEN. Herc. f. 775 *Charonis* cumba -orum c. succubuit uni *Herculi.* epist. 90, 25 c. -orum tecta. 115, 8 c. -i cenationem). met. 4, 442 (*vergit ad B2*) omnes animas locus accipit ille, nec ulli exiguus -o est turbamve accedere sentit. 8, 833 *quod* urbibus esse quodque satis poterat -o, non sufficit uni, *sc. Erysicthoni epulanti.* SEN. contr. 2, 1, 11 ut convivia -is instruantur. MANIL. 5, 64 *unus homo tunc natus* instar erit -i totaque habitabit in urbe *eqs.* SEN. Ag. 601 urbe cum tota -os cadentes. dial. 5, 2, 2 *ira* interdum publice concipitur; numquam -us universus feminae amore flagravit *eqs.* (*postea*: tota civitas; *opp.* viritim singulos). 5, 34, 3 iter angustum rixas transeuntium concitat, ... late patens via ne -os quidem collidit. 12, 5, 6 -i scita ... sapientes abrogant. nat. 1, 5, 5 quibus *speculis compositis* si unum ostenderis hominem, -us apparet (*postea*: turbam efficiunt. *aliter de eadem re p. 2736, 30*). PLIN. nat. 29, 74 (*antea opp.* singulos) salamandra -os pariter necare ... potest. TERT. anim. 6, 8 *mulier simul quinque filios enixa* tot stipata corporibus, paene dixerim -o. *al.* **2** *in doctrinis, sententiis sim. de re publica*: CIC. rep. 1, 39 est ... res publica res -i (*sim.* 1, 41. *al.; pendet e. g.* AVG. civ. 19, 21 p. 390, 10 sq. si non *est* -us, nec res -i, sed qualiscumque multitudinis, quae -i nomine digna non est. 19, 23 p. 399, 29 sq.; *inde de civitate dei*: AVG. civ. 2, 21 p. 83, 11. epist. 95, 5 rem -i ... non terreni ..., sed Hierosolymitani caelestis. 138, 17 sempiterni ... -i caelestem ... r. publicam. *al. apud eundem. cf. p. 2721, 14*). 1, 42 illa ... est civitas popularis ..., in qua in -o sunt omnia (*in contextu disting. aliae formae civitatis ut*: 1, 55 caritate nos capiunt reges, consilio optimates, libertate -i. 1, 68 nimis liberum -um [*antea*: ex nimia potentia principum]. div. 2, 6 [*iuxta* principibus, singulis]. *al. apud eundem*). 1, 66 inexplebiles -i fauces exaruerunt libertatis siti (*cf. Plato rep. 562ᶜ πόλις ἐλευθερίας διψήσασα*). PVBLIL. sent. I 61 ibi pote valere -us, ubi leges valent. VITR. 2 praef. 3 *civitas non potest* -um ... sine copia *ciborum* tueri. MANIL. 5, 734 ut ... per ingentis -us discribitur urbes, principiumque patres retinent et proximum equester (736) ordo locum, -umque equiti -oque subire vulgus iners videas et iam sine nomine turbam, sic *eqs.* (*seq. p. 2736, 27*). GAIVS dig. 1, 1, 9 quod quisque -us ipse sibi ius constituit ..., vocatur ... ius civile, quasi ius proprium ipsius civitatis. APVL. apol. 47, 6 quindecim homines liberi -us est, totidem servi familia. *al.* **3** *respicitur deorum cultus publicus*: VARRO frg. Aug. civ. 6, 5 p. 252, 27 mythicon appellant *genus theologiae,* quo maxime utuntur poetae, physicon, quo philosophi, civile, quo -i (*cf. Varro frg. ibid. p. 254, 14 sqq.* tertium genus est ..., quod in urbibus cives, maxime sacerdotes, nosse ... debent).

D *appendix iuncturarum et iuxta positorum ad I* (*saepe* R. *pro* Romanus *scripsimus*): **1** *apparet, quis sit -us*: **a** *varie indicato deo*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel homine conditore, genitore, rege sim.: *de -o Romano vel Italico*: NAEV. carm. frg. 62 quianam Saturnium -um pepulisti? HOR. carm. 1, 2, 46 -o Quirini (OV. met. 15, 572. *al.* SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 21). VAL. MAX. 1, 8, 6 Martem patrem ... -o suo (*cf.* SIL. 12, 582 -i ... Martigenae [*gen.*]. FLOR. epit. 3, 3, 2 Martius -us). PRVD. apoth. 225 regem -i Parthorum aut Romulidarum (*cf.* SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 107 Romularis. PRISC. gramm. III 192, 27 'Romulus -us' ... pro 'Romuleus'). *al.* *de aliis -is*: LVCR. 6, 1143 -o Pandionis (*item de Atheniensibus*: PROP. 2, 6, 4 -us ... Ericthonius). HOR. sat. 2, 3, 195 -us Priami. SEN. Oed. 589 -i ... Ogygii (*gen.*). *al.*

b *indicato loco (exempla selecta); respicitur:* **α** *certa urbs, civitas sim. (sing. -us, nisi plur. indicavimus):* *per adi.*: CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 7 Carthaginiensis (LIV. 21, 17, 4. *al.* HIST. AVG. Gord. 11, 5 AVG. epist. Divj. 15, 2, 3). PLAVT. Amph. 101 Thebano (190. 259 CIC. inv. 1, 56 SCHOL. Stat. Theb. 1, 168). ENN. ann. 209 pro Romano -o (*eodem ordine*: LVCIL. 613 GRACCH. or. frg. Prisc. gramm. II 386, 3 NEP. Att. 18, 5 LIV. 8, 23, 6. *al.* OCTAVIA 676 LVCAN. 3, 157. *al.; ordine inverso* -us R.: ENN. frg. var. 1 TAB. cens. Varro ling. 6, 86 CATO orig. 1 SVRA hist. 1. *et saepissime*). TITIN. com. 85 Ferentinatis -us. CATO orig. 58 Tusculanus ([*v. p. 2722, 17*]. LIV. 8, 37, 9). CIL I^2 692 (*a. 110 a. Chr.*) Delphius. *al.* *per gen. epexeget.*: LVCIL. 123 *p. 2722, 22.* LEX agr. (CIL I^2 585) 79 intra finis -orum leiber⟨o⟩rum Vticensium ..., Leptitanorum *eqs.* DEDITIO *p. 2723, 32.* CIC. rep. 1, 44 Atheniensium (*al., v. vol. II 1030, 18 sq.*). VARRO rust. 2, 1, 9 Romanorum (EVTR. 2, 7, 1. AMBR. hex. 2, 3, 12 p. 51, 17 barbarum atque R. ... -os. CASSIOD. in psalm. 73, 3 l. 116). *al.*

β *certa terra, regio sim. (plur. -i, nisi sing. indicavimus):* *per gen. habitantium vel adi.* (*subst. per appos.* IVV. 15, 23 -um Phaeaca): ENN. ann. 24 -i ... Latini (CIC. Balb. 54 VARRO ling. 6, 25 VERG. Aen. 7, 716. 10, 4 LIV. 1, 45, 2 CINC. Fest. p. 241. *al.; cf. gen.* Latinorum: LIV. 1, 32, 13 -i Priscorum L. hominesque Prisci Latini. 6, 6, 4. *al.* VIR. ill. 7, 9). VERG. georg. 4, 211 Parthorum (PLIN. nat. 11, 278). R. GEST. div. Aug. 26 Germanorum (TAC. Germ. 16, 1. 28, 4. 31, 1 PANEG. 6, 6, 4). *al.* *per gen. terrae sim.*: CIC. div. 1, 92 Etruriae (LIV. 2, 44, 8. *al.* FEST. p. 359 VAL. MAX. 1, 1, 1. *cf. p. 2723, 47*). VERG. Aen. 2, 556 -is terrisque superbum regnatorem Asiae ([*nisi ad* regnatorem]. catal. 3, 4 LIV. 37, 45, 21 MANIL. 4, 622. *al.*). 3, 458 Italiae -os (LIV. 26, 38, 1. *al.* FLOR. epit. 1, 17, 1 antiquissimus I. -us. *al.*). 8, 686 Aurorae (PRVD. apoth. 612). *al.* *vario modo indicatur e. g. p. 2723, 35 et* LVCAN. 1, 458 -i, quos despicit Arctos. **γ** *flumen, fons* (*cf. p. 2724, 16*): SEN. Herc. O. 1818 Hebri ... -os. LVCAN. 8, 213 -os ... bibentis Euphraten. SIL. 12, 218 Apono gaudens -us. **δ** *varia*: CIC. Att. 7, 13^a, 3 -i urbani voluntas (*item sing.*: NEP. Cim. 2, 1 IVST. 6, 9, 5. *plur.*: CLAVD. DON. Aen. 9, 10 p. 187, 9 u. ... -i et ... agrestes. *cf.* NOVELL. Maior. 10 tit. de -is urbicis). VARRO ling. 6, 18 sub urbe -i, ut ... Fidenates. SALL. Catil. 6, 4 finitumi (*al., v. vol. VI I, 800, 25 sqq.*). HOR. carm. 3, 30, 12 agrestium ... -orum (*cf. l. 43*). OV. trist. 3, 3, 13 extremis. LIV. 21, 60, 4 maritimos. *al.*

2 *iuxta ponuntur voces notionis quodammodo affinis (v. etiam ad 3), quae indicant:* **a** *civitatem, rem publicam sim.* (*sive ipsorum -orum, sc. sub γ et e. g. l. 51. 54. 62 sqq., sive aliorum, ut e. g. l. 55 sqq. 68 sqq.; de certis locis v. sub 1b*): **α** *voces variae*: CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 7 -us civitasque Carthaginiensis (*al., v. vol. III 1237, 59 sqq.; addas e. g. l. 55 et* CASSIOD. var. 1, 39, 2 multas c. et -os circumivit *Vlixes* [*sec. Hom. α 3 πολλῶν δ' ἀνθρώπων ... ἄστεα*]. hist. 2, 20, 1. *al.*). ACC. praetext. 6 -o patriae (*al., v. p. 764, 8 sqq.*). LEX inc. Tarent. (CIL I^2 2924) 16 ⟨soc⟩io -o ceivitate regnove (CIC. leg. agr. 1, 8 omnibus in provinciis, regnis, liberis -is. 2, 15 provinciarum omnium, totius rei publicae, regnorum, liberorum -orum, orbis denique terrarum. *al.* OV. fast. 2, 659 *l. 70.* SEN. dial. 11, 11, 4 cum regibus regna -ique cum gentibus. *al.*). VAL. MAX. 4, 5, 5 oppidi ... universus -us (PLIN. nat. 3, 138 oppida -orum. 5, 1 -orum ... oppidorumque nomina. *al.* SIL. 5, 622 -os magnorumque oppida regum. MART. CAP. 6, 654. *al.*). **β** urbs (*exempla selecta inde a* CIC.): *agitur de urbe ipsius -i* (*certiora*): CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 7 urbis ... -ique tutelam. LVCIL. 5 -um atque u. ... Romanam. CIC. Catil. 2, 19 huic invicto -o, clarissimo imperio, pulcherrimae u. 4, 10 de pernicie -i R., exitio huius u. Mur. 22 -o R. ..., huic u. rep. 2, 66 imaginem urbis et -i. Att. 9, 10, 3 urbem ... et -um nostrum. OV. epist. 7, 20. LIV. 45, 25, 12 tantae u. -um. S. C. de Pisone 165 urbi imperioq(ue) p(opuli) R(omani). *al.* *cetera exempla*: CIC. carm. frg. 11, 67 qui -os urbisque ... regebant. Balb. 13 *p. 2726, 47.* VERG. Aen. 3, 502 cognatas u. ... -osque propinquos. OV. fast. 2, 659 -os urbesque et regna. SEN. contr. 2 praef. 3 urbium situs moresque -orum. *al.* **γ** res publica (*sc. Romanorum*): TAB. cens. Varro ling. 6, 86 bonum fortunatum ... -o Romano Quiritibus reique p. -i Romani Quiritium (RHET. Her. 2, 28, 45 quod rei p. -i R. profuerint *quidam.* CIC. Phil. 2, 94 LIV. 22, 10, 2 -i R. Quiritium. *al.* ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 96. *al.*). CIC. S. Rosc. 142 rei p. -oque R. (*eodem ordine*: R. GEST. div. Aug. tit. VELL. 2, 89, 2. *ordine inverso* [*adde p. 2725, 73*]: CIC. Phil. 5, 51 vobis *patribus conscriptis* -oque R. reique p. [*sim.* 5, 52 senatui -oque *eqs.*]. *sim. c. aliis coniunct.*: Marcell. 33 et [*v. p. 2727, 13*]. Phil. 13, 14 exercitum senatus -ique R. atque universae rei p. esse). Verr. II 3, 48 bene de re p., bene de -o R. meritus. Planc. 70 vulnus ... rei p., dedecus huius imperii, turpitudo -i R. Phil. 2, 31 liberatores -i R. conservatoresque rei p. *al.* BELL. Alex. 68, 1 ubi senatus -usque R., ubi res p. esset. *al.*

b *ipsos homines:* **α** gens: *disting. a -o Romano vol. VI 2, 1849, 46 sqq.* (*addas* S. C. de Pisone 58 non -us R(omanus) modo, sed exterae quoq(ue) g.); *fere pro syn. est ibid. 1849, 32 sqq.; ceterum de ratione inter has voces intercedente v. ibid. 1848, 82 sqq. et supra p. 2722, 27 sqq.* **β** natio (*sc. plur.* nationes): *disting. a -o Romano*: LEX repetund. (CIL I^2 583) 1 (*restit.* -i R., *v. p. 2721, 18*). CIC. Mil. 77 -um R., cunctam Italiam, n. omnīs. Phil. 6, 19 aliae n. servitutem pati possunt, -i R. est propria libertas. *al.* NEP. Hann. 1, 1 quanto -us R. antecedat fortitudine cunctas n. SEN. contr. 9, 2, 11 maiestas -i R. per omnes n. ... diffusa. *al.* *varia exempla* (*ubique plur.* -i): CATO orig. 95^b *p. 2722, 18.* CIC. leg. agr. 2, 98 *et* Balb. 13 *l. 47. p. 2725, 69.* div. 1, 84. *al.* SALL. Catil. 10, 1 *p. 2722, 47.* 20, 7 *potentibus* -i nationes stipendia pendere. epist. Mithr. 5 cum n., -is, regibus cunctis. *al.*

3 *accedunt voces, quibus significantur vel partes civitatis sim. vel singuli homines* (*sc. maxime opp., disting. [pro syn. non nulla sub c]. ceterum disting.* cives *p. 2723, 69,* incolae *p. 2723, 53* [-us incolarum, *sc. gen. ident., p. 2722, 65*]. *cf.* -us minor GREG. TVR. Franc. 3, 31 p. 127, 3 [*opp.* reges; *sim. al. apud eundem*]); *respiciuntur:* **a** *praepositi* (*comparantur voces selectae; cf. e. g. l. 71 et* CORIPP. Ioh. 8, 171 R. ductor -i): **α** magistratus: QVADRIG. hist. 89 neglegentia ... magistratum (*gen.*) an ... calamitate -i R. RHET. Her. 2, 12, 17 -um suffragio et magistratum consilio privasti. 4, 35, 47 *p. 2719, 47* (*accedit etiam* senatus *ut*: CIC. Verr. II 5, 152 fam. 5, 4, 2. *al.*). CIC. Manil. 55 magistratūs -i R. (*al., v. vol. VIII 95, 27 sqq., ubi addas* VAL. MAX. 8, 1 amb. 2). LIV. 6, 41, 6 -us creat ... magistratus. *al.* **β** imperator: CIC. Verr. II 1, 56 imperator -i R. (*sim. al., v. vol. VII 1, 554, 71 sq. 557, 19 sq.*). Balb. 22 i. nostris, ... senatui, ... -o R. LIV. 5, 27, 5. 45, 38, 11 triumphi ... imperatorum an -i R. dicuntur? SEN. contr. 9, 2, 19 quam multa -us R. in suis i. tulerit. *al.* **γ** dux (*cf. p. 2735, 64 sq.*): *apud Romanos*: CIC. dom. 89 *p. 2719, 3.* Lael. 96 ducem -i R. (*item pendet gen.* -i: LIV. 28, 18, 1 duorum ... duces -orum [*sc. Romani et Carthageniensis*]. *al.* FEST. p. 186 -i R. *al.*). *al.* *apud alios*: VERG. Aen. 11, 430 quos tot -i misere d. HOR. carm. 3, 3, 24 cum -o et d. fraudulento *Troiae.* LIV. 21, 40, 11 cum foederum ruptore duce ac -o *Carthaginiensi. al., e. g. p. 2724, 7.* **δ** rex (*cf. p. 2735, 71*): *apud varios* (*exempla selecta inde a* CIC.; -i *fort. c. acumine de -is liberis e. g. l. 47. 48*): CIC. leg. agr. 2, 98 urbes, nationes, provincias, liberos -os, reges *eqs.* (Balb. 9 provinciae nostrae, ... l. -i, ... reges, ... ultimae gentes. CAES. civ. 3, 3, 2. *al.; cf. p. 2725, 56 sq.*). Balb. 13 o nationes, urbes, -i, reges *eqs.* de orat. 1, 199 -i et reges (*an verba Ennii? v. p. 2722, 39*). LVCR. 5, 1222 *p. 2722, 44.* SALL. Catil. 6, 4 reges -ique finitumi. VERG. georg. 2, 495 -i fasces, ... purpura regum. catal. 3, 4 reges Asiae, ... -os. OV. met. 11, 645 -os ... plebemque (*opp. 644* regibus ... ducibusque). MELA 3, 51 *Britannia* fert -os regesque -orum. *al.* *apud Romanos* (*aliter, sc. de rege sacrorum,* VARRO ling. 6, 28 [*bis*]): CIC. div. 1, 32 *p. 2718, 22.* off. 3, 83 rex -i Romani (NEP. Cato 3, 3 PLIN. nat. 35, 152. *al.*). OV. ars 1, 114. LIV. 1, 53, 9 superbissimum r. ac ferocissimum -um. *al.* **ε** princeps (*aliter p. 2719, 61*): CIC. off. 3, 105 (*de Regulo*) principem -i R. (*item pendet gen.* -i *vol. X 2, 1281, 67 sq.*). HOR. carm. 1, 21, 14 a -o et p. Caesare (*item de Augusto eiusve successoribus e. g. p. 2727, 25. vol. X 2, 1283, 61 et* OV. Pont. 3, 6, 39 cum tali -us sub p. simus).

b *ordines honestiores:* **α** *senatus, nobiles* (*infra attulimus locos ad -um Romanum pertinentes, de aliis v. p. 2722, 75 sqq. 2723, 54 sqq.; cf. etiam p. 2727, 17*): Ⓘ *accedit vox q. e.* senatus: Ⓐ *iuncturae strictiores* (*sc. subst. iunguntur per* -que, et, vel *sim.*): -us *praecedit*: DECRET. Paulli (CIL I^2 614) 7 -us s.que R. (DEDITIO *p. 2717, 6.* CIC. off. 3, 109. *al.* CAES. civ. 3, 10, 10 LIV. 7, 31, 10. *al.*). CIC. Verr. II 2, 14 iniussu -i ac s. (*al. in eadem locut., v. vol. VII 1, 1685, 57 sq.; ceterum e. g.* TAC. hist. 1, 90, 2 consensum -i ac s.). 2, 121 et -i R. et s. (Deiot. 6 VARRO ling. 5, 80 SALL. Iug. 41, 2. LIV. 10, 26, 4 et a -o et a s. et *a consule.* R. GEST. div. Aug. 8 iussu -i et s. *al.*). LIV. 8, 33, 15 -o aut senatui (PLIN. nat. 34, 30 FRONTO p. 123, 13). GAIVS inst. 1, 96 vel a -o R. vel a s. vel a Caesare (HIST. AVG. Pert. 14, 10 vel apud -um vel apud s. Sept. Sev. 6, 8 ad -um vel s.). -us *postponitur*: CIL I^2 799 sena⟨tus pop⟩ulusque ⟨Ro⟩manus (CIC. leg. agr. 2, 90 dom. 64. *al.* CAES. civ. 1, 9, 5 BELL. Alex. 68, 1 SALL. Iug. 21, 4. CIL VI 873 [*a. 29 a. Chr.*]. *al.; v. etiam p. 2714, 14 et cf.* CIL VI 10154 [*a. 384/392*] s. pariter simulq(ue) -us R(omanus)). CIC.

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verr. II 3, 117 s. aut -us R. (Pis. 37. *al.* VARRO ling. 5, 87 SALL. Iug. 112, 3 LIV. 38, 46, 9. *al.*). 3, 173 s. et -us (dom. 99. *al.* SALL. Iug. 9, 2. *al.*). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: COEL. hist. 62 ubi s. intellexit -um depeculari. SISENNA hist. 119 senati consulto et -i iusso (*sim. al., v. e. g. vol. VII 2, 710, 24sq.*). RHET. Her. 4, 14, 20 quem s. damnarit, quem -us ⌞R.⌟ damnarit (⌞ ⌟ *om. pars codd. et edd.*). CIC. Verr. II 3, 48 *p. 2717, 7. et saepe.*

Ⓘⓘ *accedunt variae voces*: LVCIL. 1229 totus ... -usque patresque (*al., v. imprimis p. 677, 40sqq. 678, 16sqq.*). CIC. Verr. II 4, 81 nobilitas ([*v. p. 2717, 70*]. Planc. 50. ad Q. fr. 2, 3, 4 [*etiam* senatu]. SALL. Iug. 41, 5 coepere n. dignitatem, -us libertatem in lubidinem vortere [*cf. 41, 6* plebis vis]. 85, 10. *al.; cf. e. g.* CIC. de orat. 2, 199 nobilium). p. red. in sen. 6 nihil iudices sententiis, nihil -us suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit (Marcell. 33 huic o. -oque R. et rei publicae. Phil. 2, 31. *al.* VAL. MAX. 4, 1, 4 amplissimus o. -usque. *al.; simul de equitibus*: PLIN. nat. 33, 19 Flavius templum vovit Concordiae, si -o reconciliasset ordines). *al.*

β *equites* (*sc. apud Romanos [addas locum generalem p. 2724, 65]; saepe simul nominatur senatus*): CIC. Rab. perd. frg. Serv. Aen. 1, 13 cum universo -o R., tum ... equestri ordini longe carissimus (prov. 29 Phil. 7, 27. R. GEST. div. Aug. 35 sena⟨tus et e⟩quester ordo -usq⟨ue⟩ Romanus universus. PLIN. nat. 33, 34 SVET. Cal. 49, 1. *al.*). Catil. 2, 25 eget ille senatu, equitibus, -o R., urbe ([*v. app. crit.*]. Sest. 122 senatum, equites R., universum -um R. Phil. 5, 49. QVINT. decl. 329, 15 multitudo equitum, universus ... -us. MART. 8, 15, 3. *al.* TAC. hist. 1, 35, 1 -us ... et imperita plebs ..., equitum plerique ac senatorum. 4, 53, 3. APVL. met. 11, 17, 3 principi ... senatuique et equiti totoque R. -o). STAT. silv. 3, 3, 143 *Vespasianus patrem tuum* in cuneos *theatri* ⌞-o seduxit⌟ equestres (⌞ ⌟ *Baehrens,* -os de- *trad.*).

c plebes (*cf. e. g.* vulgus, turba *p. 2724, 65; adi.* plebeius *l. 47*):
α *apud Romanos*: Ⓘ *disting.* p. *et* -us: *in iuncturis strictioribus per* et, -que, -ve, aut *p. 2383, 1sqq.; aliter p. 2383, 16sqq., quibus addere possis definitiones, ubi* p. *pro parte -i accipitur*: FEST. p. 330 (*v. p. 2380, 9*). GAIVS inst. 1, 3 plebs ... a -o eo distat, quod -i appellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis, plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur (*sim.* INST. Iust. 1, 2, 4 [*bis* patriciis et senatoribus]). GELL. 10, 20, 5 (*sec. At. Cap.*) quoniam in -o omnis pars civitatis omnesque eius ordines contineantur, p. vero ea dicatur, in qua gentes civium patriciae non insunt. ISID. diff. 1, 445 *p. 2380, 12.*
Ⓘⓘ *pro syn.* (*pauca selecta; addas e. g. l. 10. p. 2719, 64*): CIC. Cluent. 151 *C. Gracchus* eam legem pro p. ... tulit; postea L. Sulla, homo a -i causa remotissimus, tamen *eqs.* 157 in -um (*postea*: de p. Romana). Att. 10, 4, 8 si -i studium amisisset *Caesar* (*postea*: apud ipsam p. [*Victorius,* legem *trad.*] offendisse). LIV. 2, 41, 8 (*antea*: civium animos) *consul* iubere ... pecuniam ... retribui -o; id ... aspernata *est* p. VAL. MAX. 4, 5, 1 promiscuus senatui et -o spectandorum ludorum locus erat, ... *sed nemo* ex p. ante patres conscriptos in theatro spectare sustinuit. LVCAN. 1, 270 *Curio,* vox quondam -i, ... ausus ... armatos plebi miscere potentes (*idem trib. pl. respicitur* 4, 801 tribunicia plebeius signifer arce arma dabas -is [*postea*: prodita iura senatus]). *al.*

β *apud alios* (*pauca selecta*): OV. met. 11, 645 *p. 2726, 50* (*an syn.?*). LIV. 1, 28, 7 *p. 2385, 52.* 31, 29, 11 (*de Capua*) eiecto ipso -o ... urbs trunca sine senatu, sine plebe. PHAEDR. 4, 6, 11 quemcumque -um (*12sq. disting.* magnitudo principum; minuta plebes). PLIN. epist. 1, 8, 16 *p. 2384, 57* (*pro syn.* vulgi; plebem). *al.*

d *varii homines*: CIC. Verr. II 1, 10 privatorum -orumque litteris (*al., v. vol. X 2, 1391, 49; addas e. g.* HOR. carm. 3, 8, 25 *p. 2720, 69*). 3, 213 senatus, -us, iudices (Balb. 65. *al., e. g. l. 12. p. 2716, 71 et* OV. ars 1, 461 -us iudexque ... *et* senatus. ASCON. Mil. p. 44, 10). Pis. 90 ereptam libertatem -is ac singulis (rep. 3, 28. *al., e. g. p. 2724, 43. 47; cf. p. 2730, 21*). Phil. 3, 32 animis militum incitatis, -o R. conspirante (NEP. Dion 8, 2 *p. 2722, 48.* LIV. 45, 38, 3 imperatoris ..., militum quoque et universi -i R. ... decus. *al., e. g.* VAL. MAX. 2, 7, 15 TAC. hist. 1, 78, 2; *accedit* senatus: TAC. ann. 1, 7, 2. 11, 30, 2 SVET. Aug. 84, 1. *al.; aliter p. 2721, 47*).

II *laxius i. q. quaelibet multitudo hominum* (*gr. resp. maxime λαός vel ὄχλος*). *accedit vox copiam magnam indicans: adi., e. g.* frequens *p. 2728, 62. 2734, 16. al.,* innumerabilis *p. 2729, 67. 2734, 27. al.,* innumerus *vol. VII 1, 1726, 77sqq.,* magnus *p. 2729, 48. 2732, 39.* APVL. met. 10, 35, 3. *al.*, numerosus *p. 2734, 28; subst., e quo pendet gen.* -i, -orum, *e. g.* agmen *p. 2728, 28. 2734, 17. al.,* multitudo *p. 2729, 4. 47,* numerositas *p. 2728, 38 et* CASSIOD. in psalm. 106, 5 1. 95 ISID. expos. in gen. 30, 4, plebes *p. 2735, 53,* turba *p. 2729, 15. 49.* PASS. Paul. 14. *al.* *iuxta stat variatve in contextu vox notionis sim., e. g.* caterva *p. 2729, 59. 2734, 37,* multitudo *p. 2730, 69. 2734, 31. al.* (*cf. p. 2723, 2*), plebes *p. 2731, 8. 2732, 7. 2733, 65. al.,* turba *p. 2728, 25. 2729, 19. 2732, 7. al.,* vulgus *p. 2731, 11. 17.*

A *fere sine respectu nexus artioris*: **1** *varia exempla*: **a** *respicitur mera praesentia -i, sc. qui locis publicis adest, praeterit* (*exempla selecta inde ab* HOR.): PLAVT. Amph. 987 (*loq. Mercurius*) mihi ... qui minus liceat deo minitarier -o, ni decedat mihi, quam servolo in comoediis? (*-us dimovetur sim. ut*: TER. Haut. 32 *poeta* fecit servo currenti in via decesse -um. VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 stipati servis publicis ... submovent -um *aediles curules.* HOR. carm. 3, 5, 52 *Regulus* dimovit ... -um reditus morantem. IVV. 1, 46 *aliquis* -um gregibus comitum premit. *al.; cf. l. 61*). Amph. frg. 17 nilne te pudet ... -i in conspectum ingredi? Poen. 528 *non* nos -us pro cerritis insectabit lapidibus (*-us lapidat aliquem ut*: LABER. mim. 143 a -o lapidibus consectari. NVX 2 *v. l. 18.* PETRON. 90, 4 [*l* qui in porticibus spatiabantur; *nisi ad b*] si te *recitantem* -us lapidibus persequitur. TERT. apol. 48, 1. *al., cf. l. 15; sim. -us caedit aliquem*: NOVIVS Atell. 51 verberat[i]o -us homini labeas pugnis caedere). VARRO Men. 535 *v. p. 2739, 59.* CATVLL. 15, 6 *ut* conserves puerum ..., non dico a -o – nihil veremur istos, qui in platea ... praetereunt – verum *eqs.* 67, 39 *tibi, ianua, non* licet ... -um auscultare. HOR. sat. 2, 3, 128 -um ... caedere saxis. epist. 1, 17, 19 (*Aristippus Diogeni*) scurror ego ipse mihi, -o tu. OV. am. 3, 1, 54 (*loq. elegeia*) quotiens foribus ... infixa pependi non verita a -o praetereunte legi (NVX 2 nux ego ... a -o saxis p. petor). ars 3, 421 se ... det -o mulier speciosa videndam. rem. 580 loca sola caveto ..., in -o tutior esse potes ...; auxilio turba futura tibi est. met. 6, 546 (*Philomela violata Tereo*) tua facta loquar; si copia detur, in -os veniam. fast. 1, 136 e quibus *frontibus ianuae* haec ⌞-um⌟ spectat, at illa larem (⌞ ⌟ *i. praetereuntes, nisi per meton. viam publicam intellegas* [*cf. p. 2731, 32sqq.*]). LIV. 3, 13, 1 adeo concitati homines sunt, ut haud multum afuerit, quin impetu -i Caeso interiret. MANIL. 5, 121 *his* nulla quies placet ..., sed -um turbamque petunt. SEN. Med. 977 (*loq. Medea filium occisura*) *mi* anime, non in occulto tibi est perdenda virtus; approba -o manum. PLIN. nat. 8, 86 in quantolibet -i agmine. STAT. Theb. 7, 244 nondum concessa videri Antigone -is. MART. 11, 75, 5 *Caelia,* quare cum -o lavaris? IVV. 1, 72 per famam et -um ... efferre maritos *veneno necatos.* APVL. met. 3, 2, 4 inter tot milia -i circumfluentis ([-sedentis *codd.*]. 4, 20, 6 -i c. turbelis immisceor). TERT. pall. 5, 4 (*loq. pallium*) secessi de -o, *i. de vita publica* (*postea*: magis in secessu ... quam in promptu). HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 150, 4 nos, qui versamur in urbibus, qui in medio -orum sumus. PALLAD. hist. mon. I 21, 10 p. 281^{C} -um videre, ad publicum ire desidero *nec diutius in domo tua habitare* (*gr. p. 65, 11 ὄχλους θέλω. cf. alteram vers.* II 16 p. 373^{B} -os). CASSIOD. in psalm. 68, 13 1. 293 (*antea*: euntium ... turbas) plateae -orum numerositate complentur. *al.* *in abl. absol.*: PLAVT. Bacch. 336 (*vergit ad p. 2723, 18sqq.*) qui praesente id aurum Theotimo datumst? :: -o praesente; nullust Ephesi quin sciat. HOR. epist. 1, 6, 60 -o spectante. SEN. contr. 9, 2, 9 -o inspectante. *al.*

b *respicitur -i congregatio, quae fit spectandi, audiendi, celebrandi sim. causa*: **α** *quaelibet exempla; -us videt, audit sim.*: Ⓘ *spectacula in theatro, circo, amphitheatro sim.* (*exempla selecta inde a* CIC.; *cf. p. 2732, 41sqq.*): PLAVT. Asin. 4 face ... tu, praeco, omnem auritum -um (*sim.* Poen. 11 [= ENN. scaen. 1?] exsurge, praeco, fac -o audientiam). Rud. 1251 *comici* cum illos ... mores monstraba⟨n⟩t poplo (potio *codd.*). TER. Andr. 3 -o ut placerent *fabulae.* Hec. 4 -us studio stupidus in funambulo animum occuparat. 40 quom ... rumor venit datum iri gladiatores, -us convolat, tumultuantur, clamant *eqs.* CE 361, 2 (*saec. II^{1} a. Chr.*) mimus plouruma que fecit -o soveis gaudia nuges (*i.* qui ... suis ... nugis). LVCIL. 971 (*si huc*) -i ⌞risu res⌟ pectora rumpit (*Madvig,* oris aures *sim. trad.*). VOLCAC. carm. frg. 2, 1 Afer -o sex dedit comoedias. CE 55, 11 (*saec. I a. Chr.*) quae ... graeca in scaena prima -o apparui. RHET. Her. 4, 47, 60 cum magnam -o commorit ... expectationem *citharoedus.* CIC. Brut. 187 tibicen *dixit* ... discipulo sane frigenti ad -um: 'mihi cane et Musis'. div. 1, 55 *cum* -us consedisset, servus per circum ... ductus est. VARRO ling. 6, 18 (*v. vol. X 2, 1044, 64*). LABER. mim. 117 (*loq. poeta senex*) cum vigebam ..., satis facere -o ... cum poteram *eqs.* NEP. praef. 5 in scaenam ... prodire ac -o esse spectaculo. VERG. Aen. 5, 552 *Aeneas* omnem ... decedere circo infusum -um ... iubet. HOR. carm. 2, 17, 25 (*Maecenate sanato*) -us frequens laetum theatris ter crepuit sonum. ars 185 ne pueros coram -o, *i. in scaena,* Medea trucidet (*cf. 186* palam). OV. ars 1, 107 in gradibus sedit -us. NVX 172 quem *gladiatorem* -us manicas deposuisse vetat. LIV. 45, 1, 2 *in circo* murmur ... -i tota spectacula pervasit. PLIN. epist. 7, 17, 11 *Pomponius tragoedus,* si quid ... amicus tollendum, ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat 'ad -um provoco', atque ita ex -i vel silentio vel adsensu ... *meliorem* sententiam sequebatur. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 182 ('in cicere atque faba') antiqui aediles huius modi res -o Floralibus spargebant. LVX. anth. 306, 2 (*ad aurigam victum*) crimine victores polluis et -os. *al.* *in imag. et proverbialiter*: CIC. Tusc. 2, 64 *amplitudo animi* si vacet -o neque plausum captans se tamen ipsa delectet. *ibid.* laudabiliora videntur omnia, quae ... sine -o teste fiunt (*postea*: nullum theatrum virtuti conscientia maius est). ad Brut. 17, 2 tibi ... -o et scaenae, ut dicitur, serviendum est (*cf. Otto, Sprichw. n. 1599*).

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓘⓘ *pompas, ritus, gratulationes sim.*: Ⓐ *in funeribus*: CE 69, 3 (*Vrbe Salvia; saec. I a. Chr.?*) -us ... magno ... fletu funus prosecutus est (APVL. met. 4, 34, 1 toto prosequente -o. 4, 35, 1. 8, 6, 7 *p. 2595, 50. cf.* VRAN. epist. 11 prosequente ... multitudine -orum). SEN. contr. 9, 6, 8 *puella in funere fratris* totius -i lacrimas suis expressit. SEN. Tro. 1009 (*nisi ad a*) dulce maerenti -us dolentum (*1010* gentes). PETRON. 78, 2 gloriosus volo efferri, ut totus mihi -us bene imprecetur. IVV. 6, 534 plangentis -i *ob Osirim mortuum* (*cf. l. 21*). ANON. Vales. 15, 93 euntes -i ante corpusculum eius. *al.* Ⓑ *cetera exempla*: OV. am. 1, 2, 25 (*in imag.*) in ... dato curru, -o clamante triumphum, stabis, *Cupido* (*item in triumpho*: STAT. Theb. 12, 533 -os in semet agebat Hippolyte *Amazon victa.* PRVD. c. Symm. 1, 525 -o plaudente. SVLP. SEV. epist. 3, 21 -orum ... insania). 3, 13, 13 it per velatas ... pompa vias: ducuntur ... -o plaudente iuvencae (*in eadem pompa Falisca*: 3, 13, 29 *p. 2594, 54*). met. 15, 729 omnis (omnes *var. l.*) -i ... matrumque patrumque obvia turba ruit (*ad Aesculapium Romam recipiendum; cf. e. g.* MART. 10, 6, 8 quando ... -i vox erit una 'venit *Traianus*'?). Pont. 4, 4, 28 cernere ... videor rumpi ... atria turba et -um laedi deficiente loco (*ineunte consule ut*: 4, 9, 22 a -o ... premi [*21* turbā]). SEN. Med. 58 ad regum thalamos ... *dei* adsint cum -is rite faventibus (*item in nuptiis*: QVINT. decl. 306, 15 comitante -o). IVV. 8, 29 -us quod clamat Osiri invento (*cf. l. 8*). APVL. met. 11, 16, 9 cuncti -i tam religiosi quam profani vannos ... congerunt. *al.*

Ⓘⓘⓘ *varia* (*exempla selecta*): CIC. Verr. II 4, 27 risus -i atque admiratio omnium vestrum facta est, *iudices.* LVCR. 4, 564 verbum ... unum perciet auris omnibus in -o, missum praeconis ab ore. OV. met. 7, 101 *Iasone cum tauris Aeetae conflicturo* conveniunt -i sacrum Mavortis in arvum. Ib. 165 carnificis ... manu -o plaudente traheris. LIV. 1, 41, 1 *securi petito rege factus est* clamor ... concursusque -i, mirantium quid rei esset (5, 27, 10 [*pueri magistrum verberant*] ad quod spectaculum c. -i ... facto *eqs. al.* PLIN. nat. 7, 74. *al.*). SEN. Tro. 1083 tota -o silva suspenso tremit (*cf. 1076 sq.* ducum plebisque turba, *1078* vulgus). nat. 7, 1, 2 coetus astrorum ... -um non convocat; at cum aliquid ex more mutatum est, omnium vultus in caelo est. QVINT. inst. 3, 8, 2 apud imperitos ... -umque praecipue, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt *utile et honestum.* MART. 1, 29, 2 libellos ... -o ... recitare. TAC. dial. 19, 2 facile perferebat prior ille -us, ut imperitus et rudis, impeditissimarum orationum spatia. PLIN. epist. 7, 17, 12 (*antea p. 2728, 66*) ego ... non -um advocare, sed certos electosque soleo (*sc. quibus recitem*). GELL. 3, 13, 2 cum *Demosthenes* ... compluris ... ‹-os› (e -o *Stephanus*) concurrentes videret (*sc. ad oratorem audiendum*). *al.*

β *loci novi testamenti vel inde pendentes; -us audit, sequitur sim.*: Ⓘ *Christum* (*cf. p. 2387, 75 sqq.; a -o disting. discipuli l. 57. 61; de Christo -um in templo docente v. sub B2aγ*): VET. LAT. Matth. 4, 25 (cod. 1) secuti sunt eum -i multi ([-i *corr. e* -u; *gr. ὄχλοι πολλοί, cod. 3. al. et Vulg.* turbae multae]. *item -us Iesum sequitur sim.*: Ioh. 8, 2 [cod. 5, *sim. al. et* VVLG.] omnis -us veniebat ad eum [*cod. 2* plebs]. ARNOB. nat. 1, 50 ex immensa illa -i multitudine, quae ... sectabatur *eum.* LACT. inst. 4, 16, 5 magnus -us ad eum *confluebat.* HIER. hom. Orig. in Luc. 37 p. 212, 9 turba -orum. *al.*). Luc. 5, 3 (cod. 2) sedens in navi docebat -os (*gr. ὄχλους, cod. 4. al. et Vulg.* turbas). 9, 16 (*ibid.*) *panes et piscés* dabat discipulis suis adponere -o ([*gr. ὄχλῳ, cod. 4. al. et Vulg.* ante turbas]. *item -um pascit*: TERT. adv. Marc. 4, 21, 3 pascit -um in solitudine. IVVENC. 3, 92 cenantum numerus tum milia quinque virorum, praeterea -us matrum fuit et puerorum. PRVD. apoth. 707 panes ... adponi in pastum -is. *al., e. g. p. 2716, 18*). 18, 43 (cod. 3, *sim. al.*) *sanato caeco* omnis -us ... dederunt laudem deo (*gr. λαός, cod. 4. al. et Vulg.* plebs). TERT. praescr. 20, 2 *id* pronuntiabat sive -o palam sive discentibus seorsum. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 7, 2 gesta sua turbis et -is praebens. SEDVL. carm. pasch. 3, 253 (*ad Matth. 15, 30 sqq.*) *Iesus curat* leprosos ... -os surdasque catervas (*cf. op. pasch. 3, 22* leprosos ... conventus). ORIG. in Matth. ser. 9 p. 15, 32 differentiam -i et discipulorum scientes euangelistae. *al.* Ⓘⓘ *alios*: VET. LAT. act. 3, 12 (cod. 50. *al.* = VVLG.) Petrus respondit ad -um: 'viri Israhelitae *eqs.*' ([*gr. λαόν*]. ARATOR act. 1, 163 rettulit aethereos -o mirante triumphos. ACT. Petr. 28 p. 76, 5 nunc video vos, -i Romani [*antea et postea*: viri R.]. PASS. Petr. Paul. long. 10 p. 129, 4 *haec* dicentibus Petro et Paulo pars maxima -orum credidit [*gr. ἀναρίθμητον πλῆθος*]. *ibid.* p. 129, 11 innumerabiles ... -i [*gr. τοὺς ἀναριθμήτους τοῦ λαοῦ*]. *al.*). 19, 4 (cod. 5) Iohannes baptizavit baptisma paenitentiae -o dicens *eqs.* ([*gr. λαῷ, cod. 50. al.* plebi, VVLG. baptizavit ... -um]. IVVENC. 1, 321 aderant -i *I. baptizanti.* APRING. in apoc. 1, 9 -is praedicabat. *al.*). ACT. Petr. 4 p. 48, 30 *Simon magus* adlocutus est -os.

c *respiciuntur -i mores, consuetudines sim.* (*c. despectu quodam quasi de insipientibus vel plebeis e. g. p. 2730, 10. 13, cf. dβ*): **α** *in variis rebus*: PLAVT. Aul. 285 prostibulum -i ([*v. vol. X 2, 2234, 73*]. *item -us utitur scortis sim.*: Most. 15 tu urbanus ... scurra, deliciae -i. Pseud. 178 [*loq. leno*] cras -o prostituam vos *meretrices.* SEN. Phaedr. 911 vulgare -is corpus. *al.* CE 942, 2 [*Pompeiis*] quae *puella* pretium dixit, non mea, sed -i est. MART. 9, 7, 2. *al.*; *huc vergit* MART. 3, 26, 6 omnia solus habes ...: uxorem sed habes ... cum -o). 485 *indotatas uxores ducere* in maximam illuc -i partem est optimum (optimam *codd.*; *opp.* pauciores). Capt. 813 piscatores ... praebent -o pisces foetidos (*sim. -us emit aliquid*: MORET. 78 non domini ..., sed -i proventus erat. PAVL. FEST. p. 350 pestilentia ... facta ex carne di[u]vendita -o taurorum. CE 1814, 3 [*saec. II ex.*] cui *procuratori* dederant ... -is praebere *oleum imperatores*). CIC. Planc. 9 (*antea*: in vulgo) semper ... sapientes ea, quae -us fecisset, ferenda, non semper laudanda dixerunt. CELS. 1, 1, 2 nullum cibi genus fugere, quo -us utatur. SEN. epist. 5, 2 intus omnia dissimilia sint, frons -o nostra *philosophorum* conveniat. *al.* PERS. 3, 112 -i cribro decussa farina (*i. cibus plebeius; cf. 114* plebeia ... beta). PETRON. 44, 3 -us minutus laborat; nam isti maiores maxillae semper Saturnalia agunt. 132, 15 vers. 4 quodque facit -us, candida lingua *mea* refert. *al.* **β** *in loquendo* (*sc. respicitur sermo communis, vulgaris; aliter p. 2731, 9. 14*): CIC. orat. 160 usum loquendi -o concessi, scientiam mihi reservavi (*v. vol. X 2, 2561, 3*). VARRO ling. 8, 6 novis nominibus allatis ⟨in⟩ consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit -us. 8, 70 cur -us dicit 'd[e]i' ..., cum sit ... 'dei'? 9, 5 alia ... -i universi, alia singulorum *sunt* (*disting.* orator *et* poeta, *ut ibid.* -us universus debet in omnibus verbis uti analogia). 10, 16 declinatio ... oritur e -o multiplici ⟨et⟩ imperito. *al.* HOR. epist. 2, 2, 115 *poeta* obscurata diu -o ... eruet ... vocabula. OV. epist. 15, 166 *Phoebum* Actiacum -i ... vocant. SEN. epist. 9, 9 amicitiae, quas 'temporarias' -us appellat. SIL. 12, 120 *Avernum* olim -is dictum Styga. DON. Ter. Ad. 374, 2 'rationem' *ἰδιωτικῶς* dixit malam ...; sed sic loquitur -us. AVG. in psalm. 138, 20 (*non* 'os', *sed* 'ossum' *dicamus*) melius est reprehendant nos grammatici, quam non intellegant -i. *al.*

d *respiciuntur -i sententiae, affectus, scientia, ingenia*: **α** *varia exempla* (*saepe de rumoribus divulgandis; de fama poetae l. 39 sq.; selecta inde a* CIC.): PLAVT. Curc. 29 ne id quod ames, -us si sciat, tibi sit probro. Trin. 739 ne istaec pollicitatio te in crimen -o ponat atque infamiam. ENN. ann. 255 -i rumore secundo (PS. PLAVT. Cas. 11 -i r. intelleximus ... expetere vos Plautinas fabulas. TER. Phorm. 911 RHET. Her. 4, 41, 53. *al.*; *cf.* SEN. contr. exc. 8, 3 *mulier est* causa -o rumoris. *v. etiam p. 2718, 27*). TER. Andr. 185 meum gnatum rumor est amare. :: id -us curat scilicet. Ad. 93 in orest omni -o ([DON. civitati]. *cf.* os -i: OV. met. 15, 878 qua ... patet domitis Romana potentia terris, ore legar -i. trist. 1, 1, 24 *Romae* peragar -i publicus ore reus. *al.* PERS. 1, 42 APVL. met. 1, 5, 2. HIER. epist. 4, 1, 1 quantus ... rumor ‹diversa -orum ora› [*per enallagen*] conpleverit. *al.*; *sim.* OV. trist. 1, 8, 22 vocem -i publicaque ora sequi. MANIL. 4, 576 crimina per -um -i ferre ore bilingui). ATTA com. 7 nihilne te -i veretur, qui vociferere in via? CIC. Flacc. 82 ut tu ex -i sermone excideres (dom. 9 Att. 2, 5, 2. FEST. p. 249 in sermonem ... -i. PERS. 1, 63 PLIN. epist. 1, 22, 5. *al.*). Sest. 115 qui rumore et ... favore -i ... ducitur (SEN. Herc. f. 169 illum -i favor attonitum ... tollit [*cf. 170* mobile vulgus]). Brut. 190 opinio (*cf. e. g. p. 2718, 75*). CATVLL. 33, 7 patris rapinae notae sunt -o. PVBLIL. sent. C 27 cui omnes bene dicunt, possidet -i bona. HOR. sat. 1, 1, 65 sq. *avarus* -i contemnere voces sic solitus: '-us me sibilat, at mihi plaudo ipse domi'. epist. 1, 16, 21 (*18* omnis ... Roma) si te -us sanum ... dictitet. OV. am. 3, 11, 19 et -o per me comitata placebas. met. 11, 740 senserit hoc *osculum Alcyones* Ceyx an ..., -us dubitabat; at ille senserat. SEN. contr. 1, 1, 10 sacra -i lingua est (*cf. Otto, Sprichw. n. 960*). 10, 1, 1 -i loquacis suspiciones. SEN. Herc. f. 382 *odium tui* esse cum -o mihi commune. Thy. 204 fama te -i nihil adversa terret? clem. 1, 13, 4 *princeps* vultu, qui maxime -os demeretur, amabilis. LVCAN. 1, 564 per -um ... *Sibyllae* carmina ... volgantur. 1, 632 (*loq. haruspex*) vix fas, superi, quaecumque movetis, prodere me -is (*item respiciuntur consilia deorum sim.*: 5, 90 *deus oraculo* -is sese proferre paratus. 6, 590 -is ... pandere fata. PETRON. 17, 8 ne ... deorum ... consilia proferatis in -um. VAL. FL. 2, 439 hactenus in -os ... diemque missa *Samothraca* [*i. divulgatis mysteriis*]). PETRON. 100, 1 nolo habere bona, nisi quibus -us inviderit. MART. 2, 82, 2 nescis tu -um, quod tacet ille *servus, cui linguam excidisti,* loqui? APVL. met. 5, 10, 8 (*loq. soror Psyches*) *ne* omnibus -is tam beatum eius differamus praeconium. *al.* **β** *de minus doctis sim.* (*saepe opp. docti, sapientes; exempla selecta*): CIC. Mur. 16 *nobilitas tua* hominibus litteratis et historicis est notior, -o vero *eqs.* Brut. 184 disputationem hanc ... malim tibi ... placere, eloquentiam autem meam -o probari velim (*postea*: multitudine). 185 numquam de bono oratore ... doctis hominibus cum -o dissensio fuit (*sim. opp.* doctus: 188. 198 de -o iudex [*postea*: a iudicio vulgi; *opp.* intellegens et d.]. 320 quivis unus ex -o [*opp.* existumator d. et intellegens]. PROP. 2, 13, 13 [*11* d. ... puellae] -i confusa ... fabula. TAC. dial. 32, 2 id ... non d. modo et prudens auditor, sed etiam -us intellegit. *cf.* CIC. Brut. 199 illud, quod -o non probatur, ne intellegenti quidem

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auditori probari potest). CATVLL. 95, 10 parva mei mihi sint cordi monumenta ..., at -us tumido gaudeat Antimacho (*item ipse poeta se a -o distinguit*: VERG. catal. 9, 64 pingui nil mihi cum -o. HOR. carm. 1, 1, 32 me ... Nympharum ... chori secernunt -o. PERS. 3, 30 [*si huc; v. p. 1999, 62*]. VAL. FL. 1, 10 *Vespasiane,* eripe me -is et habenti nubila terrae. MART. 5, 13, 10 [*poeta diviti*] quod sum, non potes esse; tu quod es, e -o quilibet esse potest). VARRO ling. 5, 7 infimus *gradus explanandi,* [in] quo -us etiam venit. HOR. carm. 2, 2, 19 *Phraaten regem* dissidens plebi numero beatorum eximit Virtus -umque falsis dedocet uti vocibus. LYGD. 3, 19 quid ... tincta ... Sidonio murice lana iuvat et quae praeterea -us miratur? (*cf. 20* vulgus). OV. Pont. 1, 5, 31 *v. p. 2518, 49.* CELS. 4, 7, 5 id, *sc. remedium sim.,* cum idoneos auctores ex -o habeat ..., quamvis in monumentis medicorum non legerim *eqs.* SEN. epist. 82, 2 male mihi esse malo quam molliter; ⟨'male'⟩ nunc sic excipe, quemadmodum a -o solet dici: dure *eqs.* 94, 52 opus esse ... advocato, qui contra -i praecepta praecipiat. 108, 7 -us, honesti dissuasor. LACT. inst. 3, 5, 3 *Arcesilas* si id fecisset, ipse se in -um redegisset, nam vulgus *eqs.* QVEROL. p. 27, 16 (*opp.* sapientibus). CASSIOD. hist. 9, 17, 3 plurimi nescientes veritatem Paulum apostolum illic iacere credunt, et maxime mulieres ac ⌊-i⌋ (*gr. Sozom. 7, 10, 4 τοῦ δήμου τοὺς πλείους*). *al.*

e *respiciuntur loca, viae, aquae, quibus -us utitur*: CIC. Mil. 17 quasi Appius ... viam munierit, non qua -us uteretur, sed *eqs.* (LVCR. 6, 1267 per -i ... loca ... viasque. LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 23 quo minus conmode -us ea v. utatur [*sim.* 72]. IAVOL. dig. 43, 11, 2 v. publicam -us non utendo amittere non potest). CATVLL. 68, 60 *rivus* per medium densi (properi *Nisbet*) transit iter -i (LIV. 39, 44, 6 ut i. -o esset. PAVL. sent. 1, 15, 2 qua -o i. est. LIB. col. I p. 210, 4 i. -o non debetur). S. C. Frontin. aq. 104, 2 (*a. 11 a. Chr.*) uti salientes publici ... aquam in usum -i funderent (*cf.* FRONTIN. aq. 11, 1 *aquam* in usus -i fluentem). FEST. p. 213 *v. p. 2205, 38.* MART. epigr. 2, 12 sunt te praeside, Caesar, deliciae -i, quae fuerant domini (*respic. domus aurea Neronis*). SVET. Aug. 100, 4 ambulationes in usum -i ... publicarat. *al.* -us *metonymice ponitur pro via publica, sc. ubique inter* adfines *agri, fundi sim.* (*contextu simili Tab. cer. Dac. [CIL III p. 947; a. 159] 8 ext. 9* viam publicam, *dissimili fort. p. 2728, 22; v. Tjäder, Die nichtlit. lat. Papyri Italiens I, 1955, 459 sq.*): TAB. aliment. Baeb. (CIL IX 1455) 2, 45 adf(inibus) Metilio Marcello et pop(ulo) (*in structura simili*: Vel. [CIL XI 1147] 1, 7. 1, 70). FORMVLA Baet. (CIL II 5406) 5 adfines fundo dixit L. Baianius *duos homines* ... et -um et si quos dicere oportet. LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234; *a. 153*) 4. EPIST. donat. Iren. (*ibid.* 10247) 8 iuxta monumentum Claudi ... et si qui ali(i) atfines sunt et ⌊qua quemque tangit et -um⌋ (*formula saepius repetitur in instrumentis saec. VI, e. g.* PAP. Tjäder 29, 11 [*a. 504*] qq. tt. et pp.; *v. Tjäder, loco supra cit.*). *al.*

f *cetera exempla* (*selecta*): CIC. div. in Caec. 50 ut mihi non ex his, quos mecum adduxerim, sed de -o subscriptor addatur. Arch. 25 malus poeta de -o. SEN. contr. 1 praef. 10 *facunde dicta,* ne ad quemquam privatim pertineant, -o dedicabo (*sim. scripta -o dantur*: SEN. vita patr. p. 31 *si scripta* iam in manus -i emisissem. MART. 1, 25, 1 ede tuos tandem -o ... libellos). CELS. 3, 4, 10 *medicis quaestus* maior ex -o est (*sc. quam ex paucis; cf. 3, 4, 9* ab uno medico multos non posse curari). SEN. benef. 1, 14, 2 ut unusquisque, etiam si cum multis accepit, in -o esse se non putet. nat. 6, 1, 9 *mota terra nihil interest, utrum* solus ... an cum magno comitatu -orum concadentium ferar. LVCAN. 7, 841 non omnis -us pervenit ad ossa (*de eis, qui in proelio, bello mortui sunt, ut*: STAT. Theb. 12, 22 exanguem -um. ENNOD. opusc. 1, 45 p. 273, 16 -us occisorum [*postea*: caedis enormitas]). PLIN. nat. 5, 53 *Nilus* non protinus -is, feris tamen ... frequens (*de incolis ut*: HEGES. 5, 50, 1 regio -is frequens et pecoris abundans [*cf. gr. 7, 246 πολυάνθρωπον χώραν*]. PRISC. periheg. 659 quo *rigore* pereunt pecudes pariter -ique virorum [*gr. 674 ἀνέρες*]). 31, 89 Ancus Marcius rex salis modios VI in congiario dedit -is (*nisi ad p. 2719, 28 pertinet, siquidem plur. indicat Romanos aliasque gentes fusas; sim. dubitare possis de* STAT. silv. 1, 6, 37 cum tot -os ... pascas, *Domitiane*). *al.*

2 *significatur genus humanum in universum vel homines eiusdem aetatis mundi*: **a** *varia exempla* (*selecta inde ab* OV.): VARRO Men. 117 videmus -um Furiis instinctum tribus diversum ferri (*huc traximus sec. Cèbe, comm. IV, 1977, 722 sqq.*). OV. am. 3, 3, 24 deus ... frustra ... timetur et stulta -os credulitate movet. SEN. Thy. 875 nos e tanto visi -o digni, premeret quos ... mundus? epist. 79, 17 -um aetatis suae. LVCAN. 7, 400 (*antea*: generis ... turba ... humani) toto -i qui nascimur orbe. LAVS Pis. 235 *Vergilius fuisset* ignotus -is, si Maecenate careret. VET. LAT. Is. 42, 5 (Tert. anim. 11, 3, *sim.* VVLG.) *deus* dedit flatum -o super terram (*gr. τῷ λαῷ, Ps. Ambr. de anima p. 228* hominibus). TERT. adv. Marc. 2, 26, 4 *Christum* oblatorem animae suae pro -i salute. VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 3 quattuor generationes -orum ab Adam usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham *eqs.* *al.* *cum respectu mortalitatis*: SEN. Herc. f. 191 recipit -os ⌊urna⌋ citatos (*i. urna cinerum; urnam sortium intellegit Billerbeck, comm. 1999, ad l., ita ut locum ad p. 2731, 64 sqq. trahas*). Herc. O. 1919 litus ..., ad quod -os natura vocat. nat. 2, 59, 6 totum hunc quem vides -um, totum quem usquam cogitas esse, cito natura ... condet. epist. 74, 3 ex omni mortalium -o. LVCAN. 9, 981 o ... magnus vatum labor, ... -is donas mortalibus aevum. STAT. silv. 2, 1, 212 -us mortale *est* genus, plebisque caducae quis fleat interitus? *al.* **b** *de aetate prisca*: OV. ars 2, 624 non sub Iove iuncta voluptas: tanta rudi -o cura pudoris erat (STAT. silv. 3, 3, 5 r. -os atque aurea regna). met. 1, 252 *Iuppiter* subolem ... priori dissimilem -o promittit. 1, 363 (*loq. Deucalion*) utinam possim -os reparare paternis artibus. fast. 6, 173 piscis adhuc illi -o sine fraude natabat. GERM. 108 mediis te laeta ferebas, *Virgo,* sublimis -is (*gr. 102 ἀνθρώπων, unde etiam* AVIEN. Arat. 296 inter confusos -orum ... coetus. *cf. de Virgine terras ob pravitatem hominum relinquente*: GERM. 132 -os [*gr. 127 λαούς*]. AVIEN. Arat. 348 in -os ... Virginis ... exarsere odia [*gr. 133 γένος ἀνδρῶν*]). SEN. Med. 604 -o priori. nat. 1, 17, 6 postquam deterior -us ipsas subit terras ..., ferrum primum in usu fuit. *al.* *?de Adam et Eva nondum peccantibus* (*sic Waszink, comm. 1937, ad l.*): CARM. de resurr. 18 ⌊-o⌋ quae sit ⌊vivendi⌋ cupido (⌊ ⌋ *iungit Waszink; opp. 19* moriendi propago). **c** *de aetate futura*: SEN. nat. 7, 30, 5 multa venientis aevi -us ignota nobis sciet (LVCAN. 7, 390 -os a. v.). epist. 77, 13 -us moriturorum. LVCAN. 7, 207 apud seras gentes -osque nepotum (8, 871 -is ... n.). 7, 374 qui nunc est -us -umque futurum (MART. 6, 2, 3 Caesar, -is ... f. succurris). CE 2099, 8 (*saec. V?*) venturos ... per -os.

B *cum respectu cuiusdam nexus artioris* (*saepe propter similitudinem civium rei publicae sim., v. notionem sub I illustratam*): **1** *varii generis; respiciuntur*: **a** *cognatio* (*aliter p. 2724, 49; cf. p. 2733, 42*): LVCR. 6, 1247 -um sepelire suorum certantes (*sc. Athenis peste absumptorum*). OV. epist. 9, 52 Teuthrantia turba, sorores, quarum de -o nulla relicta (*i. intemerata*) tibist, *Hercules.* 14, 115 de fratrum -o. met. 6, 198 natorum (11, 633). *respic. imagines mortuorum funus comitantes*: PLIN. nat. 35, 6 defuncto aliquo totus aderat familiae eius, qui umquam fuerat, -us. **b** *fautores sim. alicuius (etiam invidentes l. 39): varia exempla*: OV. am. 2, 9, 11 nos tua sentimus, -us tibi *Cupidini* deditus, arma (*item de deum quendam colentibus*: met. 15, 679 *Aesculapi,* -os ... iuves tua sacra colentes). epist. 6, 102 aliquis ... *Iasonis* acta venenis *Medeae* imputat et -um, qui sibi credat, habet. SEN. contr. 10 praef. 2 *declamator quidam* aliquo tempore suum -um *habuit* (*vergit ad A1b*). SEN. dial. 7, 2, 4 quam magnus mirantium, tam magnus invidentium -us est. frg. 113 ut Ennianus -us adgnosceret in novo carmine *Vergilii* aliquid antiquitatis. *de factione circensi sim.* (*cf. Cameron, Circus Factions, 1976, 40 et supra p. 2728, 44 sqq.*): INSCR. Afr. Cagnat 385 (*saec. IV^1*) felix -us Veneti. HIST. AVG. Ver. 6, 6 a -o prasinianorum. CASSIOD. var. 1, 20, 2 ut -i de colore vocitentur (*antea*: partis ... prasini). 1, 27, 2. **c** *exercitus, milites* (*cf. IA1a; exempla selecta*): LVCAN. 6, 93 labant -i *peste.* 9, 509 (*Cato militi*) quanto poena tu dignior ista es, qui -o sitiente bibas. SIL. 2, 447 immensi -i condensaque ... agmina certantum. VET. LAT. Iudith 6, 17 (cod. 109) in medio -i exercitus sui (*gr. et Vulg. aliter*). AMM. 20, 7, 5 Persarum -us omnis adortus avide vallum. SCHOL. Iuv. 2, 155, 2 *Hannibal* tantum ... -um superavit, ut *eqs.* HEGES. 3, 9, 1 dux et -us. CLAVD. 5, 224 insignem ... ducem -us defendit uterque. CORIPP. Ioh. 2, 245 -os excedere castris imperat. 6, 255 vix ea ductor ait, -is placet omnibus ire longius. 6, 298 tot -os satiare (*299* agmina tanta). *al.* **d** *clientes, servi sim. alicuius vel homines opere communi fungentes* (*in eodem carcere inclusi l. 60*): SEN. benef. 6, 34, 1 consuetudo *est regum* ... -um amicorum discribere. dial. 10, 2, 4 circumfusus clientium -us. LVCAN. 3, 665 *nutabat* ratis -o peritura recepto (*cf. 661* pars maxima turbae naufraga). 10, 127 famulae numerus turbae -usque minister (*cf.* VVLG. II reg. 11, 17 de -o servorum David [*24* servis regis]. MART. CAP. 2, 171 ministrorum -us). PS. QVINT. decl. 5, 19 totus ... carceris -us. TAC. ann. 16, 3, 2 non modo milites, sed -us agrestium efficiendo operi adsumptus (*i. effodiendo auro abscondito*). APVL. met. 4, 24, 5 inter tot ac tales latrones et horrendum gladiatorum -um. **e** *collegia* (*significantur sive omnes collegae sive collegae status inferioris [a quibus disting.* curatores *l. 74,* decuriones *l. 69,* quinquennalis *l. 72; cf.* plebes *p. 2385, 27 sqq.], v. Waltzing, Étude hist. sur les corporations I 358 adn. 1. 366 adn. 7. IV 285 sq.; fort. addas* CIL IV 7657 [-us *collegii iuvenum intellegit ed.*]): CIL VI 198 (*a. 70/79*) cui -us eius corporis *Iuliani* inmunitatem ... decrevit. 8744 (*a. 126*) ⟨p⟩ermisso ⟨decurion⟩um et -i eiusdem collegi(i) (10351 decretum d. et -i). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112; *a. 136*) 1, 27 electi ex corpore n(ostro) homines tres ... rationem -o reddere debebunt. 2, 2 si quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq(uennalis) et -i funerabitur. CIL VI 10296 (*a. 146*). LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234; *a. 153*) 4 in quo *loco* -us collegi ... epuletur. 11 cur(atoribus) sing(ulis denarios binos), -o sing(ulis denarios singulos) (*iterum* 12). CIL VI 29691 (*a. 206*) quae divisa sunt -o

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(quod *trad.*) iam ab armis anni -ent. *nudum*: VARRO Men. 251 hunc Ceres ... frugibus suis -et (-it *trad.*). *Davies.*

porcetra, -ae *f.* [*a* porcus, -a (*q. v.*): *porko-t(e)rā- 'quasi porca, porcae similis' vel 'quod cum sue novello comparari possit'; de suffixo v. Leumann, Gramm. 1977, 318* (māter-tera). *aliter de notione Benveniste, Bull. Soc. Ling. 45/1, 1949, 80. Fo.*] *i. q. porca, quae semel peperit*: GELL. 18, 6, 4 (*verba Aeli Melissi gramm.*) sus, quae semel peperit, *est* -a, quae saepius, scrofa. *respicitur tit. Atellanae* (*quae eadem alio nomine affertur p. 2740, 1*): GELL. 18, 6, 6 de -a habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae hoc eodem vocabulo inscripta est. *M. H.*

*?***porceus,** -a, -um. *a* porcus, *si recte legitur. in iunctura* cremum -um, *quae fort. significat adipem porcinum* (*sed lectio valde incerta est*): CIL III p. 954 n. XVI (= INSCR. Dac. I 47), 5 sq. cremi -i cremi ⟨...⟩; (6) cremi -i. (*tabula cerea continere vid. cautionem ad cibos pertinentem, cf. enim 3* convenit, *4* s⟨i⟩milai). *Bl.*

porcil- (*et* porcill-) *v. etiam* porcell-. **porcilāca** *v.* portulaca.

porcilia, -ae *f.* [*fem. ad masc.* porculus, *cf.* haedilia: haedulus (avia: avus); *v. Leumann, Gramm. 1977, 284. vocales variantur eodem modo ut in* fam-ilia/-ulus; *v. Leumann, ibid. 82. nota deesse fem.* *porcula. *Fo.*] *abbreviatur* porcil *l. 26. 30.* NOT. Tir. 103, 67 -a (*inde fortasse* GLOSS. I p. 246 -a [*nisi nom. propr.*]). [*contextu caret* CIL II 1357 -a (*nom. propr.?*); *in falsa var. l. pro* porcillacae PLIN. nat. 13, 120.]

i. q. sus (de scrofa cogitat Leumann, loc. cit., sed intellegas pecudem minorem l. 30. 36): respicitur hostia immolanda: ACT. Arv. a. 183 (CIL VI 2099) II 22 ad aram immolav(it) -as piaculares **(**a. 213 [*ibid.* 2086] 2 ⌞-as⌟ p. [-illas *lapis*]. a. 218 [*ibid.* 2104] a 17 immol(avit) porcil(ias) p. *ibid.* 22. a. 221 [*ibid.* 2106] b-c 6 -am alb⟨am⟩ p. *huc trahas, si recte suppl.*: a. inc. [*ibid.* 2116] ⟨immola⟩vit porcil⟨ias p.⟩**)**. lud. saec. Sept. Sev. 5a, 84 Pighi -as immolaverunt. Arv. a. 214 (CIL VI 2103) b 12 ⟨agna⟩m et porcil(iam). a. 218 (*ibid.* 2104) a 19 *promagister* extas (EXTN *lapis, sc. pro* exta*?*) reddidit ⌞-⟨i⟩ar(um)⌟ (porcillar *lapis,* porcil⟨i⟩ar(es) *edd., sed cf. gen. l. 32 sq.*). a. 240 (Dessau 9522) II 3 deae Diae extas -arum reddidit. *ibid.* 13 de sangunculo -arum vesciti sunt et de -as partiti ... sunt. *cetera exempla*: ROMVL. fab. 30, 4 rec. gall. -a, improbum *lupum* ut vidit, repudiavit eius officium (*rec. vet.* scrofa). ANTIDOT. Brux. 11 axungiae porcinae sine sale de -a virgine (-a *cod.,* porcilla *Rose praeter necessitatem,* porcella *ed. vet.*).

cf. Onom. (*etiam l. 21 sq.*). *Ottink.*

[porciliāris, -e *v. l. 31.***]** **[porcilla** *v. p. 2741, 50.***]**

porcillāca, porcillāgo *v.* portulaca. **porcīna** *v.* porcinus.

porcīnācea (-ia), -ae *f.* [*cf. herbarum nomina similia, e. g.* armorācea, persōnācea; *a* porcīnus, -a *vel potius a* porcus, *si translatum est suffixum auctum* -īn-ācea; *v. Leumann, Gramm. 1977, 287 ad* ēr-īnāceus. *Fo.*] *scribitur varie depravatum, v. infra. nomen herbae* (*v. André, Lex. des termes de botan., 1956, 258*): GLOSS. III 545, 60 edeismus (*i.* hedyosmus*?*): porconatia. 548, 46 policronia: -atia (593, 59 portinatia. *cetera v. p. 2528, 73 sq.*). 560, 39 dusnata i(d est) procinacia (*vox obscura, quae explicatur* -a (h)erba 589, 43. 610, 59. 623, 6 [*scrib.* -atia]).

porcīnārius, -a, -um. *a* porcinus (porcina). *abbreviatur* porc *in inscr. l. 56.*

adhibetur non nisi pro subst.: **1** *masc. et usu strictiore, i. qui porcinam, carnem porcorum caedendo parat vel vendit* (*disting.* lanius PLAVT.): PLAVT. Capt. 905 quanta laniis lassitudo, quanta -is. COD. Theod. 14, 4, 6 (= Iust. 11, 17, 1; *a. 389*) -i urbis aeternae ... pervigilem laborem *Romanis exhibent.* INSCR. christ. Diehl 690 (*a. 543*) ⟨hi⟩c requiescit ... Gaudiosu⟨s⟩ -us. 690 adn. ⟨C⟩andidianus porc(inarius). urb. Rom. 11526a ⟨por⟩cinari⟨us⟩ (*contextu manco ut* 19614 ⟨...⟩ri et porcina⟨ri⟩). CIL VI 33900 locus Adeodati -ri. **2** *neutr. et usu laxiore, i. q. locus, ubi porci: nutricantur*: GLOSS. II 463, 2 ὑοφορβίον: -um. *caeduntur*: GLOSS. III 196, 37 chiroctonion: -um. 267, 62 χοιροκτονεῖον: -um.

porcīnātia *v.* porcinacea. *M. H.*

⁂porcīnus, -a, -um. *a* porcus. *de origine*: PRISC. gramm. II 76, 22 alia *adiectiva in '-nus'* a mutis animalibus, ut 'taurinus', '-us'. 79, 16 'i' servant omnia, quae a nominibus mutorum animalium ... derivantur in hanc formam: ... 'porcus -us'. GLOSS. -us: dirivatur a porco. *per anaptyxin* -ric- PLIN. phys. Bamb. 25, 15 (suric- *cod.*). GLOSS. -um: *χοίρειον. συάγρειον. ὕειον. legitur in versibus apud* NAEV. (*e coni.*), PLAVT., *in orat. soluta inde a* FESTO, SEN. *philos.* [*subst. fem. fere de cibis: val.* (*macedon.*) purcină, *it.* porcina, *raet. or.* purtsine, *centr.* purčina; *ceterum francog. vet.* porcin (*adi.*), *norm.* porchin (*'porcellus unius anni'*); *accedunt deriv. in linguis Galliae. cf. M.-L. 6663. Battisti-Alessio IV 3021 sq. Wartburg IX 189. C. S.*] [*e coni. dub.* PETRON. 48, 7, *v. p. 2749, 11.*]

i. q. ad porcum pertinens: **1** *de corporeis*: **a** *de partibus corporis vel rebus inde factis*: **α** *proprie*: Ⓘ *de cibis* (*cf. p. 2743, 54. 2744, 1*): NAEV. com. 121 petimine -o qui meruerat (piscino

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cod., v. p. 1936, 12). PLAVT. Men. 211 iube ... aliquid scitamentorum de foro opsonarier, glandionidam suillam ... aut sincipitamenta -a. Mil. 760 *hospites, qui luxuriam culpant,* numquam dicunt ...: 'aufer illam offam -am' (FEST. p. 230). SCRIB. LARG. 197 adiuvari debent, qui ab eo *lacte poto* laborant, menta ... saepius sumpta, item coagulo ... -o. VET. LAT. II Macc. 6, 18 (recc. X, V) *Eleazarus* conpellabatur carnem -am manducare ([*gr. ὕειον, rec. L. al.* suillam. *cf. p. 2744, 4*]. EDICT. imp. Diocl. 4, 1ª L. carnis[s] -e [*gr. χοιρείου*]. GAVDENT. serm. 15, 20 Iudaico populo abstinentiam ... -ae c. ... fuisse indictam. HIST. AVG. Alex. 22, 7 c. bubulam atque -am. ORIBAS. syn. 4, 12, 1 Aa p. 10 -a caro domestica de omnibus civis [*i.* cib-] maiorem presta⟨t⟩ nutrimentum [*gr. συῶν, La* porcorum]. *al.*). EDICT. imp. Diocl. 4, 13 L. isicium -um ([*gr. χοιρίου*]. APIC. 8, 9. *cf.* 5, 4, 2 isiciola). APIC. 4, 3, 4 spatulam -am coctam tesselatim concides (*sim.* 4, 3, 6 sq.). 5, 1, 2 cum copadiis -is ... oenococti iure conditis (exc. cib. 2). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 94 dabimus ... -am carnem atque crura -a (chron. 3, 2, 35). 2, 18, 111 cerebro -o aut haedino aut agnino (chron. 3, 2, 26. *al. apud eundem*). HESYCH. in lev. 16, 16 p. 997[B] animae ... immunditia non mortui pollutio, non -us cibus ... est (CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 141 a -is abstinent c. [*gr. χοιρείων*]). *al.* Ⓘ *exempla cetera*: SCRIB. LARG. 271 *acopum* componitur ... hoc modo: sumere oportet adipis -ae sterilis *tantum* (PELAGON. 350 a. -am cum pice et cera aequaliter solvis. MARCELL. med. 19, 40. *al.; cf.* axungia: PLIN. med. 3, 13, 2 PELAGON. 252 PS. APVL. herb. 19 l. 14. *al.*). VET. LAT. Is. 66, 3 (Aug. c. Parm. 2, 5, 10, *sim. al.*) facinerosus ..., qui ponit similaginem quasi sanguinem -um (*gr. ὕειον, Vulg.* suillum). PELAGON. 85 in aqua acronem pinguem -um decoque ([*inde* VEG. mulom. 2, 130, 2]. CHIRON 201). THEOD. PRISC. eup. faen. 33 *medentur* erucae folia cum felle -o (MARCELL. med. 9, 5 addes fel hircinum ... vel verrinum -um, dum non de scrofa). *al.*

β *in imag.*: VEG. mil. 3, 19, 6 quam rem, *sc. cuneum peditum,* milites nominant caput -um (*cf. p. 2747, 65*).

b *de rebus variis: quas porcus emittit, sc. stercus*: PALLAD. 1, 33, 1 stercus asinorum primum est ..., -um vero pessimum (4, 10, 4 asini urina stercori admixta -o vermibus obviabit. VEG. mulom. 4, 2, 15 *si* -um s. bos devoraverit. *al.*). PS. APVL. herb. 8 l. 9 herba scelerata tunsa et subacta cum fimo -o (PLIN. phys. Bamb. 25, 15). *quae e porcis consistunt*: VEG. mil. 4, 7, 5 non solum ... -um, sed et omne animalium genus, quod inclusum servari non potest, deputari oportet ad laridum. SEDVL. carm. pasch. 3, 84 -um ... gregem (porcorum *cod. unus*). *quae porco ad edendum aptae sunt*: DIOSC. gr. Vind. 2, 164 *κνκλάμινος· οἱ δὲ ῥάπουμ πορκινουμ* (*cf.* GLOSS. III 610, 46 coloquintida id est rapum -um ..., id est ciclaminos).

2 *de incorporeis*: **a** *variis*: SEN. dial. 4, 11, 5 elephantos -a vox terret. ANTH. 696, 1 -um numen. ARNOB. nat. 3, 16 *quantas* irarum flammas ... excitarent, si ... Romulus asinina staret in facie, ... si -a sub specie nomen esset Catonis ... inscriptum! 7, 18 religionis metu ille caprina abstinet se carne, -um alius execratur attactum. **b** *actionibus sim. sordidis, porco aptis* (*non nisi in explic. spiritali sacrae script.*): EVAGR. GALL. alterc. p. 50, 8 (*Christianus ad Iudaeum*) cibos ..., quod ambigis manducare debere, non carnes suillas, sed facta -a prohiberis admittere. OP. imperf. in Matth. 17 p. 728[in.] (*ad 7, 6* margaritas vestras nolite mittere ante porcos) si hominibus ... -os mores habentibus sanctum dederis. EPIPHAN. in euang. 46 p. 112, 25 (*ad Luc. 8, 32* grex porcorum) omnis ..., qui actos -os agit, porcus est (p. 112, 26. 28).

f. ⁂**porcīna,** -ae *pro subst.* *abbrev.* porcin *l. 58.* **1** *i. q. caro porci* (*sc. per ellipsin; cf.* GLOSS. -a: *χοιρεία. χοίρειον*): PLAVT. Aul. 375 venio ad macellum, rogito piscis: indicant caros; agninam caram, caram bubulam, ... -am. Capt. 849 -am atque agninam *emere.* CIL IV 8566[b], 11 ⌊porcin(am)⌋ a(sse) (unum) (⌊ ⌋ -n(um) *ed.*). VET. LAT. psalm. 16, 14 (cod. 300. *al.*) saturati sunt -a (*sec. falsam var. l. gr. ὑείων, Vulg. aliter. explicat* EVCHER. form. 7 l. 755 -a: peccata. instr. 1 l. 639 -a sua, id est dogmatum ... immunditia, saturatos *Iudaeos*). I Macc. 1, 47 (Lucif. non parc. 12) *Antiochus iussit* immolare -am (*v. p. 2744, 2*). BARNAB. 10, 1 (*Moyses ad Iudaeos*) non manducabis -am nec aquilam (*gr. χοῖρον*). HIST. AVG. Prob. 4, 6 in salario diurno ... -ae pondo sex. PAVL. NOL. carm. 20, 96 cui *iumento* sola oneri -a manebat. MARCELL. med. 5, 2 cui remedio opus est, ... -a ... abstineat (*sim.* 35, 23). COD. Theod. 7, 4, 2 ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi ... praecipimus, ne -a integra separetur. 14, 4, 2 quae in quibus locis sunt pretia -ae. HIPPOCR. vict. 2 l. 237 -a virtutem maximam praestat corpori et egeritur copiose, ideo quia venas habet subtilissimas et sanguinis parum, carnes vero abundantes (*gr. τὰ ... ὕεια*). *al.* **2** *i. q. porca* (*de formatione cf. vocem q. e.* gallina): PHILAGR. med. 1 p. 151, 12 (*antea*: cibi utiles) de animalibus -a, quae mediae fuerit aetatis, ... et haedus. LEX Sal. Merov. 27, 1 si quis tintinnum de -a aliena furaverit (*gregem porcorum intellexit Geffcken, Lex Salica, 1898, 137; cf. infra p. 2744, 5*).

n. plur. **porcīna,** *acc.* -a *pro subst.* **1** *i. q. caro porci*: VET. LAT. I Macc. 1, 47 (rec. L) *Antiochus* iussit ... immolare -a (-am *var. l., cf. p. 2743, 62; gr. ὕεια, recc. B, V* carnes suillas). PASS. Macc. 6, 15 gusta -a, *Eleazare* (*gr. ὑείων.* -am *vel* -am carnem *sim. var. ll.; cf. p. 2743, 6*).
2 *i. q. grex porcorum* (*cf. p. 2743, 74*): LEX Sal. Merov. 122 si quis -a de via sua hostaverit.

m. **porcīnus,** (-ī) *pro subst.* GLOSS. -us: *συοφορβός.*

deriv.: porcinarius; *cf.* porcinacea. *cf. Onom.* *Baraz.*

porcio *v.* portio. **porclāca** *v.* portulaca.

porclēna, -ae *f.* [*vox hybrida ut vid., iocose formata e* porc(u)lus *et -αινα, v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 21 sq. adn. 3; de scripturis* -ena/-aena *v. Biville, Les emprunts du latin II, 1995, 41 sq. Fo.*] *i. q. porcus femina*: PLAVT. Mil. 1060 (*in imag.*) nisi huic verri adfertur merces, non hic suo seminio quemquam -am impertiturust (-am *Ribbeck*; proculem *al. codd. Plauti,* porculae nam *sim. codd. Prisc. gramm. II 149, 2; alii alia coni., e. g.* porculam *Lambinus,* porcillam *Reiz,* proculenam *Lindsay*).

porco *v.* porceo. **porconātia** *v.* porcinacia. *M. H.*

porcopiscis: styria (*anglosax.*) GLOSS. V 382, 26 (*sim.* GLOSS.[L] Corp. P 519. GLOSS. Leid. Hessels 47, 73 [*cf. indicem p. 170 s. v.*]). *subst. masc. a* porcus *et* piscis, *etiam duabus vocibus scriptum (cf. p. 2747, 73); est quoddam animal aquatile, fort. acipenser.* [*francog. vet.* pourpois (*cf. calabr.* piši porku). *cf. M.-L. 6664. Wartburg VIII 583. C. S.*] *Spoth.*

[porctus *v. p. 2741, 66.*] **[1. porcula** *v. l. 71.*]

2. porcula: mensura, pertica GLOSS. V 576, 39. *a* 2. porca *deminutive* (*cf. p. 2739, 49*).

?**porcular** INSCR. Garrucci, I segni delle lapidi latine, 1857, XIII (*e cippo reperto in vallibus q. d. di Comacchio*). u *c. apice scriptum fertur. obscurum: e. g.* porcu (*pro* porco) lar(ibus facito) *Garrucci; subst. neutr. intellegit De Vit in lexico Forcellini IV, 1868, 739.* *Bl.*

porculātio, -ōnis *f.* *a* porculus. *i. q. porculorum nutricandorum sim. cura*: VARRO rust. 2, 4, 13 in nutricatu, quam -em appellant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

porculātor, -ōris *m.* *a* porculus. [*olim legebatur* VARRO rust. 2, 4, 1.] *i. qui porculos nutricandos sim. curat*: COLVM. 1 praef. 26 -is ... et subulci diversa professio, diversae pastiones *eqs.* 7, 9, 12 (*10* custos) -is ... officium est, ut unamquamque *scrofam* cum sua prole claudat. 7, 9, 14 diligens ... -r frequenter suile converrit.

porculēna *v.* porclena.

porculētum, -ī *n.* [*a* *porcula, *sc. deminutivo a* 2. porca (*amisso fort. propter vocem simile sonantem q. e.* porculus [*a* porcus]) *et* -ētum, *cf. e. g.* arbor-ētum; *v. Leumann, Gramm. 1977, 335. Fo.*] *i. q. ager, per quem porcae ductae sunt*: PLIN. nat. 17, 171 Vmbri et Marsi ad vicenos *pedes* intermittunt (*sc. inter vites*) arationis gratia in his, quae vocant -a. *M. H.*

porculus, -ī *m.* *a* porcus *deminutive* (*cf.* PAVL. FEST. p. 25 a porco -um et porcellum).

1 *i. q. porcus parvus* (*accedit adi.* minusculus *l. 53; vi demin. potius evanida maxime l. 55 sq.*): PLAVT. Men. 314 iubeas, si sapias, -um adferri tibi ([*289* porci ... sacres sinceri]. *sim. de hostia*: ARNOB. nat. 7, 18 p. 363, 18 hic *deus* lactentibus -is, alter intonsis agnis *honoratur*). Rud. 1170 (*inter crepundia*) silicula argenteola ... et sucula. :: quin tu i dierecta, cum sucula et cum -is (*per iocum simul spectat ad 2*). GELL. 4, 11, 6 *Pythagoram* -is quoque minusculis et haedis tenerioribus victitasse. ARNOB. nat. 6, 9 p. 317, 15 (*proverbialiter*) illud est ..., cum hominis consilium quaeras, ab asellis et -is agendarum rerum sententias postulare. 7, 17 p. 362, 9 *cum* -i caenum vobis, *sc. hominibus pro deis honorandis,* profunderent. PS. AVR. VICT. orig. 11, 3 (*spectat ad Verg. Aen. 3, 390 sqq. 8, 43 sqq.*) ubi illa *sus* procubuit enisaque est -os triginta, ibidem auspicatum *Aeneam* (*de eodem portento* 12, 5. 17, 1; *v. etiam p. 2746, 41*). ISID. orig. 20, 16, 1 nefrendes dicti adhuc lactantes -i, quod *eqs.* (*sim.* GLOSS. Vatic. Reg. 203, 92 nefrende⟨s⟩: p⟨or⟩culi, qui *eqs.*). **2** *per similitudinem, ut vid., significatur preli pars lignea brevius teresve, quae in suculam q. d. infigitur, ut intuentibus -o sugenti et -o, qui adiacet scrofae, sit similis* (*ad rem v. Hörle, Catos Hausbücher, 1929, 175 sq.; sunt qui plures quam unum -um adhibitos esse cogitent, cf. e. g. suppl. Muelleri* FEST. p. 301 [*explicatur* sucula] ut uber scrofae, ⟨-i circum⟩stant. *ceterum v. Faust, Indogerm. Forsch. 74, 1969, 104 sq.; per iocum huc spectare vid. l. 52*): CATO agr. 19, 2 in suculam sena foramina indito; ... -um in media sucula facito. *ibid.* ubi -um figere oportebit. **3** *nomen piscis* (*cf. p. 2747, 68*): PLIN. nat. 9, 45 *silurus* -o marino simillimus (*v. Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 185*).

[*fem.* **porcula,** -ae *in var. l. et coni. falsis l. 15 sq.*]

deriv.: porcilia, porculatio, porculator; *cf.* porcellus, porclena.

cf. Onom. *Ottink.*

⁂**porcus,** -ī *m.* (*f. v. p. 2745, 16 sqq.*). [*et formam et significationem vocis indogerm.* *porḱo-, *i. 'sus iuvenis', servant non solum* -us, *sed etiam iran.* *[Hoffmann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vet. *parsa- (*avest.* pərəsa-, *sac.* pā'sa-), *lituan.* paršas, *germ.* *farha- (*anglosax.* fearh [*masc.*], *theod. vet.* farah [*neutr.*]), *hibern.* orc.; *subst. fem.* porca *recentius esse vid. quam* -us fēmina, *quamquam stirpem eandem praebet umbr.* porca (*acc. plur.*). *v. Benveniste, Bull. Soc. Ling. 45/1, 1949, 74sqq. – quod autem ad nomen piscis attinet (v. infra IIB1 et maxime p. 2747, 71), vix cum Walde-Hofmann cogites de origine diversa, si consideres et verbum* grunnire *et appellationem distinguentem* marinus; *v. Ernout-Meillet, Dict.* ⁴*1959, 523. Fo.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 97 (*loco corrupto*) -us, quod Sabini, ⌊dicto aprino -o, por⟨cum⟩⌋, i⟨n⟩de -us (⌊ ⌋ *sic Collart,* dicunt [*coni. Laetus*] †apruno -o por *Goetz-Schoell, alii alia*); nisi si a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scripta est ⌊πόρκη et πόρκος⌋ (*Kent,* porcae -o *cod. F; cf.* rust. 2, 4, 17 -us graecum est nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον). ISID. orig. 12, 1, 25 -us quasi spurcus, ingurgitat enim se caeno *eqs.* *scribitur litteris gr.* PLVT. Publ. 11, 7 πόρκους ... τοὺς χοίρους ὀνομάζοντες, *sc.* Ῥωμαῖοι. NOT. Tir. 9, 27ᵃ -o (103, 66ᵃ). 103, 66 -us. *genus fem. testatur* FEST. p. 286 in commentariis sacrorum pontificalium frequenter est hic ovis et haec agnus ac -us (*postea*: antiquam consuetudinem). *cf.* -us femina *p. 2746, 61.* *de notione* (*v. etiam infra sub IIA2 et 3, IIB*): GLOSS. -us: χοῖρος. GLOSS.ᴸ V Abba SU 183 sus: -us (*sim. al., cf. Thes. gloss. s. v.* sus). SYNON. Gloss. I p. 85 n. 120 -us, ⌊abros⌋, aper (capros *coni. Gatti coll. vol. III 306, 62*). *legitur in versibus inde a* PLAVTO, LVCIL., POMPON., *in prosa oratione inde a* CATONE, HEMINA, CIC., VARRONE; *vocem frequentant scriptores rei rusticae, adhibent etiam e. g.* HOR. (*sexies,* porca *semel*), PETRON. (*13ies,* porcellus *semel*), MART. (*septies,* porca *ter*), IVV. (*sexies,* porca *semel*); *deest e. g.* CATVLLO, LVCR., CAES., SALL., VERG., VELL., VAL. MAX., SEN. *min.,* LVCANO, VAL. FL., SIL.; sus *vox notionis affinis saepius occurrit e. g. apud* PLAVT. (-us *3* / sus *12*; porculus *2*), LVCR. (*-/7*), CIC. (*5/18*; porca *2*), VERG. (*-/14*; porca *1*), OV. (*1/18*; porca *3*), PLIN. nat. (*7 [4 de piscibus] / 78*; porcellus *1,* porculus *piscis 1*), STAT. (*-/8*), TAC. (*-/2*). [*val., francog., cat.* porc, *dalm.* puark, *it., gallaec., port.* porco, *sard. centr.* porku, *raet. occ.* pŭertś, *prov. vet.* porc, puerc, *hisp.* puerco. *accedunt deriv. plurima, e. g. e lat.* *porcīle (*'hara porcorum'*): *it.* porcile, *sard. centr.* porkile, *francog. vet.* porcil, *prov. occ.* pursiu; *cf. deriv. hisp. vet.* porcilga, *rec.* pocilga. *cf. M.-L. 6661, 6666. Battisti-Alessio IV 3021sq. Wartburg IX 184. 188sq. Corominas² IV 675. Machado⁶ IV 403. C. S.*] [*confunditur in codd. cum* pecus AVG. gen. ad litt. 7, 10 p. 209, 14 (*in falsa var. l.* serm. 8, 8), portus MACR. Sat. 3, 13, 13 (*in falsa var. l.* PLAVT. Stich. 153 [*B*]); *e coni. probabili p. 2746, 64. 2747, 52; olim afferebatur e coni. Scaligeri* CATVLL. 39, 11 (parcus *trad.; v. p. 2166, 60sq.*).]

fere i. q. χοῖρος (*quod gr. respondet, nisi aliud indicavimus.* -us *vox vilis, humilis est sec. p. 2748, 41. 43; restit. in tit. fabulae* NON. p. 231, 15, *v. p. 2740, 2*): **I** *proprie, sc. significatur animal suillum* (*vocem strictius ad fetus pertinere putat Benveniste, Le vocab. des institutions indo-europ. I, 1969, 27sqq., nec absurde; haec enim notio ibi maxime elucet, ubi -i cum matre nominantur, v. imprimis sub A2aβ. de sensu laxiore, quo significatur totum genus, e. g. iam apud* PETRON. *apparente, v. Löfstedt, Symb. Osl. 38, 1963, 52. adhibetur plerumque de animalibus domesticis, sed de feris l. 65. 70. p. 2747, 11, de effigie l. 58. p. 2746, 47, de hominibus mutatis l. 64; sing. collect. l. 56*): **A** *respectu vario*: **1** *generatim*: **a** *quaelibet exempla* (*praebemus selecta post* MART.): PLAVT. Merc. 988 *amicam* vobis habete cum -is, cum fiscina (*item proverbialiter*: PETRON. 45, 4 tu si aliubi fueris, dices hic -os coctos ambulare. *v. Otto, Sprichw. n. 1450sq.*). VARRO Men. 2 (*nisi ad B1, cf. vol. VIII 21, 70sq.*) grundit ... lacte satur mola mactatus -us (*locum affert* NON. p. 114, 22 grunnire dicuntur -i). 125 *Aiax* -os ... trucidat. CIC. Cato 56 villa ... abundat -o, haedo, agno *eqs.* HOR. epist. 1, 7, 19 haec -is ... comedenda relinques. FEST. p. 234 (*v. p. 2529, 9*). PAVL. FEST. p. 235 -i effigies inter militaria signa *erat. al.* PERS. 1, 72 rus ... laudare, ubi corbes et focus et -i. PETRON. 45, 2. 47, 9 (*8* sues) putabam ... -os, sicut in circulis mos est, portenta aliqua facturos. PLIN. nat. 18, 364 (*inter signa tempestatum*) turpes ... -i ... manipulos faeni lacerantes. *al.* MART. 3, 58, 20 avidi secuntur vilicae sinum -i. *al.* IVV. 6, 160 indulget senibus clementia *Iudaeorum* -is. 15, 22 cum remigibus grunnisse Elpenora -is. CIL III 3955 (*saec. II/III*) ne quis in hac ara -os agi facere velit. FIRM. err. 9, 1 Mars ... in -i silvestris speciem ... mutatus (*cf.* COMMON. patr. 5, 9 veniebant ... -i sordidissimi ...; daemones enim in specie -orum delectabantur ... vana loquela eorum *fratrum*). SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 -i, pecora inmunda. DIOSC. 4, 73 (*inter feras, quae aconito necantur*) lupus et -us ... et omnia agrest⟨ia⟩ animalia (*gr. 4, 76* σῦς, *var. l.* σῦς). PALLAD. hist. mon. II 10 p. 360ᴮ quae *culices* ... etiam ⌊agrestium -orum⌋ perforant pellem (*gr. p. 49, 4* συάγρων. ⌊ ⌋ *cf. I 18, 5 p. 271ᴬ* aprorum). *al.* *loci script. sacrarum eorumque interpretationes, imitationes*: VET. LAT. Matth. 7, 6 (Tert. uxor. 2, 5, 2) nolite ... margaritas vestras ⌊-is⌋ iactare (⌊ ⌋ cod. 3. *al. et* VVLG. ante -os. *huc spectant e. g.* CYPR. Demetr. 1, 1 sanctum ... inculcandum -is et canibus exponere. IVVENC. 1, 665 inmundis ... -is. HIL. in Matth. 6, 1 -orum ... haereticis est nomen, quia *eqs.* AVG. conf. 2, 4, 9. serm. 60A, 4 coll. Morin p. 324, 1 -i ... sunt contaminati caeno voluptatum carnalium. *al.*). 8, 32 (cod. 4. *al.* = VVLG.) illi *daemones ex hominibus* exeuntes abierunt in -os (*huc spectant e. g.* TERT. fug. 2, 6. FIRM. err. 9, 3 -orum grege⟨m⟩). Luc. 15, 15 (cod. 3. *al.* = VVLG.) ut pasceret -os *filius prodigus* (*huc spectant*: TERT. paenit. 8, 8 si -os inmundum relinquas pecus. pudic. 9, 9 *si quis* ab eo *diabolo* -is alendis, immundis scilicet spiritibus, curandis praepositus resipuit. HIER. epist. 21, 12 ut pasceret -os immolans eis animam suam [*antea l. 20*]. PRVD. apoth. 414 QVODV. temp. barb. 1, 7, 16. *al.*). *al.*

b *alii animantes -is comparantur, assimulantur*: **α** *sec. mores, consuetudines*: LVCIL. 333 scaberat, ut -us contritis arbore costis. 1343 uno oculo pedibusque duobus, dimidiatus ut -us. VARRO rust. 2, 4, 2 dixit celeriter se illos *hostes,* ut scrofa -os, disiecturum. IVV. 2, 80 sicut grex totus ... unius scabie cadit ... -i. IREN. 5, 8, 3 *quidam* -orum (*gr. ex papyro* ⟨σ⟩υῶν) et canum assumpserunt vitam, immunditiae ... semetipsos tradentes. LACT. inst. 4, 17, 20 *deus* interdixit (*e. g. deut. 14, 8*), ne porcina carne uterentur, id est ne vitam -orum imitarentur. GAVDENT. serm. 9, 26 (*antea*: impuri ..., terrei) -orum more de aqua in caenum redeunt *Iudaei.* HIER. epist. 21, 12 -us animal inmundum, quod caeno et sordibus delectatur; talis est daemonum multitudo *eqs.* *al. apud Christ.* **β** *sec. formam, aspectum*: CLAVD. carm. min. 9, 6 os longius illi *hystrici* adsimulat -um. PHYSIOGN. 48 quando os *hominis* longe prominet, ... immundum, voracem, stultum ostendit; -orum enim haec signa sunt. *al. in eodem libro.*

2 *speciatim*: **a** *in doctrina, praeceptis sim. ad rem rusticam pertinentibus*: **α** *varia exempla*: CATO agr. 150, 2 -os serarios ... pascat. VARRO rust. 2, 4, 22 -orum gregem alii duplicant, alii *eqs.* PALLAD. 3, 26 tit. de educatione -orum (*cf. Colum. 7, 9 tit.* de subus). 3, 26, 3 novella virentia, quae -is solent nocere (*Colum. 7, 9, 9* subus). vet. med. 39, 5 prohibendi sunt ... a praesepibus -i et gallinae. *al. apud eundem.* **β** *vox adhibetur de prole, fetibus* (*exempla certiora tantum; cf. bα et l. 14*): VARRO rust. 1, 13, 3 e pabulo cum redierunt anseres, sues, -i. 2, 1, 20 ad quattuor menses a mamma non diiunguntur agni, ... -i duo. 2, 4, 4 si -os multos pariunt *sues.* 2, 4, 13 binis mensibus -os sinunt cum matribus. 2, 4, 14 ne -i, ex hara cum mater prodit, transilire possint (*sc. limen ostii; antea*: porcellus, *v. p. 2741, 11*). 2, 4, 19 *scrofae* nutricari octonos -os parvulos primo possunt. 2, 4, 21 -is lactentibus si scrofa lac non potest suppeditare (COLVM. 7, 9, 4). *al. in eodem cap.* COLVM. 7, 9, 3 ut ... firma lactis maturitas -is contingat. 7, 9, 12 *porculator* pice liquida eandem notam scrofae et -is imponat. *al. in eodem cap.*

b *respiciuntur portenta, prodigia* (*aliter p. 2745, 60*): **α** *triginta fetuum* (*cf. p. 2744, 58sq.*): HEMINA hist. 11 sus parit -os triginta, cuius rei fanum fecerunt laribus Grundilibus (*Romulo et Remo regnantibus*). VARRO ling. 5, 144 *Alba oppidum* a sue alba nominatum; haec e navi Aeneae cum fu(g)isset Lavinium, triginta parit -os (*de Alba Longa condenda ut*: rust. 2, 4, 18 [*bis*]). CIL II² 7, 93 (*fort. saec. I²; lapis periit*) scrofam cum -is triginta ... d(ederunt) d(edicaverunt) (*i. simulacrum*). **β** *fetuum deformium*: LIV. 27, 4, 14 Tarquiniis -um cum ore humano genitum (*sim.* 31, 12, 7 cum capite humano. 32, 9, 3). 28, 11, 3 -us biceps.

c *in legibus sim.* (*agitur de -orum abactu, venditione, vectigalibus*): INSCR. Année Épigr. 1914 n. 234 (*Lambaesi; saec. II*) bovem, vitulum, suem, -um (*in lege portoria ut*: CIL VIII 4508, 9 [*a. 202*] bovem ..., -um ..., porcellu(m)). CALL. dig. 47, 14, 3 pr. -os ... quinque vel quattuor abactos ... abigeatus crimen facere (*sim.* PAVL. sent. 5, 18, 1 qui ... -os quinque abegerint. *al.; sim. de furtis*: LEX Sal. Merov. 2 tit., *v. p. 2747, 37*). COD. Theod. 14, 4, 2 ne in aestimando -orum pondere licentia suariis praebeatur (14, 4, 4, 2). *al.*

B *de usu -orum*: **1** *in sacrificiis eorumve praeparatione*: **a** *varia exempla* (*cf. p. 2747, 9*): PLAVT. Men. 289 quibus hic pretiis -i veneunt sacres sinceri? (Rud. 1208 sunt domi agni et -i s.). CATO agr. 134, 1 Cereri ⌊porca praecidanea⌋ (*secl. Pontedera*) -o feminā *fiat* (*ibid.* -um f. immolabis. CIC. leg. 2, 57 *v. p. 2069, 24*). 139 -o piaculo facito (*ibid. ter.* 141, 4). 141, 4 ubi -um immolabis agnum vitulumque. *ibid. iterum.* CIC. leg. 2, 57 *non* ante sepulcrum est, quam ... ⌊-us⌋ caesus est (⌊ ⌋ *Madvig,* corpus *codd.*). VARRO rust. 2, 4, 9 quod initiis Cereris -i immolantur, et quod initiis pacis ... -us occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges ... in Etruria ... -um immolant. HOR. sat. 2, 3, 165. epist. 1, 16, 58 vir bonus ... quandocumque deos vel -o vel bove placat. 2, 1, 143 agricolae prisci ... Tellurem -o ... piabant (PORPH. pro porca). TIB. 1, 10, 26 hostia ... rustica, -us. PROP. 4, 1, 23 parva saginati lustrabant compita -i. OV. am. 3, 13, 16. AT. CAP. Fest. p. 238 (*v. vol. X 2, 2134, 30*). PRIAP. 65, 2 IVV. 10, 355. *al.* DON. Ter. Hec. 66, 3 eximii sunt -i maiores, qui *eqs.* (*v. vol. V 2, 1491, 80*). SERV. Aen. 3, 118 *immolatur* -us Cereri, quia obest frugibus. CLAVD. DON. Aen. 11, 195 p. 435, 29 iugulatam *esse* ... -orum ... multitudinem (*Verg. 12, 198* sues; *cf.* 12, 170 p. 574, 21 fetum -i dixit, non fetum

[Hoffmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

porcae [*Verg.* saetigeri fetum suis]). *al.* **b** *in foedere faciendo* (*addas p. 2746, 66*): CIC. inv. 2, 91 in eo foedere ... adulescens ... -um sustinuit iussu imperatoris (porcam *pars codd., ut ibid. iterum*). LIV. 1, 24, 8 Iuppiter, populum Romanum sic ferito, *si foedus violaverit,* ut ego hunc -um ... feriam (*cf.* 9, 5, 3 ut eum *populum* ita Iuppiter feriat, quemadmodum a fetialibus -us feriatur). 1, 24, 9. SERV. auct. Aen. 12, 170 (*v. p. 2748, 43*).

2 *pro cibo* (*v. etiam ad 3*): TITIVS or. frg. *v. l. 15.* TAB. devot. (CIL I^2 2520) 15 (*saec. I a. Chr.; v. p. 2548, 40sq.*) t⟨r⟩es victimas, palma⟨s, ca⟩rica⟨s⟩, por⟨c⟩um nigrum (*vergit ad 1a*). HOR. carm. 3, 17, 15 genium mero curabis et -o bimestri (porca *Porph. in lemmate*). PETRON. 40, 7 (*3* aper) -us ... silvaticus. 49, 4 (*1* sue) -us hic non est exinteratus? 74, 5 *coquus* de -o aves piscesque fecerat. *et saepius.* MART. 3, 47, 12 nondum ... victa lacteum faba -um. 14, 71, 1 -us inter spumantes ilice pastus apros. *al.* APVL. met. 2, 11, 1 -um opimum (p(ost) ortum opt- *cod. F*). 10, 13, 6 -orum ... largissimas reliquias. MACR. Sat. 3, 13, 13 Titius ... obicit saeculo suo, quod -um Troianum mensis inferant (*i. fartum; postea*: quasi aliis inclusis animalibus gravidum). *al.; deest* APIC. (*v. p. 2741, 2*).

3 *in medicina* (*huc traximus praecepta de cibo salutari l. 23. 25*): SCRIB. LARG. 188 *poto aconito* adiuvabit, si quis coagulum leporis ... et -i in unum miscuerit et dederit *eqs.* SER. med. 76 stercoris ex -o cinerem. 1033 teneris cerebrum gingivis *infantum* inline -i aut leporis. PALLAD. vet. med. 63 adipem -i veterem. THEOD. PRISC. log. 96 *melancholia laborantes* cibis nutriantur competentibus, ... iuscellis ... ungularum -orum. MARCELL. med. 16, 100 sulpur vivum teres et involves de axungia -i vetustissima et dabis. ANTHIM. 9 de -o domestico *carnes* et elixae et assatae. *al.*

C *appendix ad I*: **1** *accedunt alia subst. pecus suillum significantia*: **a** sus (scrofa *l. 28*): sus *appellatur mater,* -i *proles eius e. g. p. 2746, 32. 42* (*sim. accedit* scrofa *e. g. p. 2746, 14. 37. 47*). *disting. etiam p. 2746, 52. pro syn. apud* PETRON. *l. 11. p. 2745, 59, ceterum* PAVL. NOL., *sc. saepius in* carm. 20 (*e. g.* -us 20, 69. 79. 218, sus *20, 73. 77. 217*). -us *apud auctores posteriores ponitur loco vocis q. e.* sus *eamve explicat: v.* PALLAD. *p. 2746, 28sq.* CLAVD. DON. *p. 2746, 74sq.* (*cf. p. 2748, 59sq.*). **b** porca: *vox pro* -us *adhibita esse dicitur vel vice versa p. 2746, 69. 2748, 41sqq.* (*cf. l. 10*). **c** porcellus: *pro syn. p. 2746, 36; disting. l. 38. p. 2746, 53.* **d** aper: *pro syn. l. 11, cf. l. 13. p. 2745, 71.* **e** *compluria, sc. ita, ut* -us *sensu generali accipiatur*: LEX Sal. Merov. 2 tit. de furtis -orum (*in eodem capite*: 7 -um anniculum. 8 -um bimum. 9 [*accedit numerus, ut* 18. 19. 20]. *cf. e. g. 1* porcellum lactantem, *5* scrovam, *14* verrem, *16* maialem).

2 *accedunt adi. indicantia*: **a** *varia* (*selecta*): PLAVT. Men. 289 sacres (Rud. 1208). CATO agr. 150, 2 serarios. PLIN. nat. 18, 364 turpes (*sim.* IVVENC. 1, 665 inmundis [*cf. e. g. p. 2746, 7. 20*]. COMMON. patr. 5, 9 sordidissimi). MART. 3, 58, 20 avidi (*cf. p. 2748, 27*). **b** *genus* (*cf.* -us femina *p. 2746, 61*): VARRO ling. 5, 97 aprino (*v. p. 2745, 9*). PETRON. 40, 7 silvaticus (*cf.* silvestris FIRM. err. 9, 1; agrestis *p. 2745, 70*). ANTHIM. 9 domestico (GLOSS. Vatic. Reg. 203, 2). **c** *aetatem sim.* (*adde l. 37. p. 2740, 27. 2745, 63*): VARRO rust. 2, 4, 19 parvulos. 2, 4, 21 lactentibus (COLVM. 7, 9, 4. *cf.* MART. 3, 47, 12 lacteum). HOR. carm. 3, 17, 15 bimestri (*cf. p. 2748, 29*).

II *transfertur ad*: **A** *homines eorumve partes, coetus*: **1** -us *appellatur quilibet homo* (*fere in malam partem; cf. interpr. allegoricas e. g. p. 2746, 1. 8*): POMPON. Atell. 174 ⟨p⟩orcus est, quem amare coepi, pinguis, non pulcher puer. HOR. epist. 1, 4, 16 me pinguem ... vises, cum ridere voles, Epicuri de grege -um (SCHOL. id est corpori servientem). SVET. gramm. 23, 4 (*de Palaemone*) adrogantia fuit tanta, ut M. Varronem -um adpellaret. HIER. adv. Iovin. 2, 36 p. 334^C si plures -i, *i. discipuli,* post te, *Iovinianе,* currant, quos gehennae succidiae nutrias. AVG. serm. 150, 6 Rev. Ét. Aug. 45, 1999, 44 l. 134 quosdam *Christianos* ... elegisse sententiam Epicureorum, non hominum, sed -orum. COMM. apol. 19 *laetantur* saginati vivere -i (sanguinati bib- *cod.*). GILD. Brit. 67 chron. III p. 64, 8 Novatus (*i. Novatianus*) ..., dominicae mulc[t]ator margaritae, -us niger (*cf. p. 2745, 73*). *al., e. g. p. 2743, 53.* **2** -us *appellantur pudenda virginum* (*cf. p. 2748, 67; v. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 82*): VARRO rust. 2, 4, 10 et nostrae mulieres, maxime nutrices, naturam, qua[m] feminae sunt, in virginibus appellant -um et Graec[i]ae χοῖρον. **3** caput -i, *i. cuneus militum* (*cf. p. 2743, 29*): AMM. 17, 13, 9 desinente in angustum fronte *exercitus,* quem habitum caput -i ... appellat *miles.*

B *alia animalia, sc.*: **1** *varia aquatilia* (*v. e. g. Andrews, Transact. Am. Phil. Ass. 79, 1948, 240sqq. et Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 184sq.; cf. p. 2744, 18. 69. 2748, 70*): PLIN. nat. 32, 19 Apion piscium maximum esse tradit -um, quem Lacedaemoni orthagoriscum vocent; grunnire eum, cum capiatur (*fort. 'Silurus glanis' L., v. Saint-Denis, ed. 1966, 86sq.*). 32, 56 (*inde* 1, 32, 19 -o pisce [*cf.* porcopiscis]) -i marini spinae *venenatae* in dorso ([*an 'Oxynotus centrina' L.?*]. ISID. orig. 12, 6, 12 -i m., qui vulgo vocantur suilli, quia ... more suis terram sub aquis fodiunt [*de 'Phocoena phocoena' L. agi putat André, ed. 1986, 190 adn. 348*]. *cf.* HERMEN. Celtis gloss. Arch. Lat. Med. Aevi 64, 2006, 119 n. 82 -us: θαλάσσιος χοῖρος [-ασσοι *cod.*]). 32, 150 -us (phorc- *edd. vett.; in enumeratione ut*: POL. SILV. chron. I p. 544, 12 sepia. murena. -us *eqs.*).

2 *hystricem* (*cf. p. 2746, 22 et vol. VI 3, 3166, 15*): GLOSS. III 320, 13 ὕστριξ (υστρυξ *cod.*): -us silvaticus. *Hoffmann.*

f. ✻**porca,** -ae. *de origine v. p. 2745, 11* (*ubi scribitur litt. gr., si recte restit.*). *de notione*: SERV. auct. georg. 1, 138 hyadas a -is *appellari,* quas Graeci ὕας (hyadas *trad.*) dicunt, a nobis sues appellantur. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 2, 26 sus: -a. GLOSS. II 477, 47 χοῖρος θήλεια: -a. *legitur in prosa orat. inde a* CATONE, CIC., *in versibus inde a* VERG., HOR., OV.; *raro occurrit (sc. l. 64sq.) in praeceptis rei rusticae, ubi adhibentur potius* scrofa, sus. [*it., prov. vet., cat., port.* porca, *dial. vallis Antronae* pǫ́rtśa, *francog. med.* porque, *hisp.* puerca. *cf. M.-L. 6656. Battisti-Alessio IV 3019. Wartburg IX 184. Corominas^2 IV 675. Machado^6 IV 402. C. S.*] [*confunditur in codd. c.* porta CIC. leg. 2, 57 FEST. p. 213 (*restit. l. 57*); *cf. p. 2739, 14.*]

i. q. porcus femina (*quae iunctura iuxta ponitur l. 24. p. 2746, 61*): **1** *proprie significatur animal* (*adhibetur de matribus e. g. l. 59sqq. 62. 64sq.*; virgo -a *l. 34. 49. 52; de effigie l. 30*): **a** *de usu -arum*: **α** *in sacrificiis*: Ⓘ *quibuslibet*: CATO agr. 134, 1 -am praecidaneam hoc modo fieri oportet (*ibid. iterum, v. p. 2746, 61.* 134, 3. *al., v. vol. X 2, 428, 72sqq.*). CIC. leg. 2, 55 quae ... in -a contracta iura sint (2, 57 -am heredi esse contractam [*postea*: porco femina]. MAR. VICTORIN. gramm. 4, 108 qui iusta defuncto non fecerunt ..., his -a contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat). HOR. carm. 3, 23, 4 si ture placaris ... Lares avidaque -a (OV. fast. 1, 349 prima Ceres a. gavisa est sanguine -ae). OV. fast. 2, 656 *Terminus non* queritur, lactans cum sibi -a datur. 6, 158 exta ... de -a crudă bimenstre. FEST. p. 213 piacularis -a (*et saepe in* ACT. Arv., *v. p. 2067, 74sqq.*). p. 238 -am auream et argenteam dici ait Capito Ateius ...; *eas* adhiberi sacrificio Ceriali. p. 250 pr⟨a⟩esen⟨tanea⟩ -a (*v. vol. X 2, 852, 8sqq.*). ACT. Arv. a. 69 (CIL VI 2051) II 15 -am et a⟨gnam opimam⟩ (*sim. saepe in* ACT. Arv., *v. p. 2069, 28sqq.*). MART. 6, 47, 5 nympha, ... exolvit *poeta* votis hac se tibi virgine -a. IVV. 2, 86 Bonam tenerae placant abdomine -ae ... Deam. SERV. georg. 2, 380 -a, quae obest frugibus, Cereri *immolatur.* auct. Aen. 1, 8 ideo ... -am eis *Musis* sacrificari aiunt, quod multum pariat. MACR. Sat. 1, 15, 19 regina sacrorum ... -am vel agnam in regia Iunoni immolat. *al.* Ⓘⓘ *ad foedera componenda* (*cf. var. l. apud* CIC. *p. 2747, 3*): VERG. Aen. 8, 641 reges armati ... caesa iungebant foedera -a (*ad subst. fem. praelatum spectant: Quint. inst. 8, 3, 19* si fuisset 'porco', vile erat. SERV. Aen. 8, 641 falso ... ait '-a': nam ... porcus adhibebatur *eqs.* auct. *ibid.* quidam '-am' euphoniae gratia dictam volunt. 12, 170 porcum, non -am ... solere mactari, sed poetam periphrasi usum propter nominis humilitatem). PAVL. FEST. p. 235 caesa -a foedus firmare solebant (*abl. instr., ut iam l. 40 et* SVET. Claud. 25, 5). SERV. Aen. 8, 641 foedera ... dicta sunt a -a foede et crudeliter occisa. CLAVD. DON. Aen. 12, 170 (*v. p. 2747, 1*).

β *alio modo: in cibis*: MART. 13, 35, 1 filia Picenae venio Lucanica -ae. 13, 56, 1 *vulva* de virgine -a (*opp. 2* gravi de sue). *in medicamentis*: SER. med. 235 *dentifricium* est ... ungula -ae torrida. 793 luteae stercus ... -ae. 1048 adeps -ae (*cf.* MARCELL. med. 35, 9 adipis de -a sterili p(ondo) III). CHIRON 958 -am virginem occidito, ex ea particulas facito.

b *cetera exempla*: PAVL. FEST. p. 33 bisaeta -a (*v. vol. II 2012, 32*). p. 73 deteriae (*v. vol. V 1, 797, 78*). COLVM. 10, 396 *cucumis* candidus, effetae tremebundior ubere -ae. IVV. 7, 42 ferrata domus ..., in qua sollicitas imitatur ianua ⌊-as⌋ (*coni. Jessen*; portas *codd., edd. plerique*). VLP. dig. 47, 14, 1, 2 qui -am vel capram vel vervicem abduxit. SERV. Aen. 8, 43 hanc ... -am ... secum habuere Troiani (*spectat ad Verg. Aen. 3, 390 et 8, 83* sus, *ut*: CLAVD. DON. Aen. 3, 390 p. 319, 18 -am, inquit, invenies. *al. ibid.*). PRVD. perist. 10, 993 fiat periclum ..., elinguis ... quem -a grunnitum strepat. AVG. haer. 57 -am ... cum porcellis videri exire de ore hominis, quando purgatur. *in praeceptis rei rusticae* (*de matribus*): PALLAD. 3, 26, 4 *non* gregatim claudendae sunt -ae more aliarum pecudum. 3, 26, 5 mihi ... utilius probatur experto -am ... ut plurimum sex *porculos* nutrire debere.

2 *translate significatur:* ?**a** *genitale feminae* (*si recte legitur; cf. p. 2747, 62*): CATO agr. 157, 16 depetigini⌊[s] -ae⌋ brassicam opponito (⌊ ⌋ *André post Popma,* spurcae *Schneider,* psoricae *Mazzarino*). **b** *animal quoddam aquatile* (*cf. p. 2747, 68sqq.*): POL. SILV. chron. I p. 544, 18 abelindeas, -a, tinca *eqs.*

deriv.: porcarius, porcaster, ?porcator, porcetra, ?porceus, porcinacea, porcinus, porculus.

compos.: porcopiscis. *Grossardt.*

filyra herba **poremilla** ⟨...⟩ MISC. Tir. p. 66, 3. *obscurum; v.* po-

[M.H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tentilla?' *André, Lex. des termes de botan., 1956, 258; de pimpinella agi putat Moore, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 269.* *M. H.*

poreuticus, -ī *m., πορευτικός.* *i. q.* mercator, *ut vid.* (*sc. qui bona πορεύει, vehit; vocem gr. sic de hominibus adhibitam non repperimus*): INSCR. Année Épigr. 2001 n. 1969 (*Ascalone, saec. II/III*[1]*; tit. bilinguis*) memoriae C. Comisi Memoris naucleri de oeco, *i. collegio,* -or(um) (*gr. μνήμηι ... ⟨Μέμορις ναυκλήρου ἐξ οἴκου πορευτικῶν⟩ suppl. edd.*). *Bl.*

porfic- *v. vol. VI 1, 1050, 38 sq.* **porfir-** *v.* porphyr-.

porginōsus *v.* porriginosus. **porgo** *v.* 2. porrigo.

Cyclops pollicem †**poricino**† extorsit *Vlixi* PETRON. 48, 7. *estne sanum?* porcino *Bücheler, de cuneo sim. specie capitis suini praedito cogitans (formam* poric- *servari mavult Thomas, Studien zur lat. ... Sprachgeschichte, 1912, 26 sqq., de forcipe quadam agi putans); alii alia restit.*

poricio *v.* porricio. **porigo** *v.* 2. porrigo.

porisma, *plur.* -ta *n., πόρισμα.* [*in falsa var. lect. p. 2600, 58.*] *t. t. geom. et philos., i. quod* conclusione colligitur, additur (*v. e. g. Courcelle, La consolation de philosophie, 1967, 162*): BOETH. cons. 3, 10, 22 super haec ... veluti geometrae solent demonstratis propositis aliquid inferre, quae -ta ipsi vocant, ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo, nam *eqs.* (*cf.* 3, 10, 26 sive -a sive corollarium).

cumini ..., petrosillion ⌞in †**po⌟ristide**† *tantum eqs.* CHIRON 428 (petrosilino inporiscide *cod. Basil.*; 'porri sectivi [*cf. 429*]*? an ὀρεστίς herba?' Oder in app.*; ⌞⌟ 'hypo-' *Heraeus in exemplari suo, ita ut* hypocistide *restitudas quae herba ibid. 253 datur iumento fatigato* nimis soluto ventre).

*?***poriyriron** PS. APVL. herb. interpol. 93 adn. 54 (*inter nomina gr. herbae q. e. puleium*). *obscurum*; 'polyrrhizon?' *André, Lex. des termes de botan., 1956, 259.*

porna, *acc. pl.* -ās *f., πόρνη.* *nomen* spectaculi, *sc. per meton. deductum, ut vid., ab ipsis* mulieribus obscenis *in scaena partes agentibus* (*v. Jones, The Later Roman Empire, 1964, 539; cf.* mappa *vol. VIII 371, 19 sqq.,* pancarpum *supra p. 189, 31 sqq.*): NOVELL. Iust. 105, 1 *consul* quintum ... faciet processum, qui ad theatrum ducit, quem -as (aborna *sim. var. ll.*) vocant, ubi in scena ridiculorum est locus tragoedis et thymelicis choris *eqs.* (*gr. πόρνας. cf.* IVLIAN. epit. novell. 98 in quinta *processione* ... in theatro id faciat, quod -a dicitur [apo(o)rna(s) *sim. var. ll.*]).

pornīa (*i. πορνεία*): fornicatio GLOSS.[L] I Ansil. PO 358.

porno *v. p. 2326, 70 sq.* **porō** *v. p. 2778, 19.*

pōrocēlē (puracile *cod.*): callosa substantia circa nervos (-vorum *cod.*) veretri GLOSS. (*s. v.* pura-). *gr. πωροκήλη.*

porōd *v. p. 2766, 40.*

[porōsitās, -ātis *f., non nisi e coni. dub. pro voce corrupta* polositatis VINDIC. nat. hum. l. 282.**]** *M. H.*

porphir- *v.* porphyr-.

porphyra, -ae *f., πορφύρα* (*quod gr. resp.*). *scribitur in cod. vet.* Aa ORIBASII *plerumque* porfi- (porphi- *l. 56,* purphi- *l. 55*). *formam gen. plur.* -on (*sec. gr.*) ORIBAS. *l. 52 et in* GLOSS., *ut vid.; non liquet de* -os *l. 58.* GLOSS. III 585, 10 ostrago i. cyrian (*i.* cerycon) et -firon (*v. vol. IX 2, 1158, 83 sq.*). [*fort. huc pertinet* ORIBAS. syn. 3, 73 add. La p. 925 emplastrum byrfira (*spectatne ad colorem?*).]

i. q. purpura, *sc. genus concharum; non nisi in praeceptis medicorum* (*iuxta ponuntur saepe* chemia, ceryces, ostreae): ORIBAS. eup. 2, 1 *O* 7 Aa p. 494 ostraca cyrion et -on et ostrearum ([La porthiron]. *ibid. iterum, ubi* La -on, ⌞unde porpura tinguitur⌟ [*deest in gr.; cf. l. 57*]). 4, 45, 5 La p. 560 cyrices *ustae* ... et -as cocleae (*Aa p. 561* purpurae). syn. 2, 46 Aa p. 114, 15 *cicatricem inducunt* purphirae (*sim.* La). 4, 2, 4 Aa p. 6 (*sim.* La). 4, 12, 3 Aa p. 11 (*sim.* La). 4, 17, 6 Aa p. 20 -phirae et cirices (*La* porpore). 4, 27, 1 Aa p. 28 (La -(a)e, ⌞id est unde purporea tinguntur⌟ [*deest in gr.; cf. l. 53*]). 8, 25, 2 Aa p. 243. 9, 41, 3 Aa p. 350 ungula, quae porfiros invenitur (*syntaxi turbata; La* onix a cocleas purpori. *cf. vol. IX 2, 655, 28 sqq.*). PHILAGR. med. 3 p. 166, 13 ex conchiliis aut -is. 4 p. 175, 24.

porphyrēticus (-rīt-), -a, -um, *cf. πορφυριτικός* (*-ρητ- gr. scribi non vid.*). *de* scriptura (*cf.* PROB. app. gramm. IV 197, 19 -phireticum marmor, non purpureticum marmor [*sc. ad vocem gr., quam lingua lat. mutavit, iubet reverti; v. Binder, Sprachkontakt und Diglossie, 2000, 85*]. *sim.* GLOSS. quibusdam legitur per o in prima, per e in antepaenultima, -reticus, quod verius est, a quibusdam -riticus, sed corrupte): *in inscr.* purpur- *p. 2750, 15. 32,* porfyr- *p. 2750, 7. 39; in codd. rec.* -phi-, -phy- *vel* -fi-, -fy-, *hic illic* pur-. -ret- *in inscr. p. 2750, 32 sqq., in codd. rec. p. 2750, 21. al.*; -rit- *in inscr. p. 2750, 7. 15, rarius in codd. rec., e. g. l. 70. p. 2750, 11.* NOT. Tir. 100, 99 -phiriticus. GLOSS. V 585, 14 -us lapis est purpurei coloris (*postea l. 65 sq.; v. etiam p. 2750, 39*). *legitur inde a* SVET. [*in var. lect. p. 2750, 69 et* PASS. Thom. 18, *cf. etiam p. 2750, 37; falso trad.* ORIBAS. syn. 2, 56, 49 Aa p. 126, 13 *piper* non porforeticus (*La* forforacius, *sc.* furfur-; *gr. πιτυρῶδες*).]

i. q. ad lapidem porphyriten pertinens (*iuxta posito adi., quod ad locum vel plagam terrae pertinet [sc. l. 5. 8 sq. 16. 22], praecipue respici vid. lapidis e monte Porphyrite q. d. Aegyptio origo* [*de quo v. Kees, RE XXII 1, 313, 40 sqq.*]): **1** *de eo, quod e porphyrite naturā constat:* SVET. Nero 50 in ... monimento solium -i marmoris (HIST. AVG. Alex. 25, 7 de duobus m., hoc est -o et Lacedaemonio. LIB. pontif. p. 64, 1 absidam ... exornavit m. -is. *addas p. 2749, 63 et cf.* EDICT. imp. Diocl. 33, 1[a] suppl. p. 302 L. [*33, 1* ⟨de⟩ marmoribus] ⟨por⟩fyritici pedem ⟨denariis⟩ du⟨centis ...⟩ [*gr. πορφ⟨υρίτου⟩; seq.* ⟨Lace⟩daemonii]). HIST. AVG. Heliog. 24, 6 stravit ... saxis Lacedaemoniis ac -is plateas. COMMENT. Lucan. 10, 116 ('purpureus ... lapis') -us *lapis* (LIB. pontif. p. 55, 1 ex ⌞l.⌟ -o [metallo *var. l.*]. PASS. Thom. 18 iussit ex -riticis l. memoriam exstrui *eqs.* coron. 8. *cf. p. 2749, 71*). PASS. coron. 3 capitella columnarum ex monte -o incidi (4 *venientes* ad m. -um, qui dicitur igneus. 10. 12). **2** *de eo, quod ex porphyrite factum est:* columna: CIL VI 222 (*a. 156*) *aediculam* adampl⟨iavit colu⟩mnis purpuriticis. HIST. AVG. Pius 11, 8 mirans ... c. -as. LIB. pontif. p. 55, 3 in medio fontis c. -a. p. 108, 18 c. Aquitanicis et Tripolitis et -is. *al. ibid.* MARCELL. chron. II p. 67, 403, 2 Eudoxiae ... super -am c. argentea statua iuxta ecclesiam posita (*cf. l. 36*). p. 69, 407 iuxta -am Constantini imperatoris c. (*sc. in foro Constantini; de eadem*: CASSIOD. hist. 2, 18, 12 [*gr. Socrat. 1, 17, 8 πορφυροῦ*]. 3, 10, 9 -ritica [-retica *var. l.; gr. Socrat. 1, 38, 7 πορφυροῦς*]). PS. FVLG. RVSP. serm. 63 (*in imag.*) *ecclesiae* c. -ae, homines bibituri Christi cruorem; c. Lacedaemoniae, insani liberandi a daemone *eqs.* *exempla cetera:* HIST. AVG. Prob. 2, 1 *sum* usus ... regestis scribarum porticus -ae (*cf. l. 32*). AMBR. epist. 5, 25, 4 -um labrum pulcherrimum (*cf.* LIB. pontif. p. 66, 1 in sarcofago -o). *ibid.* tabulae -ae pretiossissimae. Nab. 13, 54 non in auratis laquearibus nec in -is orbibus heredis est meritum. LIB. pontif. p. 98, 19 supra platomas -as. p. 108, 15 lacum. PASS. coron. 10 concae. **3** *de loco, unde lapis porphyrites secatur sim.* (*cf. l. 12*): LIB. pontif. p. 99, 23 *columna* ex metallo -o (PASS. coron. 3 *al.; cf. l. 10*).

fem. pro subst. **porphyrētica,** -ae. *i. q.* porticus columnis porphyreticis fulta: CIL XV 7191 (*in collari fugitivi*) in foro Traiani in purpuretica (*de eadem l. 24; ad rem v. Papi, Lex. topogr. urb. Rom., II 356*). X 1703 (*Puteolis; saec. V in.*) ⟨po⟩rfyreticam ⟨ve⟩tustate ⟨collap⟩sam.

porphyreus (-firius *l. 38*), -a, -um, *πορφύρεος.* *i. q. ex porphyrite factus:* CASSIOD. hist. 10, 15, 2 Eudoxiae statua argentea constituta est in columna -ea (-retica *ed. Beati Rhen.; gr. Socrat. 6, 18, 1 πορφυροῦ. cf. l. 17*). *i. q.* purpureus: GLOSS. -firia sunt purpura; hinc porphyretica sunt rubicunda marmora.

cf. Onom. (-eus, -ius).

porphyrio, -ōnis *m., πορφυρίων* (*quod gr. resp.*). *scribitur in codd. vet.* -phor- *l. 50,* -phyr- *l. 52,* -phir- VVLG. lev. 11, 18 (cod. G), purpur- *l. 52 (cf. l. 48); codd. rec. plerumque praebent* -phy-, -phi- *vel* -fy-, -fi-. *nom.* -on *l. 53; plur. non nisi l. 50.*

nomen avis; respicitur: **1** *'Porphyrio porphyrio' L.* (*de quo v. e. g. Capponi, Ornithologia lat., 1979, 428 sqq.; huc pertinere vid.* GLOSS. I p. 163 po⟨r⟩phirio: pulcher avis): PLIN. nat. 10, 129 (*inde* 1, 10, 63) -o solus morsu bibit *eqs.* (porpur- *pars codd.*). 10, 135 Baliares insulae nobiliorem ... -em mittunt. 11, 201 *quibusdam avibus* praelonga colla et angusta, ut -i (porphor- *M*). MART. 13, 78 tit. -es (*I* nomen habet magni volucris tam parva gigantis). VET. LAT. lev. 11, 18 (cod. 100) *non comedetis* -em et pelecanam *eqs.* (*in eadem re* deut. 14, 18 [*ibid.*] purpurionem; *utrobique* VVLG. porphir-). POL. SILV. chron. I p. 543, 19 (*inter volucres*) porfirion. **2** *'Pelecanus onocrotalus' L. (per confusionem): v. p. 996, 9 sq., ubi addas* GLOSS.[L] Corp. P 498 ⟨-o⟩, -is: pel[l]icanus. **3** *'Turdus pilaris' L., ut vid.:* GLOSS.[L] Corp. P 517 -o: feolufer (*anglosax.; item fere* GLOSS. V 382, 24 -o: felofor [felusor *cod.*]. *cf. Gloss.*[L] *Corp. O 175* onocratal[l]us [*i.* -crot-]: feolufer).

cf. Onom.

porphyrissa: purpurea; graecum est GLOSS.[L] III Abstr. PO 40 (*inde* I Ansil. PO 352 [*scrib.* -fir-]. *cf.* GLOSS. V 510, 49 porfirissa: purpureo, rubeo). *obscurum (gr. alibi non legitur); estne fem. nominis avis an cognominis viri Πορφυρίων?* purpurissum *confert Goetz.*

porphyrītēs (-īs *v. l. 65. 69*), *acc.* -ēn, *abl.* -ē *m.* (*de f. v. l. 72*), *πορφυρίτης.* *de orig. v.* ISID. purpur- *l. 69.* NOT. Tir. 100, 98 -piritis. *nomen lapidis marmorei:* **1** *solum ponitur:* PLIN. nat. 36, 57 rubet -es in ... Aegypto *eqs.* (*pendet* ISID. orig. 16, 5, 5 [*de marmoribus*] ⌞-es⌟ in Aegypto est rubens ...; nominis ... causa quod rubeat [ut] purpura [⌞ ⌟ porphireticum, purpuritis *var. ll.; inde* GLOSS.[L] I Ansil. PU 374 purpuritis]). **2** *apponitur substantivo:* PLIN. nat. 36, 88 columnae -e lapide (IVL. VAL. 3, 36 l. 822). *fort. huc pertinet:* CIL XIII 4319 ⟨... *rem quandam* ⌞tetr?⌟⟩agonam -en cum basi d(e) s(uo) d(edit) (⌞ ⌟ *suppl. Frézouls*).

porphyrīticus *v.* porphyreticus.

1. porphyrītis, (-idos) *f., πορφυρῖτις.* *significatur genus fici (sc. pomi) coloris purpurei* (*cf. André, Lex. des termes de botan., 1956, 259*):

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat. 15, 71 (*69* quae *fici Lydiae* sunt purpureae) primo ... provenit -is longissimo pediculo (perph- *codd.*).

cf. Onom. *Ottink.*

2. porphyrītīs *v.* porphyrites. **porphyrius** *v.* porphyreus.

porp(h)yropoecilus, -ī *m. vel adi., ποϱφυϱοποίκιλος (quod gr. alibi non legi vid.).* *nomen lapidis coloris purpurei punctisque distincti*: EDICT. imp. Diocl. 33, 5 suppl. p. 302 L. (31, 5 G.; *in cap.* ⟨de⟩ marmoribus) ⌊poṛpyropoecili⌋ pedem *denariis tot* (⌊ ⌋ *exemplar Aezan., v. Crawford-Reynolds, Zeitschr. Pap. Epigr. 34, 1979, 178, qui p. 199 cogitant de errore lapicidae pro* pyrrhopoecili; pyrrhopoicili *legit Giacchero*; ⟨...⟩o̩poe̩cili *exemplar Aphrod.* p. 302 L.; *gr. 33, 5* ⟨...⟩*οικίλου*).

porpirītīs *v.* porphyrites. **porpor-, porpur-** *v.* purpur-.

porpyropoecilus *v.* porphyro-. *Bk.*

porrāceus, -a, -um. *a* porrum. *i. q. porri proprius sim.; respicitur*: **1** *color prasinus* (*v. André, Termes de couleur, 1949, 191*): PLIN. nat. 20, 107 bolbinen Graeci vocant herbam ⌊-is⌋ foliis, rubicundo bulbo (⌊ ⌋ par(r)ace(s) *var. ll.*). 24, 11 quod *viscum e robore* ... extra fulvum, intus -um. 37, 160 -i coloris (*de gemmae cuiusdam colore ut*: 37, 165 -o c. [-i c. *var. l.*], sanguineis venis distincta [*de heliotropo ut Sol. 27, 36 et inde Isid. orig. 16, 7, 12* viridi c., *Damig. lapid. 2, 2* c. smaragdino]. *sim.* 37, 173 morochthos colore -a). *neutr. pro subst.*: SOL. 52, 62 chrysoprasos ... ex auro et -o mixtam lucem trahentes (*cf. Plin. nat. 37, 113* porri sucum ... referens). **2** *crassitudo foliorum*: PLIN. nat. 21, 117 *iunci cuiusdam* folia ima -is exiliora *eqs.* (*cf. Diosc. gr. 1, 4, 1 φύλλα ὅμοια ϱάσῳ κτλ.*).

porracius: homo capillum ⌊nitidum⌋ habens GLOSS. V 322, 30 (*subesse vid. gr. πυϱϱάκειος vel -κης sec. Bücheler*; ⌊ ⌋ *restit.* rutilum?). *M. H.*

porrēctio, -ōnis *f.* *a* porrigere. GLOSS. -o: *ἐπέκτασις. ἐπίδοσις.* GLOSS.[L] I Ansil. PO 350 -o: extensio. [*olim legebatur pro* perrectio *p. 1663, 57.*]

1 *i. q. actio porrigendi* (*accedit gen. obi. praeter l. 42. 54*): **a** *vigente vi locali; porriguntur*: **α** *partes corporis: variae*: RHET. Her. 3, 15, 27 -e ⌊perceleri⌋ brachii, inambulatione ... uti oportet (⌊ ⌋ *v. p. 1194, 67 sq.*). CIC. nat. deor. 2, 150 digitorum ... contractio facilis facilisque -o. manus (*sc. gen. sing. vel plur.*): OPTAT. 3, 11, 7 m. tuae -o et pauca verba (*sc. quibus Donatistae seducunt fideles*). AVG. gen. c. Manich. 2, 22, 34 (*respic. gen. 3, 22*) manus ... -o bene significat crucem *Christi* (*inde* ISID. expos. in gen. 5, 12). CASSIAN. conl. 3, 12, 3 *dominus nos titubantes* -e quodammodo m. suarum ... confirmat. EVSTATH. Basil. hex. 4, 5, 12 (*in compar.*) aqua ... tamquam duarum -e m. gemina illis qualitate coniungitur, id est per frigiditatem terrae, per humiditatem aëri (*gr. οἱονεὶ χειϱῶν δύο ἐπιβολῇ*). **β** *machinae*: VITR. 10, 15, 7 -es *testudinis* ... in altitudinem extollebantur et in imum inclinatione demittebantur. **γ** *ea, quae manibus offeruntur*: TRACT. de indur. cord. Phar. 26 per buccellae -em (*respic. Ioh. 13, 26 sq., ut*: IND. capp. bibl. Ioh. A 34 p. 502 intincti panis -e [pror- *var. l.*]). GREG. TVR. glor. conf. 30 eu[g]logiarum -o eius *sacerdotis* ex manu. **δ** *arboris rami* (*in imag.*): AVG. epist. 185, 32 quae *arbor* (*i. ecclesia*) ramorum suorum -e toto orbe diffunditur.

b *evanida vi locali; respicitur*: **α** *continuatio vel augmentum actionis*: EVSEB. EMES. serm. 18, 15 p. 17, 19 (*spectat ad gen. 22, 1 sq.*) *deus* 'accipe ... tu, *Abraham,* filium tuum' et hoc 'unigenitum' ait: -o tentationis (*postea*: additamentum doloris). **β** *productio verbi*: PRISC. gramm. II 590, 26 'egomet' et cetera, quibus adiungitur 'met', magis per -em vel assumptionem, quam Graeci vocant *ἐπέκτασιν* vel *παϱαγωγήν,* solent proferri.

2 *i. q. magnitudo porrecta*: **a** *vigente vi locali significatur: linea recta*: VITR. 10, 3, 9 cum haec (*sc. iuga, phalangae sim.*) ... ad centrum -bus et circinationibus reciperent motus (*postea p. 2756, 62*). *latitudo*: PALLAD. 1, 21 octo pedes ad spatium standi singulis boum paribus abundant et in -e quindecim (*pendet e Cet. Fav. 13* latitudo XV pedibus disponatur [*cf. Vitr. 6, 6, 2* latitudines]). **b** *evanida vi locali significatur ordo, series*: HIL. trin. 6, 12 unigeniti ex deo dei nativitas non series est, sed progenies ..., naturae unitas est, non ex conexione -o. BOETH. arithm. 1, 17, 2 l. 10 disponantur ... a ternario numero cuncti in ordinem impares in quamlibet longissimam -em: III, V, VII *eqs.*

porrēctius *adv. compar. v.* 2. porrigo.

porrēctōrium, (-ī) *n.* *a* porrigere, porrectum (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 301*). *fortasse significat vas, quod ad potandum porrigitur* (*sic Funck, Arch. Lat. Lex. 8, 1893, 383*): GLOSS. III 324, 64 (*in cap.* de argenteis) †*αϱδοτης* (*ἀϱδευτής Boucherie*): -um.

1. porrectus *v.* porricio. **2. porrēctus** *et* **porrego** *v.* 2. porrigo.

[porriciae, -ārum *f. plur. olim afferebatur e locis, ubi nunc* prosiciae *legitur, sc.* SOL. 5, 23 ARNOB. nat. 7, 25 p. 373, 17.]

porricio, *?*-rēcī (*v. p. 2752, 47*), -rectum, -ere. [*a* por- (*cf.* portendo *al.*) *et* iacio, *quamquam potius exspectes verbum aliquod dandi, sec. umbr.* pur-dovitu (*imperat., 'porricito'*) *similiter adhibitum* (*Leumann-Hofmann-Szantyr, Allg. Teil, 1965, 82**). *ex voce* por-ic-ere (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) *evanuit* i̯ *semivocalis eodem modo atque ex* abicere *sim.; qua denuo restituta* por-i̯icere (– ⏑ ⏑ ⏑, *ut* ab-i̯icere) *scribebatur* porr- (*fort. et ita pronuntiabatur*) *nimirum ad exemplum vocis q. e.* porrigere (*v. Wackernagel, Vorl. über Syntax II², 1928, 169; Gagnér, Stud. zur Bed. der Präpos.* apud, *1931, 54 sqq.*); *cf.* dissicere (< dis-i̯icere) *iuxta* dissecare. *Fo.*] *de scriptura et mensura: stirpe praes.* pori- *trad.* PLAVT. Pseud. 266 (por- *loco ancipiti*). PAVL. FEST. p. 219 *et in var. l.* VERG. *vol. X 2, 1796, 44* (pōr-), *exstant in codd. et* pori- *et* porri- VARRO ling. 6, 54 (*sc. l. 44*). SERV. *et* MACR. *l. 16 sqq.; p. p. p. occurrit in codd.* (*sc. eo sensu, qui huic verbo convenit; cetera v. sub* 2. porrigo) *solum apud* MACR. *l. 54* (porr-). *de notione, vetustate, proprietate*: VARRO rust. 1, 29, 3 (*antea l. 58*) exta deis cum dabant, -ere dicebant (-rig- *var. l.*). PAVL. FEST. p. 219 -am (-rit- *var. l.*): porro iaciam (*cf. l. 17; loco mutilo* FEST. p. 218 *attulerat l. 40*). QVINT. inst. 8, 3, 25 (*inter Vergilii verba prisca*) -ere (*si recte restit. Haupt*; pollicerent *trad.*). SERV. Aen. 5, 238 (*v. vol. X 2, 1796, 45 sqq.*). auct. *ibid.* '-am' ..., id est porro iaciam. MACR. Sat. 3, 2, 2 (*cf. 1 Vergilius* nullis ... magis proprie usus est quam ... sacrificalibus verbis) 'exta ... -am in fluctus' (= VERG. Aen. 5, 238), non, ut quidam, 'proiciam' ...; nam et ex disciplina haruspicum et ex praecepto pontificum verbum hoc sollemne sacrificantibus est, sicut Veranius *eqs.* (*v. l. 41*). 3, 2, 4 '-ere' ..., non 'proicere', proprium sacrificii verbum est. 3, 2, 5 rite potuisse -i exta, non proici.

t. t. in rebus sacris, i. q. sacrificando offerre (*ad rem v. e. g. Latte, Röm. Religionsgesch. 390*). *indicatur quo per praepos.* in *c. acc. l. 41. 44 sq. al., ubi per abl. nudum* SERV. Aen. 5, 238 aris, *cui deo per dat. l. 55; fere pro syn. accedit* dare *l. 13. 41.* *vox trad. apud* SERV. *et* MACR., *qui eam testantur, praeterea paucis locis l. 8 sqq. allatis; saepius a doctis restituta est, sc. maxime pro* proicere (*cf. vol. X 2, 1796, 38 sqq.*), *ceterum e. g. pro* porrigere *l. 45. 48. 60 (variant in codd. l. 14. 58); itaque facile fieri potest, ut unum alterumve locum attulerimus, ubi aliud verbum servandum erat.*

1 *proprie* (*proverbialiter* CIC. *l. 49; addasne* OV. *p. 2760, 17?*): **a** *-untur exta*: **α** *quaelibet exempla, sc. pro obi. sunt maxime* exta (*e contextu subaudiuntur e. g. l. 38 sqq.*; prosicies extorum *l. 44; absolute l. 43 sq.*): NAEV. carm. frg. 35 simul atrocia ⌊-rent⌋ e. ministratores (*Iunius,* proic- *trad.*). PLAVT. Poen. 457[a] votui e. prosicarier, ⌊neque ea p⟨or⟩icere (*Seyffert*) volui ...; deam esse indignam credidi⌋ (⌊ ⌋ *om. cod. A, secl. edd. multi*). Pseud. 266 si sacruficem ... Iovi atque in manibus e. teneam ut -am (pori⟨...⟩m *cod. A,* poritiam *cett.*). FAB. PICT. Macr. Sat. 3, 2, 3 (*e Veranio*) e. -unto, dis danto, in altaria aramve focumve eove, quo e. dari debebunt (-unt, proiciunt, porciunto *var. ll.*). VARRO ling. 5, 112 *augmentum* impo⟨nitur in por⟩ri⟨ci⟩endo ([*sic Spengel*]. *item absolute*: 6, 54 a -endo [*v. p. 2563, 36*]). frg. Non. p. 220, 24 prosiciem extorum vel in mensam -ere (*Lindsay post alios,* -rig- *trad.*). VERG. Aen. 5, 238 in fluctus (*item* 5, 776, *cf.* LIV. 29, 27, 5 in mare; *v. vol. X 2, 1796, 44. 48 sq.*). FENEST. hist. 1 ext[r]a ... -cissem (*Palmer,* -cissent *Müller,* proiec- *trad.*). ARNOB. nat. 2, 68 -ere (*Sabaeus,* -rig- *cod.*). **β** *in locut.* inter (exta) caesa et -ta *sim.*: CIC. Att. 5, 18, 1 ne quid i. c. et -ta (*pars edd. vet.,* proiecta *codd.*), ut aiunt, oneris mihi addatur aut temporis (*v. Otto, Sprichw. n. 293*). VARRO ling. 6, 16 i. cuius *agnae* exta c. et -ta (*Augustinus sec. cod. deperditum,* proiecta *codd. cet.*). 6, 31 i. hostiam caesam et exta -ta (*Augustinus et codd. ut supra; respiciuntur dies intercisi [v. vol. VII 1, 2163, 56 sqq.] ut*: MACR. Sat. 1, 16, 3 i. c. et -ta fari licet).

b *-untur* libamenta: VARRO ling. 6, 54 l. -ta sunt Herculi in aram (*Augustinus,* proiecta *trad.; v. p. 2563, 37*).

2 *transfertur ad quamlibet actionem dandi, proferendi sim.*: VARRO rust. 1, 29, 3 seges frumentum -it (-rig- *var. l., quod trad. loco pendente* FEST. p. 238; *v. p. 2739, 23 sq.*). CYPR. GALL. exod. 1212 (*cf. exod. 32, 20*) *Moses* vitulum *aureum* dissolvit et exin -it in pelagus (*Peiper,* -rig- *trad.; cf.* VERG. *l. 45*).

porrigibilis, -e. *a* porrigere. *i. quod porrigi potest*: CHALC. transl. p. 44[E] crurum ... et brachiorum -is et flexuosa substantia (*cf. gr. ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτά*). *Bl.*

porrīginōsus, -a, -um. *a* 1. porrigo. *i. q. porrigine affectus* (*cf.* GLOSS. III 330, 30 *λεπϱώδης*: -us [purr- *cod.*]): MARCELL. med. 4, 17 betae ... suco -um caput ... lotum omni tabe purgatur ([*inde* PLIN. phys. Bamb. 5, 14; *scrib.* porg-]. 4, 25 sq. 28 sq.). 4, 30 inlines ... eo *medicamento* ⌊-um⌋ et ulcerosum capite contra pilum et postea lavabis in balneo (⌊ ⌋ *masc. pro subst.*).

cf. pruriginosus.

*?***porrīgium:** *πίτυϱον ἢ ἐν τῇ κεφαλῇ ῥυπαϱία* GLOSS. II 408, 25 (prorigo *var. l.*). *potius corruptum pro* 1. porrigo (prurigo) *quam explicandum sec.* contagium *iuxta* contagio *et alia sim.* (*sed cf. formam* porrigio *p. 2753, 5*).

[Grossardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. ⁂**porrīgo,** -inis *f.* [*compluria subst.* -īgo *suffixo terminata et similia significantia affert Leumann, Gramm. 1977, 369, inter alia etiam* lentīgo *a* 2. lēns; *simili modo* -o *a* porrum *derivatum esse putat idem. Fo.*] *scribitur etiam* purr-, *e. g.* PLIN. nat. 28, 163 (*var. l.*), pro- GLOSS. III 604, 30, -rigio GLOSS. II 589, 62; *de confusione c.* prurigo *v. l. 40 et vol. X 2, 2390, 37. plur. inde a* PLIN. nat. [*dial. hisp. occ.* (*Cespodosa; an et hisp. vet.?*) porrin *'pabulum equorum'; cf. mozarab.* forrin, *mauret.* afuri. *cf. M.-L. 6667a. Battisti-Alessio IV 3025. Wartburg IX 193. C. S.*]

de morbo quodam cutis, sc. asperitate sim. q. d. pityriasis, vel de loco affecto (*ad notionem v. l. 15. 17. 18 et* GLOSS. -o: *πίτυρα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ. πιτυρίασις. λέπρα.* furfures. scabies minuta. morbus. *iuxta occurrunt* furfures *l. 25. 30. 35,* pityriasis *l. 31,* pthiriasis *l. 24. 30. 36,* scabies *l. 15. 21. sim. al.*): **1** *in capite hominis* (*iunctura* -o capitis *l. 25. 31, cf. l. 26; addidimus exempla minus definita*): **a** *vario usu*: LVCIL. 982 tristem et corruptum scabie et -is plenum (*explicat* NON. p. 160, 21 -o: genus morbi). HOR. sat. 2, 3, 126 ungere ... caput ... inpexa foedum -e (SCHOL. -o est quidam morbus capitis cariem faciens). CELS. 2, 8, 36 nisi in capite multa -o totove corpore pustulae ortae sunt. 6, 2, 1 -o ... est, ubi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt haeque a cute resolvuntur ...; fereque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio. FRONTO p. 159, 8 (*iocose*) scabies, -o ex ... libris *tumidis* concipitur. SER. med. 32 cum caput immensa pexum -e ninguit (*cf.* 42 crebrae -is imber). SERV. auct. Aen. 1, 720 -e olim capillos cecidisse feminis. **b** *respicitur curatio*: PLIN. nat. 20, 53 *alium* pthiriasis et -es ... compescit. 20, 69 *betae* radices ... -em tollunt (24, 187 -es capitis furfuresque. *al.* MARCELL. med. 4, 34. *al.*). 20, 129 *nasturcio* emendari ... -em et ulcera capitis ([*inde* GARG. MART. med. 13, 11 -em ... tergit]. 28, 163. *cf. l. 36*). 20, 146 *mentastrum* contra -em ... infunditur capiti (*cf.* ad -em: SER. med. capp. 3 ad -em depellendam. PS. APVL. herb. 20 l. 6 ad capitis vitia vel -es vel furfures. *al.*). 24, 18 (*nisi ad 2*) pthiriasis perunguere ..., item -es (MARCELL. med. 4, 1 pituriasin et -es capitis). *al.*

2 *in qualibet parte corporis humani* (*respic. ubique curatio*): SCRIB. LARG. 243 ad papulas in capite effervescentes vel qualibet parte corporis ⌞totius -em⌟ (*om. ind. capp. 243, sed cf.* 243 tit. ad papulas et -em). PLIN. nat. 23, 154 ulcera oris et furfures, cutis -em sucus bacarum *lauri* emendat et pthiriasim. MARCELL. med. 31, 46 -es ani. 32, 52 -em intertriginum interficies hoc medicamine.

3 *in animalibus*: COLVM. 7, 5, 6 *ovibus sub lana* subest aspera cutis et velut quaedam -o. IVV. 2, 80 grex totus in agris unius scabie cadit et -e (pru- *var. l.*) porci.

deriv.: porriginosus; *cf. ?*porrigium. *Grossardt.*

2. ⁂**porrigo** *et* **porgo**, porrēxī, porrēctum, porrigere *et* porgere. **[***a* por- (*cf.* por-tendo *al.*) *et* rego; *exstat et* porgo *per syncopen formatum* (*cf.* pergo, surgo). *inter composita verbi q. e.* rego *sola sunt* por(ri)go *et* sur(ri)go, *quae formas praebent tam plenas quam per syncopen breviatas. quod ad usum attinet, vix differunt* -o *et* porgo (*aliter* surrigo *et* surgo). *Fo.***]** *de origine* (*cf. p. 2754, 3*): FEST. p. 218 'porigam' dixisse antiqui videntur pro '-am' ..., ducto verbo a 'porro regam'; ⌞aut si⌟ (*an* etsi*?*) id frivolum videtur, cum aperte ⌞*ἐκ τοῦ ὀρέγειν*⌟ (*Lindsay, alii alia*; eciuoregin *cod.*) tractum sit; sed antiqui etiam 'porgam' dixerunt pro '-am'. PRISC. gramm. II 523, 9 -rgo -rexi (*inter verba* a 'regendo' composita. *addit formam plenam* -o 523, 10, *sc. inter compos.* e in i convertentia).

de scriptura et formis: in stirpe praes. porrig- *passim,* porig- *l. 47 et* SEN. benef. 5, 25, 1 (*cod. N ante corr.*), -reg- CE 709, 11 (*saec. VI*) *et hic illic in codd. rec., e. g.* CAES. AREL. serm. 26, 5 p. 112, 17 sq.; porg- *per syncopen breviatum testantur* FEST. *et* PRISC. *l. 50 sq., adhibent auctores locis infra allatis, sc. maxime poetae inde a* PLAVTO, *sed etiam e. g.* LIV., AVR. Fronto (*quas formas breviatas ubique compendiis* -rgit, -rge *sim. indicavimus*): *indicat.* -rgit STAT. silv. 2, 1, 205 (*Barth, contextu tempus praes. requirente*; pors- *cod. M,* porx- *var. l.*). CYPR. GALL. num. 27 (porrig-, perg- *var. ll.*), -rgitur PRISC. periheg. 54, -rgebat SIL. 9, 458, -rgemus PAVL. PETRIC. Mart. 4, 13 (*Gronovius*; purg- *trad.*); *imperat.* -rge PLAVT. Merc. 883 *et* Pseud. 708 (*v. p. 2758, 4 sq.*). AVSON. 8 (322 S.), 37 (perge *var. l.*). INSCR. christ. urb. Rom. 15943 sq., -rgite PLAVT. Epid. 733 (*Dousa*; purg- *cod. A,* surgite *sim. cett.*). VERG. Aen. 8, 274 (*huc spectat* SERV. Aen. 1, 26 '-rgite' de ENNIO [= frg. inc. 23] transtulit); *part. praes.* -rgens CIC. Arat. 211 VAL. FL. 2, 655, -rgentes LIV. 29, 16, 6 (*P,* porrig- *pars codd., ut*: 30, 21, 7 -rgentium); *inf.* -rgere AVR. Fronto p. 103, 22. PRVD. c. Symm. 1, 275 (perg- *var. l.*). GLOSS. *p. 2754, 5* (*v. etiam p. 2759, 58*), -rgi STAT. Theb. 8, 754 ITIN. Alex. 9, 22. *in stirpe perf.* -rexi *passim, sed* -reg- *trad. p. 2762, 67, cf.* VET. LAT. Ioh. 13, 26 (cod. 11) -rigero ... ⌞-regit⌟ (*gr. δώσω ... δίδωσιν,* VVLG. -rexero ... dedit; ⌞ ⌟ *an praes.?*); *vix agnoscas* -rxit *l. 60. p. p. p.* -tum *testatur* PRISC. gramm. II 525, 18, *adhibent auctores inde a* PLAVTO. NOT. Tir. 51, 4 sqq. -regit (-rigit, -riget *var. ll.*). -rexit. -tum.

de mensura: -i *pro anapaesto apud* CIC. *p. 2760, 35 affert* DIOM. gramm. I 469, 33 (*sc. positionem neglegens; cf. Dammer, Diom. grammaticus, 2001, 295*); -xīt *v. p. 2761, 65. de notione*: NON. p. 47, 4 -tum est ... tentum, id est porro iactum. GLOSS. -o: *προτείνω. ἐπεκτείνω. ἐκτείνω. ὀρέγω ὅ ἐστι δίδωμι. ἐπιδίδωμι. προσδιδῶ. χορηγῶ.* -e: *ἐπίδος. πρόσδος.* -ite: propinate. -ere: -rgere. -i: *ἐκτείνεσθαι, ἁπλοῦσθαι.* GLOSS.^{L} I Ansil. PO 354 -e: extende. *al. legitur in versibus inde a* LIV. ANDR. *p. 2762, 46,* PLAVTO, ENN. *p. 2753, 66,* CIC. Arat., *in prosa oratione inde a ?*CATONE (*v. p. 2756, 51*), RHET. Her., CIC., VARRONE. **[***it.* porgere, *sard. centr.* pórrere, (ap)porrire (*cf.* porretta *'donum' a p. p. p.* -tus), *raet. occ.* póržer, *francog. vet.* puirier (*et var. dial.*), *prov. et prov. vet.* porser (*unde in lingua Vascorum* putchitu *'tradere'*), *hisp.* (a)purrir. *accedunt deriv. raet. centr.* porgola (*Fassa*) *et* pordlę (*Gradena vallis*), *'furca faenaria'. cf. M.-L. 6667. Battisti-Alessio IV 3023. Wartburg IX 193. Corominas*^{2} *I 305 s. v.* apurrir. *C. S.***]** **[***confunditur in codd. maxime cum* corrigere, *e. g.* AETNA 182 OV. fast. 1, 646 SEN. dial. 12, 9, 2. *al. (restit.* PAVL. FEST. p. 79 CELS. 8, 10, 2^{B}; *v. etiam p. 2756, 52); ceterum e. g.* porg- *cum* pergere *p. 2753, 61. 63. 69 (cf. p. 1428, 21; falso trad.* ANTH. 786^{a}, 15), purgare *p. 2753, 62; p. p. p.* -tus *cum* proicere (proiectus) HOR. sat. 2, 3, 112 OV. epist. 8, 69. *al.; restit. pro* polliceri LIV. 45, 12, 4; *dubie vel falso trad. pro* exporr- VITR. 9, 4, 6 SEN. nat. 4, 2, 12, perlegere MART. 3, 50, 5, porricere *p. 2752, 30,* proripere PLAVT. Rud. 660; *contextu manco* OV. Pont. 2, 2, 34.**]**

fere i. q. extendere, ἐκτείνειν. accedit passim acc. obi. (vel subi. verbi pass.), quod intellegitur e contextu e. g. p. 2762, 46; saepissime mediopass.; usu refl. maxime sub IA2 et IB, e. g. p. 2761, 51 sqq. 2763, 6 sq. 13. 2764, 2 sq., alibi e. g. p. 2755, 21. 2756, 74. 2759, 69. 2764, 26; dicitur animans vel res -ere partem sui ipsius p. 2757, 74 sqq. passim, ceterum e. g. p. 2755, 58. 61. 2761, 56 sqq. saepissime c. additamentis, quae indicant ubi, qua via, unde, quo -atur quis vel quid (simul et unde et quo e. g. p. 2757, 16. 35. 2761, 32); sim. etiam quantum (saepe locis p. 2765, 2 sqq. allatis, ceterum e. g. p. 2755, 37 sqq. 2761, 12. 2762, 20. 2763, 62), qua forma, figura (e. g. p. 2755, 25. 2756, 35. 2757, 16), quo instrumento (e. g. p. 2756, 27. 2760, 5. 2763, 59); c. dat. accipientis saepe sub IB1 et p. 2757, 74 sqq. 2760, 1 sqq.; finis actionis -endi significatur et aliter et per dat. c. gerund. p. 2758, 28, per coni. nudum APVL. met. 2, 16, 2 *poculum* -it bibam; *de acc. graeco v. p. 2755, 54. fere pro syn. accedit maxime* extendere, *e. g. p. 2755, 37. 75. 2757, 18. 67. 2761, 50 (cf.* tendere *e. g. p. 2755, 25. 2762, 47. 2764, 2,* intendere *p. 2763, 31), ceterum e. g.* expandere *p. 2755, 67,* sternere *p. 2755, 44; fere opp. e. g.* coartare *p. 2755, 20. 2756, 10,* comprimere *p. 2755, 55,* contrahere *p. 2755, 20. 71. 2763, 55 sq. 2764, 64. al. (cf.* retrahere *p. 2764, 38*), corripere *p. 2764, 65,* reducere *p. 2759, 14 nec non* curvum esse *p. 2755, 75. graece respondent e. g. ἀνατείνειν p. 2761, 46, ἐπεκτείνειν p. 2762, 53, τανύειν p. 2761, 8. 39, (ἐπι)διδόναι p. 2758, 66. 2760, 5.*

materiam sic digerendam esse putavimus:

I *vi locali et usu inde derivando*:

A *proprie vel in imag.*:

1 *potius c. respectu actionis, motus; praevalente notione*: **a** *explicandi, pandendi, spargendi: l. 73* (*-untur animantes p. 2755, 1, res p. 2756, 49*). **b** *protendendi, exserendi: p. 2757, 70* (*-untur bracchia, manus p. 2757, 75,* oculi *p. 2759, 42, quaelibet membra corporis p. 2759, 49, ea, quae membris tenentur p. 2759, 75, varia p. 2760, 66*).

2 *potius c. respectu formae, situs; -untur*: **a** *loca, regiones: p. 2761, 5* (*caeli p. 2761, 6, terrae vel maris p. 2761, 21*). **b** *aedificia, urbes, viae: p. 2761, 67.* **c** *membra, partes corporis animantium: p. 2762, 7.* **d** *varia: p. 2762, 17.*

B *translate; -untur quae*: **1** *offeruntur, praestantur, praebentur: p. 2762, 43* (*occasio p. 2762, 63, fruges p. 2762, 68, Christus p. 2762, 72*). **2** *augentur, dilatantur sim.: p. 2762, 75* (*varia p. 2763, 4, pecunia p. 2763, 55, scripta, dicta p. 2763, 58*). **3** *aliquo diriguntur: p. 2763, 71* (*mens, affectus ipsive homines p. 2763, 72, varia p. 2764, 8*).

II *vi temporali*:

A *quaelibet exempla*: **1** *-itur tempus: p. 2764, 19* (*vitae p. 2764, 33*). **2** *-untur, quae aliquod tempus existunt: p. 2764, 43.*

B *in arte gramm., mus. respicitur*: **1** *productio syllabarum, litterarum: p. 2764, 61.* **2** *longitudo versuum, pedum: p. 2764, 65.*

appendicula stilistica: p. 2765, 1.

p. p. p. porrēctus *p. 2765, 29; adv. compar.* porrēctius *p. 2766, 6.*

I *vi locali et usu inde derivando*: **A** *proprie vel in imag.*: **1** *potius cum respectu actionis, motus* (*descriptiones siderum sim. v. sub 2aα*): **a** *praevalente notione explicandi, pandendi, spargendi sim., sc. ita ut id, quod -itur, formam planam, rectam, longam sim. capiat vel prostratum, sparsum sim. sit* (*saepe c. notione dilatandi, e. g. p. 2756, 19 sqq.*

[Hoffmann-Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

31sqq.): **α** *-untur animantes eorumve partes, effigies sim.; pro obi. sunt*: Ⓘ *ipsi animantes vel totum corpus, omnia membra sim. eorum*: Ⓐ *generatim* (*agitur maxime de iacentibus, prostratis; aliter l. 15. 21*): ① *exempla varia*: PLAVT. Pseud. 36 (*in imag.*) eccam *amicam tuam* in tabellis -tam: in cera cubat (*i. nomen eius ibi inscriptum*). VERG. Aen. 6, 597 per tota novem cui iugera corpus -itur (*sc. Tityo poenas danti, ut*: TIB. 1, 3, 75 -tus ... Tityos. OV. am. 3, 12, 25 per spatium Tityon -ximus ingens [*i. nos poetae carminibus*]. PHAEDR. app. 7, 13). HOR. sat. 2, 3, 112 siquis ad ... frumenti ... acervum -tus vigilet. 2, 6, 88 *mus rusticus* palea -tus in horna. 2, 6, 106. carm. 3, 10, 3 me ... -tum ante fores *amicae*. OV. met. 7, 254 *Medea Aesona* in plenos resolutum carmine somnos exanimi similem ... -xit in herbis (*-itur dormiens, ut*: STAT. Ach. 1, 749 hostem, *i. feram,* -tum somno. APVL. met. 5, 20, 3. 10, 35, 4). PAVL. FEST. p. 79 -endo se (corr- *trad.; v. vol. V 2, 1649, 31*). PLIN. nat. 10, 183 *animalium* fetu ... alias in utero -to (-ta *codd.*). 10, 206 caput serpentis -tae sub umbra arboris (SIL. 6, 153 s. centum -tus in ulnas. *cf.* ARNOB. nat. 7, 46 p. 405, 23 *Aesculapius ut serpens* longitudinem -batur in lubricam). APVL. met. 2, 10, 3 *sum* paratus ... super istum ignem -tus assari. 5, 21, 2 impulsu solito *Zephyri* -tae super scopulum *sorores Psyches*. ARNOB. nat. 6, 18 p. 331, 14 in sigilliolis parvulis contrahere se deos et ... coartari, at vero in vastis -ere se longius atque in maximitate producere. CHIRON 331 (*de iumento epileptico*) postmodum -tus pro mortuo iacebit, non post multum subsurget. PASS. Macc. 9, 13 in gyrum ... -tus *martyr* (*gr. κατατεινόμενος*). *al.* *c. respectu crescendi*: OV. met. 4, 575 (*loq. Cadmus*) ipse precor serpens in longam -ar alvum (*576* tenditur). PLIN. nat. 11, 112 *ros* spissatus sole in magnitudinem milii cogitur; inde -itur vermiculus (*cf. Arist. hist. anim. 551a17 αὐξανόμεναι*).

② *-untur mortui, morientes* (*mortuis similes v. supra l. 12. 22; vergit in notionem interficiendi l. 37sqq. 44; cf. etiam p. 2759, 56*): ⓐ *homines*: CATVLL. 67, 6 -to ... sene (*i. mortuo*). HOR. epod. 10, 22 opima quod si praeda curvo litore -ta mergos iuveris *naufragus* (iuverit *var. l.*). epist. 2, 1, 268 (*in imag.*) ne ... una cum scriptore meo (*i. poeta malo, qui laudes meas conscripserit*) capsa -tus operta deferar in vicum *eqs.* (*v. p. 2187, 8sq.*; PORPH. quasi mortuus in feretro [*dissentiente Brink, comm. 1982, 263sq., cf. 435sq.*]). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 7, 14 hominis funus dure -tum. *in pugna, bello sim.*: VERG. Aen. 9, 589 *Mezentius hostem* multa -tum extendit harena (PROP. 2, 8, 34). LIV. 7, 10, 10 Romanus ... in spatium ingens ruentem -xit hostem. VAL. FL. 6, 553 *hostem* utrumque ... ingenti -it arvo. SIL. 4, 293 procumbit lata -tus in arva ruina. DRAC. Romul. 9, 72 quis non ... moriens tremibundos -it artus? ⓑ *animalia*: HOR. sat. 2, 2, 39 *mullum* -tum magno magnum ... catino (*item -itur piscis*: 2, 8, 43 murena ... in patina -ta. SEN. nat. 3, 18, 5 *mullus moribundus* iam -itur et pallet). MART. epigr. 15, 7 *bestiarius* volucrem ... -xit vulnere pardum (*5* stravit).

Ⓑ *speciatim (in imag.): -itur corpus e capite, i. ecclesia e Christo* (*c. respectu crescendi*): VET. LAT. Col. 2, 19 (Ps. Aug. spec. 50, *sim. al.*) caput, ex quo omne corpus per nexus ... productum et -tum crescit in augmentum dei (*gr. συμβιβαζόμενον, cod. 75* provectum, *Vulg.* constructum). *-untur, qui superbia tument*: PHILIPP. in Iob rec. long. 39 p. 771[A] (*ad Iob 39, 9*) monoceros, qui per sapientiam mundialem tumore superbiae erat in sublime -tus (*in imag., ut sim. ibid.* p. 780[B] homines -ti in altum nimia elatione cordis sui).

Ⓘ *partes corporis* (*tensio colli p. 2756, 7, pulsus p. 2756, 16, anima intra corpus p. 2756, 10; addidimus acc. q. d. graecum p. 2756, 6. 24. cf. bα*): Ⓐ *vario modo*: PLAVT. Cas. 405 compressan palma an -ta ferio, *i. pugno an manu plana*? (APVL. apol. 89, 7. *cf.* palmula: PLIN. nat. 9, 94 easdem *p. nauplii* in usu⟨m⟩ gubernaculi -i. APVL. met. 11, 10, 5 *simulacri* manum sinistram -tā p.). Epid. 733 valete: lumbos ⌊-rgite atque exsurgite⌋ (purg- a. exsorg- *cod. A,* surg- a. extoll- *sim. cett.; cf. p. 2756, 56 et Pseud. 1* exporgi ... lumbos). CIC. fin. 1, 39 statua ... Chrysippi sedentis -ta manu (*nisi ad bα*). div. 1, 120 si animal ... membra ... quocumque vult flectit, contorquet, -it, contrahit. HOR. sat. 1, 8, 5 (*loq. Priapus ligneus*) obscaeno ... -tus ab inguine palus. OV. fast. 1, 646 (*si huc*) passos Germania crines -it (corr- *var. l.*) auspiciis, dux venerande, tuis (*sc. quasi se dedens, cf. p. 2759, 15sqq.; ad capillamenta e crinibus abscisis facta alludi putat Green, comm. 2004, ad l., ita ut ad p. 2760, 6sqq. pertineat; cf.* GELL. 15, 15, 3 quasi -to et expanso *capillo* [*v. p. 193, 29*]. APVL. met. 2, 9, 4 *capillus* prolixa serie -tus dorsa permanat). LIV. 8, 8, 10 triarii ... considebant sinistro crure -to (CELS. 2, 4, 1 supinus aeger iacet, -tis manibus et cruribus [*cf. Hippocr. progn. 3* extensas, *ubi gr. ἐκτεταμένα*]. PLIN. nat. 11, 257 *aves* longipedes -tis ad caudam cruribus volant [*opp.* contractis ad medium]). CELS. 8, 15, 1 *cubitus* cum umero *delapso* -i non potest (*postea*: summum ... brachium extenditur. *vergit ad bα, ut ibid.* difficilius ... in priorem partem quam in posteriorem). 8, 16, 2 si in posteriorem *partem prolapsus est cubitus,* brachium curvum est neque extenditur ...; si in exteriorem ..., brachium -tum est, sed paulum ... recurvatum (AVG. in euang. Ioh. 53, 3). 8, 17, 1 *manu sic prolapsa* -i digiti non possunt ([*cf. Hippocr. artic. 26 ἐκτείνειν, 64 ἐκτανύειν*]. PLIN. nat. 18, 189 -tis ... d. [*opp.* in pugnum contractis]). PLIN. nat. 11, 244 *pollex* in oblicum -itur. *al.* PS. QVINT. decl. 13, 4 *apis* ad aestivum solem -tas ... pinnas *pandebat*. APVL. met. 6, 14, 4 longa colla -ti ... dracones (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 6, 65 *tetanus est* involuntaria tensio recto ... -ta cremento collorum). 6, 15, 5 *aquila alarum* remigium dextra laevaque -ens. 7, 13, 3 (*loq. asinus*) -tis auribus *meis*. AVG. anim. 4, 19, 29 *non* se anima, sicut in membra corporis, ita et in vestimenta -it et coartat. SORAN. p. 59, 24 -tis manibus ac pedibus eius *mulieris,* qui de valetudine torqueri solent (*cf. fort. gr. p. 110, 26 ἐξαπλοῦντα*). EVGRAPH. Ter. Ad. 839 ('exporge frontem') in rugas enim contrahitur (*Westerhoff,* -itur *codd.*) per iracundiam, cum laetitia fuerit, -itur et extenditur (*cf. p. 2765, 36*). ORIBAS. syn. 4, 28, 22 La p. 31 (*in versione vix sana*) ad movendum ventrem vel -endum (*cf. gr. τῶν ἐπεχόντων. exspectaveris* constringendum *sim.*). *al.* *-itur* pulsus (*i. locus corporis*): PS. SORAN. puls. p. 276, 23 diastole est quotiens p. ⌊in susum -itur⌋, ut maior factus *eqs.* (⌊ ⌋ *opp.* ad inferiorem partem subtrahitur; *cod. Antiss.* sursus -itur p.). Ⓑ *ita ut crescant* (*potius tendendo, sed delineando l. 27; saepe de eis, qui [quae] in alias formas mutantur* [*cf. p. 2757, 63*]): OV. met. 2, 375 *Cygni in avem se mutantis* collum ... a pectore longe -itur. 4, 408 (*Minyeides in vespertiliones convertuntur*) parvos membrana per artus -itur (*sim.* 8, 545 longas per bracchia *sororum Meleagri* -it alas *Diana*). APVL. met. 9, 13, 2 *muli* ungulas multivia circumcursione in enorme vestigium -ti. 11, 13, 4 manus non iam pedes *asini* sunt, sed in erecta -untur officia. TERT. cult. fem. 2, 5, 2 *feminae* oculos fuligine -unt (*cf. 1, 2, 1* oculorum exordia producuntur [exodia *Iunius*]). LACT. opif. 5, 5 ex *spina* ... costas, id est transversa et plana ossa, -xit in diversum *deus.* 5, 13 *deus elephanti* caput ... non tam longe -xerat, ut *eqs.* *al.*

Ⓘ *coetus: variorum* (*sc. maxime militum; animalium l. 39. 42*): BELL. Afr. 17, 1 Caesar ... iubet aciem in longitudinem quam maximam -i ([longitudine ... maxima *var. l.*]. 60, 3 a. ... usque ad ... mediam legionem -xerat. SALL. Iug. 52, 6 latius. LIV. 25, 21, 6 in longitudinem. AMM. 25, 5, 6 acies ad usque lapidem quartum -batur [*nisi ad 2dα*]. VEG. mil. 3, 20, 23 a. tua extenditur et tota se -it ad similitudinem I litterae). 30, 2 *Scipio* quam latissime potuit -ta equitum ... multitudine ... constitit. LIV. 33, 8, 14 dimidium de fronte *aciei* demptum introrsus -tis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies esset ([*cf. Polyb. 18, 24, 8 παρήγγελλε διπλασιάζειν τὸ βάθος*]. PLIN. nat. 8, 114 *cervi* maria trameant gregatim nantes -to o.). SEN. dial. 10, 17, 2 cum per magna camporum spatia -ret exercitum *Xerxes*. PLIN. nat. 10, 63 a tergo sensim dilatante se cuneo -itur agmen *anserum volantium* (TAC. hist. 5, 16, 1 Civilis haud -to agmine, sed cuneis adstitit. ann. 1, 51, 3 per saltus). VEG. mil. 3, 20, 22 reliquam ... partem exercitus tui ... in directum -e quasi vĕrum (*sim.* 3, 26, 23 in similitudinem vĕri). *populorum, qui terras habitant vel occupant*: AVG. epist. 142, 1 usquequaque -ta et toto orbe diffusa *est ecclesia*. EVCHER. instr. 1 l. 183 *posteritas* Iafeth ... in Europam se occidentemque -xit.

β *-untur res* (*de membris animantium v. sub α*): Ⓘ *sine respectu naturaliter crescendi; pro obi. sunt*: Ⓐ *quaelibet*: ① *corporea singula: varia*: CATO agr. 33, 4 (*si recte trad. in codd.* Plin. nat. 17, 197) pampinos ... alligato leviter -itoque, uti recte stent ([corr- *codd. et edd. Catonis*]. *item -untur vites earumve partes*: COLVM. 4, 20, 4 quidam eam partem ... supra iugum -unt. 5, 4, 2 [*nisi ad p. 2757, 60sqq.; v. vol. X 2, 1798, 50*]. *al.* PLIN. nat. 17, 208 *putatio* Gallica in traduces -itur. 17, 210 *iuvat interdum* vitium -i lumbos [*antea*: in terra ... recumbere]). LIV. 21, 28, 7 ratem ... a terra in amnem -xerunt (*item aedificando, construendo*: SEN. dial. 12, 9, 2 quo altius turres sustulerint, quo latius vicos -xerint *eqs.* COLVM. 4, 17, 8 in omnem partem iugum *vinearum* -endum est. PORPH. Hor. carm. 2, 15, 1 libido ... latius -endi aedificia [*sim.* 2, 15, 2 non tantum ... in latitudinem, sed etiam in altitudinem]). VITR. 10, 3, 2 cuius suculae cardines uti centra -ti in cheloniis *eqs.* (*nisi ad p. 2765, 44 ut*: 10, 3, 9 per -tum centrum et rotationem circini versando). CELS. 8, 10, 2[C] ut *fasciae* ab eo *umero* sub altera quoque ala per pectus ... -antur. COLVM. 11, 3, 6 funes ... explicantur et in longitudinem ... -ti obruuntur (*sim. -untur catenae*: LVCAN. 4, 421 -tis series *cuparum* constricta catenis. VET. LAT. Is. 54, 2 [Aug. epist. 93, 29. *al.*] -e longius funiculos [*gr. μάκρυνον, Hier. in Is. al.* protende, *Vulg.* longos fac]). PLIN. nat. 2, 196 (*inter signa terrae motus futuri; nisi ad 2d*) nube in longum -ta spatium. VAL. FL. 3, 567 *Hercules* ornum ... revulsam terga super *leonis* ... -xerat (*i. imposuerat dorso suo*). STAT. silv. 5, 1, 244 puppis ... utrimque rudentes lataque veliferi -xit bracchia mali. MART. 9, 43, 1 *Hercules* dura sedens -to saxa leone mitigat (*i. molliora reddit leonis pellem sternendo*). IVV. 8, 208 de faucibus aurea cum se -at *tunica* (*cf. Courtney, comm. 1980, ad l.*). *al.* *quae prona ponuntur, ita ut spatium maximum occupent*: PLIN. nat. 17, 64 iuglandes

[Hoffmann-Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nuces -tae seruntur commissuris (-ssura *codd.*) iacentibus (*de re cf. Pallad. 2, 15, 15* ponemus ... transversas, ut latus ... ipsa figatur in terra). VAL. FL. 6, 234 equi -ta per armos ... abies, *i. hasta.* ② *corporea pluria, sc. coniuncte*: COLVM. 12, 16, 1 *oportet uvas* in tabulas paulisper -i, ne inter se pondere suo pressae conlidantur. 12, 51, 1 oliva nigra ... uno die in cannis -itur. ③ *incorporea* (*sc. quae per loca, regiones extenduntur*): APVL. met. 4, 29, 1 provincias ... fama -ta pervagatur (5, 4, 6 latius. AVG. civ. 3, 14 p. 115, 12 quo usque ista f. -itur). TERT. adv. Iud. 7, 9 Christi ... nomen ubique -itur, ubique creditur. PANEG. 3, 9, 1 beneficia tua usque ad Hadriam ... -bas. AVSON. app. A6 Il. 18 (438 S.), 8 late fuga et latius formido -itur. RVT. NAM. 1, 133 *Roma,* -e victuras Romana in saecula leges. *al.*

Ⓑ *lumina, umbrae sim.* (*huc pertinent radii oculorum, quibus adiecimus visum, v. l. 26sqq.*): LIV. 29, 14, 3 (*de portento*) facem Setiae ab ortu solis ad occidentem -i visam. VITR. 9, 1, 12 solis impetus ... radiis trigoni forma -tis insequentes stellas ad se perducit (9, 1, 13 r. *solis* ... extentionibus -ti. PLIN. nat. 18, 346 longe ... per nubes. TERT. apol. 21, 12 cum r. ex sole -itur [*postea: substantia* extenditur]. CYPR. unit. eccl. 5 [*in imag.*] ecclesia ... per orbem totum r. suos -it. *al.; cf. l. 28*). SEN. Phaedr. 740 stella ... ventis agitata longos ⌞-it⌟ ignes ([corripit *var. l.*]. *item -unt stellae sim.*: nat. 1, 14, 3 longum i. 7, 6, 1 i. vagum in morem comae. 7, 13, 1). nat. 1, 8, 1 cum plurimum -itur incurvaturque *arcus caelestis.* CALP. ecl. 5, 59 -it aesculus umbras (STAT. Theb. 12, 251 ut ingentes murorum -at u. campus. AVIEN. Arat. 1332 *cum luna* in subiecta soli tenuem ⌞-xerit u.⌟ [*cf. gr. 736 ἐπισκιάειν*]. EVSTATH. Basil. hex. 6, 11, 12 u. illorum *hominum* ... recta -itur [*gr. ἀποτείνεται*]). *al.* *respicitur visus oculorum* (*cf. p. 2759, 42sqq.*): CHALC. comm. 238 per fulgidam ... pupulae stolam in directum emicans radius serenam -it lineam. 243 *radius* ex utroque oculo -itur. AVG. divers. quaest. 69, 5 (*spectat ad psalm. 122, 2*) oculorum nostrorum intentio ad dominum non -itur, nisi *eqs.* quant. anim. 23, 43 is *visus* ... se foras -it et per oculos emicat longius (*ibid.* visu ... -to in eum locum *eqs.* [*antea*: emisso per oculos visu]. VITAE patr. Iurens. 137 illic -ens visum).

Ⓒ *terrae, regna sim.* (*aliter sub 2aα*): HOR. carm. 4, 15, 15 imperi -ta *est* maiestas ad ortus solis ab *occasu* (*cf.* ARNOB. nat. 7, 49 imperii fines longe lateque -ti. AVG. in psalm. 95, 2 quo nondum -ta est Romanum imperium [ADNOT. Fronto p. 205, 20 trans flumina hostilia]). SEN. epist. 89, 20 (*antea*: propagabitis) quo usque ⌞arationes vestras⌟ -etis? (⌞ ⌟ *Erasmi ed. altera*; a rationibus vestris *codd.*). TERT. adv. Iud. 7, 8 *Romani non* trans istas gentes -ere vires regni sui possunt (*sim. -itur* regnum: AVG. civ. 4, 6 p. 153, 7 longe lateque. quaest. hept. 6, 21, 3 [*syn.* dilataturus]). CYPR. ad Donat. 12 divites ... infinita ac sine terminis rura latius -entes. IVST. 39, 5, 3 fortuna Romana -ere se ad orientalia regna ... coeperat. AVELL. 2, 121 -tas in longum possessiones. *al.*

Ⓓ *itinera; respic.:* *homines euntes*: APVL. met. 2, 14, 6 iter dexterum -as (6, 3, 3 i. retrorsum -ens. AMM. 31, 10, 20 *Gratianus* ad opitulandum ... -tis i. ire tendebat. PAVL. NOL. epist. 22, 1 pigritiā ultra urbem itineris -endi). 6, 5, 3 quo ... vestigium -am? (*nisi ad p. 2759, 49sqq.*). *via aedificanda*: AVG. in epist. Ioh. 10, 1 (*in imag.; antea: Christus* extendit se usque ad nos) medicus venit ad aegrotos, via -ta est ad peregrinos.

Ⓔ *lineae, formae geometricae sim.* (*numerus, quem repraesentat figura,* BOETH.): CHALC. comm. 13 ad quam medietatem undique ab ambitu aequales lineae -untur (*cf. p. 2761, 15*). AVSON. 25, 14 (348 S.), 25 haec c[o]rucis (*Scaliger,* gruis *Accursius*) effigies Palamedica -itur ⌞*T*⌟ (*Mondin,* V *Green, alii alia, v. Di Giovine, comm. 1996, 217sqq.; item respicitur littera, sc. A*: APRING. in apoc. 1, 8 l. 155 tribus ... virgulis pari aequalitate -tis). BOETH. arithm. 2, 10, 1 l. 4 *quadratus numerus angulis* quattuor ... aequali laterum dimensione -itur. *al.*

Ⓕ *cum respectu naturaliter crescendi, sc. -untur herbae, arbores earumque partes* (*cf. supra p. 2755, 24. 2756, 19; fort. addas* COLVM. *p. 2756, 54 et conferas* MACR. *p. 2760, 73* [*de sole crescente*]): OV. met. 10, 491 (*Myrrha arbor fit*) per ungues *pedum* -itur radix (POMPON. dig. 47, 7, 6, 2 si arbor in vicini fundum radices -xit). SEN. Herc. O. 1625 *quercus* ultra ... totos -it ramos ⌞nemus⌟ ([manus *var. l.*]. TERT. idol. 2, 1 [*in imag.*] locuples substantia criminis, *sc. idololatriae,* quae tot r. -it. CAES. AREL. serm. 27, 1 [*in imag.*] ut, quomodo arbor ... extendit r. suos et ... sustinet vitem, sic dives ... -at r. suos *ad pauperes sustentandos.* VITAE patr. Iurens. 7 -tis in orbitam r. ... abietem). *al.*

b *praevalente notione protendendi, exserendi, sc. ita ut id, quod -itur, in locum alium, potius anteriorem, promoveatur, vel ad quendam (quiddam) dirigatur* (*pro subi. sunt imprimis animantes membrave corporis eorum [in effigie p. 2758, 46. al.]; per prosopop. p. 2758, 60. 72sq. al.*): **α** *-untur membra corporis* (*alieni p. 2759, 36; -untur ipsi animantes p. 2759, 69; cf. e. g. 2c et p. 2755, 53sqq. 2761, 56sqq. 74*): Ⓘ *bracchium, manus eiusve partes* (*pro obi. est* manus, *nisi aliud indicavimus; obi. e contextu intellegitur l. 58; cf. p. 2761, 8sqq.*): Ⓐ *ad manum alterius prehendendam, sc. gestu reciproco:* *salutandi causa*: PLAVT. Merc. 883 confer pedem, por[ri]ge bracchium. :: prehende (*corr. Bentley; cf.* Pseud. 708 -rge [*Guietus,* proge *cod. A*] ... ad salutem bracchium). RHET. Her. 4, 55, 68 gratulantibus manum -ens. CIC. Sest. 131 quemadmodum mihi advenienti *ex exilio* tanquam ... ipsius patriae dextram -xerint Brundisini *eqs.* Deiot. 8 quam *dexteram* regi Deiotaro ... -xisti. HOR. epist. 1, 6, 52 dextram (*v. p. 2615, 64*). LIV. 45, 7, 5. 45, 12, 4 quos *legatos* cum adventis salutasset dextramque Popillio -ret *rex Antiochus* (*postea l. 15; de eadem re*: VAL. MAX. 6, 4, 3 *cum rex* dexteram ei -xisset, ... illi suam -ere noluit). FLOR. epit. 3, 21, 16 manum non -xerat salutanti. HIST. AVG. Maximin. 28, 7 in salutationibus ... manum -bat et genua sibi osculari patiebatur. *al.* *amicitiae vel foederis sim. confirmandi causa*: LIV. 45, 12, 6 Popillius dextram regi tamquam socio atque amico -xit. SEN. contr. 1, 1, 3 -ite mutuas in gratiam m. 1, 1, 6 armatae m. in foedus -untur. PLIN. nat. 11, 250 in fide -itur *dextera.* IVST. 11, 15, 13 (*antea*: pignus fidei regiae, dextram ... dare). *al.*

Ⓑ *ad quaelibet prehendenda, sumenda:* Ⓘ *proprie*: PLAVT. Pseud. 1148 argentum accipias. :: iamdudum, si des, -xi manum. CIC. Tusc. 5, 62 *Damocles non* manum -bat in mensam (*cf.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 5 ad mensam. *item ad cibum capiendum*: SEN. nat. 3, 27, 5 ad antiqua alimenta, *i. glandes. al.* PETRON. 60, 5 ad pompam [*v. p. 2596, 29*]. PRIAP. 69, 2 cum fici tibi, *fur,* suavitas subibit et iam -ere huc manum libebit). OV. epist. 18, 16 iam tibi ... -et illa *Hero* manum (*alloq. epistulam, ut*: Pont. 4, 5, 28 ad vos *litteras*). VAL. MAX. 2, 8, 7 ad quercum pronae m. -untur, ubi ob cives servatos corona danda est. SEN. dial. 7, 25, 1 qui manum ad stipem -unt (*cf. l. 39 et* APVL. met. 7, 4, 6 m. validam erogandae stipi. TERT. apol. 42, 8 -at manum Iuppiter *mendicans* et accipiat). epist. 55, 6. PETRON. 111, 10 ancilla ... -xit ad humanitatem invitantis, *i. militis cibum offerentis,* victam m. (*simul spectat ad p. 2759, 15sqq.*). *al.*

② *proverbialiter vel in imag.*: CIC. fin. 3, 57 *Stoici* ne digitum quidem eius *bonae famae* causa -endum esse dicebant (*cf. Otto, Sprichw. n. 548*). NEP. Dion. 7, 2 *defecit* pecunia ... neque, quo manus -ret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. SEN. contr. 9, 2, 29 ad hanc controversiam Graeci -xerunt manum (*i. hanc rem tractaverunt*). VAL. MAX. 9, 1, 2 *luxuriosi* longius manus -xerunt; ... inde ab oceani litoribus adtracti pisces. SEN. benef. 5, 25, 1 ad quod *beneficium* ..., ut sumatur, m. -enda est. dial. 7, 3, 1. epist. 14, 17 ad cotidianam stipem manum -is (*i. praeceptum poscis*). CVRT. 7, 8, 19 ad pecora nostra avaras ... m. -is. BASS. gramm. VI 272, 9 necesse est ad eorum *poetarum* copias manum -amus. APVL. met. 10, 27, 3 *mulier* longe lateque cruentas suas m. -it. *al.*

Ⓒ *ad aliquid dandum vel exhibendum*: CIC. Cael. 63 Licinium ..., cum iam manum ad tradendam pyxidem -xisset, retraxisse. 65 cum ... manum -ret, venenum traderet. nat. deor. 3, 84 coronas ..., quae simulacrorum -tis m. sustinebantur (*seq. p. 2760, 9; inde* VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). APVL. met. 9, 18, 4 *adulescens* -ta ... m. sua demonstrat ei *servo* ... solidos aureos. *al.*

Ⓓ *ad auxilium ferendum* (*sc. fere hominibus; animali l. 61, rei e. g. l. 63; saepius in imag., sed proprie e. g. l. 53. 61*): CIC. p. red. in sen. 24 (*cf. p. 2760, 8*) qui mihi ... iacenti consularem fidem dextramque -xit (CHAR. gramm. p. 410, 29 HIER. epist. 79, 10, 4 AVG. symb. 3, 6. *al.*). OV. fast. 3, 872 dum volt succurrere lapsae *sorori* frater et extentas -it usque m. (HIER. in Os. 6, 6 l. 149 l. atque surgentibus. AVG. civ. 10, 24 p. 439, 5 l. iacentibusque. INSCR. christ. Rossi II p. 170 n. 27, 2 dextra⟨m⟩ ... salutis labenti Petro [*Matth. 14, 31*]. *cf. e. g.* SEN. contr. 1, 1, 14 conlapsis manum non -ere). SEN. epist. 29, 4 servari potest, sed si cito illi m. -itur; est quidem periculum, ne -entem trahat *eqs.* 73, 15 *dii in caelum* ascendentibus manum -unt. *al.* CVRT. 4, 2, 17 speciem ... Herculis ... dextram -entis. 7, 8, 25 cum manus -it *Fortuna,* pinnas quoque conprehende (*antea p. 1903, 41sqq.*). APVL. met. 7, 18, 2 manum -ere *asino prolapso.* 11, 25, 2 quin ... depulsis vitae procellis salutarem -as dexteram, *dea.* TERT. anim. 43, 11 *deus* manum -ens fidei. adv. Marc. 3, 24, 12 spei caelestis manum mihi ... scriptura -ente. VAL. CEM. hom. 9, 1 paupertati (*i. pauperibus*). SIDON. epist. 6, 1, 3 manum linguae *tuae* -is in conscientia vulneratis. PALLAD. hist. mon. I 16, 8 p. 266[D] manum mihi -e (*gr. p. 42, 7 δός μοι χεῖρα*). *al.*

Ⓔ *ad puniendum, vulnerandum sim.* (*sc. fere in imag.*): OV. trist. 4, 9, 10 sim licet extremum ... missus in orbem, nostra suas istuc (isto *al. var. ll.*) -et ira m. (*sc. ad te puniendum*). SEN. benef. 5, 14, 2 sacrilegi dant poenas, quamvis nemo usque ad deos manus -at. dial. 11, 17, 1 fortunam ad te quoque -entem manus (*cf.* epist. 111, 4 eo usque crevisse, quo manus fortuna non -it. *aliter l. 60*). ARNOB. nat. 1, 63 lenitas *Iesu* ... manus in se -i ab inmanibus passa est. PASS. Mar. Iac. 2, 5 in illos ... m. diabolus insatiabilem -bat. Macc. 5, 35 (*per prosopop.*) numquam te ..., lex

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sancta, violabo, numquam praeceptis tuis contrarias m. -am. HIER. in Tit. 1, 6 l. 447 ne facile manum -at ad caedendum. *al.* *in sermone iuris -untur* manūs *ad illum, in quem actio habetur*: VLP. dig. 5, 3, 13, 4 an -i m. ad emptorem debeant? 42, 1, 15, 7 adversus emptorem. COD. Iust. 11, 34, 2 (*a. 238/244*) ad ... nominatorem (11, 36, 2 pr. [*eodem tempore*]).

Ⓕ *quolibet consilio* (*in imag. e. g. l. 15 sqq.*): CIC. Flacc. 15 -enda manu profundendoque clamore *psephismata fiunt* ([SCHOL. Cic. Bob. p. 98, 33 -ta m. consentire]. *de eadem re* 17. *sim. in censendo*: HIST. AVG. Aurelian. 2, 1 pedibus in sententiam transitum faciens ac manum -ens [*in colloquio; cf. in senatu*: 20, 2 aliis manus -entibus, aliis p. in s. euntibus]. CLAVD. 3, 117). orat. 27 *haud multum referre,* huc an illuc manum -xerit (*gestus oratoris ut*: APVL. met. 2, 21, 1 dexteram). CATVLL. 61, 218 parvulus matris e gremio suae -ens ... manus ... rideat ad patrem. CARM. schol. Pers. 1, 85, 3 (*aet. Catulli?*) -xi bracchia (*opp.* reduxi). OV. am. 1, 2, 20 -imus victas ad tua iura m., *Cupido* (*gestus se dedentis ut*: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 151, 24 si manus veterum licentiae -emus [*si recte huc; cf. fort. Plin. ibid. p. 164, 28* manus dat ... regulae; *v. et vol. IX 2, 192, 79*]. MAXIM. eleg. 5, 130 [*ad mentulam*] sapientia ... -it invictas ad tua iussa m. *cf. p. 2758, 30*). met. 1, 767 *mater Phaethontis iurans* utraque caelo bracchia -xit. 3, 458 (*Narcissus ad imaginem suam*) cum ... ego -xi tibi bracchia, -is ultro. 4, 557 in ... undas (*556* tetenderat). LIV. 7, 6, 4 *M. Curtium* manus ... in patentes terrae hiatus ad deos manes -entem se devovisse (*item supplicandi, venerandi gratia*: 30, 21, 7 voces manus ad caelum -entium auditas. PETRON. 114, 4 ad me supinas -it m. APVL. met. 3, 7, 1 -tis ... in preces m. MIN. FEL. 29, 8). VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 dexteram omnibus ... -xit (*Alexander moriens ut loco simili* IVST. 12, 15, 2 osculandam ... dexteram suam flentibus -xit. *cf. l. 55 et* FRONTO p. 67, 12 *ne filia tua* poscenti mihi manus et plantas ad saviandum ... subtrahat aut gravatius -at). CELS. 8, 10, 2[B] minister *medici* sub ea fascia ... -to (*corcodd.*) ... brachio ... baculum tenet. SEN. dial. 9, 2, 1 medicis ... iam sani manum -unt, *ut venae temptentur* (*sim.* PLIN. epist. 7, 1, 4 -xi manum, utque *medicus* tangeret dixi). *al.* PLIN. nat. 28, 48 *magi* supini ... ultra caput m. -tis. MART. 2, 28, 2 *cinaedum te esse dicenti* digitum -ito medium (*impudico gestu; v. vol. V 1, 1124, 70 sq.*). TAC. ann. 16, 35, 1 *Thrasea se interfecturus* -tis ... utriusque brachii venis *eqs.* APVL. met. 1, 12, 6 -ta dextera meque *comiti* ... demonstrato. 3, 9, 6 lictores ... m. *meam* ... super ipsa cadavera -unt (*sc. ad ea revelanda*). LACT. inst. 7, 15, 15 *Roma* m. suas in totum orbem ... -xit (*sim. de ecclesia*: mort. pers. 3, 4). IVVENC. 2, 595 (*sec. Matth. 12, 13*) 'redivivam tendito dextram'; cum dicto palmas sanus -xit utrasque. LVCIF. moriend. 14 l. 6 nihil interest, ... *moriar* restrictis post terga m. an -tis ⟨s⟩parsi⟨s⟩que. *al.*

Ⓘⓘ oculi, *qui aliquo intenduntur* (*sc. quasi exserantur; cf. p. 2757, 26 sqq.*): CYPR. ad Donat. 6 *ex vertice montis* o. in diversa -tis ... mundi turbines intuere. hab. virg. 22 *virginitas ne* o. ad sublime -tos ad ... mundi concupiscentiam deprimat (*in imag. ut*: Ps. HIL. libell. 19 p. 90, 26 ad concupiscentiam. GREG. M. moral. 19, 33 cordis ... o. circumquaque -tis). VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 8 ad caelum. REGVLA Tarnat. 18, 1 in quacumque parte.

Ⓘⓘⓘ *quaelibet* (*exempla certiora [cetera v. p. 2755, 53 sqq.]; -untur membra animalium e. g. l. 57, -untur ipsi animantes l. 69. 73*): HOR. sat. 1, 3, 89 (*in imag.*) *debitor* amaras -to iugulo historias, captivus ut, audit (*sim. -itur* cervix: SEN. contr. 2, 3, 19. *al., v. vol. III 948, 48 sq.*). OV. met. 3, 451 (*loq. Narcissus*) -ximus oscula lymphis (*al., v. vol. IX 2, 1113, 55 sq., nisi illis locis* o. *pro actione accipias, ut ad B1a pertineant*). SEN. benef. 2, 12, 1 *Caligula* agenti gratias -xit osculandum sinistrum pedem (MART. 9, 85, 4 [*per prosopop.*] mea -xit sportula ... pedes, *sc. quasi moriens* [*cf. p. 2755, 28*]. GELL. 5, 14, 21 sublatum p. ostendere mihi et -ere ... visus est *leo* [-ere *vel* pergere *codd.*, -rgere *I. Gronovius*]. TERT. resurr. 62, 1 pedes lavacro -endo. GREG. M. moral. 5, 71 [*in imag.*] *iniqui* actionis suae p. in profundum -unt. *al.*). CALP. ecl. 6, 36 mensae ... -it ora *cervus* (IVV. 6, 43 [*in imag.*] *moechus* maritali iam -it ora capistro). PLIN. nat. 9, 95 *locustarum* cornibus ... ad latera -tis (*cf. Arist. hist. anim. 590b28 καταβαλὼν τὰ κέρατα πλάγια*). QVINT. inst. 11, 3, 81 *ab oratore* labra ... -untur male (*cf.* APVL. met. 3, 27, 3 [*loq. asinus*] nimium ... -tis labiis ... corollas adpetebam). FRONTO p. 67, 12 plantas (*v. supra l. 28*). LACT. epit. 46, 5 (*in imag.*) quod *Christus* extendit in patibulo manus, utique alas suas in orientem occidentemque -xit. PS. DAMAS. epigr. 56 (*in imag.*) cunctis porta patet, quis (ovis *trad.*) -it ubera mater *ecclesia.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 77 p. 775 multi ..., priusquam se in hostes -rent, feriebantur (*gr. πρὶν ἐπιστραφῆναι*). PASS. Petr. 13 p. 35, 11 in altum -to vertice crucifixus es, *Christe. al.* *-itur Christus emissus ex substantia dei* (*sec. doctrinam Manichaeorum; cf. fort. p. 2757, 13 sqq.*): AVG. conf. 5, 10, 20 salvatorem ... tamquam de massa lucidissimae molis tuae, *sc. deitatis,* -tum ... putabam.

β *-untur, quae tenentur membro corporis* (*fere manibus brachiisve*): Ⓘ *ita ut alicui offerantur vel dentur, praebeantur sim.* (*hic locos attulimus, ubi quid manibus sim. -i vel dicitur [etiam in imag. vel per prosopop. e. g. l. 8. 35. 37] vel putari potest, ceteros ad B1 trahentes; saepe accedit dat. accipientis, e. g. l. 7. 11 sq.; pars corporis pro subi. ponitur l. 8. 50, pro instrumento l. 29. 43. 61. al.; gr. resp. e. g. διδόναι p. 2753, 71, ἐπιδιδόναι* VVLG. Matth. 7, 9 sq. *al.*): Ⓐ *-untur varia* (*exempla selecta post* SEN. *philos.*): CIC. Verr. II 5, 153 (*cf. p. 2758, 51*) cui civi supplici non illa dextera *Cn. Pompei* ... fidem -xit et spem salutis ostendit? nat. deor. 3, 84 ab is *deis* -entibus et dantibus *bona* ... sumere (*antea p. 2758, 46; inde* VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). BELL. Afr. 4, 3 litteras ... -ere (*adde l. 14*). PROP. 4, 1, 62 mi folia ex hedera -e, Bacche, tua. 4, 7, 76 speculum dominae. OV. ars 2, 256 sq. servo ... -e ... munera parva ..., -e et ancillae (met. 8, 95 *dixit Scylla* sceleratque ⌞dextra⌟ [*utrum nom. an abl.?*] m. -xit, *sc. crinem patris*; Minos -ta refugit. CASSIOD. hist. 10, 3, 5 et m. et ... litteras [*gr. Socrat. 6, 2 προσενεγκεῖν*]. *cf.* STAT. silv. 2, 1, 205 quae m. *sunt* mollis Elysii, steriles ramos ... -rgit, *sc. mortuus mortuo* [*v. etiam p. 2753, 59*]). fast. 2, 537 parva petunt manes: ... tegula -tis satis est velata coronis (*p. p. p. verbi q. e.* porricere *intellexit Peter, comm. 1889, ad l.*). *al.* LIV. 24, 30, 14 ramos oleae ac velamenta alia supplicum -entes (29, 16, 6 consulibus. 30, 36, 5). SEN. contr. 1, 1, 9 -xisse stipem (1, 1, 14 mendico. *al.; cf.* QVINT. decl. 260, 9 aliquid ... mendicantibus. SVET. Aug. 91, 2 cavam manum asses -entibus praebens. *sim. al.*). SEN. epist. 77, 8 peracta vita aliquid -i iis *ministris.* PLIN. nat. 8, 3 coronas -unt *elephantes regi.* 22, 8 signum victoriae erat herbam -ere victos. STAT. Theb. 8, 754 imperat abscisum -rgi ... hostile caput. MART. 5, 6, 16 *ne* -xeris ista *poemata mea Domitiano,* sed teneto sic, tamquam nihil offeras. QVINT. inst. 6, 3, 59 militi libellum *Augusto* timide -enti (SVET. Iul. 81, 4. *al.; cf.* liber: VET. LAT. Luc. 4, 17 [cod. 2, *sim. al.*] -tus est illi l. Eseiae profetae [*gr. ἐπεδόθη, Vulg. al.* traditus est]. HIER. vir. ill. 19, 2. *al.*). IVV. 3, 267 quem -at ore trientem *mortuus Charoni.* 6, 607 *Fortuna infantes expositos* domibus ... -it altis. CLAVD. 22, 363 dextrae ... gerendum diva *Roma* ... -xit ebur *Stilichoni.* CASSIOD. hist. 7, 16, 12 adulescentes in platea sphaeram alterutris -entes *ludebant* (*gr. Theodoret. 4, 15, 5 ἀντέπεμπον*). *al.* Ⓑ *-untur tela, arma sim.*: CIC. Mil. 9 gladium nobis ad hominem occidendum ab ipsis -i legibus (SVET. Vit. 8, 1 VLP. dig. 9, 2, 7, 6 AMBR. Tob. 3, 11). OV. fast. 5, 593 refers aquilas, *Parthe,* victos quoque -is arcus (trist. 2, 227). SEN. epist. 48, 10 contra fortunam militaturis quae -ant tela *philosophi* (PLIN. nat. 8, 159 *equi* t. humi collecta equiti -unt. VAL. FL. 3, 234. MOYS. Cypr. epist. 31, 5, 2 *deus* -at nobis arma divina, illa t. *eqs.*). SIL. 9, 458 ensem ... iuveni. PLIN. epist. 3, 16, 6 *e pectore suo* extrahere pugionem, -ere marito (SVET. Vit. 15, 4 Dom. 17, 2). *al.* Ⓒ *-untur cibi, potiones vel vasa ea continentia* (*venenum e. g. l. 51. 54 sq.; exempla selecta post* CVRT.): VERG. Aen. 8, 274 pocula -rgite dextris ([*sc. libando; aliter* SERV. auct. id est propinate mutuo]. *al., v. p. 2480, 24 sqq.*). HOR. sat. 2, 3, 258 -is ... puero ... poma (SVET. Tib. 53, 1). 2, 8, 30. OV. met. 1, 645 -xerat Inachus herbas (*sc. filiae in vaccam mutatae; item animalibus*: 2, 861 flores ad ... ora *Iovis in taurum conversi.* APVL. met. 7, 16, 5 *rex Thracius* hospites ... equis suis lacerandos devorandosque -bat). 7, 420. SEN. contr. 1, 1, 20 si quid de mensa mea detrahere potui, famelico seni -o. 9, 4, 4 istae *manus* mihi salutares -xerunt cibos, istae potiones (VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 veneni potionem. 3, 8 ext. 6 PETRON. 69, 5. CAES. AREL. serm. 5, 5 aegrotantibus). CVRT. 7, 5, 11 vas ... implet -ens regi. VAL. FL. 2, 655 duci ... carchesia. STAT. silv. 3, 1, 27 haustum ... nectaris. PS. QVINT. decl. 2, 3 venenum seni (2, 14. *al.* SVET. Vit. 14, 1 manu sua. IREN. 1, 27, 4 malignum principis apostasiae serpentis v.). *al.* *imperat. in titulis*: CIL XIII 10018, 145 -rig⟨e⟩ (*in vase potorio ut*: 10018, 146 da, -e). INSCR. christ. urb. Rom. 15943 (*in pariete cryptae iuxta picturas; sim.* 15944) Agape, misce nobis; Irene, -rge calda(m).

Ⓘⓘ *ita ut appareant, monstrentur sim.*: PROP. 4, 1, 115 Nauplius ultores sub noctem -it ignes. VITR. 1, 6, 4 Tritonem aereum ... dextra manu virgam -entem. APVL. met. 11, 10, 3 *sacerdos* lucernam ... -bat. POTAM. tract. 2 l. 40 C. obscura (*i. interna corporis*).

?Ⓘⓘⓘ *ita ut protegant* (*si vox recte trad.*): CLAVD. 3, 265 (*in imag. de Stilichone*) clipeus ... -tus in hostem (prorectus *var. l.*; proiectus *Burmann, cf. vol. X 2, 1798, 56*).

γ *-untur varia* (*addasne p. 2764, 59?*): VITR. 10, 3, 6 *remi* inpulsu vehementi protrudunt -tam navem (*per prolepsin, ut vid.; sunt qui locum ad 2da trahant*). FRONTO p. 216, 8 (*in imag.*) argumenta nectemus, ... ut praecedens sententia in sequentem *sententiam* laciniam aliquam -at et oram praetendat. CLAVD. rapt. Pros. 2 prol. 19 vix auditus erat *Orpheus,* ... -xit Rhodope sitientes carmina rupes (*quasi membra corporis*). MACR. Sat. 1, 21, 15 *sol post brumam* ex ... latebris ... rursus emergens ad aestivum hemisphaerium tamquam enascens in augmenta -itur (*sc. si iungas* -itur *cum* ad a. h.; *sin autem cum* in a., *locus ad p. 2757, 62 pertinere vid.*). GREG. TVR. vit. patr. 17, 5 commotus vento fluvius coepit fluctus in excelsa -ere.

[Hoffmann - Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *potius cum respectu formae, situs, sc. eorum, quae extensa iacent, magnum spatium occupant, vel latitudinem vel longitudinem aliquam habent sim.* (*quae in altitudinem eminent l. 39. 46. al., prominent l. 31; p. p. p.* -tus *vergit saepe in usum adi. [cf. p. 2765, 29 sqq.]; hic attulimus certiora tantum, cetera v. sub 1*); *respiciuntur*: **a** *certa loca, regiones sim.* (*mensuras sim. v. sub dβ*): **α** *caeli, sc. respic. fere signa eorumve partes* (*lineae ea coniungentes l. 15, galaxias l. 19*): CIC. Arat. 211 hic *Centaurus* dextram -rgens, quadrupes qua vasta tenetur ([*gr. 439 ταν-όντι*]. *item -itur manus*: OV. fast. 6, 736 *Ophiuchus* gemino nexas -it angue manus. HYG. astr. 3, 5, 1 *Engonasin* laevam ... ad sinistrum genu -ens. 3, 28 Aquarius ... manum sinistram usque ad Capricorni -ens tergus). OV. met. 2, 197 Scorpius ... -it in spatium signorum membra duorum. VITR. 9, 4, 6 *Draco est* -ta ... proxime eius *Cynosurae* pedes. 9, 5, 1 Anguis -ens agmen stellarum (*cf.* AVIEN. Arat. 891 ingenti sese agmine -it Hydra [*cf. gr. 443 ἕλκεται*]). MANIL. 2, 673 longior in spatium -ta est linea maius, *qua tria signa coniunguntur* (*cf. p. 2757, 54*). FIRM. math. 8, 4, 4 *tricesimae partes Cancri* tres ... sequentes a stomacho usque ad pectinem -untur (8, 4, 7 [= 8, 4, 11] usque ad extremos -untur pedes). AVIEN. Arat. 529 *Deltoton* simile in latus ... utrumque -itur. MART. CAP. 8, 826 galaxias ... obliquorum multo maiore ambitu -tus.

β *terrae vel maris* (*de gentibus ibi habitantibus l. 36. 48. al., regno l. 31, flumine e. g. l. 61*): Ⓘ *mediopass.* (*exempla selecta inde a* PLIN. nat.): -tus (est) *sim.*: CAES. Gall. 2, 19, 5 *non* longius quam quem ad finem ⌊-ta [ac]⌋ (prospectus ac *Schlee*) loca aperta pertinebant (HOR. epist. 1, 7, 42 l. ... *non* planis -tus spatiis). SALL. Iug. 49, 1 in eo colle, quem transvorso itinere -tum docuimus. VERG. georg. 3, 351 qua ... redit medium Rhodope -ta sub axem. HOR. epod. 5, 80 prius ... caelum sidet inferius mari, tellure -ta super, quam *eqs.* (SIL. 1, 130). OV. epist. 8, 69 -tus longe ... Isthmos (PRISC. periheg. 102 *partem* laevam Ausoniae -tus continet I. [*gr. 98 παραπέπταται ἄσπετος Ἴ.*]). 10, 93 litora (PLIN. nat. 4, 75 -to Cherronesi litore). SEN. benef. 5, 6, 1 regnum ⟨a⟩ Thraciae angulo -tum usque ad litus ... maris (AVG. quaest. hept. 6, 21, 3 l. 554. EVAGR. GALL. alterc. p. 46, 7 Christi ... r. *cf. l. 50. p. 2757, 40. 2764, 50*). nat. 3, 8 ingenti spatio maria -ta sunt. MELA 1, 5 *zona* ab ortu -ta ad occasum. PLIN. nat. 4, 83 paeninsula ad formam gladii in transversum -ta. 5, 33 Marmaridae a Paraetoni ferme regione ad Syrtim maiorem usque -ti. STAT. Theb. 5, 482 -ti ... terga profundi. AMM. 22, 14, 4 montem ... tereti ambitu in sublime -tum (ISID. orig. 14, 8, 2). 29, 5, 37 tumulos ... in sublime -tos. PRISC. periheg. 303 -ta Borysthenis unda (*gr. 311 τετανυσμένον*). *al.* -itur *sim.*: LIV. 45, 29, 8 regio Paeoniae, qua ab occasu praeter Axium amnem -itur. SEN. Herc. O. 4 quacumque Nereus -i terras vetat. MELA 1, 19 ab ea *Gallia* Germani ad Sarmatas -untur. 2, 102 *Cypros* inter Ciliciam Syriasque -itur. PLIN. nat. 5, 77 Libanus mons ... MD stadiis Zimyram usque -itur (PORPH. Hor. epod. 16, 29 Appenninus m. per mediam Italiam -itur longe a mari. HEGES. 1, 35, 3 m. altitudinis excelsae vertice summo in sublime -itur [*gr. 1, 405 ἀνατείνεται*]). *al.* STAT. Theb. 1, 331 qua ... in plana Cithaeron -itur. TAC. ann. 2, 56, 1 *Armenia gens* penitus ad Medos -itur. PLIN. epist. 5, 6, 9 sub his *collibus* per latus omne vineae -untur. AMM. 23, 6, 11 navigatio ad usque urbem Teredona -itur. IVLIAN. in psalm. 2, 8 regnum *domini* (*postea syn.* extenditur). *al.* Ⓘⓘ *reflexive*: AETNA 94 quacumque ... se terrae -it orbis. LVCAN. 2, 399 mons inter geminas medius se -it undas. AVIEN. ora 302 usque Cempsorum sata Ileates agro se feraci -unt. orb. terr. 44 tellus sese ... in austrum -it (*gr. 23 ἕρπει*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 153 scopulis se -it Aetna perustis. ITIN. Eucher. p. 126, 16 quo se ad aquilonem deficiens loci tumor -xit (-it *var. l.*). *al.* Ⓘⓘⓘ *active, sc. -unt loca partes suas* (*saepius quasi partes corporis, v. e. g. l. 58. 59*): AETNA 182 *Aetna* -it hinc artus (corr- *var. l.*). OV. epist. 2, 128 (*de aestu ad litora accedente*) in freta procurro ..., mobile qua primas -it aequor aquas. met. 1, 14 *non* bracchia longo margine terrarum -xerat Amphitrite. 4, 527 summa *pars scopuli* ... frontem ... in apertum -it aequor. 15, 741 circumfluus amnis ... -it aequales media tellure *insulae Tiberinae* lacertos. MELA 1, 10 *Asia* sua litora -it. LVCAN. 6, 576 iuga devexus Pharsalica -it Haemus. AVIEN. ora 484 dumosa late terga regio -it. 526 iugum Celebandicum in usque salsam dorsa -it Thetim. CARM. de resurr. 221 nulla suos similes -xīt (-xerat *var. l.*) India lucos. *al.*

b *aedificia, urbes, viae sim.* (*aliter p. 2756, 58. 60*): LIV. 1, 3, 3 quae *urbs* ab situ -tae in dorso urbis Longa Alba appellata (*de eadem re* PS. AVR. VICT. orig. 17, 1). SEN. contr. exc. 5, 5, 1 infinitis -tae spatiis ambulationes. COLVM. 7, 3, 8 in longitudinem potius quam in latitudinem -ta *stabula.* PLIN. nat. 4, 43 a Propontide ad Melanem sinum ... -tus murus. 8, 6 *v. p. 2669, 56.* SIL. 14, 647 inclusos -to limite longis porticibus ... lucos. STAT. silv. 3, 3, 102 longe series -ta viarum. IVV. 12, 76 *molis* -ta ... bracchia rursum, quae pelago occurrunt medio. PLIN. epist. 2, 17, 23 procoeton inde et cubiculum -itur in solem. APVL. met. 4, 6, 5 -tis undique lateribus. AMM. 20, 11, 13 aggerum altitudine ... in sublime -ta. CLAVD. 5, 470 turris per geminos ... amnes -itur. CONSTANTIVS vita Germ. 21 civitates, quot sese per itineris eius tramitem -bant. RVRIC. epist. 1, 17 p. 369, 25 *semitam* montibus ... in sublime -tam et vallibus in profunda demersam. GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 15 *domorum* culmina minaci proceritate -ta in edito. *al.*

c *membra, partes corporis animantium* (*de parte morbo effecta l. 16*): POMP. TROG. anim. Plin. nat. 11, 275 supercilia quibus -untur in rectum, molles *eos esse* significant (*opp.* flexa sunt). PLIN. nat. 8, 105 collum *hyaenae* ... ⌊in continuitatem⌋ spinae -itur (⌊ ⌋ *coni. Mayhoff,* et unitatem *sim. codd.*). 11, 235 *delphinorum* papillas ... paulum in oblicum -tas. GELL. 9, 2, 1 barba ... prope ad pubem usque -ta. 9, 4, 6 (*v. vol. X 2, 2204, 68*). TERT. virg. vel. 17, 3 limites et fines eius *capitis* eo usque -untur, unde incipit vestis. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 137 debiles et -ta collorum longitudine formatos *homines.* 3, 4, 51 (*in morbo*) duritia ... schemate longo -ta.

d *varia*: **α** *quaelibet corporea* (*addasne* VITR. *p. 2760, 67 et* AMM. *p. 2756, 34?*): PAVL. FEST. p. 367 transtra ... dicuntur ... tigna, quae ex pariete in parietem -untur (*nisi ad 1aβ*). PLIN. nat. 2, 50 arborum in limitibus -tarum in quotlibet passuum milia (*item respic. ordines arborum sim.*: 17, 78 in ordinem se -ente versu. 17, 165 *vitis* simplici iugo constat -to ordine. *cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 2, 2 in ordinem seges laeta -itur atque in versum quendam vineta ponuntur). 10, 93 *nidi* faucibus -tis in angustum. 14, 15 (*de genere uvae*) praelongis dactyli -untur acinis. 18, 171 *genus vomerum non* toto -tum dentali, sed exigua cuspide in rostro. APVL. met. 11, 11, 4 *urnulae* orificium ... in canalem -tum longo rivulo prominebat. PHILIPP. in Iob rec. long. 40 p. 783[B] *cypressus* procero fastigio in altum -itur (*sim.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 7, 2 *ligna* in altum -ta [*opp.* humiliora; *gr. ὀρθοφυῆ*]). CLAVD. 17, 202 (*in imag.; cf. 198 sq. praefectus novus* suscepit habenas quattuor ... iuris temone refusas) Illyrico se tertia -it orbi. *al.* **β** *spatia, mensurae sim. (etiam numeri, qui figuris repraesentantur): in arte arithm. vel geom.*: QVINT. inst. 1, 10, 44 si ... -ti utrimque undeviceni *pedes* singulis *pedibus* distent. MART. CAP. 7, 754 si in alterum latus IIII, in alterum III -untur, hi duo numeri ... XII capiunt. BOETH. arithm. 1, 19, 9 l. 46 *numerus perfectus* nec supervacua progressione -itur nec *eqs.* 2, 25, 9 l. 78 cybi aequalibus se spatiis -entis (*gr. 2, 16, 3 κατ' ἰσότητα διεστῶτος*). 2, 29, 1 l. 4 aequalibus spatiis in longitudinem latitudinemque -tis. *al. apud eundem. cetera exempla*: AVIEN. ora 339 *fretum* non plus h⟨ab⟩ere longitudinis modo quam -untur centum et octo milia. SIDON. epist. 7, 14, 3 *hominis* corpulentiam per spatia quamvis -ta finalem (*i. finitam*). APRING. in apoc. 21, 16 l. 377 unum stadium, quod ... *tot* passibus -itur (*cf. l. 387* extenduntur).

B *translate; -untur*: **1** *quae offeruntur, praestantur, praebentur* (*v. etiam p. 2760, 1*): **a** *quaelibet* (*maxime incorporea*): LIV. ANDR. trag. 22 (*an Cassandra Apollini?*) da mihi hasce opes, ... quas precor: -e, opitula (-e *cod. N. Fabri,* corr- *cett.*). CIC. de orat. 1, 184 *oratorem* prope cunctis civibus lucem ingenii ... sui -entem atque tendentem. HOR. carm. 2, 16, 32 mihi forsan, tibi quod negarit, -et hora. APVL. met. 7, 7, 3 precibus ad Caesaris numen -tis (COD. Theod. 1, 2, 10 in quem *p.* -tae sunt. BOETH. cons. 5, 6, 47 p. in excelsa -ite. *al.*). TERT. pudic. 17, 15 *moechis* veniam -ere (*sim.* EDICT. imp. Galer. Lact. mort. pers. 34, 4 in his *Christianis* quoque indulgentiam nostram credidimus -endam [*cf. versionem Euseb. ἐπεκτεῖναι, quam iterum vertit* RVFIN. hist. 8, 17, 9 erga hos indulgentiam ... -endam]). NOVATIAN. trin. 15, 7 (*spectat ad Ioh. 8, 51*) *Christus* praestando ... divinitatem per immortalitatem deum se probat divinitatem -endo. PS. CYPR. singul. cler. 38 p. 214, 12 conversatio paritatis ..., quae ... -it furiam, lasciviam pascit *eqs.* (*inde* CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 9, 7). EPIST. imp. Iulian. de postul. l. 4 quibus quietem et aetas et dignitas -bat. AVSON. 20, 2 (332 S.), 37 aurea venturo, sol, -e gaudia Iano. SYMM. epist. 1, 88 litteris -endis (*item -untur epistulae ad aliquem directae*: COD. Theod. 8, 5, 30 ad ... magistros equitum ... scribta [11, 16, 12. *al.*]. *al.*). CLAVD. carm. min. 26, 1 fons, Antenoreae vitam qui -is urbi (*sc. aquam praebendo*). *al.* *occasio sim.*: PS. CYPR. pudic. 10, 1 -tae voluptatis occasione (*per hypallagen*; -ta *pars edd.*). spect. 1, 1 nulla mihi scribendi ad vos -itur occasio (TRACT. Pelag. 3, 19, 3 p. 61 quod *divitiae* peccandi occasionem -ant. RVRIC. epist. 2, 49 etiamsi non se o. oportuna -ret [*Krusch,* -regerit *cod.*]. *al.*). RVRIC. epist. 2, 27 oportunitate -ta (2, 40 [*refl.*]). **b** *fruges, fructus sim. terrae* (*pro subi. sunt res; cf. de aqua l. 63*): OV. Pont. 3, 1, 13 *non* tibi, *Pontica tellus,* ... autumnus -it uvas. FEST. p. 238 frumentum (*si recte trad.; v. p. 2739, 24*). PLIN. nat. 23, 2 (*loq. Pomona*) ex me parata omnia ... *et* sese -entia ultro. GREG. TVR. Franc. 3, 19 p. 121, 2 *montes* incolis Falernum -unt. **c** *Christus, sc. a deo patre*: TERT. adv. Prax. 23, 12 *deus* pater filium ... -tum ad terram mox ⟨glorificaturus erat⟩ per resurrectionem (*corr. Kroymann*).

2 *quae augentur, dilatantur sim.* (*c. colore dirigendi e. g. p. 2763, 6.*

[Hoffmann - Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

36. 44 [cf. etiam sub 3]; saepe indicatur, maxime sub a, quo(usque), quem ad finem sim., sc. fere per praepos. [ad *saepe, ceterum e. g.* extra *l. 29,* ultra *l. 41. 62*] *vel adverbium* [*e. g.* latius *l. 15. 50. al.,* quo *l. 13,* ultra *l. 7. 52. al.,* ulterius *l. 9. 39*]): **a** *-untur varia, sc. quae (qui) ita potius extenduntur, ut*: **α** *ad finem quendam tendant, rem quandam petant*: CIC. rep. 3, 11 quae virtus ... totam se ad alienas utilitates (*cf. l. 22*) -it atque explicat. SEN. benef. 2, 27, 4 ultra se cupiditas -it et felicitatem suam non intellegit, quia non, unde venerit, respicit, sed quo tendat. ARNOB. nat. 2, 21 p. 91, 12 adpetitio *non* -etur (*Gelenius,* corr- *cod.*) ulterius, esse amplius nesciens, quod petatur. AVG. epist. 140, 62 caritas ... in bonis operibus ... exercetur, qua se ad subveniendum ... -it. *al.*

β *ad gradum vel eventum quendam perveniant*: OV. trist. 3, 11, 5 quis gradus ulterior, quo se tua -at ira, restat? SEN. epist. 92, 30 animus, cui in quantum vult licet -i. APVL. met. 10, 18, 1 munus gladiatorium ... pollicitus latius munificentiam suam -bat. GAIVS dig. 40, 12, 2 servitus eorum *cognitorum* ad dolorem nostrum iniuriamque nostram -itur (PAPIN. dig. 26, 7, 40 privilegium militum ad alienam i. -i non oportet). PS. CYPR. rebapt. 16 (*nisi ad γ*) usquequaque pravitatem suam -ere. AMM. 17, 13, 2 hactenus ultione -ta, ut *eqs.* AVG. civ. 21, 17 p. 522, 6 (*nisi ad γ*) se ulterius miserando -ere et ad liberationem ... diaboli pervenire. GRILL. in Cic. inv. 1, 5 l. 54 (*nisi ad α*) *non* magna commoda sunt ..., quae ad unius utilitatem se tantum -unt. ENNOD. epist. 1, 14, 5 p. 25, 21 quis ad curas meas se -at? (*postea*: aestus *meos* aequiperare). opusc. 3, 46 p. 342, 19 aperiris luce operum supra quam -batur opinio. *al.*

γ *ad aliquid (aliquem) pertineant, id (eum) afficiant* (*adversando l. 33sq.*): Ⓘ *apud quoslibet auctores*: GELL. 3, 10, 7 ad homines quoque nascendos vim numeri *septenarii* ... -i pertinereque ait *Varro.* TERT. nat. 1, 2, 9 *estne* -enda quaestio in socios *eqs.*? (AVELL. 231, 13 extra constitutos ecclesiae terminos). ARNOB. nat. 2, 60 p. 136, 11 ea ..., quae comprehendi *non possunt* ..., quamvis mille per corda suspicio se -at atque intendat. LEX c. Caesar. (CIL V 2781) 34 (= INSCR. Année Épigr. 1995 n. 1478b; *saec. IV in.*) adversus ... calumnias, quas in universum ho⟨minum genu⟩s Caesarianorum desperatio -bat. HIL. c. Aux. 3 non manifesta se tum, *i. sub persecutione,* dei virtus contra odia humana -xit? AVG. civ. 15, 16 p. 91, 24 numerosius se caritas -it (*i. in plures homines; item -itur affectus*: doctr. christ. 1, 69 quando usque ad inimicos ... -tum est *officium misericordiae* [*sim.* POMER. 3, 15, 4 dilectionis suae latitudinem]. *al.*). gen. ad litt. imperf. p. 499, 21 sapientes vocantur animae rationales et ulterius hoc nomen non -itur (*item respicitur significatio verborum*: BOETH. diff. top. 1, 4, 18 p. 1175^{C} 'homo risibilis est': ... neque 'risibile' ultra 'hominem' nec ultra 'risibile' 'homo' -itur). *al.* Ⓘ *in sermone iuris* (*aliter* LEX *l. 31*): VENVL. dig. 7, 9, 4 si viri boni arbitrium huc usque -itur. GAIVS dig. 39, 2, 20 stipulatio ... ad hunc quoque casum -itur. inst. 1, 39 hae causae ... -i possunt et ad servum minorem XXX annorum. COD. Iust. 6, 26, 2 (*a. 204*) substitutio ... testamento patris facta ad pubertatis tempora -i non potest (6, 26, 4 [*a. 225*] ad eum casum, quo *eqs.*). PAPIN. dig. 40, 5, 23, 3 sententiam iure singulari receptam ad cetera fideicommissa (*fort.* -misso *legendum*) relicta -i (VLP. dig. 2, 1, 7, 2 [*sec. Pompon.*]. COD. Theod. 12, 1, 134). VLP. dig. 11, 6, 5, 2 hoc iudicium latius praetor -xit. 14, 4, 1, 4 potestatis verbum ad omnem sexum ... -endum erit (*respicitur interpretatio vocum ut*: 50, 16, 50 'nurus' appellatio etiam ad pronurum et ultra -enda est. *al.*). 43, 24, 5, 13 *interdictum* latius -i quam ad has personas ... Labeo putat. COD. Theod. 16, 2, 22 forma ... consulti etiam circa *alias personas* ... valeat ac -atur. *al.*

b *-itur pecunia*: HOR. carm. 3, 16, 40 contracto ... parva cupidine vectigalia -am. PAVL. NOL. epist. 24, 4 si iuxta operis modum -enda est vel contrahenda merces.

c *-untur scripta vel dicta eorumve qualitates, argumenta* (*non nulla ad II trahere possis; accedit abl. instr. e. g. l. 64sq.; de re metrica v. sub IIB2*): SEN. epist. 114, 11 sunt qui *in oratione* sensus praecidant ..., sunt qui illos detineant et -ant. AVR. Fronto p. 103, 22 hanc ... epistulam paululum me -rgere non sinunt instantes curae (AVG. epist. 7, 3 ultra solitum modum. *cf.* PAVL. NOL. epist. 12, 2 textum epistulae. SIDON. epist. 6, 11, 2 epistulari formulae debitam concinnitatem plurifario sermone -ere). NOVATIAN. trin. 30, 1 haec ... breviter sint nobis dicta ... et non longa disputatione -ta. *ibid. iterum* (*v. vol. X 2, 1975, 10*). MAR. VICTORIN. rhet. 2, 27 p. 285, 10 qui *sorites* in infinitum semper intenta rei definitione -itur. SIDON. epist. 9, 9, 2 *salutationem* -it verbis non necessariis. ALC. AVIT. carm. 2, 323 ne -to dicantur singula verbo. BOETH. syll. categ. introd. p. 761^{C} *ut veterum* enuntiata brevius -amus. *al.*

3 *quae aliquo diriguntur* (*quae simul augentur, v. sub 2*): **a** *-itur mens, affectus sim. ipsive homines* (*sc. ad ea, quae exspectantur, inspicienda vel intellegenda sunt sim.*): SEN. benef. 4, 22, 1 *morientibus* nihil iam superest, quo spes -atur (TERT. adv. Iud. 7, 2 qui *Iudaei* in adventum eius *Christi* s. suam -ant. LVCIF. Athan. 1, 35 l. 4 in deum -ximus s. nostram. *cf. l. 56sqq.*). dial. 7, 8, 4 (*antea*: in exteriora ... tendit) *mens* cum secuta sensus suos per illos se ad externa -xerit. APVL. met. 11, 29, 2 quorsus ... se caelestium -ret intentio (AVG. de duab. anim. 16 p. 72, 22 quo ... omnis bonorum -atur i. CASSIOD. in psalm. 16, 1 l. 6 i. ... ad precum studium tota -itur. *cf. p. 2757, 30*). TERT. pudic. 6, 2 obliti posteriorum in priora -imur (*spectat ad Phil. 3, 13, ubi gr. ἐπεκτεινόμενος, Vulg.* extendens me. *cf.* PAVL. NOL. epist. 12, 7 *apostolus* oblivisci*ens* quae retro sunt atque in priora se -ens). *al.* **b** *-untur varia*: APVL. met. 11, 20, 3 ut⟨ut⟩ ... sese praesagium somni -ret, lucrum ... significari ... credebam. SIDON. epist. 7, 13, 1 filius tuus notus mihi ... opinione, quae ... in bonam partem -batur. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 139, 7 (*spectat ad sap. 2, 1sqq.*) utrumnam istud in inpios prophetici sermonis oraculum an in te sit -tum.

II *vi temporali; respiciuntur fere ea, quae protrahuntur, diutius continuantur* (*quae differuntur l. 56sqq.; paulo aliter, sc. c. respectu numeri, l. 73; indicatur quamdiu vel quo usque e. g. l. 32. 35. 67sq.*):
A *quaelibet exempla* (*pro subi. verbi act. sunt homines l. 20. 29. 39. al., deus l. 38, tempora l. 22 [refl. l. 26], variae causae naturales l. 23sq. 27. 54*): **1** *pro obi. est ipsum tempus vel cursus temporis sim.*: VARRO frg. Prisc. gramm. II 256, 21 *Caesar* fastus -xit ([corr- *coni. Popma*]. *agitur de numero dierum, qui in singulis mensibus sunt; cf.* AVSON. 14, 7 [381 S.], 6 ter senis unoque die ... *Saturnalia* -it ... nova bruma [*i. de XIX Kal. Ian. ad Kal. Ian.*]). OV. met. 4, 199 brumales -is horas, *sol* (*item de tempore diei noctisve*: STAT. Theb. 6, 363 quae via solis praecipitet noctem, quae -at. AVSON. 14, 20 [363 S.], 8 dies quam longus erit sub sidere Cancri quantaque nox tropico se -it in Capricorno. MART. CAP. 8, 846 brumales noctes solstitialis diei temporibus -untur). CELS. 3, 2, 1 ubi lenti dolores ... sunt et spatia inter accessiones *morbi* -unt (-untur *var. l.*). PRAEF. bibl. monarch. in Matth. p. 16, 2 *Matthaeus* principium a credendi fide in electionis tempus -ens et ex electione in transmigrationis diem dirigens *eqs.* (*spectat ad genealogiam Christi [Matth. 1] ut*: AVG. gen. c. Manich. 1, 23, 37 [*sim.* 1, 23, 39] haec aetas -itur ab Abraham usque ad David quattuordecim generationibus). *al.* *respiciuntur tempora vitae humanae* (*vergit in meram notionem peragendi l. 39sq.*): PORPH. Hor. carm. 2, 16, 29 (*vergit ad p. 2765, 65*) ostendit ... brevem Achillis vitam et Tithoni usque ad ultimam senectutem -tam (AVSON. 10, 1 [160 S.], 14 vitas hominum ratione medendi -ere. AVG. civ. 21, 11 p. 513, 5 v. ... *non* -itur in aeternum). PAVL. NOL. carm. 22, 89 *deus* tempora vitae -it aut retrahit. CYPR. GALL. gen. 211 Mathusalamus nongentos -it orbes septies et denos. EPITAPH. Franc. (Zeitschr. Pap. Epigr. 63, 1986, 97; *saec. VI*) 2, 22 post quadraginta sextum vix ⌊-is⌋ annu⟨m⟩ (⌊ ⌋ *Lebek,* perficis *Zwierlein apud eundem ibid. 65, 1986, 68,* prorogas *Bischoff*; porrogas *cod.*). ISID. orig. 11, 2, 2 *infantia* -itur in septem annis. **2** *pro obi. sunt ea, quae aliquod tempus existunt, perdurant*: CELS. 2, 5, 1 *ut morbus* -atur ... in id tempus, quod curationi locum praestet (*item -itur morbus sim.*: 3, 8, 1. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 83 si -ta in dies numerosior erit aegritudo). PAPIN. dig. 3, 1, 8 ne ... poena tempore determinata ... ulterius -atur. VLP. dig. 17, 2, 52, 9 (*e Papin.*) societatem non posse ultra mortem -i. IVL. VAL. 1, 50 l. 1555 fore ... *tuum* nomen ... per saecula -endum (*cf. gr. p. 52, 17sq.* σε ... εἰς τοὺς αἰῶνας μνημονεύεσθαι). AVG. civ. 18, 19 p. 281, 23 quod *regnum* ... per annos *tot* ... traditur fuisse -tum (ISID. Goth. 65 chron. II p. 293). COD. Theod. 13, 9, 3, 3 in diem ... iduum ... navigatio -etur. OROS. hist. 5, 24, 14 Mithridaticum *bellum* a superio- ribus *bellis* coeptum porro in ulteriora -itur. EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 4 *calamus* aliam subolem de radice submittit, reparationem stirpis in posterum -turam (*aliter gr.* σπέρματος λόγον ἔχουσαν πρὸς τὸ μέλλον). *al.* *-itur* spes, *quae differtur*: PORPH. Hor. carm. 1, 11, 6 cum spatium vitae breve sit, noli in longum s. tuas -ere. LACT. inst. 6, 4, 8 (*nisi per imag. ad p. 2760, 66*) quisquis ... s. suam -xerit longius et meliora maluerit, carebit his terrae bonis, ut expeditus ... difficultatem viae superet.

B *in arte gramm. vel musica respicitur*: **1** *productio syllabarum, litterarum*: OV. Pont. 4, 12, 14 (*respic. nomen* Tūtĭcānus *versui dactyl. repugnans*) *ut* sit -tā longa secunda morā (*i.* Tūtī-). RVT. LVP. 1, 3 (*v. p. 436, 13*) aut -enda aut contrahenda littera aut syllaba (QVINT. inst. 1, 6, 32 aut correptis aut -tis ... litteris syllabisve. 1, 7, 14). **2** *longitudo versuum, pedum, rhythmorum sim.*: PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 82, 18 *choriacum metrum* incipit ... a dimetro ..., -itur autem usque ad tetrametrum versum. 83, 18 temporum ... ita versus habet incrementa, ut a XVIII temporibus ad XXIIII -atur. AVG. mus. 6, 10, 27 sive libera perpetuitate -atur ista coniunctio *pedum,* sicut in rhythmis, sive *eqs.* PS. PROSP. carm. de prov. 96 (*poeta de elegis ad hexam. transit*) ne sermo moram patiatur ab impare versu, heroi numeris -e pentametrum. *al.* *agitur potius de numero syllabarum quam de spatio temporis*: AVG. mus. 3, 5, 13 usque in octo syllabas pedis debere longitudinem -i. 4, 17, 37 solutio longarum in duas breves, quae pedem ultra syllabas quattuor -ret.

[Hoffmann - Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

appendicula stilistica; accedunt, sc. ratione diversa, verba longitudinem, latitudinem, magnitudinem sim. significantia: **1** *subst. selecta* (*cf. l. 18sqq.*): BELL. Afr. 17, 1 aciem in longitudinem quam maximam -i (*item* in l. *vol. VII 2, 1631, 31sq.; ceterum e. g.* AVIEN. ora 339 [*v. p. 2762, 39*]. AVG. mus. 3, 5, 13 [l. *-itur ut*: CAEL. AVR. chron. 2, 12, 137. 5, 4, 60]. *cf. l. 50. 64. p. 2766, 14*). COLVM. 7, 3, 8 in longitudinem potius quam in latitudinem (*item* in l.: PORPH. *l. 10.* IVST. 42, 2, 9. BOETH. arithm. 2, 29, 1 l. 4 in longitudinem l. que. *ceterum*: POMER. 3, 15, 4 [*v. p. 2763, 37*]. *cf. l. 53*). PORPH. Hor. carm. 2, 15, 2 non tantum ... in latitudinem, sed etiam in altitudinem ... -ere aedificia (*cf. l. 20*). **2** *adi.*: BELL. Afr. 17, 1 maximam ([*v. l. 4*]. HOR. sat. 2, 2, 39 -tum magno magnum spectare catino [SEN. dial. 10, 17, 2. *al.*]. MANIL. 2, 673 longior in spatium -ta est linea maius). OV. am. 3, 12, 25 per spatium ... ingens (LIV. 7, 10, 10 SEN. nat. 3, 8 VAL. FL. 6, 553. *al.*). met. 1, 14 longo margine terrarum (4, 575. 8, 545 l. ... -it alas [*item* l. *accedit ad obi.*: MANIL. 2, 673 SEN. nat. 1, 14, 3. *al.*]. Pont. 4, 12, 14 LIV. 1, 3, 3. *et saepius; cf. l. 19 nec non* PLIN. nat. 14, 15 praelongis ... acinis). *sim. al. praepos.* in *c. adi. neutro pro subst. posito*: PORPH. Hor. carm. 1, 11, 6 in longum (AVELL. 2, 121). MAR. VICTORIN. rhet. 2, 27 p. 285, 10 in infinitum. AMM. 20, 11, 13 altitudine ... in sublime -tā (VVLG. Ios. 8, 26. *al.*). PHILIPP. in Iob rec. long. 39 p. 780[B] in altum (EVSTATH. Basil. hex. 5, 7, 2. *al.*). *sim. al.* **3** *adv. selecta*: BELL. Afr. 30, 2 quam latissime potuit -ta ... multitudine (*compar.* latius: SALL. Iug. 52, 6 SEN. dial. 12, 9, 2 APVL. met. 5, 4, 6. *et saepius; posit.* late: CHALC. comm. 312 AVIEN. ora 484. *al.*). OV. epist. 8, 69 -tus longe ... Isthmos (met. 2, 375 PLIN. nat. 18, 346. *al.; compar.* longius: VAL. MAX. 9, 1, 2 ARNOB. nat. 6, 18 p. 331, 14. *al.*). APVL. met. 10, 27, 3 longe lateque (ARNOB. nat. 7, 49 AVG. civ. 4, 6 p. 153, 7. *al.*). AMM. 18, 6, 13 extentius.

p. p. p. ⁂**porrēctus,** -a, -um *pro adi. vel subst.* (*sc. neutr., v. sub 2b et l. 41sqq. p. 2766, 2sq.; exempla potiora; minus certa v. supra sub verbo, praecipue sub IA2*). *compar.* -ior *l. 36. 60sq. al.* (*cf. adv. p. 2766, 6*); *superl. deest.* GLOSS. II 292, 57 *ἐκτεταμένος*: elatus, -us, productus, protentus. V 524, 39 -iore: hilariore, sinceriore (*spectatne ad l. 36?*). *legitur inde a* PLAVTO; *de* LEGE XII tab. *v. l. 53.*

i. q. extentus; significantur potius: **1** *explicata, protenta, non contracta* (*describuntur partes corporis*): PLAVT. Cas. 281 ego te -iore fronte volo mecum loqui (*cf. p. 2756, 12; opp.* te esse tristem). GELL. 7, 6, 12 quae *aves* ingentibus alis patulae atque -ae praevolarent. MART. CAP. 1, 66 *Iuppiter* duo globosos orbes ... dextera -iore corripuit, laeva ... chelyn ... imprimebat.

2 *recta, non curvata*: **a** *usu vario: subst. neutr., i. q. linea recta*: VITR. 10, 3, 1 una *est ratio* -i, quam Graeci *εὐθεῖαν* vocitant (*opp.* rotunditatis). *ibid.* neque sine rotunditate motus -i (*an adi.?*) nec sine -o rotationis versationes onerum possunt facere levationes. *adi.* (*hucine l. 71. p. 2756, 62sq.?*): VITR. 10, 3, 2 supposita uti centro ... -a pressione (*v. vol. X 2, 1194, 65*). PLIN. nat. 31, 14 *esse quosdam* -a coma (*antea opp.* crispo capillo). ISID. orig. 16, 27, 2 virgula aequaliter iacens et -a simpliciter significat obolum. **b** *locutio* in -um, *fere i. q. rectā lineā, directe* (*in descriptione mensurae terrae, viarum praeter* APIC.): PLIN. nat. 4, 32 Epiri ..., Thessaliae in -um longitudo ... *tot milia passuum* traditur, latitudo *tot.* CELS. dig. 8, 6, 6, 1[d] quod per duas pariter vias ire agere possit bisque octonos *pedes* in -um et senos denos in anfractum (*alluditur ad legem XII tab., ut*: GAIVS dig. 8, 3, 8 viae latitudo ex lege duodecim tabularum in -um octo pedes habet *eqs.; cf. de eadem re Varro ling. 7, 15* in directo). APIC. 5, 4, 6 femora eius *pulli* iungis in -um. **c** pes -us, *i. mensura unius tantum dimensionis*: BALB. grom. p. 95, 3 (*v. supra p. 1915, 4*).

3 *longa vel lata* (*sensu temporali l. 65*): **a** *varia*: SEN. nat. 7, 26, 2 stellae ... rotundae sunt, cometae -i (*postea*: longos). TAC. Agr. 35, 4 diductis ordinibus, quamquam -ior acies futura erat (PANEG. 4, 28, 5 a. non -ior quam robustior). APVL. met. 4, 2, 7 arbores ... pariunt ... -os caliculos (*sim. de partibus herbarum*: Ps. APVL. herb. interpol. 74 l. 33 fructum ... -iorem atque tenuiorem [*cf. gr. 2, 180, 1 μακρός*]. 91 l. 18 foliis ... longitudine ... -ioribus [*gr. 3, 35, 1 ἐπιμηκεστέρα τοῖς φύλλοις*]. *al. ibid.*). *al. respicitur tempus longum* (*cf. p. 2764, 35*): PRVD. c. Symm. 2, 341 nostrae -a propago stirpis (*nisi 'e multis constans'*). SIDON. epist. 1, 4, 3 eloquia (*opp.* brevia). **b** *corpora animantium eorumve partes*: COLVM. 6, 1, 3 *boves* lateribus -is, lumbis latis. 7, 3, 3 quae *cornua* tam ⌊-a altaque⌋ *caput arietum* ... a tempestate defendant (⌊ ⌋ profecto altoque *var. l.*). PLIN. nat. 9, 103 (*nisi ad 2a*) *concharum genera* densata, -a, sinuata. LACT. opif. 8, 4 hanc eius aulam (*i. caput hominis*) deus non obductam -amque formavit, ut in mutis animalibus, sed orbi ... similem. 13, 6 *deus plantas hominis* non rotunda specie ..., sed -iores longioresque formavit. PHYSIOGN. 21 pupillae oculorum ((late) *addidit Foerster*) iacentes et -ae vanitatem detegunt, breves malignitatem. **c** *terrae, loca* (*cf. p. 2761, 5sqq.*): MIN. FEL. 17, 10 quid loquar ... collium flexa, -a camporum? (*subst. neutr. plur. ut*: AVSON. 21 [419 S.], 82 -a Germaniae). IVL. VAL. 3, 14 l. 322 situs ... loci arduus et ad promuntorii faciem longe -ior. ANTH. 236, 3 Corsica Sardiniā brevior, -ior Ilvā. SIDON. epist. 2, 11, 1 separata ... -ioribus terminis ... habitatio.

adv. compar. **porrēctius.** *posit. et superl. non exstant. i. q. longius, latius sim.*: **1** *vi locali: c. verbis eundi*: AMM. 20, 3, 10 *luna* progressa ... -ius iamque abunde nitens *eqs.* 21, 9, 1 *Iulianus* -ius ire pergebat. 25, 2, 6 (*de facibus caelestibus*) scintillas quidam putant ab aetherio candentes vigore parumque -ius tendere sufficientes exstingui. *c. aliis verbis*: AMM. 29, 5, 48 *dux* equo ... insidens sago puniceo -ius panso. MART. CAP. 5, 543 manus in contentionibus fusa -ius, in sermocinatione ... contracta. **2** *vi temporali*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 100 pro longitudine lenimenti -ius erit adiutoriorum regula dirigenda.

deriv.: porrectio, porrectorium, porrigibilis.

compos.: apporrectus, ex-, re-, supporrigo. *Hoffmann - Ottink.*

porrīna, -ae *f.* *a* porrum (*cf. e. g.* cepina *a* cepa, 2. rapina *a* rapum *vel* rapa). *i. q. seges porri vel locus porro consitus* (*v. Gaide, Rev. Phil. 63, 1989, 222*): CATO agr. 47 quotannis -am serito, quotannis habebis quod eximas. SCAEV. dig. 7, 1, 58, 1 (*verba testamenti*) Sempronio do lego ex redactu fructuum holeris et -ae ... partem sextam. ARNOB. nat. 2, 59 p. 135, 9 quid sit triticum, dicite, ... -a, ulpicum, caepe (porri *ed. princ.*).

porrio, -ōnis (*m.?*). *a* porrum. [*francog. vet.* porjon, *med.* porgon (*cf. flandr. vet.* porgon *'verruca'*), *prov.* porri. *cf. M.-L. 6668. Wartburg IX 192. C. S.*] *i. q. porrum*: ANTHIM. 55 apium ... et anetum vel -is (*nom. plur.,* -es *var. l.*) in omni ciborum coctura miscuntur (*postea syn.* porri).

[porrixo, -āre *legitur in addit. medii aevi* APVL. met. 10, 21; *v. Mariotti, Stud. Ital. 27/28, 1956, 241* (*aliter, sc. locum ipsi Apul. tribuens, Pennisi, Apuleio e l'Additamentum, 1970, 179sqq.*).]

⁂**porro** *adv.* [*de origine haud satis constat. -o et πόρρω* (*πόρσω*) *quodam modo cohaerere videntur, nam et forma et usus aliquantum similis est: cf. -o agere p. 2767, 39 et π. ἀπαγαγεῖν Aristoph. Nub. 216, -o loqui p. 2768, 55 et π. φωνεῖν Soph. El. 213. nonnulli eandem originem vocibus tribuunt; sed adv. gr. formam antiquiorem πρόσ(σ)ω < *pro-tiō̂ exhibet (Chantraine, Dict. étym. de la langue grecque III, 1974, 929. 942), quae non quadrat cum -o. quaerendum est igitur, an -o e gr. derivandum sit (Leumann, Gramm. 1977, 140. 426), quamquam adv. raro mutuantur. Fo.*] *de origine*: SERV. Aen. 6, 711 (*antea p. 2767, 72*) et est graecum adverbium. *scribitur* porod CIL I[2] 560 d (*cf. Wachter, Altlat. Inschr., 1987, 168sq. 285 adn. 695*), *v. p. 2767, 29; cf. l. 64.* NOT. Tir. 9, 27 -o. *secunda syllaba apud veteres longa est, sed corripitur inde a saec. I ex., sc.* STAT. Theb. 7, 546 IVV. 7, 98. 11, 9 TER. MAVR. 2342. *al.* *de notione* (*v. etiam p. 2770, 2. 47. al.*): PROB. inst. gramm. IV 145, 30 -o, si 'verum' significat, erit coniunctio ...; si vero -o 'longe' significat, erit adverbium (*sim.* CLEDON. gramm. V 74, 32 AVDAX gramm. VII 351, 1). DON. Ter. Andr. 731 -o adverbium est modo ordinis, alias temporis. CHAR. gramm. p. 290, 6 (*e Cominiano*) *coniunctiones* expletivae: quidem, equidem, quoque, autem, tamen, -o (*sim.* Ps. ASPER gramm. suppl. 57, 20). p. 290, 26 (*e Palaemone*) sunt hae *coniunctiones* (copulativae): que, et, -o, quidem, quoque *eqs.* NON. p. 59, 14 propitium ... -o pium, quod est vehementer et valde (*prave affert p. 2770, 39; notio non invenitur nisi* GLOSS. *l. 57*). GLOSS. II 306, 33 *ἔπειτα*: alioquin, deinceps, dehinc, -o, deinde *eqs.* 364, 8 *μακράν*: longe, -o, procul. 392, 52 *πάλιν*: rursus, iterum, -o. GLOSS.[L] I Ansil. PO 369 ad (*i.* at) vero. II Philox. PO 76 sq. *ἑξῆς, λοιπόν. πόρρω καὶ ἔπειτα καὶ πάλιν.* III Abol. PO 28 -o: consequenter, ad postremum, omnino. V Abba PO 16 deinde, longe, postea, utique, autem, valde, vere. *al.* *legitur in inscr. saec. III/II a. Chr. p. 2767, 29 (si recte), in poesi inde a* PLAVTO, *in oratione soluta inde a* CATONE, RHET. Her., CIC. (*qui vocem frequentat*). [*servatur c. verbis movendi coniunctum: francog. vet., med.* jeter puer *'longe a se iactare', prov. vet.* gitar por(re) *etiam '(bona) dissipare', cat. vet.* porre gitar *'abicere'. vix huc pertinent tusc.* purassai *'magnopere'* (*cf. potius* pūrē), *val.* pără, pîn(ă) *'bis'* (*cf. potius* 1. prō). *cf. M.-L. 6669. Wartburg IX 194. C. S.*] [*vix huc pertinet* CIL I[2] 2847 poro (*id quod putat Wachter, l. cit. 387sqq., v. infra p. 2778, 19*).]

indicatur aliquid longius ire (vel loco longinquo fieri), perseverari sim. (*cf. etiam Calboli Montefusco, Maia 24, 1972, 247sqq.*). *cum adv. temporis vel loci e. g.* deinde -o *vol. V 1, 408, 76sqq.,* hinc -o *vol. VI 3, 2807, 71sqq.,* iam -o *vol. VII 1, 112, 11. 121, 38sq. et e. g.* HIL. trin. 11, 2 AVG. mus. 6, 10, 26, inde -o *p. 2767, 17sqq. vol. VII 1, 1121, 67sqq.,* tum -o LVCR. 1, 298. 426. *al.* LIV. 36, 14, 12 GELL. 14, 7, 9 HIL. in psalm. 134, 11. *al.; c. abundantia quadam saepe c.* pergere, *v. p. 2767, 45. 2768, 56. 2769, 18; saepe iuxta* alius, *quae vox novam partem actionis -o actae indicat, e. g. p. 2767, 55. 61. 2768, 55. 69.*

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exempla sic digerenda esse putavimus:

I *notione locali; indicatur aliquem vel aliquid*: **A** *perseverare, pergere: l. 15* (*translate l. 57*). **B** *loco longinquo fieri vel esse: l. 65* (*translate p. 2768, 9*). **C** *ad anteriora, protinus, foras moveri vel protendi: p. 2768, 22* (*ad finem venire p. 2768, 46*).

II *notione temporali*:

A *usu vario: p. 2768, 52* (*spectat ad tempus, quod sequitur aliquam actionem p. 2768, 53, ad tempus antecedens p. 2770, 61*).

B *pertinet ad ipsam locutionem, sc. fere pro coniunctione*: **1** *vi additiva plena: p. 2771, 13.* **2** *vi additiva evanescente: p. 2775, 52* (*vi adversativa p. 2775, 69*).

appendicula ad IIB: p. 2776, 67.

I *notione locali (saepe, sc. maxime sub A1b et 2, haud facile distinguitur notio temporalis); indicatur aliquem vel aliquid*: **A** *perseverare, pergere*: **1** *proprie; pertinet ad actionem*: **a** *eundi, movendi sim.*: **α** *exempla varia*: Ⓘ *iuxta* inde (*cf. l. 44. 60; pro adv. temporis intelleximus vol. VII 1, 1121, 67 sqq.*): *postponitur* -o: PLAVT. Capt. 723 ducite, ubi ponderosas crassas capiat compedes; i. ibis -o in latomias lapidarias. Merc. 651 quid cum illuc ... veneris, ... iam i. -o aufugies, deinde item illinc? Poen. 1153 quos ego iam detrudam ad molas, i. -o ad puteum. Trin. 939 quo i. isti -o? LVCR. 2, 271 ut videas initum motus a corde creari ex animique voluntate id procedere primum, i. dari -o per totum corpus. GELL. 1, 14, 2. CENS. 8, 6 a tertio *zodio* ad quintum, i. -o ad septimum ac deinceps alternae lineae *emittuntur.* *anteponitur* -o: LIV. 1, 53, 10 *cum* infensus ira -o i. abiturus videretur. PEREGR. Aeth. 31, 2 -o i. de summo monte oliveti totum pedibus itur. Ⓘⓘ *cetera exempla* (*huc fort. pertinet* CIL I^2 560 d [*sub imagine servi lanceam alteri tradentis*] feri porod; *cf. Vine, Studies in archaic lat. inscr., 1993, 207 sq.*): PLAVT. Merc. 939 percontatus non inveni; ... -o proficiscor quaesitum. Trin. 945 advecti ad Arabiam terram sumus; ... ad caput amnis ...; deinde -o – :: *eqs.* (*v. p. 2768, 66*). CATO orat. 29 -o in Turtam proficiscor servatum illos. LVCIL. 234 non te -o procedere porcent. LVCR. 2, 105 (*100 sq.* quaecumque ... exiguis intervallis convecta resultant) ⌞cetera, quae -o magnum per inane vagantur, paucula⌟, *sc. corpora prima, eqs.* (⌞ ⌟ paucula ... cetera *trad.; de loco disputant edd., v. p. 800, 2 sqq.*). SALL. Iug. 28, 6 legiones per Italiam Regium atque inde Siciliam, -o ex Sicilia in Africam transvectae. HOR. epist. 1, 13, 18 nitere -o (*nisi ad IIA1; cf. p. 2769, 32*). LIV. 1, 7, 6 ex loco infesto agere -o armentum occepit *Hercules.* 36, 14, 12 Proernam inde recepit et quae circa eam castella erant; ducere tum -o in sinum Maliacum coepit. AVIEN. ora 679 (*674 amnis fluit* ⟨a⟩ fonte per Tylangios *eqs.*) panditur -o in decem flexus recursu gurgitum. CLAVD. MAM. anim. 3, 16 p. 187, 19 ulterius -o progredi ... et sine hoste pugnare cassa contentio est.

β *verbum pendet e* pergere (*cf. p. 2768, 57*): CATO orat. 30 inde pergo -o ire in Turtam (LIV. 9, 2, 8 si ire -o pergas *eqs.* 21, 22, 9 pergeret -o ire [*cf. Cic. div. I, 49* ut pergeret protinus]). LIV. 1, 37, 5 pergit -o in agrum Sabinum exercitum inducere.

b *dandi, tribuendi, ita ut id, quod quis recepit, tradat alii* (*cf. l. 58. 61 sq.; aliter, sc. tantum ad motum pertinens, l. 23*): TER. Phorm. 923 argentum rursum iube rescribi, Phormio. :: quodne ego discripsi -o illis quibus debui? LVCIL. 668 trado ergo alias nummo -o, quod mihi constat carius. FEST. p. 229 produit, -o dederit (*cf.* DON. Ter. Hec. 672, 1 'prodemus': ... -o dabimus. GLOSS. IV 458, 46 -o damur: prodimur. *v. etiam l. 62. p. 2770, 50 et vol. X 2, 1629, 28*). IVLIAN. dig. 12, 1, 19, 1 si eandem pecuniam is, qui in creditum ... acceperat, alii -o in creditum ... dederit *eqs.* 39, 6, 19.

2 *translate vel in imag.*: ELEG. in Maecen. 2, 30 tibi subcrescant iuvenes bis Caesare digni et tradant -o Caesaris usque genus. LIV. 1, 40, 3 si ne ab Tarquinio quidem ad se, *sc. filios Anci,* rediret regnum, sed praeceps inde -o ad servitia caderet. 27, 51, 4 ut quisque audierat ... legiones Romanas incolumes ... esse, extemplo aliis -o impertiebant gaudium suum. FEST. p. 229 prodit, memoriae -o dat. MARCELL. med. 27, 30 (*antea*: medium ... cursum habentibus torminosis ..., oportebit infundere *eqs.*) cedente -o impetu molestiae ..., convenit lenticula.

B *loco longinquo fieri vel esse* (*indicatur, a quo quid absit, per praepos. p. 2768, 1 sq. 5. 18. al., adv. l. 74, enunt. secund. p. 2768, 19*):

1 *proprie*: PLAVT. Rud. 1034 ubi tu hic habitas? :: -o illic longe usque in campis ultimis (*cf. p. 2768, 14 et* AVG. serm. 229K, 2 coll. Morin p. 485, 19 *Christus* ascensurus ... et sessurus ad dexteram patris -o longe ait discipulis: '...'). LVCR. 2, 1046 quaerit ... rationem animus ..., quid sit ibi -o, quo prospicere usque velit mens. VERG. Aen. 6, 711 requirit ... Aeneas, quae sint ea flumina -o (SERV. longe remota). VAL. FL. 7, 167 respice -o. PLIN. epist. 5, 6, 18 pratum inde ... visendum; campi deinde -o multaque alia prata. TIBERIAN. carm. 2, 22 -o hinc Pactolus, -o fluat et niger Hermus (*i. procul absit aurum*). CHAR. gramm. p. 305, 21 (*e Palaemone*) profanus lucus, ... quasi -o a fano positus (*cf.* MACR. Sat. 3, 3, 3 'profanum' ... quasi '-o a fano' et a religione secretum). PEREGR. Aeth. 19, 5 ut de extremis -o terris venires ad haec loca. SERV. Aen. 1, 2 profugus ... dicitur qui procul a sedibus suis vagatur, quasi -o fugatus. RVFIN. Orig. in num. 6, 4 p. 36, 18 *deus* Mariam ... eicit extra castra et -o facit a tabernaculo testimonii. NOVELL. Theod. 5, 1, 1 nequaquam ulterius felicitas patitur civitatis non suis meritis, verum -o quaesitis conpendiis aestimari (*nisi ad IIB2*). REGVLA mag. 1, 36 dicunt se -o a finibus advenire Italiae. *al.* **2** *translate vel in imag.*: PAVL. FEST. p. 225 prosapia progenies, id est -o sparsis et quasi iactis liberis. IREN. 1, 16, 3 quam sententiam digne exsufflantes ... oportet ⌞-o alicubi et longe⌟ fugere ab eis (⌞ ⌟ *gr. πόρρω που* ⟨*καὶ*⟩ *μακράν. item* -o et longe [*cf. l. 14*]: 2, 28, 5 -o et l. logon a deo separavit. 2, 30, 9 -o et l. devertisse a veritate. 5, 19, 2). AVG. conf. 2, 2, 2 tacebas tunc, et ego ibam -o longe a te in plura et plura sterilia semina dolorum ([*nisi ad A*]. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 134, 3 duos praeclarissimos virtutum doctrinarumque praeeminentia l. -o praeditos. *cf. l. 12. p. 2767, 67 sqq.*). BOETH. cons. 5, 6, 17 providentia ... dicitur, quod -o a rebus infimis constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 176 plurimi hominum -o sunt, ut secundum proprias ⟨leges⟩ vivant (*gr. ἀπέχουσι τοῦ κατὰ τοὺς οἰκείους νόμους ζῆν*). *al.*

C *ad anteriora, protinus, foras moveri vel protendi, verti sim.* (*saepe in veriloquio compositi cum praepos.* pro *formati, e. g. l. 34 sqq. 38 sqq.* [*cf. e. g. l. 1 sq.*]): **1** *usu sollemni*: AFRAN. com. 74 post narravero; nunc est distentus animus ut negotiis; -o autem propero (*aliter explicat* CHAR. *p. 2769, 38*). LABER. mim. 125 -o, Quirites; libertatem perdimus (PRIAP. 26, 1 -o – nam quis erit modus? – Q.! APVL. met. 8, 29, 5 nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus '-o Q.' proclamare gestivi. TERT. adv. Val. 14, 3 *ut* inclamaverit in eam 'Iao!' quasi '-o Q.!' aut 'Fidem Caesaris!'). NIGID. Gell. 10, 4, 4 labeas ... primores emovemus ac spiritum atque animam -o versum et ad eos, quibuscum sermocinamur, intendimus. FEST. p. 218 porrigam ... a -o regam (*cf., c. abundantia quadam,* VITA Caes. Arel. 2, 15 *videns* me eminus venientem, porrectis -o manibus, antequam darem *eqs.*). p. 234 prorsus -o vorsus (*sim.* DON. Ter. Eun. 306, 4 prorsum est -o v., id est ante v. Ad. 71, 3 prorsum -o v.). PAVL. FEST. p. 224 barba promissa velut -o missa. *al.* CAPER gramm. VII 100, 5 protenus per e adverbium locale est, id est -o tenus. FRONTO p. 222, 2 progredi, regredi, remanere, -o, retro, ilico. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 37 prodigi ... dicuntur proprie, qui bona sua a se dispergunt, quasi -o ea ab se agentes (*cf.* ISID. diff. 1, 326 [72 C.] 'prodigus' ... qui omnia -o agit et quasi proicit). CLAVD. DON. Aen. 8, 265 p. 152, 29 'protrahitur' est '-o trahitur', hoc est extra speluncam. AVG. in euang. 25, 15 quid est 'proiecit' nisi '-o iecit', hoc est exire foras? (*sim.* MACR. Sat. 6, 4, 14 proiecta: -o iacta. ISID. diff. 1, 18 quasi -o abicere). CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 173, 15 *visus animi* in ... radios -o usque promanans. DIFF. Suet. p. 311, 32 proferimus recondita, quasi -o ferimus. *al.* **2** *usu speciali indicatur ad finem perveniri, ita ut sit fere i. q. usque*: PEREGR. Aeth. 31, 4 sic lente et lente, ne lassetur populus, -o iam sera pervenitur ad Anastase. 36, 3 tantus rugitus et mugitus *est* ..., ut forsitan -o ad civitatem gemitus populi omnis auditus sit. 43, 7 de porta ... -o hora noctis forsitan secunda pervenitur. 47, 2 tantae voces sunt collaudantium, ut -o foras ecclesia audiantur voces eorum.

II *notione temporali*: **A** *usu vario*: **1** *spectat ad tempus, quod sequitur aliquam actionem, statum*: **a** *cum verbis loquendi, audiendi sim.* (*legendi p. 2769, 1; cf. B*): **α** *notione sollemni*: PLAVT. Amph. 1119 -o loquere (Bacch. 745 Merc. 198. 615 l. -o aliam malam rem). Asin. 472 perge -o (Mil. 386 Stich. 544 [*fort. addas e suppl.* Men. 150]. CIC. Pis. 33 de orat. 2, 39 fin. 4, 21. 75. *cf. locut. c. inf.*: PLAVT. Amph. 803 p. -o dicere [Cist. 754 Trin. 777]. Most. 963 pergam -o percontarier. Trin. 162 p. -o proloqui. CIC. Caecin. 59 p. -o hoc idem interdictum sequi. *cf. p. 2769, 18*). Bacch. 273 -o etiam ausculta pugnam quam voluit dare (1005 a. -o, dum hoc ... perlego. TER. Haut. 771 -o a., quod superest fallaciae). Curc. 453 immo etiam -o, si vis, dicam (HIER. tract. in psalm. I p. 105 l. 104 [*l. 97* dicitur hoc de populo Iudaeorum] 'in eos, qui convertuntur ad cor' ...; ut sciatis, quia -o de Iudaeis dicitur iste versiculus *eqs.; v. etiam l. 58 et cf. p. 2770, 35*). Rud. 653 lenost; quid illum -o praedicem? (Trin. 945 [*antea p. 2767, 31*] deinde -o nolo quicquam praedices). TER. Phorm. 692 cedo nunc -o: ... quid fiet? TRAG. inc. 79 mane, mane, -o ut audias! CATO orat. 169 recita -o. CIC. inv. 1, 59 huius assumptionis quarto in loco aliam -o inducunt adprobationem. S. Rosc. 116 videte iam -o cetera (Verr. II 2, 106 v. -o aliam amentiam). LVCR. 6, 46 pleraque dissolui, quae restant percipe -o (VERG. Aen. 9, 190 cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum ...; p. -o, quid dubitem [SERV. -o hortantis est; *add.* auct.: aut num coniunctio expletiva?]. SIL. 7, 310 [*308* cernis ut armata circumfundare corona] p. -o, quae meditata mihi). CARM. inscr. Samnium 80, 2007, 58 (*Venafri; saec. I*) hospes qui legis hoc

[Ottink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mo⟨n⟩umentum, consiste et perlege -o. FRONTO p. 97, 9 et -o deinceps ab eodem isto verbo, *sc. 'quis',* sententiae *apud Ciceronem* inchoantur. APVL. met. 1, 5, 1 verum quod inchoaveram -o exordiar. *verbum dicendi e contextu intellegitur*: PLAVT. Bacch. 274 (*antea p. 2768, 60*) etiamnest quid -o, *sc. narrandum*? Truc. 906 opus est pulvinis ..., opus est farina; ⌞-o 'opus⌟ est' totum diem (⌞ ⌟ *Bücheler,* purus *codd.*). TER. Ad. 419 iubeo ... ex aliis sumere exemplum sibi: 'hoc facito', ... 'hoc laudist' ..., 'hoc vitio datur'. :: probissime. :: -o autem – :: non hercle *eqs.* (DON. *ad l.* 2 -o autem, at, vero et huiusmodi principia sunt narrationum, quibus superiora sequentibus conectuntur. *an ad B?*). VARRO ling. 9, 84 dicimus 'dupondius' et 'tressis' et sic -o. **β** *notione paulum dilatata respicitur iteratio* (*gr. respondet πάλιν, cf. p. 2766, 54 sqq. 2771, 17*): CONC.^{S} I 5 p. 126, 14 et adiecit -o: '...' (*gr. I 1, 7 p. 45, 10*). p. 135, 11 dicam ... -o (*gr. I 1, 7 p. 56, 5*). *al. in eodem libro.*

b *cum variis verbis; indicatur*: **α** *actionem (inceptam vel interruptam) perseverari, sc. ab eodem agente*: Ⓘ *quaelibet exempla*: PLAVT. Men. 1110 -o operam date (Mil. 1144 vos modo -o, ut occepistis, d. o.). Most. 63 agite, -o pergite (TER. Haut. 346 perge -o, tamen istuc ago. *cf. l. 20. 26; v. etiam p. 2766, 73 et Thomsen, Pleonasmus, 1930, 41 sqq.*). 546 pergam turbare -o (TER. Hec. 634 dum ne redducam, turbent -o quam velint). 613 ne inconciliare quid nos -o postules. 990 abeamus nunciam ⌞atque -o⌟ quaeritemus ⟨illos⟩ (⌞ ⌟ puere a. pue⟨ro⟩ *cod.*). Rud. 30 retinete -o. 105 quaere ... -o patrem. Trin. 682 non convenit me ... -o in ditiis esse agrumque habere, egere illam autem (TER. Hec. 721 te oro -o in hac re adiutor sis mihi. 764 fac eadem ut sis -o. Phorm. 937 si -o esse odiosi pergitis. *cf. l. 38. 42*). TER. Haut. 493 -o te idem oro ut facias (Ad. 979 siquidem -o ... tu tuom officium facies *eqs.*). Eun. 619 *Thais* militem rogat, ut illum admitti iubeat; ille continuo irasci neque negare audere; Thais -o instare, ut hominem invitet. CATO agr. 156, 6 nolito multum *brassicae* dare, ne pertaedescat *aeger,* uti possit -o libenter esse. PACVV. trag. 211 ne -o te error, qui nunc lactat, maceret. LIV. 6, 35, 2 eo gradum fecisse plebeios, unde, si -o adnitantur, pervenire ad summa ... possent (*cf. p. 2767, 38*). FRONTO p. 4, 19 tuus ... iste amor incultus et sine ratione exortus, spero, cum cedris -o adolescit et aesculis. p. 86, 19 iterum atque iterum ac -o in longam senectam bene vale. Ⓘⓘ *actione bis descripta indicatur idem fieri atque antea* (*eodem verbo resumpto praeter l. 39; cf. p. 2770, 52*): CATO orat. 33 me sollicitum atque ex⟨er⟩citum habitum esse atque -o fore (*explicat* CHAR. gramm. p. 275, 24 [*e Romano*] pro 'in futurum'). AFRAN. com. 359 sinunt di et -o passuros scio (*explicat* CHAR. gramm. p. 275, 21 [*e Romano*] pro 'longius'). CATVLL. 45, 3 te ... amo atque amare -o omnes sum assidue paratus annos. LIV. 10, 8, 10 aeque adhuc prosperum plebeium et patricium *auspicium* fuit -oque erit. 30, 17, 9 et dedisse operam Masinissam et -o daturum esse. GRATT. 66 flet adhuc et -o flebit Adonin victa Venus.

β *actionem alteram sequi vel e priore actione (vel statu ab ea effecto) prodire*: Ⓘ *sequitur actio (magis minusve) similis*: Ⓐ *peracta a quolibet agente*: PLAVT. Asin. 875 is etiam corruptus -o suom corrumpit filium. 904 iace, pater, talos, ut -o nos iaciamus. Mil. 797 quasi ... anulum faveae suae dederit, ea -o mihi (*sim.* 913 quasi ... anulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me, quem ego militi ⟨-o⟩ darem. 960. 1049. *cf. p. 2767, 48*). Most. 921 mihi denumerato, ego illi -o denumeravero. Poen. 819 studeo hunc lenonem perdere, qui meum erum miserum macerat, is me autem -o verberat. CAECIL. com. 168 consequitur *amorem* comes insomnia, ea -o insaniam affert. TER. Haut. 838 hasce *minas* ... consequentur alterae; -o haec talenta dotis adposcunt duo. Phorm. 478 *Phormio* confutavit verbis ... senem. :: eu Phormio. :: ego quod potui -o. TRAG. inc. 103 (*verba Iphigeniae?*) ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope autem satus Atreus, qui nostrum ⌞-o propagat genus⌟ (-o pagens, propagat genus *var. ll.; cf.* VVLG. gen. 4, 18 *Cain uxor* peperit Enoch ...; -o Enoch genuit Irad. *al.; cf. p. 2774, 62*). CIC. fin. 2, 61 eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus ... filius, neque -o ex eo natus ... bellum gerens consul cecidisset. fam. 7, 23, 4. CATVLL. 68, 45 (*poeta ad Musas*) dicam vobis, vos -o dicite multis milibus. VERG. Aen. 5, 600 *Ascanius certamina* priscos docuit celebrare Latinos ...; Albani docuere suos; hinc maxima -o accepit Roma (SERV. -o post longum intervallum; et est adverbium temporis). HOR. epist. 1, 6, 34 mille talenta rotundentur, totidem altera -o et tertia succedant et quae pars quadret acervum. PLIN. nat. 34, 67 *Lysippus* discipulos reliquit laudatos ..., ante omnes Euthycraten ...; huius -o discipulus fuit Tisicrates. *al.* Ⓑ *peracta ab eodem agente atque actio praecedens* (*sc. actio nova obiecto tantum vel instrumento differt*): PLAVT. Epid. 726 pallium tibi dabo. :: quid deinde -o? :: libertatem. :: at postea? Most. 1100 quod agas, id agas: quid tu -o serere vis negotium? Pseud. 813 *coqui mali* herbas ... oggerunt, eas herbas herbis aliis -o condiunt. TER. Hec. 778 nostras mulieres suspectas fuisse falso nobis in re ipsa invenimus; -o hanc nunc experiamur (DON. *ad l.* 1 -o nunc futurum tempus ostendit). Eun. 167 nonne ubi mihi dixti cupere te ... ancillulam, ... quaesivi? -o eunuchum dixti velle te ...; repperi (DON. *ad l.* 3 deinde vel postea vel multo post [*sim.* SCHOL. Bemb.]). Phorm. 46 sqq. (*40* munus hoc conraditur *uxori, quam filius erilis ducit*) -o autem Geta ferietur alio munere ubi era pepererit, (48) -o autem alio ubi erit puero natalis dies. LVCIL. 735 at metuis -o, ne aspectu et forma capiare altera (*si recte huc, sc. ad hominem iam amore quodam liberatum*). HOR. sat. 1, 3, 101 *homines* unguibus et pugnis, dein fustibus atque ita -o pugnabant armis, quae post fabricaverat usus. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 203, 18 bonarum artium ... factā iacturā ... gens humana ... pessum -o dedit cum doctrina virtutem.

Ⓘⓘ *sequitur actio quaelibet* (*saepe subest simile quiddam non verbis expressum; huc fort. pertinet contextu manco* PACVV. trag. 215): PLAVT. Rud. 1396 vidulum ... ille *servus meus* invenit ...; ego tibi hunc -o servavi. TER. Andr. 596 quoniam solus mi effecisti has nuptias ..., corrigere mihi gnatum -o enitere (*ad γ trahit* DON. *ad l.* 4 in futurum, deinceps). Hec. 298 vix me illim abstraxi, *sc. a meretrice, ut uxorem ducam* ...; em, nova res ortast -o, ab hac *uxore* quae me abstrahat. Eun. 528 (*510* iussit me ad se accersier) misit -o orare, ut *iterum* venirem (DON. *ad l.* 1 pro postea). 957 (*955* conligavit primum eum miseris modis) nunc minatur -o sese id, quod moechis solet. Phorm. 746 ne ... imprudentes foris effuttiretis *nomen* atque id -o aliqua uxor mea rescisceret. Ad. 547 primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia, primus -o obnuntio. LVCR. 1, 254 *arbores* fetu ... gravantur; hinc alitur -o nostrum genus atque ferarum. PHAEDR. 3 prol. 38 servitus, *sc. servus Aesopus,* ... calumniam ... fictis elusit iocis; ego -o illius semita feci viam. VET. LAT. I Macc. 11, 69 (rec. B) collocaverunt insidias in montibus; ipsi autem occurrerunt ex adverso; -o insidiae exsurrexerunt de locis suis (*nisi ad B; gr. δέ, recc. L, V* vero, *X* autem). VVLG. II par. 24, 11 effundebant ... pecuniam, quae erat in arca; -o arcam reportabant ad locum suum. MARCELL. chron. II p. 63, 392, 2 *Hieronymus Romae* ordinatus est; -o ad Bethleem ... advenit *eqs.* CASSIOD. hist. 4, 25, 7 (*gr. Theodoret. 2, 9, 3 εἶτα*). 6, 30, 14 cum *martyr* genua fixisset in terra ..., venit repente nuntius ...; -o iuvenculus ... ait *eqs.* (*gr. ibid. 3, 17, 7 τότε*). *al.*

γ *actionem inde a tempore praesenti vel per tempus futurum fieri*: Ⓘ *proprie*: PLAVT. Mil. 1091 iam ex sermone hoc gubernabunt doctius -o. Persa 296 qui te di deaeque – scis quid hinc -o dicturus fuerim, ni linguae moderari queam (Pseud. 379 haec meast sententia, ut tu h. -o quid agas, consulas. *cf. p. 2769, 64*). Pseud. 726 doctum, qui quando principium prehenderit, -o sua virtute teneat, quid se facere oporteat (*nisi ad β*). TER. Andr. 22 dehinc ut quiescant -o moneo et desinant male dicere (DON. *ad l.* 2 in futurum dixit). 731 move ocius te, ut quid agam -o intellegas. Hec. 300 quid restat nisi -o ut fiam miser? Haut. 159. Eun. 613 *de puella,* quo pacto -o possim potiri, consilium volo capere una tecum (DON. postea, deinceps). Phorm. 474 ecquid spei -ost? (*nisi ad p. 2769, 4*; SCHOL. Bemb. dehinc, in futuru⟨m⟩). 779 provisumst ne in praesentia haec hinc abeat; quid nunc -o? quid fiet? Ad. 335 lacrumas mitte ac potius, quod ad hanc rem opus est -o, prospice (DON. *ad l.* 2 in reliquum, deinde vel in futurum: -o enim ordinis et temporis adverbium est, non coniunctio). *al.* LVCIL. 204 si, quod satis est homini, id satis esse potisset, hoc sat erat; nunc cum hoc non est, qui credimus -o divitias ullas animum mi explere potisse? 214 possisne elabi, an ⌞-o⌟ prodenda dies sit (⌞ ⌟ *Don. Ter. Andr. 313, 2; om. Non. p. 363, 29*). LIV. 40, 36, 1 respondit ... se ... *non* divinare posse, quid in animo Celtiberi haberent aut -o habituri essent (*cf. p. 2769, 35 sqq.*). MAXIMIN. c. Ambr. fol. 309^{v}, 5 *adversarii* non solum quod in religione anathema succlamaverunt, sed et in eorum iniuriam dicentes: '-o taceant' *eqs.* (*si recte intelleximus; cf.* PALLAD. c. Ambr. fol. 343^{r}, 4 te ... Ambrosio dicente: '-o taceat'). Ⓘⓘ *translate vel in imag.*: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 3, 366 portentum, quod aliquid futurum portendit, prodigium, quod -o dirigit (*sim. al., v. vol. X 2, 1605, 56 sqq.*). FEST. p. 245 *dicuntur* portenta, quae quid -o tendatur indicent (*cf. vol. X 2, 15, 56 sqq.*).

2 *spectat ad tempus antecedens*: **a** *quod retro spectanti remotius est; indicatur*: **α** *actionem similem recentiori antea factam esse* (*cf. p. 2769, 46 sqq.*): PLAVT. Asin. 95 tene ego defraudem, cui ipsi nihil est in manu, nisi quid tu -o uxorem defraudaveris? Poen. 604 ego ... *malos* docui. :: quis te -o? VARRO Men. 356 Pacui discipulus dicor, -o is fuit ⟨Enni⟩. LVCR. 2, 903 ex sensilibus qui sensile posse creari constituunt, -o ex aliis sentire sueti⟨s⟩ (*seq. lacuna*). 3, 133 harmoniai nomen ad organicos *musicos* alto delatum Heliconi; sive aliunde ipsi -o *nomen* traxere et in illam transtulerunt. CIC. Cato 43 saepe audivi a maioribus natu, qui se -o pueros a senibus audisse dicebant *eqs.* **β** *aliquid longius abesse, sc. quam aliud praeteritum*: ANIAN. Chrysost. hom. 2, 2 *ut* prophetae -o ante cum admiratione praedicerent ([*gr. ἄνωθεν ut*: 2, 3 ut -o a. omnis ... tumultus oriturus exstingueretur]. 4, 2 *cum* didiceris a tempore *Christum* ipsum esse qui -o a. promissus est *eqs.* [*gr. non resp.*]. TRACT. de indur. cord. Phar. 24. *cf.* Ps. AVG. quaest. test. 14, 4 si quis ex semine David

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diligat dominum, quem constat utique -o a. mille annos fuisse *eqs.*). TRACT. de indur. cord. Phar. 23 Exodi lectio contestatur, -o retro innumeris annis ... diabolo similem vitam eius fuisse, antequam *eqs.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 4, 6 quid mihi ea, quae -o sunt, dicere? (*Migne gr. 36 p. 433*^{C} *τὰ πόρρω*). PS. AVG. quaest. test. 62 Rachel filii tribus Beniamin -o olim pro maleficiis propriis ... a reliquis tribubus ... erasi sunt.

b *quodvis praeteritum* (*usus ex veriloquio ortus vid., si locum recte intell. interpretes*): OV. fast. 1, 635 (*633* Porrima placatur Postvertaque) altera, quod -o fuerat, cecinisse putatur, altera, venturum (versurum *recc.*) postmodo quicquid erat.

B *pertinet ad ipsam locutionem sim., sc. tamquam subaudiendo verbo dicendi sim. -o fit actio narrandi, enumeratio sim. (cf. A 1a); vergit in vim coniunctionis* (*sed cf. p. 2776, 67 sqq.*): **1** *vi additiva plena, sc. in serie, enumeratione* -o *inducit id, quod insuper, ultra accedit* (*hic illic contrarium priori [cf. vim adversat. sub 2b illustratam], e. g. l. 50 sqq. p. 2773, 26 sqq. 69; potius respiciuntur iterata, resumpta l. 47 sq. p. 2772, 55* [*gr. respondet πάλιν, ut supra p. 2769, 12*]): **a** *inducitur pars enuntiati*: **α** *varia exempla*: TER. Andr. 278 adeon me ignavom putas, adeon -o ingratum aut inhumanum? (DON. *ad l.* 1 coniunctio est expletiva, alias adverbium temporis). Ad. 964 docui, monui ... :: res apparet: et quidem -o haec, opsonare cum fide, scortum adducere. LVCIL. 15 -o *dicimus* 'clinopodas lychnosque' ut diximus ... ante 'pedes lecti atque lucernas' (*sim., ut vid.,* FRONTO p. 58, 9 vestimenta ... 'lavare', non 'lavere', sudorem -o et pulverem 'abluere', non 'lavare'). 362 -o, 'hoc si filius Luci fecerit', i solum, *sc. scribes.* 1315 tum spara, tum rumices portantur, tragula -o. CIC. Verr. II 1, 81 ab hominibus ... lenissimis, -o autem populi Romani condicione sociis. prov. 29 quid illis terris asperius, quid incultius oppidis, quid nationibus inmanius, quid -o tot victoriis praestabilius ... inveniri potest? *al.* LVCR. 3, 166 quorum *motuum corporis sim.* nil fieri sine tactu posse videmus, nec tactum -o sine corpore. 6, 1185 (*inter mortis signa*) triste supercilium, furiosus vultus ..., sollicitae -o plenaeque sonoribus aures. APVL. apol. 49, 4 *una* causa morborum inest in eorum vitio, quae iam concreta ex simplicibus elementis una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species ... et medullae, -o illa, quae ex hisce singularibus mixta sunt. VET. LAT. II Macc. 3, 11 (rec. P) *sacerdos ostendit* universa ... esse argenti talenta *tot* ..., -o auri *tot* (*gr. δέ, rec. X* vero, *V, B, M* et). Matth. 13, 23 (cod. 15. *al., sim.* VVLG.) *in terra bona seminatus* fructum adfert et facit ⌞aliud quidem centesimum, aliud sexagensimum, -o aliud⌟ tricensimum (⌞⌟ *gr. ὃ μὲν ... ὃ δὲ ... ὃ δέ*). apoc. 18, 13 (Primas.) et vinum et oleum et triticum, iumenta -o et pecora (*gr. καί, Vulg.* et). PANEG. 8, 4, 4 quibus *beneficiis* ego si omnibus immorari velim, neque hic dies mihi totus neque proximus neque -o ceteri sat erunt. HIL. in psalm. 134, 11 si contueamur indemutabilem caeli firmitatem ..., plena deinde incolis suis maria ..., tum -o ... oceani inaestimabiles vices. *al.* *in serie orationis rectae* (*cf. p. 2769, 8*): TERT. adv. Marc. 4, 13, 7 de quibus ... *dicit Isaias* (*49, 21*): '... quis istos genuit mihi?'; -o: 'hos quis mihi educavit?' CONC.^{S} I 5 p. 123, 37 et -o (*I Cor. 8, 6*): 'Iesus Christus, per quem omnia' et -o (*Hebr. 13, 8*): 'Iesus Christus heri et hodie' (*gr. I 1, 7 p. 42, 9 sq. πάλιν, quae vox sim. vertitur e. g.* p. 129, 18 *scribit Athanasius*: '...'; -o post alia: '...' [*gr. I 1, 7 p. 48, 34*]. *v. l. 16*). *al. in eodem libro.* **β** *adiunguntur, quae quodam modo distinguuntur ab antecedente vel ei contraria esse videntur sim.* (*cf. l. 15*): CIC. dom. 130 (*antea*: quaeso pontifices, ... tempus cum tempore ... comparate) tempus illud erat tranquillum et in ... gubernatione positum senatus, tuum -o tempus ... senatus auctoritate deleta. Tusc. 4, 39 an ratio parum praecipit nec bonum illud esse, quod ... cupias ardenter ..., nec -o malum, quo ... oppressus iaceas? (LVCR. 1, 444 facere ... sine corpore nulla potest res, nec praebere locum -o nisi inane. 1, 526 alternis ... corpus inani distinctum *est*, quoniam nec plenum naviter exstat nec -o vacuum. 1, 529. 2, 295). LVCR. 1, 651 acrior ardor ... conductis partibus esset, languidior -o disiectis. 2, 812 plagae quoddam genus excipit in se pupula, cum sentire colorem dicitur album, atque aliud -o, nigrum cum ... sentit. PRVD. ham. 147 *Nebroth* fraude alios ... innectere adortus, -o giganteis alios luctando lacertis frangere.

b *inducitur totum enunt.*: **α** *in universum*: Ⓘ *enuntiatum fere eiusdem generis est atque id, quod antecedit*: Ⓐ *quaelibet exempla*: ① *enunt. primar.*: ⓐ *varia* (*exempla selecta inde a* CIC.; *fort. huc pertinet contextu manco* VARRO Men. 402): LVCIL. 611 -o amici est bene praecipere *eqs.* (*si recte huc; sim.* 928 in bonis -o est viris ..., ut ... eadem ... una maneant in sententia). *al.* AFRAN. com. 247 mulier involat in collum, plorat orat, occurrit nepos pausillus, neptis -o de lecto frigit. RHET. Her. 3, 16, 28 sq. *ut* in ceteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam, ars -o naturae commoda confirmat et auget, item ⌞fit in hac re, ut nonnumquam naturalis memoria ... egregia similis sit huic artificiosae, (29) -o haec artificiosa naturae commoda retineat et amplificet ratione doctrinae⌟ (⌞⌟ *ad p. 2772, 63*). CIC. inv. 2, 157 (*antea*: rerum expetendarum tria genera sunt) nam est quiddam, quod ...; est aliud autem ...; est -o quiddam ex horum partibus iunctum, quod *eqs.* Quinct. 31 demonstrabant de re iudicium fieri oportere ...; clamabat -o ipse Quinctius *eqs.* (*v. p. 2773, 7*). S. Rosc. 120 (*antea*: indigni erant ...? te non commovebat pro quo postulabant? an res ipsa tibi iniqua videbatur?) postulabant homines nobilissimi ...; postulabant autem pro homine miserrimo ...; res -o abs te eius modi postulabatur *eqs.* Verr. II 1, 101 (*100* empta apertissime praetura) alia -o pecunia ne accusaretur data. Pis. 70 *Philodemus* est ... non philosophia solum, sed etiam ceteris studiis ... perpolitus; poema -o facit ita festivum ..., ut *eqs.* LVCR. 1, 184 (*159* nam, *174* praeterea) nec -o augendis rebus spatio foret usus *eqs.* (*192* huc accedit). 3, 359 dicere -o oculos nullam rem cernere posse ... difficilest. 3, 495 *aeger* ingemit et tremit artus, ... anhelat inconstanter ...; exprimitur -o gemitus. *al.* PS. SALL. rep. 1, 8, 2. COLVM. 3, 1, 10 (*antea: vineis* optimum est solum *tale*) caelum -o neque nivale vinea ... nec rursus aestuosum desiderat. SCRIB. LARG. praef. 13 non es passus cessare tuae erga me pietatis officium tradendo scripta mea ... Caesari ...; tu -o candidissimo animo *eqs.* APVL. met. 11, 8, 3 (*in pompa*) hic incinctus balteo militem gerebat ..., alius ... incessu perfluo feminam mentiebatur; -o alium ... e ludo putares gladiatorio procedere. AVIEN. orb. terr. 1270 incolitur ... solum populis tribus; una sub arcto pars agit ...; altera per mediae telluris terga vagatur; -o ad flabra noti ... tertia degit (*gr. 1068 δ'*). PRVD. psych. 486 *Avaritia* hunc ... caecum errare sinit ..., -o alium capit intuitu fallitque videntem. *et saepe.* ⓑ *quaestiones* (*fere in serie, aliter l. 37 sqq. 49. al.; interrog. obliquas attulimus l. 73. p. 2773, 35. al.; inducit quaest. ultimam in serie e. g. l. 53; exempla selecta*): CIC. S. Rosc. 39 dixit hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse; nihil autem umquam debuit; cupiditates -o quae possunt esse in eo, qui ... ruri semper habitarit? Q. Rosc. 38 quid tu auferre potes a Flavio ...? quid hic *Roscius* -o nunc restipulatur ...? Verr. II 2, 119 de ... crimine quid ego discutem, cum id totum positum sit in testibus? quid -o argumenter, qua de re dubitare nemo possit? Caecin. 95 cur tu ... de isto ... fundo ... Caecinae denuntiabas ...? ipse -o Caecina cur se moribus deduci volebat? de orat. 1, 32 *quid est* tam potens ... quam populi motus ... oratione converti? quid tam -o regium, tam liberale ... quam opem ferre? fam. 7, 12, 2 quonam modo ...? ubi -o ...? quod ius statues ...? quomodo autem ...? quid fiet -o ...? BRVT. Cic. ad Brut. 24, 5. LVCR. 4, 788 (*779* quaeritur in primis, quare *eqs.*) quid, -o, ... procedere cum simulacra cernimus in somnis? 5, 181 exemplum -o gignundis rebus ... unde est insita? 6, 404 in mare qua -o mittit *Iuppiter fulmina* ratione? LIV. 28, 42, 12 quid -o, si satis confisi Carthaginienses consensu Africae ... Magonem ... Hannibali se coniungere iusserint? (*sim.* SEN. epist. 13, 14 alius dicat: 'fortasse non veniet'; tu dic: 'quid -o, si veniet?'). SEN. contr. 7, 1, 26 quis -o me uno miserior est? SEN. nat. 2, 32, 7 quid? tu tot illa milia siderum iudicas otiosa lucere? quid est -o aliud, quod errorem maximum incutiat peritis natalium, quam quod paucis nos sideribus adsignant? LVCAN. 9, 69 numquam plenas plangemus ad urnas? quid -o tumulis opus est aut ulla requiris instrumenta, dolor? PETRON. 136, 11 excusare coepit moram, quod amica se non dimisisset ...; 'quid -o tu' inquit 'me absente fecisti?' SIL. 4, 791 quae -o haec pietas, delubra aspergere tabo? MART. 2 praef. quid nobis ... cum epistula? ... quid hic -o dicturus es, quod non possis versibus dicere? QVINT. inst. 12, 10, 39 non ... elatus M. Tullius? ... non Scipio, Laelius ... velut Attici Romanorum fuerunt? cui -o non satis est quo nihil esse melius potest? CONC.^{S} I 5 p. 133, 25 (*antea*: quis ergo est, qui cum Aaron conparatur in sacerdotii dignitate?) quis -o est, qui Melchisedec sacerdotio adsimulatus est? (*gr. I 1, 7 p. 54, 5 καὶ ... πάλιν*). *al.* ⓒ *exclamationes* (*cf. e. g. p. 2774, 55*): CIC. Phil. 2, 69 quam -o spectatus civis! 7, 14 quam turpe -o legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium! Att. 2, 12, 2. *al.* VAL. MAX. 2, 10 ext. 2 quantum -o honoris ... Xenocrati ... tributum est! (*in serie exemplorum, ut saepe apud eundem*). TERT. paenit. 6, 4 quam -o ineptum ... paenitentiam ... veniam delictorum sustinere! *al.*

② *enunt. secund.*: TER. Eun. 611 metuo fratrem, ne intus sit; -o autem, pater ne rure redierit iam. RHET. Her. 3, 16, 29 *v. p. 2771, 74.* CIC. Caecin. 16 *ut homines* coniectura adsequi possent, cum pecunia Caesenniae ex illa hereditate deberetur, eam -o in praediis conlocari maxime expediret, essent autem praedia *eqs.* Cluent. 79 confiteor ..., quod Oppianici non modo vita, sed etiam nomen ... populo ignotum fuisset, indignissimum -o videretur circumventum esse innocentem pecunia, hanc deinde suspicionem augeret Staieni improbitas ..., causam autem ageret L. Quinctius *eqs.* LVCR. 1, 194 huc accedit, uti sine certis imbribus anni laetificos nequeat fetus submittere tellus nec -o secreta cibo natura animantum propagare genus possit. 1, 461 rebus ab ipsis consequitur sensus, transactum quid sit in aevo, tum quae res instet, quid -o deinde sequatur (*nisi ad A*). TAC. Germ. 44, 3 *arma* clausa sub custode, et quidem servo, quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosae -o armatorum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manus facile lasciviunt. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 32 sq. censeo, uti ...; -o a centum milibus ad CL (milia) quinque sint manipuli ...; iam hinc -o a CL (milibus) *eqs.*

③ *acc. c. inf.* (*cf. e. g. p. 2774, 51. 2775, 19 sqq. 2776, 46; ubi verba ab alio prolata describuntur, etiam vox* -o *fere eius sermoni tribuenda vid.; inf. supra attulimus, e. g. p. 2771, 62*): CIC. Quinct. 31 clamabat ... Quinctius sese idcirco nolle satis dare, ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse; sponsionem -o si istius modi faceret, se ... causam esse dicturum. Verr. II 3, 66 videtis pendere alios ex arbore, pulsari alios, ⟨alios⟩ autem verberari, -o alios in publico custodiri. Caecin. 36 (*exemplum fictum*) *dicent iniuriosi* se tibi obstitisse, ne in aedis accederes, deici -o nullo modo potuisse, qui non accesserit. *al.* LVCR. 4, 829 lumina ne facias oculorum clara creata, prospicere ut possimus ...; bracchia tum -o validis ex apta lacertis esse. QVINT. inst. 8 prooem. 6 ut ostenderemus rhetoricen bene dicendi scientiam ... esse ...; orationem -o omnem constare rebus et verbis. *al.* TAC. ann. 3, 34, 5 -o ob unius aut alterius inbecillum animum male eripi maritis consortia. GELL. 14, 7, 9 docet ... multa: quibus diebus haberi senatum ius non sit ...; tum -o referri oportere ... de singulis rebus finite. TERT. adv. Marc. 5, 5, 3 primo ... patrem deum praescribo non alium agnoscendum quam ... creatorem ...; -o patri etiam domini nomen accedere ...; dehinc *eqs.* adv. Prax. 21, 17 *Iesus* panem ... se adfirmat, quem pater praestaret de caelo ...; neminem -o ad se venire posse, nisi *eqs.* PRVD. ham. 799 *memini* unum ... reptasse per ... saxa, -o alium campo sese indulsisse. COD. Theod. 8, 11, 1, 2 ut rectores provinciarum vicenis auri lib(ris), -o officia quadragenis constituamus esse multanda. *al.*

Ⓑ *adiunguntur, quae quodam modo distinguuntur ab antecedentibus vel eis contraria esse videntur sim. (cf. p. 2771, 15); transitur ad*:

① *varia*: CIC. Verr. II 4, 130 quod *signum* ... est ad introitum Ponti, id cum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa -o in Pontum invecta sint, usque ad hanc diem integrum ... servatum est. fin. 1, 32 nemo ... ipsam voluptatem ... fugit ...; neque -o quisquam est, qui dolorem ipsum ... amet. CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 4 laudo aliquem: num offendo *Caesarem*? cum -o reprehendam (offendam *trad.*), quid, si non vult? CAEL. Cic. fam. 8, 13, 1 cetera -o *eqs.* LVCR. 1, 587 quid quaeque queant per foedera naturai, quid -o nequeant, sancitum ... extat. 4, 1244 (*causae sterilitatis*) *semen* tenue ... liquitur extemplo ...; crassius his (hic *trad.*, hinc *alii*) -o ... penetrare locos ... nequit. 5, 833 omnia commutat natura ...; namque aliud putrescit et ... languet, -o aliut c⟨la⟩rescit et ⟨e⟩ contemptibus exit (*sim.* 5, 1278 aetas commutat tempora rerum: quod fuit in pretio, fit nullo denique honore; -o aliud succedit). *al.* SALL. Catil. 46, 2 illum ... cura atque laetitia simul occupavere; nam laetabatur intellegens ... civitatem periculis ereptam esse; -o autem anxius erat dubitans *eqs.* Iug. 25, 7 commotus metu atque lubidine divorsus agitabatur; timebat iram senatus, ni paruisset legatis; -o animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebat. APVL. apol. 80, 2 'ego insanio', quod verum non est, nisi sciens dicit; -o sanus est, qui scit, quid sit insania *eqs.* Socr. 10 p. 142 (*antea*: si ... *nubes* leves forent) -o si ... graves forent *eqs.* TERT. resurr. 18, 8 adeo caro est, quae morte subruitur, ut exinde a cadendo cadaver enuntietur; anima -o nec vocabulo cadit, quia nec habitu ruit. *al.*

② *aliam personam, sc. per pron. indicatam* (-o *passim secundo loco ponitur; exempla selecta, fort. addas e. g. l. 10*): CIC. Verr. II 5, 179 siquid erit commissum ..., aut populus Romanus iudicabit ... aut ei, qui ... iudices erunt constituti; mihi -o ... quis ... non intellegit, quam longe progredi sit necesse? ac. 2, 59 (*Arcesilas demonstratur melius quam Carneades de retentione assensionis disputasse*) si ... percipi nihil potest ..., tollendus assensus est ...; Carneadem autem ... audiebamus solitum esse ⟨eo⟩ delabi interdum, ut diceret opinaturum ... sapientem; mihi -o non tam certum est esse aliquid, quod conprehendi possit ..., quam sapientem nihil opinari. CAEL. Cic. fam. 8, 17, 1 mihi sentio bonam mentem iracundia ... ablatam; tu [tu] -o ... amici officium neglexisti, *sc. quod me monitis non retinuisti.* PETRON. 124 vers. 290 tu legem, Marcelle, tene ...; tu fortem ne supprime, Lentule, martem; quid -o tu, dive *Iuli,* tuis cunctaris in armis? STAT. Theb. 7, 546 (*Tydeus Iocastae pacem suadenti*) duc illum in campum, vestro qui sanguine pinguis spirat ...! tu -o sequeris, *Polynices*? COD. Iust. 6, 25, 5, 1 (*a. 257*) reprehendenda tu magis es quam mater tua: illa enim ... matrimonium te dirimere cum viro non iuberet; tu -o voluntatem eius divortio comprobasti. *al.*

Ⓘ *enuntiatum excipit partem membri prioris, ita ut argumentum sim. continuetur* (*saepe inducuntur quodam modo contraria, e. g. p. 2774, 69 sqq.* [*cf. p. 2771, 15*]): Ⓐ *usu vario; pars membri antecedentis resumitur*: ① *per pron.* (*exempla selecta inde a* COLVM.): CIC. S. Rosc. 70 prudentissima civitas Atheniensium ... fuisse traditur; eius -o civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse. leg. agr. 1, 15 perspicite ... licentiam: pecunia coacta est ad agros emendos; ii -o ab invitis *venditoribus* non ementur. Mur. 89 an se in contrariam partem terrarum abdet, ut

Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem ... videat? in ea -o provincia quo animo ... fratrem suum aspiciet? *al.* LVCR. 1, 387 aer omne necessest ... possidat inane; is -o ... haud poterit *eqs.* 1, 516 si non, quod cohibet, solidum constare relinquas; id -o nil esse potest nisi materiai concilium. 2, 670 animantem ... ossa, cruor, venae ... constituunt; quae sunt -o distantia longe, dissimili perfecta figura principiorum. VARRO ling. 10, 4 senior seni similior quam puero; eo -o similiores sunt qui facie quoque paene eadem. rust. 1, 10, 2 centuria est quadrata, in omnes quattuor partes ut habeat latera longa pedum *tot* ...; hae -o quattuor *eqs.* COLVM. 2, 6, 2 (*de generibus tritici*) tertium erit trimenstre ...; id -o genus est siliginis. 3, 3, 10 consummant ... septem cullei sestertia duo milia et centum nummos; ea -o summa *eqs.* SIL. 17, 230 (*loq. Hannibal*) sparsissem incendia montes per septem bello vacuos ...; cur -o haec angant? nunc ... invadere ferro quis prohibet? (*nisi ad 2 aut A1*). QVINT. inst. 3, 6, 8 *ut* plures quaestiones esse dicantur; harum -o *eqs.* TAC. Agr. 15, 5 iam ipsos ... deliberare; -o in eius modi consiliis periculosius esse deprehendi quam audere. ann. 3, 58, 1 *flamen Dialis dixit* frustra vulgatum ... non licere Dialibus egredi Italia, neque aliud ius suum quam Martialium ... flaminum; -o, si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum? APVL. Socr. 8 p. 139 cum sit aeris agmen inmensum usque ad citimam lunae helicem, quae -o aetheris sursum versus exordium est. AVIEN. Arat. 1657 id *sidus* Praesepe vocant; -o hoc Praesepe *eqs.* SVLP. SEV. chron. 2, 12, 1 cum Esther sub Artaxerse rege referatur, -o duos huius nominis Persarum reges fuisse reppererim, multa cunctatio est, cuius haec temporibus applicetur. *al.* ② *quolibet modo* (*saepe isdem vocibus repetitis; exempla selecta post* SEN. *min.*): RHET. Her. 2, 22, 34 (*antea*: expositio ..., quae nimium longe repetitur) omnium malorum stultitia est mater ...; ea parit immensas cupiditates; immensae -o cupiditates ... inmoderatae sunt; haec pariunt avaritiam; avaritia -o hominem ad ... maleficium impellit; ergo avaritia inducti *eqs.* CIC. leg. agr. 2, 62 cavet ut, si qua pecunia ... ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur; nova -o vectigalia videt ea fore, quae *eqs.* Mil. 15 quid ergo tulit? nempe ut quaereretur; quid -o quaerendum est? factumne sit? Att. 1, 12, 2 se audisse scribit haec: esse hominem cum Antonio; Antonium -o ... dictitare *eqs.* BRVT. Cic. ad Brut. 12, 2 *auctoritatem tuam* prudenter tueri debes; prudentia -o ... nulla abs te desideratur, nisi *eqs.* LVCR. 4, 482 maiore fide debet reperier illud, sponte sua veris quod possit vincere falsa; quid maiore fide -o quam sensus haberi debet? *al.* CAES. Gall. 5, 27, 4 *quidam dixit non se* id ... voluntate sua fecisse, sed coactu civitatis ...; civitati -o hanc fuisse belli causam, quod *eqs.* VARRO rust. 1, 51, 1 *area debet esse rutunda et extumida, ut aqua* quam brevissimo itinere extra aream defluere possit; omne -o brevissimum in rutundo e medio ad extremum. SEN. dial. 10, 9, 1 *stulti* cogitationes suas in longum ordinant; maxima -o vitae iactura dilatio est. epist. 95, 57 actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas, ab hac enim est actio; rursus voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit, ab hoc enim est voluntas; habitus -o animi non erit in optimo, nisi *eqs. al.* COLVM. 4, 29, 15 antiqua terebra ... perurebat eam partem *vitis,* quam perforaverat; deusta -o raro revirescebat. QVINT. inst. 1, 5, 30 in omni voce acuta intra numerum trium syllabarum continetur ...; trium -o ... media *eqs.* 3, 6, 39 *ratio* docet aut de substantia controversiam esse aut de qualitate, ipsam -o qualitatem aut in summo genere consistere *eqs.* TAC. dial. 5, 2 quis ... nescit neminem mihi coniunctiorem esse ... quam Saleium Bassum, ... absolutissimum poetam? -o si poetica accusatur, non alium video reum locupletiorem. PLIN. epist. 8, 24, 8 quid ordinatione civilius, quid libertate pretiosius? -o quam turpe, si ordinatio eversione, libertas servitute mutetur! APVL. flor. 9, 31 sic natura comprobatum est, ut eum, quem laudes, etiam ames, -o quem ames etiam laudari te ab illo velis. TERT. adv. Marc. 4, 2, 4 Lucam videtur Marcion elegisse, quem caederet; -o Lucas non apostolus, sed apostolicus. 5, 6, 3 saecula temporibus structa sunt, tempora autem diebus et mensibus ... compinguntur, dies -o et menses ... solibus et lunis ... signantur. VVLG. num. 26, 21 *fuerunt* filii Iuda ... Sela ..., Phares ..., Zare ...; -o filii Phares Esrom ... et Amul (*et saepe in enumeratione generationum; cf. supra p. 2769, 59*). *al.*

Ⓑ *in argumentatione syllogistica vel in enthymemate*; -o *saepe inducit minorem q. d. propositionem, rarius conclusionem, consequentiam* (*certiora selecta; membrum prius resumitur per enunt. secund. e. g. l. 75. p. 2775, 23*): CIC. parad. 19 nec vero quoius virtus moresque laudandi sunt, eius non laudanda vita est, neque -o fugienda vita est, quae laudandast ...; quamobrem *eqs.* fin. 2, 25 cur ... non bene *cenabat gulosus quidam*? quia, quod bene, id recte, frugaliter, honeste; ille -o [male] prave, nequiter, turpiter cenabat; non igitur bene. Tim. 13 aspectabile ... omne necesse est esse, quod natum est; nihil -o igni vacuum aspici ... potest ...; quamobrem *eqs.* (*gr. p. 31*^{B} *δέ*). *al.* LVCR. 2, 725 quamque *rem* necessest dissimili constare figura principiorum ...; semina cum -o distent, differre

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

necessust⌋ *eqs.* (⌊ ⌋ *item* 4, 649). 4, 497 necesse est non possint alios alii convincere sensus; nec -o poterunt ipsi reprehendere sese ...; proinde quod in quoquest his visum tempore, verumst. HOR. epist. 1, 16, 65 qui liberior sit *servo* avarus, ... non video; nam qui cupiet, metuet quoque; -o qui metuens vivet, liber mihi non erit umquam. SEN. dial. 10, 17, 4 omne ... quod fortuito obvenit ..., quo altius surrexerit, opportunius est in occasum; neminem -o casura delectant; miserrimam ergo necesse est *vitam eqs.* epist. 66, 12 si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne divinum est; nullum -o inter divina discrimen est; ergo nec inter bona. QVINT. inst. 1, 5, 46 (*quidam 'magnum peculiolum' soloecismum putant*) dubito, an id improprium potius appellem, significatione enim deerrat; soloecismi -o vitium non est in sensu, sed in conplexu. 2, 20, 9 si ea in quoque animalium est virtus, qua praestat cetera ..., hominem -o ratione atque oratione excellere ceteris certum est, cur non *eqs.* PS. APVL. herm. 12 p. 278 ex eo, quod negant, contrarium aliquid invenietur ei, quod ante concesserant; -o contraria simul esse vera impossibile est; ergo per impossibile compelluntur ad conclusionem. TERT. adv. Hermog. 2, 2 negat illum *deum* ex semetipso facere potuisse, quia partes ipsius fuissent quaecumque ex semetipso fecisset dominus; -o in partes non devenire ut indivisibilem ..., qua dominus. 3, 1 adicit ... deum semper deum, ⟨semper⟩ etiam dominum fuisse, numquam non dominum; nullo -o modo potuisse illum semper dominum haberi ..., si non fuisset aliquid retro *eqs.* 16, 2 deo adscribendum et bonum et malum ...; -o si dei erit utrumque, videbitur deus etiam mali auctor: deus autem, ut bonus, auctor mali non erit. HIER. Didym. spir. 19, 86 apparet eiusdem naturae spiritum esse cum filio et cum patre, cuius est spiritus; -o pater et filius unum sunt; igitur trinitas substantiae unitate sociatur. AVG. civ. 17, 4 p. 209, 27 facit ... iustitiam, qui recte vivit; recte autem vivit, qui obtemperat praecipienti deo; et 'finis praecepti ... caritas est de corde puro ...' (*I Tim. 1, 5*); -o ista caritas ... ex deo est; facere igitur ... iustitiam ex deo est. *al.*

β *in formulis quibusdam rhetoricis ponitur post vocem, quae ad membrum sequens parandum profertur*: age -o: CIC. inv. 2, 133 (*antea*: quaerere ab iudicibus, si ... exceptionem ... adscribat *reus,* passurine sint) age -o, quid? si ipsi velint iudices adscribere, passurusne sit populus? Verr. II 5, 56 age -o, tu ..., cur Tauromenitanis frumentum ... imperasti? 5, 68 age -o, custodiri ducem praedonum ... placuit: quae sunt istae custodiae? nat. deor. 3, 43. PHAEDR. 3, 15, 16 unde illa scivit, niger an albus nascerer? age -o; parere si voluisset feminam *eqs.* PS. QVINT. decl. 3, 14. 12, 12. 13, 9. quid -o? (*cf.* GLOSS. q. -o: quid deinde. *passim seq. interrogatio rhet.* [*interrog. non agnovit Håkanson* SEN. contr. 2, 6, 2]; *mire in primo enunt. locutoris l. 42 et post fictum interlocutorem l. 46, ita ut vim additivam fort. evanidam iudices*): SEN. contr. 1, 1, 1 quisquis rogatus est, ait: 'q. -o? tam locuples fratrem alere non potest?' (*nisi intellegas* 'q. -o *dicendum est*?', *ut ad A pertineat, id quod interpretibus quibusdam etiam aliis locis placet*). 2, 1, 4 q. -o? ista patrimonia ... gaudia dominorum an onera sunt? *al.* SEN. dial. 1, 5, 3 'at iniquum est virum bonum debilitari ...' q. -o? non est iniquum fortes ... in castris pernoctare ...? q. -o? non est iniquum nobilissimas virgines ad sacra facienda noctibus excitari? nat. 6, 2, 8 *terra rupta* me in immensam altudinem abducit: q. -o? mors levior in plano est? epist. 66, 9. *al.* QVINT. decl. 250, 7 sorte factum est, ut prior ageres ...; q. -o? hac ipsa sorte non hoc quaesitum est, uter prior ageret? *al.*

2 *vi additiva evanescente vel minus vigente*: **a** -o *notat transitum, progressum in enarratione sim., sc. ad res alias exponendas* (*nonnulla exempla supra allata huc trahere possis*): SCRIB. LARG. 180 *opium* mentem soporat sensusque abalienat; adiuvari -o debent, qui biberunt *eqs.* (*cf. e. g. 182* adiuvari autem; *196* sed adiuvantur). VET. LAT. II Macc. 3, 15 (rec. P) erat ... per totam civitatem non mediocris animi aestus; -o autem sacerdotes ante altare ... prostrati *eqs.* ([*gr. δέ, recc. L, X, V* autem, *B* etiam]. 12, 42 [*ibid.*] rogaverunt, ut ... deleretur ex integro peccatum; -o a. fortissimus Iudas *eqs.* [*gr. δέ, recc. L, X, V* at vero, *B* autem]. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 25 ['Malthinus tunicis demissis'] Maltha ... malacos dicitur; -o a. tunicis demissis ambulare eorum est, qui se molles ... velint habere. *al.*). IVST. 27, 1, 4 *Seleucus* Beronicen ... interfecit; quo facinore perpetrato ... Ptolomei se bello inplicuit; -o Beronice, cum ad se interficiendam missos didicisset, Daphinae se claudit; ubi cum *eqs.* (*an ad c?*). VVLG. I par. 15, 27 immolabantur septem tauri et septem arietes; -o David erat indutus stola byssina. CASSIOD. hist. 1, 8, 1 -o Licinius hinc fugatus *eqs.* (*gr. Sozom. 1, 7, 1 δέ*). 9, 21, 14 -o Theodosius *eqs.* (*gr. Theodoret. 5, 15, 1 δέ*). *et saepe.*

b -o *exhibet potius vim adversativam* (*fort. iam p. 2774, 14; cf. etiam quae p. 2771, 15 monuimus. saepe inducit totum enunt., sed partem e. g. p. 2776, 11. 13*): **α** *solum ponitur*: QVINT. inst. 2, 3, 5 (*antea: error* frequentior, quod ... putant *eqs.*) ego -o eum, qui nolit, in numero praecipientium non habeo *eqs.* 3, 3, 5 (*antea*: adiecerunt quidam *eqs.*) ego -o ... credo *eqs.* decl. 254, 7 negant rogationem esse recipiendam ...; ego -o hoc ... existimo *eqs. al.* TERT. nat. 1, 2, 7 (*antea*: si de homicida consultatur ... consequentia exigitis, quotiens caedem egerit, quibus telis *eqs.*) -o de nobis, quos atrocioribus ... criminibus deputatis, ... leviora elogia conficitis. 1, 3, 2 si de criminum veritate constaret, ipsa criminum nomina damnatis accommodarent⟨ur⟩ ...; -o sententiae vestrae nihil nisi Christianum confessum notant. apol. 37, 10 suffecisset hoc solum nostrae ultioni quod *sine nobis* ... immundis spiritibus pateret⟨is⟩; -o nec tanti praesidii compensationem cogitantes ... *nos* hostes iudicare maluistis. adv. Marc. 5, 4, 14 nega creatorem bonum facere praecepisse, et diversa doctrina sit diversae divinitatis; -o si retributionem praedicat, ab eodem *deo* erit et corruptionis messis et vitae. adv. Prax. 18, 2. VET. LAT. II Macc. 2, 26 (rec. L) nobis ..., qui laborem brevitatis ostendimus, non facilem, sudoris -o et vigiliae negotium (*gr. δέ, rec. X* sed, *V* immo vero, *P* autem). II Tim. 2, 20 (Hier. hom. Orig. in Ier. 3, 3) vasa ... alia ⌊quidem in honorem, alia -o⌋ in contumeliam (⌊ ⌋ *gr. μὲν ... δέ, cod. 75. al. et Vulg.* q. ... autem). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 25, 3 *si unitas fidei est,* quid ultra contendimus? ut quid illos haereticos et non Christianos vocamus? -o, cum nobis et haereticis ... deus unus *non* sit *eqs.* IVST. 2, 10, 3 Ariamenes ... regnum sibi vindicabat, quod ius et ordo nascendi et natura ipsa gentibus dedit; -o Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate referebat. HIL. in Matth. 6, 3 hanc *viam* plures obtinent, illam -o pauci inveniunt. AVIEN. ora 447 litus ... patet vacuum incolarum nunc et abiecti soli; -o ante ... urbes hic stetere plurimae. AMM. 31, 9, 5 gentem ... flagitiis ita accepimus mersam, ut apud eos ... copulentur maribus puberes ...; -o si qui ... aprum exceperit solus ..., colluvione liberatur incesti. HIER. epist. 65, 20, 2 (*ad psalm. 44, 15 sq.*) iuxta Septuaginta prior versiculus adhuc de filiae canitur ornatu, sequens ad ipsum sponsum ... dirigitur; ⌊-o iuxta Hebraicum⌋ totum ad sponsam dicitur (⌊ ⌋ *sim.* in Ier. 1, 32, 3. *al.*). hom. Orig. in Ezech. 2, 5 p. 347, 22 si ... milia hominum eos *sermones* dixerint veros, iudicio -o dei fuerint falsi, quid mihi proderit? hom. Orig. in Is. 4, 1 p. 258, 4 quae ante mundum fuerint, ignoramus; fuerunt -o quaedam ante mundum (*postea*: autem). HIL. AREL. vita Honorat. 15 l. 5 *Tuscia* blandissimas per sacerdotes suos moras nectit, *sc. ut Hilarius ibi maneat*; -o dei providentia nobis prospiciens cuncta disrumpit. *al.* **β** *in locut. plus minusve pleonastica iuxta particulam adversat.*: at: PLIN. epist. 10, 41, 2 hoc opus multas manus poscit; at eae -o non desunt. autem (*cf. l. 69*): CYPR. epist. 66, 1, 1 ego te ... credideram ... ad paenitentiam converti ...; -o a. etiam nunc in litteris tuis animadverto eundem te adhuc esse, qui prius fueras. 73, 24, 3 si viderint ... sententia nostra id decerni ..., ut baptisma ... legitimum conputetur, quo illic baptizantur, ... *non* erit causa veniendi ad nos ...; -o a. cum cognoscunt baptisma nullum foris esse *eqs.* RVFIN. hist. 2, 13, 7 ita se rem habere credit; -o a. vere illa huiusmodi sunt. AVG. civ. 14, 17 p. 40, 21. cons. euang. 1, 4, 7 tres ... isti euangelistae in his rebus maxime deversati sunt, quas Christus per humanam carnem temporaliter gessit; -o a. Iohannes ipsam ... divinitatem domini ... intendit. VITA Hil. Arel. 22 l. 8 *dixit Hilarius* se ad officia, non ad causam venisse ...; -o a. si aliud velit *papa,* se non futurum esse molestum. *al.*

*?***c** *causa vel ratio antecedentium afferri videtur* (*ubi 'enim' sim. exspectaveris, si recte intelleximus; certiora selecta, fort. addas p. 2775, 64*): RVFIN. Orig. in num. 23, 2 p. 214, 1 omnia, in quibus vel lugere vel gaudere ... dicitur deus, tropice ... accipienda sunt ab scriptura dici; aliena -o est divina natura ab omni passionis ... affectu. EVCHER. laud. her. 43 *eremitae* ita per largissimam gratiam Christi multa ex his, quae in futurum exoptant, in praesentiarum merentur; rem -o ipsam capiunt, dum spem sequuntur. CONC.^{S} I 5 p. 344, 26 sequentes ... sanctorum patrum ... opinionem, recte et citra ullam deflexionem quae ab illis dicta sunt, examinabimus; ⌊-o nunc⌋ et sancta synodus Ephesina ... adversus Nestorii perversam opinionem sententiam tulit (⌊ ⌋ *gr. I 1, 4 p. 50, 34 ἤδη μὲν γάρ. cf. e. g. IV 1 p. 88, 18* nam iam quidem). *pleonastice in locut.* -o enim (*nisi ad A1bγ*): CLAVD. MAM. epist. 1 p. 199, 21 si peccabis ultra reticendo, ego protinus ulciscar scribendo; -o e. ambiguo caret tam te puniendum scripto meo, quam punior egomet silentio tuo.

*?***d** *effectus sim. eorum, quae antea narrantur, afferri videntur*: CASSIOD. hist. 1, 3, 6 alii ... istis, alii vero faventes illis collectionem fecerunt epistularum pro herese propria directarum et eas sibi contrarias reliquerunt; -o nobis difficile valde fuit, ut inveniremus omnia, quae de talibus provenerunt (*gr. Sozom. 1, 1, 16 δή*).

appendicula ad IIB: **1** *iungitur cum coniunct. paratacticis* (*adde locut. c.* at *l. 34,* enim *l. 58,* etiam *vol. V 2, 938, 82 sqq.; cf. adv. temporis vel loci p. 2766, 68*): -o autem (*aliter p. 2768, 25. 2769, 8. 2770, 5*): TER. Eun. 611 CIC. Verr. II 1, 81. *al., v. vol. II 1593, 43 sqq.* (*ubi tamen usus adv. supra sub I et IIA illustratus non distinguitur; multa addere possis, e. g. quae l. 35 attulimus*). et -o: TER. Ad. 964 *p. 2771, 20.* LVCIL. 482 Polyphemus *fictus creditur* ducentos ... longus pedes; et -o huic maius bacillum quam malus ... maximus. COLVM. 4, 29, 15 (ea *var. l.*). QVINT. decl. 274, 6. CONC. *supra p. 2771, 47.* nec (neque) -o: CIC.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verr. II 1, 121. *al.* Lvcr. 1, 184 *p. 2772, 11. al.* (*v. e. g. p. 2771, 56 sqq.*). Qvint. decl. 268, 13 Ivl. Vict. rhet. p. 103, 32. *al.* -o vero: Rvfin. hist. 3, 6, 20 -o v. nec aliquid in hoc patriae praestare me arbitror, si *eqs.* (*gr.* ἄλλως τε καί). *cf.* -o autem v.: Clavd. Mam. epist. 1 p. 198, 10.

2 *saepe respondent alia adv. in serie, e. g. antecedit* primum Cic. Phil. 3, 22 Tusc. 1, 18. *al.* Lvcr. 6, 684 (*cf. e. g.* Tert. adv. Marc. 5, 5, 3 primo ..., -o ..., dehinc), principio *e. g. vol. X 2, 1315, 64; antecedit aut sequitur* praeterea *vol. X 2, 1006, 4. 12. 15 sq.,* denique Lvcr. 1, 520 (*503* principio, *511 et 540* praeterea) tum -o (*551* d.). 1, 577 -o si *eqs.* (*584* d.). *al.*

3 *de positione*; -o *ponitur loco membri*: **a** *primo: iuxta* autem *passim, v. p. 2776, 69 sqq.; exempla cetera*: Lvcil. 15. 51. 362. 611. 1255 Rhet. Her. 3, 16, 29 Lvcr. 4, 645. 5, 1278. *al.* Cael. Cic. fam. 8, 6, 2 Ps. Sall. rep. 1, 8, 2 Hor. epist. 1, 16, 65 Qvint. inst. 1, 12, 11. *al.* (*saepe apud* Tert., Avg.). **b** *secundo* (*qua positione* -o *plerumque invenitur*): Ter. Andr. 278. Lvcil. 482 et -o. 625. 1315 Cic. S. Rosc. 70 Mil. 15. Phil. 2, 69 quam -o spectatus *eqs.* (*cf. l. 20*). *al.* Cael. Cic. fam. 8, 8, 1. *et saepe.* **c** *tertio*: Ter. Ad. 964 et quidem -o. Lvcil. 928 in bonis -o (*item post locut. c. praepos.*: Cic. Cluent. 130. 167 Mur. 89 leg. 1, 23. *al.* Colvm. 11, 1, 27. *al.*). Cic. Verr. II 4, 130 tam multa -o (*cf. e. g.* Phil. 7, 14 quam turpe -o). *al.* Lvcr. 1, 483. 2, 670. *al.* Colvm. 5, 11, 1. *al.* **d** *alio* (*posteriore*): Lvcr. 1, 444 nec praebere locum -o. 4, 805. 6, 404 *p. 2772, 39* (*post locut. cum praepos. ut e. g.* Cael. Cic. fam. 8, 6, 1 in hanc partem -o). *al.* Qvint. decl. 342, 7 (*si recte trad.*). Cypr. epist. 73, 20, 1. *al.*

compos.: proporro; *cf.* porrodicium, *?*porrogenitus. *Ottink.*

porrodīcium (-dīg- *l. 30*), -ī *n.* *vox veriloquii causa ficta*: Avg. in euang. Ioh. 16, 3 l. 52 prodigium ... appellatum est quasi ⌊-um⌋, quod porro dicat *eqs.* (⌊ ⌋ prodicium *var. l.; sim.* Svppl. Lucan. 1, 525 p. dicitur ceu porrodigium, eo quod aliquid ⌊portendat⌋ *eqs.* [pro- *trad.*]).

[porro fugiēns: profug[at]us Gloss.^{L} II Abav. po 24 *vix cum Bader, Formation des compos. nom., 1962, 37 pro compos. accipias, cf. ibid.* pr 126 *et vol. X 2, 1736, 26. 31.*]

*?***porrogenitus,** -a, -um. *a* porro *et* genitus (gignere), *nisi duo sunt vocabula.* *i. qui procul genitus, alienigena est* (*masc. plur. pro subst.; opp.* indigena): Vitae patr. Iurens. 145 beati viri longe lateque fama ... enituit, ut, qui sanctus iam habebatur indigenis, potens etiam ... ⌊-is⌋ haberetur (⌊ ⌋ porro g., prog., procul g. *var. ll.*). *Bl.*

⁂**porrum,** -ī *n. et* **1. porrus,** -ī *m.* [*et Graeci et Romani, separatim ut vid., ex eadem lingua nobis incognita formam talem qualem* *pr̥so- *sibi sumpserunt, unde orta sunt* πράσον *et* -um; *v. Schwyzer, Gramm. I 1939, 58. 307, Leumann, Gramm. 1977, 57. Fo.*] *scribitur* porr- *in inscr. e. g.* CIL IV 5380, 7. 15 Edict. imp. Diocl. 6, 12 L.; por- *e. g. p. 2778, 19 (si vox agnoscenda est; vix addas* CIL I^2 560 d porod, *v. p. 2766, 40), ceterum* Chiron 243 *et* 770 (*cod. Basil.,* porr- *Monac.*). Gloss. biling. I 14, 10 (*ca. a. 600*); purr- Chiron 506 (*cod. Monac.*). Cassian. inst. 4, 22 (*in var. l.*); *litteris gr. p. 2778, 2. 2780, 36.*

de genere et formis: doctrina gramm.: Sacerd. gramm. VI 473, 16 in numero plurali masculina, in singulari neutra ..,, hi -i, hoc -um (*sim.* Prob. cath. gramm. IV 8, 18 Char. gramm. p. 132, 17. *al.; huc spectat etiam* Don. gramm. mai. 2, 5 p. 620, 7). Dvb. Nom. gramm. V 588, 1 -um generis neutri, sed Varro *eqs.* (*v. p. 2779, 16 sq.*). *usus auctorum* (*sc. ubi genera distingui possunt; masc. sing. etiam* Garg. Mart. med. 21, 1 -o [*21, 5 sq. -us* contritus ..., datus; *locus pendet e Plin. nat. 20, 48, ubi nom. -um* contritum]): *sing. masc. nom.* -us Laber. mim. 133. Cels. 2, 21 *et* 2, 32 *et* 4, 13, 4 (*ubique* -um *var. l.*). Pallad. 3, 24, 12. *al., neutr. nom.* -um Cels. 2, 18, 5. 3, 22, 11. *al.* Colvm. 6, 16, 2. 8, 11, 14 Plin. nat. 13, 132. *al.; plur. masc. nom.* -i Lvcil. 1370 Petron. 56, 9. Plin. nat. 19, 183 (*nisi gen. sing.*). Mart. 5, 78, 4. *al., acc.* -os Mart. 13, 19, 1. Vet. Lat. num. 11, 5 (cod. 100). Pallad. 8, 2, 1. *al., neutr. non nisi nom.* -a Moret. 73.

